Quartus fons, ut in Epigrammatis, sic hoc loco etiam Allusionum nomen accipit, quando scilicet ad res aut verba (quod hic frequentius est) alluditur simili aut nonnihil inflexâ re aut voce. cap. 52.

De Emblematis speciatim.

IN Emblemate figura rei intelligentis ad intelligens comparata præcipuum locum obtinet. Cui figuræ aliæ symbolicæ, aut hieroglyphicæ (si adjectæ fuerint) subserviunt. Inter plures intelligentium in eodem emblemate figuras

guras principem locum habet, quæ officio aut ætate est dignior: quia ars naturam sequitur. Debent autem figuræ plures inter se ordine aliquo, aut naturæ, aut actionis cohærere, ut in unum conceptum & significatum conspirare intelligamus.

Hieroglyphica quæ non ex similitudine, verùm ex instituto Veterum significant, loco literarum ab illis usurpata, neque ad rem solam moralem, verùm & naturalē ac divinam passim adhibita, nullâ connexione figurarum inter se conjuncta, meritò ab Emblematis differunt. Uti & Ænigmata obscurâ significandi ratione, quam ex sua sibi natura vendicant, ab iisdem separantur. Quare hanc Emblematis à ceteris distincti facimus definitionem. *Est Imago figurata ab intelligentium rerum natura ad mores vitámque rei intelligentis, uno conceptu clarè exponendam translata.* Per hoc quòd ab *intelligente* ducatur, differt à symbolis, per illud quòd ex *natura* rerum idque uno conceptu, ab hieroglyphicis, denique quòd *clarè* exponat, ab ænigmatis distinguitur lib. 6. c. 53.

Materia igitur Emblematis est res quæque intelligens, ejúsque mores & actiones, seu ficta illa tantum poeticè sint, seu vera, nam, ut alibi monui, existentia figuræ non requiritur; sed talem esse posse ad significandum sufficit. Ut verò appareat, figuratáne Imago sit, an propria? neque subscriptione, neque expositione præstari potest; cùm hæc conceptum Imaginis in protasi non ingrediantur; sed inscriptione, aut fictione figuram à communi ratione picturarum separante, opus est, qualis est Imago guloſi apud Alciatum collo gruis insignis. Et inscriptio apud Catsium acu pingenti adjecta. *Ex vulnere pulcrior* c. 54.

Emblematum gratia ex iisdem quatuor fontibus, quibus symbolorum, manat, cùm & proportionis & oppositionis ac ceterorum par hic sit venustas. ut exemplis patet. cap. 55.

Historiarum difficilior, quàm fabularum in Emblematis usus: nisi enim peregrinum & insolens quippiam contineat, ut v. g. Imperator muscas captans, vix colliges figuratæ eas Imagini deservire. Ostenditur igitur exemplis nonnullis quales historiæ adhiberi possint. 56. & 57.

De Hieroglyphicis & Ænigmatis speciatim.

HIeroglyphica ut à ceteris distinguuntur, ita recte describes: *Sunt Imagines figurata ex quacunque re creata ad quamcunque aliam, ex instituto significandam, desumpta*, quæ facilè ex dictis intelliges. Usitata apud Ægyptios, Græcos, Barbaros, Latinosque fuêre. Lemmate destituuntur, quia sine hoc definitè significant. Exempla varia ex Horo Apolline subjiciunt. Unde cuivis patet, signa etiam naturalia, instrumenta, ritus, &c. ad has Imagines admitti: optima verò illa in hieroglyphicis esse, quæ neque apertam, neque omninò nullam cum re significata convenientiam habent. Ceterum ex fontibus supra apertis gratiam, nisi forte ab oppositione, tarem habent. lib. 6 c. 58.

Ænigma Imaginum orationis ænigma imitatur, atque ex natura sua obscuritate gaudet, non illa, quæ ex parte cognoscentis ab ignorantia rerum peregrinarum potest existere; sed quæ oritur ex occulta, aut difficili connexione, quam figura habet cum re significata. Quòd si vim plura significandi, ut non rarò fit, habeant, per certa quædam signa adstringenda ad illud sunt, quod autor mente concepit: nam loco minus præcipuo, ex instituto significantia, adhiberi possunt. Ceterùm ænigma admittit res quaslibet per metaphoram; aut metonymiam, obscurè significantes. lib. 9. cap. 59. & 60.

Quanquam Ænigmata verborum & sententiarum quandoque Imaginibus possint exprimi, ita ut aliud onomasticum, aliud logogriphicum, aliud gnomicum sit; tamen ænigma rerum est, de quo præcipuè agimus.

Ducuntur verò illa ex quatuor supra dictis fontibus, non minùs, quàm symbola aut emblemata: quin & quædam ex iis, subducto Lemmate, ænigmati serviunt, nam & hæc aptâ translatione gaudent, licet diverso, & nonnunquam oppositò, quàm præ se ferunt sensu, sint exponenda. Nam apertâ nimis sententiâ vilescunt.

Quod

Quòd si res incompossibiles in figura componantur, non affirmando, sed negando exponuntur. Sic Asinus ad lyram negat hominem Musicæ idoneum. lib. 6 cap. 61. 62. & seq.

De compositione Imaginum & resolutione.

PRopria figuratis adhibenda non sunt in Imaginum compositione, nisi fortè ornandi gratia ad figuræ substantiam accedant l. 6. c. 66.

Symbola composita figuras requirunt aliquo inter se naturæ, aut etiam oppositionis ordine cohærentes: aliàs verò, solo hominum arbitrio nexas, excludunt. Quælibet figurarum translatè usurpanda erit, nisi fortè ad præcipuas signa quædam adstringentia vim significandi adhibeantur. Plures tamen esse figuræ non debent, quàm unâ comparatione, aut simplici, aut reciprocâ contineri possint, quòd unum symbolum sit una collatio. Par Emblematum ratio est ib. n. 2. & seq.

Hieroglyphica contrà, quaslibet figuras sine connexione admittunt. Satisque est si una hieroglyphicorum Imago per unam aliquam sententiam in apodosi explicatam cohæreat. n. 6.

Ænigmatum figuræ, vel cohærere inter se, ut Emblematum, possunt; & tunc nullo insetibendæ, aut subscribendæ erunt Lemmate, ut discrimen appareat: vel dissolutæ esse poterunt; & tunc ab Emblemate quidem per figuras ipsas, ab hieroglyphicis verò nonnunquam solâ Expositione, non metaphoricè, sed per signa adhibita, discernendæ erunt. Figuræ ænigmatis se solis claræ, compositione verò rarâ obscuritatem involvente gratiores sunt, nullam tamen à remotâ, aut audaci allegoria laudem merentur. n. 7.

Solutio Ænigmatum eâdem viâ, quanquam retrogradè, quâ compositio instituitur. Primò titulus expenditur, qui ita ex arte proponi debet, ut materia in obliquo, forma, seu ratio significandi in recto

casu exprimatur. Deiud figura Imaginis præcipua, ac deinde reliquæ, tanquam adjunctæ, erunt expendendæ. n. 11.

Certùm ænigma definitur. *Imago quædam figurata, ex quacunque re creata ad quamcunque aliam, obscurè per allegoriam significandam, traducta.* n. 15.

Praxis Imaginum inveniendarum. cap. 67. proponitur.

ODE

AD ILLVST.mi REVERENDIS.mi D. LEGATI FABII CHISII Nunc SUMMI R. E. PONTIFICIS Insignia.

Symbolorum digne quaternio
Per regna lucis, quâ rapit inclytas
Phœbus quadrigas, quâque fuscos
Luna trahit moderata currus.
Tu summa tantùm, non humili, capis
Formanda scalpro. Tu potes obsitâ
Splendere chartarum sub umbra,
Et tenuem irradiare Musam,
Bene ominatâ fulminis alite,
Ortoque fulvi lumine Phosphori,
Quem Chisiana *cera prisco*
Nobilitat Proavorum in auro.
Quid Julianis *Robora coneinam
Plantata dextris? quid juga* Montium,
*Per scuta Majorumque fastos,
Ausoniis celebrata campis.*
Pronæa *quondam Te patriis adhuc
Cunis reclinem, proque crepundiis
Lauros, coronatosque Vatum
Repperit evoluisse libros,
Et, vive, dixit, vive puer, Tua
Illustre stirpis sidus, & aureo
Famaque Virtutisque curru
Vise polos utriusque mundi.
Vt* Mons *sereno culmine nubium
Obscura vincens, trans humiles procul,
Quassante tempestate, campos
Astrifera insinuatur aula.
Sic tu corusco vertice gloria
Vicinus astris, & nebulas super,
Et plebis abjecta procellas
Magnus humo fugiente surges.*

Vique

* *Iulius Pontifex gentis Roboreæ Princeps.*

Vtque arduarum robora Quercum
Immota perstant, nec metuunt premi,
Si fracta subvertatur æthra,
Fulmineis metuenda flammis.
Sic tu fideli robore virium,
Et mente firmâ, nescius obrui
Grassante per secreta ferro,
Pœoniâ medicante dextrâ,
Stabis tuorum pectore vulnerum
Contemptor alto; stabis & integer
Adversùs armorum procellas
Pacifica moderator auræ.
Non te minantùm fulmina devium,
Non largientùm munera subruent.
Vt Quercus immota, & frementes,
Et placidos patiêre ventos,
Constare vecti limite pertinax.
Hæc facta: blando cùm simul osculo
Desuavia ter genarum
Diva nives, repetivit astra.
Hinc forma vultu videt adhuc Tuo
Serenitatis testis amabilis.
Favemus! Euge Tu secundis
Cœlicolûm rege fata dextris.

Jubilæus Symbolicus,

EX PAMPHILIORVM ET CHISIORUM INSIGNIBUS, TRIBUS QUINQUAGENIS, BENÈ OMINATO numero repetitus.

In prælusione ad speculum Imaginum veritatis occultæ,

Ad eruditum Lectorem.

PRiusquam ad Iconologiam figuratamque Imaginum poësin accedimus, Symbolis aliquot Emblematibusque in ipso operis vestibulo præludimus: ne in communi orbis Romani Jubilæo plausuque Europæ muti, atque in illa Eruditorum, ad hujus ævi laudem, maximorumque Heroum ornamentum conspiratione, asymboli aut amusi prorsus videamur. Argumentum nobis à Romanæ Sedis Proceribus hoc tempore visum sumere, quo illa, antiquissimorum tum more tum privilegio, quinquagesimum seculi annum Christianæ legis cultoribus sacrum esse voluit. In his cùm ante oculos nostros emineat *Illustrissimus* Legatus Pontificius *Fabius Chisius*, in viro tanto reliquos *Ecclesiæ Primores* observare venerarique lubuit: Tum deinde per illum deferre summo orbis Capiti *Innocentio Pontifici* Romano in ejusdem insignia aliquot symbolorum lusus, in quibus de præsenti Europæ, ac Germaniæ præsertim fortuna, ex Gentilitia *Columba* & *Oliva* augurati, omnia captavimus: iis ferè legibus, ut artis Iconographicæ, quam deinde tradituri sumus ali-

quod exemplum oculis subjiceretur. Animadvertes, opinor, meâ me voluntate, angustis inclusum limitibus, ex solis Heroum istorum insignibus formasse Imagines; idque in *Chisianis* quidem schematis, paulò, & uberiori materiâ significandique libertate, & minori symbolorum numero, ultra quinquagesimum non excurrente, at verò sola *Pontificia Columba* eundem Imaginum numerum, totidémque seorsim *Oliva* confecit; ad ejusdem quoque sententiæ argumentum significandi facultate adstrictâ. Quæ Imagines, quem locum difficultatis artisquè obtineant, sexto nostri operis libro potissimùm constabit. Ceterùm suis illas lineamentis, æris beneficio, repræsentare (sine quo parva Emblematum est gratia) neque libuit, neque satis licuit; cùm eadem in re versentur pleræque omnes Chisianis tamen insignibus depromptas, in ipsa libri fronte, rudiser adumbratas reperies: quas ex numero adjecto, ad Lemmata & Expositionem infra propositam facilè referes. Tu animis illa potiùs, quàm oculis exhibita accipe. Expositionem figurarum, quàm alii non rarò oratione solutâ, ligatâ malui adjicere; ut suaviùs animis per numeros influeret, meque his velut orationis vinculis lector sibi perpetuò devinctum acciperet.

PRÆ.

Præluſio ad ſpeculum imaginum.

IVBILÆVS SYMBOLICVS.

Primus

SYMBOLORUM NUMERUS QUINquagenus, ex Inſignibus Illuſtriſſimi D. Legati Fabii Chisii.

AQVILA SYMBOLICA CHISIORUM.

I. Aquila ſolem intuetur.

Lemma.

AD TE LEVAVI. Pſal. 122.

Æthereos oculis haurit patientibus ignes,
Et princeps aſtro principe gaudet Avis.
Tu vincis ſpectando Aquilam. Tibi gratia lumẽ,
Mens oculi, ratio viſus, aſtra Deus.
Illa ſuum quærat, per quem videt omnia, ſolem.
Auctorem ſolis qui vides, ille Videt.

II. Aquila pullos ad ſolem explorat.

EX LUCE DECUS.

Credimus? an volucres etiam reverentia ſtirpis
Tangit, & antiquæ nobilitatis honos?
Qui patiens Phœbi eſt, ales Phœbæus habetur:
Degener, offenſo qui fugit ore jubar.
Cæleſtis Tua, Magne Fabi, monſtratur origo,
Qui colis has terras corpore, mente polum.

III. Aquila ſeneſcens, pennis in ſole excuſſis, ſeſe innovat, juvenili vigore revocato.

HÆC DAMNA JUVANT.

Langui-

Languida, penarum dum vellit inutile pondus,
Firmatur, prisco robore, Solis Avis.
In vitio nimium est, quicunque superflua sprevit,
Sensit inexhausto damna fuisse lucro.
Hæc tua vita FABI est: ut mens tibi semper abundet,
Ducere pro lucro damna putaris opum.

IV. Aquila in petra nidificans.

ITA PROPIOR ASTRIS.

Illustres animæ sublimi in sede morantur
Tutius, imbelles sæpe ruina trahit.
Rupibus impositos tollit Jovis assecla nidos,
Nulla procellosis quos rapit aura notis.
Alta nocent multis; sed te levat inclyta virtus,
Ausoniâ tutum, non sine laude, petrâ.

V. Nidus Aquilæ in quercu.

DEFENSA DEFENDO.

Quas habitant Aquilæ super actoceraunia quercus,
Fulminis immunes obtinuêre domos.
Haud ingrata tamen quercus respondet amori,
Et tutatrices fida tuetur Aves.
Quam-tu-cunque capis sedem, virtute tuetis:
Et defensa suam, grata, rependit opem.

VI. Aquila in rupe longè dissita cognoscit.

PROCUL ISTA, SED ADSUM.

Hæret in æthereis speculatrix rupibus ales,
Immensosque vago lumine transit agros.
Exsuperas Aquilam, notat hæc præsentia tantum,
Tu quæ facta simul, quæque futura vides.
Scilicet æternâ complecteris omnia mente.
Hac vivit, fragili quidquid in orbe perit.

VII. Aquila rectâ in cœlum fertur.

SURSUM RECTIUS ITUR.

Rara Avis, in cœlum recto quæ tramite fertur:
Reginæ volucrum semita recta patet.
Par tibi mens volucri est, recto subit æthera tractu.
Hoc incorruptæ simplicitatis habet,
Devia sæpe via est, multos sua meta fefellit.
Ne malè deflectas, est tibi meta Deus.

Aquila

VIII. Aquila per nubes & fulmina illæsa transit.

TANGOR, NON ANGOR.

Fulmineam lambunt innoxia tela volucrem:
Quæ jacit accensis Juppiter igne polis.
Tangeris afflictum corpus: ferroque secantur
Marmora, visceribus vita coire tuis *
Integra mens perstat, prostrato in corpore victrix:
Hoc est dura pati, nil tamen indè pati.

* *Cum calculo laboraret.*

IX. Aquila unam alam expandens.

NON SUFFICIT UNA.

Quisquis ad optatos apices contendis honoris:
Virtuti debet sors comes iræ tuæ.
Nec volucrum princeps alâ benè nititur unâ:
Ut valeat, sociæ juncta sit ala suæ:
Altera virtutis dum te reget, altera sortis,
Non deerunt factis præmia digna tuis.

X. Aquila cervi cornibus insidens excusso alarum pulvere illum excœcat, & subigit.

INGENIUM ANTE VIRES.

Vidimus evulsos robusto in corpore nervos,
Et quæ non poterant viribus, arte geri.
Ardua quæque geris, pateriſque; sed ardua quæque
Ingenio vires suppeditante ruunt.
Cervinis ita Solis avis cervicibus hæret,
Et prius excœcat, quàm premat ungue, feram.

XI. Aquila inter aves minores.

SEQUUNTUR NON ASSEQUUNTUR.

Certantes memorant Aquilam subiisse volucres:
Trans nebulas, raræ quæ sequerentur, erant.
Cum Fabio certare licet, sed vincere rarum est,
Ætatis meritum prævenit ipse suæ.
Accessit juvenis, quojam solet ire senectus,
Ipse virûm victor, victor & ipse sui.

XII. Aquila ad volandum provocat pullos in nido.

EXEMPLA TRAHUNT.

Ducimur exemplis, vix est scelus absque Magistro,
Sub Duce virtutis semita prona patet.

Aspice Reginam volucrum, præit illa minores,
Ac docet ignotis astra subire viis.
Ettrahit exemplo Fabius, Dux ipse proborum,
Si pingi virtus posset, imago foret.

XIII. Aquila alam utramque sublevans.

QUOD FERO, ME PERFERT.

Celsa petit virtus, auget sapientia vires;
His alis Fabius sidera mente subit.
Qualis in æthereis micat ales Regia campis:
Penna levat volucrem, penna levatur humo.
Ante suas animus profert in pectore dotes:
Mox his sublatis dotibus, astra subit.

QUERCUS SYMBOLICA CHISIORUM.

XIV. Quercus gentilitia ramos in Crucis speciem decussatos præ se ferens.

ROBUR MEUM CRUX EST.

Quæ gentilitiæ Tibi surgunt robora quercus:
Signa decussatæ promeruêre crucis.
Seu dedit ingenium formas, seu provida tellus:
Tu plantæ similis crederis esse tuæ.
Mens tibi, ceu robur solidum; tamen addita crux est:
Omnia quo vincas, in cruce robur habes.

XV. Quercus teneræ ramos Genius in crucis formam inflectit.

TENERO SIC FLEXA SUB ÆVO EST.

Dum licet, & primis vernat nova planta capillis:
Flecte, dabit jussas ad tua vota comas.
Et curvam revocare datum est, & flectere rectam,
Illa Crucem quæ fert planta, tenella tulit.
Quam fers, Magne Fabi, teneris adolevit ab annis,
Et propè cum vita, crux tibi nata fuit.

XVI. Rami quercus præputantur, quatuor remanentibus.

AB IPSO DUCIT OPES ANIMUMQVE FERRO.
Horat.

Sæpe

Sæpè brevis dolor est longi medicina doloris,
Et mala vitandis sunt adhibenda malis.
Vidimus elatis quercus subsurgere ramis:
Noxia luxuries ense secanda fuit.
Auxit opes ferrum, tibi par tolerantia ferri:
Quod secuit corpus, pectoris auxit opes.

XVII. Glandes perticâ de manu excutiuntur. UBERIUS PERCUSSA DABIT.

Uberius percussa suos dant robora fructus,
Est aliquid duras apposuisse manus.
Largos, crede mihi, multis patientia fructus
Protulit, exemplo discimus illa tuo.
Virtutis fateor fructus extendis agendo:
Si quid agendo facis, plus patiendo facis.

XVIII. Quercus sub qua glandes deciduæ jacent. PROCUL HINC PORCI.

Olim sacra fuit quercus mortalibus arbos,
Oblatosque dabat, glande cadente, cibos.
Hinc proavisque tibique placent, frugalis imago
Arboris, ingenio digna putata tuo.
Sit procul ingluvies, luxusque, alimenta voluptæ:
Nil tibi cum porcis; sat, satis esse putas.

XXI. Quercum pluvia irrigat, & fulmina lacerant. MALO FRANGI, QUAM CEDERE.

Cùm semel illustres recti constantia mentes
Occupat; inflecti vix rigor ille potest.
Munera des, spernit robustam munera pectus,
Vim moveas; ridet: fulmen inane, minas
Nec terror Fabium, nec flectent fulmina quercum,
Ille potest robur roboris esse sui.

XX. Lucus ex quercubus oracula olim fundentibus. ORACVLA FVNDIT.

Quæ Dodonæis oracula quercubus ætas,
Audiit: has flexo devenerata genu est.
Prodiit his forsan tua de radicibus arbor:
Est aliquid, tanto quod mereatur hero.
Huic quoque Numen adest. Tua vox oracula fundit:
Vera Jovis memorant: sed tua vera magis.

XXI. Quercus ventis concussa.
ADVERSIS FIRMIOR AURIS.

Tu quicunque pati disces, hoc disce ferendo,
Quo quis plura tulit, plura ferendo potest.
Vincere fortunam fortuna docebit iniqua,
Auras quod superet quercus, id aura facit.
Hæc ventis quatitur, ventis firmatur iisdem,
Quomodò dura FABI fers, patiendo levas.

XXII. Quercus in senis Chisiorum collibus.
FUNDAMENTA IN MONTIBUS.

Hæc astris propior, quæ fundamenta supinis
Collibus imposuit robore firma suo.
Debilis hinc absit dubiis radicibus arbos,
Quæ poterit montes cingere, quercus erit.
Non humili Te, Magne FABI, decet abdere vallo,
Excelso sedes debita monte tibi est.

XXIII. Clava Herculea ex quercu facta, ut Pierius l. 52.
AB ORIGINE ROBUR.

Herculeam memorant excisam robore clavam,
Est aliquid; forti ducere stirpe genus.
Imbelles Aquilæ nunquam genuere columbas:
Quod venit ex querno semine, quercus erit.
A proavis tibi magnis adhuc in pectore sensus:
Qui potis es proavos nobilitare tuos.

XXIV. Quercus excisæ columnis trabibusque palatii aptantur.
NOBILIUS EXCISA RESURGIT.

Cer-

Cernimus excisas firmare palatia quercus:
Regalesque apto robore ferre domos.
Cetera plantarum pars est obnoxia flammis:
Sed fato quercus nobiliore cadunt.
Ligna tuis quercus fatis, ô Nobilis Heros,
Celestis moriens pars erit una domus,

XXV. Ex quernis ramis, inflexa à bono Genio corona civica.

VINCENTI. Apoc. 2.

Querna triumphales foliis ambire capillos,
Ausoniis quondam visa corona fuit.
Magnus honor civi servato debitus olim:
Quot tibi debentur Maxime serta FABI!
Mille tibi cives debentur, mille coronæ,
Has dare mortalis dextera nulla potest.

XXVI. Ara quernis ornata frondibus, ut Rheæ, olim solita est.

CÆSA CORONAT.

Quæ vivens Superûm quercus aptissima lucis,
Cæsa coronatis est repetita sacris.
Tu modò quas vivens ornas virtutibus aras,
Quasque foves sacras Relligionis opes:
Has immortali moriens augebis honore:
Cætera mors rapiat, fama superstes erit.

MONTES CHISIORUM SYMBOLICI.

XXVII. Montes sex gentilitii Chisiorum.

SEPTIMUS HIS DEEST.

Quod senos tantùm numerent insignia montes,
Fortè tuis debes annumerare SENIS.
Sed tamen Ausonios postquam colis, inclyte Montes,
Quid modò septenos te numerare vetat?
Vaticanum addet: aut si tibi fata negabunt:
Septimus ad senos junctus olympus erit.

XXVIII. Montes iidem per quos Genius enititur.

AD SUMMA PER IMA.

Scande, sed in primos gradiens enitere colles,
Qui stetit in summo vertice, trivit humum.
Et sensu & sensim venies ad summa per ima:
Unus erit virtus gressus, & alter honor.
Hoc opus, hic labor est, quo te meruisse putamus;
Ut decus, ut veniat parta labore quies.

XXIX. Arca Noetica in montibus, ad quam columba olivifera redit.

IN HIS QVIESCIT

Montibus Armeniæ quondam feliciter arcam,
Diluvii veteres incubuisse ferunt.
Et Germana suis Ecclesia fulta ruinis,
Ausoniis aliquam Montibus debet opem.
Fluctuat adversis etiamnum rapta procellis,
In Vaticano tuta futura Tuo.

XXX. Unus ex collibus gentilitiis Mons nudus.

VACAT INSIDIIS.

Insidiis persæpe locum faviſse videmus:
Tolle specus, silvas tolle, pericla ruent.
Incautum ne te lateant discrimina rerum:
Montibus in vacuis carpe viator iter.
Tuta fides FABIO est, procul hinc technæque dolique:
Mens illi, ut mons est, nuda cuique patet.

XXXI. Montes nudi ventis quaqua versum impetuntur.

NON MOVEBITUR.

Cùm furit oppositis Euruſque Aquiloque procellis,
Sæpe cadunt silvæ, culmina sæpe ruunt.
Unus ad insanas ridet mons integer iras:
Viribus hic tantùm frangitur aura suis.
Improba vesano FABIUM sors verberet æstu:
Cuncta ruant; nunquam sede movendus erit.

XXXII. Mons unde abscissus lapis idolum cadendo obruit.

VIS OMNIS AB ALTO EST.

Novi-

Novimus, antiquis celebrata insomnia fastis,
Ficta licet, veri promeruisse fidem.
Idoli lapis est visus confringere vires:
Hæresis Idolum, tu lapis esse, potes.
De petra suspensus adhuc minitare ruinam,
O utinam pereat viribus icta tuis!

XXXIII. Caprea in monte frustrà à canibus appetitur. TUTA, LICET SPECTATA.

Cùm tenet excelsos spectatrix caprea montes,
Ridet ad instantûm vimque minasque canum.
Invidia oblatret centum stipata ministris,
Qui te perstringat vulnere, nullus erit.
Roma tibi mons est: quanquam hoc spectabilis hæres,
Te tamen in casum nulla ruina trahit.

XXXIV. In monte Deus tabulas legis dat Moysi. EXCELSIS GAUDET.

Montibus assetum memorant mortalia Numen
Visere, Judæis Lex ubi nata fuit.
Sed tamen excelsas mentes præ montibus optat,
Et cupit in vivâ sede, quiete frui.
Cum nihil abjectum Fabius sub pectore volvat:
Quis monte hoc pectus grandius esse neget?

XXXV. Mons in quo munita valla & propugnacula. MONET AC MUNIT.

Tutius in vastas age propugnacula rupes,
Hinc munire tuos, inde monere potes.
Non cuivis te crede loco, nec fidus amico
Cuilibet, ut vitam protegat ille tuam.
Sit Fabio similis. mons est quem tutus adibis,
Hinc monet ac munit, quos videt esse suos.

XXXVI. Mons soli orienti expositus. HOS LUX PRIMA FERIT.

Quæ sensim radiis lustrat vigilantibus orbem,
Lux prior, in vastis montibus orta micat.

Et quæ fusa polis illustrat gratia vulgus,
Hæc prior in vastis mentibus orta micat.
Quæ te magne FABI secrevit gratia vulgo,
Hæc gratum vulgo te magis esse facit.

XXXVII. Pastor in monte stans, gregem juxtà pascentem custodit.

VIDET ATQUE VIDETUR.

Qui tenet elati præcelsa cacumina montis,
Inde videri, alios inde videre potest.
Celsa parent oculis Quisquis regit, ille videtur:
Et bene qui populum dirigit, ille videt
Præstat utrumque suis FABIUS, vigil omnia Præsul
Cernit, & exemplo cernitur ipse suo.

XXXVIII. Mons in vertice coronatus, quo nubes superat.

ALTA QUIESCUNT.

Qui nubes superat, placidâ mons cinctus ab aurâ,
Despicit imbelles ad sua damna Notos.
Mens Tibi Magne FABI generoso in pectore mons est,
Despicis insanas, orbe timente, minas.
Has supra nebulas excelsa mente quiescit:
Nil magnum est magnis quidquid in orbe vident.

STELLA CHISIORUM SYMBOLICA.

XXXIX. Stella radios ad imam terram dimittens.

SUMMA VIDETUR AB IMIS.

Summa licet summo firmetur in æthere stella,
Illa potest humiles irradiare casas.
Quod stellæ radii, FABIO submissio præstat;
Illa micat vulgo, nec tamen ille micat.
Lumine stella suo, FABIUS virtutibus orbem
Implet: utrumque soli sidus, utrumque poli.

XL. Stella influxu suo in hæc inferiora mundi operatur.

CUM LUCE VIRES.

Quod

Quod radiat medio defixum sidus olympo,
Terrarum facili viscera luce subit.
Sic virtus avido tua te communicat orbi,
Ut vires habeat te radiante novas.
Qui trahis exemplo, monitis sapientibus imples:
Lux aliis tua lux, sed magis illa tua est.

XLI. Stella à sole lucem accipit.

A SOLE DECUS.

Quidquid in auratis pulchrum micat æthere stellis,
Hoc trahit ex solo sole micante decus.
Sol oculus mundi est, per quem videt atque videtur.
Sol oculis, animis sed decus omne DEUS.
Exemplo FABIUS. DEUS illi prima laboris,
Causa; Deus meriti prima decoris erit.

XLII. Stella in tenebris illustrior.

IN TENEBRIS ABSQUE TENEBRIS.

Omnia nox pullo tenebrarum velat amictu:
Mobile stellarum quæ solet esse decus.
Pulchrius in tenebris sidus micat, absque tenebris,
Hoc terris FABIUS, stella quod ista polis.
Hæresis, infestumque scelus virtutibus altas
Offundat tenebras, nox vice lucis erit.

XLIII. Stella in cœlo, in terra Genius spectans.

ET PROCUL ET PROPE EST.

Quæ procul ex oculis distat, prope stella refulget:
Et quod abesse vides lumen, adesse vides.
Sideribus virtute tuâ similaris obortis.
Magne FABI, lux est fama decusque tuum.
Hæc licet absentis præsentia lumina monstrat,
Quàm procul à nobis, tam propè semper agis.

XLIV. Stellæ in firmamento parvæ.

MINOR ESSE VIDETUR, QUÆ SUMMA EST.

Hoc quodcunque polo fulget sublimius astrum:
Ignaris falsò creditur esse minus.

Sic quicunque Deum spretâ tellure sequuntur,
Ingenio vulgi vix modò nomen habent.
Sed tibi, magne FABI, vix ignorantia vulgi
Detrahit: in summis crederis esse, quod es.

XLV. Stella in cœlesti orbe, quem Angelus movet.

IMMOTA MOVETUR.

Stella polo firmatâ suo dum mota per orbem
Volvitur, illa suum mutat, habetque locum.
Et mens firma tibi: non mota, movetur in orbe:
Dumque agit aut agitur, sidere fixa suo est.
Quod polus est stellis, Deus est tibi, magne virorum,
Seu motus peragas, seu patiare tuos.

XLVI. Stella gemina Phosphorus, & Hesperus medio sole

ET PRÆIT, ET SEQVITVR.

Quæ præit ignivomos solis prænuntia currus.
Stella suum sequitur, non moritura, diem.
Quo Tu cunque venis, præit inclyta gloria famæ:
Cumque redis, gressu posteriore manet.
Nec mirum tibi cum virtus pro sole coruscet;
Quod quoque pro stellis famaque lausque micant.

XLVII. Stella Castoris & Pollucis in tempestate.

DIRIGIT ILLA RATIM.

Cum nutat dubiis ratis intercepta procellis,
Rebus in afflictis spem Cynosura facit.
Cùm tumet Ausoniam circum atra procella triremem,
Germanisque furit mars violentus aquis,
Stella micas, tumidisque ratim deducis in undis,
Consilii radios sentiat illa tui.

XLVIII. In monte Genius stellas explorat.

HIC CLARIUS EMICAT.

Quod micat illustri radiorum sidus ab auro,
Clarius in summis hoc micat orbe jugis.
Et quæ summa tenet virtus illustrior ardet,
Si micet ex summis conspiciendа locis.

For-

Fortè suis FABIOS Urbs montibus efferet olim,
Non capit hoc tantum vallis, & umbra decus.

XLIX. Stella soli orienti prævia. CRAS EADEM.

Quæ noctem dirimit nascentis sidere lucis,
Præcurritque novum stella ministra diem.
Cras eadem, notoque redux nil discrepat astro,
Te similem stellæ quis neget esse tuæ?
Mens eadem virtusque tibi: seu tristis opacis,
Sors tenebris cingat, seu ferat illa diem:

L. Stella Hesperus post solem occiduum. IN OCCASU ORITUR.

Sol ubi jam moriens dubium ferrugine cœlum
Pingit, agit rutilos Hesperus ortus equos.
Et simul occasum FABIUS, simul ibit in ortum:
Tunc oriens, vitâ cum moriente, cadet.
Morte suâ FABIUS: tenebris illustrius astrum
Splendeat; ast longum sol vehat ante diem.

AD ILLVSTRISSIMVM D. LEGATVM FABIVM CHISIVM.

DAbis veniam, si per Tuam celsitudinem hoc quantulumcunque obsequium nostrum, *suæ* deferri *Sanctitati* malumus, qui & meritis, & dignitate huic sedi propior, immerito operi benevolentiam tanti *Pontificis* aliquam conciliare poteris, neque enim ego is sum, qui viro in terris maximo meam probare operam possim. Quocirca nec solicitus fui, ut ipsius virtutibus adumbrandis singula adhiberem; quòd, inferiori laudum merito ejus magis honori detractum, quàm additum iri existimarem. Qui enim Heroes maximos imperitè ac frigidè laudat, reprehendit; dū quod orationi deest, virtutibus illorum subtrahit: pictori similis, qui pulchrum fœdè repræsentat. Notior in *Innocentio Columbæ* est innocentia, notior *Olivæ* mansuetudo, quàm ut ego illustrare, aut symbola illi à Superis, aut decus à propria virtute comparatum, possim. Per te hunc benevoli clientis videat conatum, qui per te hic nobis in Germania, suis tuisque ornamentis innotescit.

In Pontificis Maximi

INNOCENTII DECIMI

Columbam oliviferam ex gentilitiis
Insignibus desumptam.

FElix omen, fortunatum augurium,
Columba & Oliva.
Mitis & fecunda, arbor & avis,
Procul hinc

Tym-

Tympanorum ſtrepitus, tubarum clangor,
Armorum fragor, militum fremitus,
Columbam terrent,
Faceſſant.
Amantes præliorum Accipitres,
Rapaces bonorum Vultures,
Avidi cædium corvi,
Lædunt *Columbam*.
Abſint
Pugnaces fraxini, contumaces Ilices,
Funeſtæ taxi, fatales cupreſſi,
Cum *Oliva* ſtare nequeunt.
Has inter volucres, & arbores
Nec *Columbæ*, nec *Olivæ* eſt locus.
Fallimur,
An *Columbæ* Martii occentant alites?
Anſeres obſtrepunt?
Obrugiunt Leones? Dracones inſidiantur?
Parcatur innocentibus.
Siquidem Domini ſunt, quem aſſerunt
Vita eſſe ac nomine
INNOCENTIUM.
Plaudite.

Innocentius Decimus, Romanæ Eccleſiæ Summus Pontifex.

ANNAGRAMMATICE.

EJa tu eximius pacis, ac clemens omnium nunc eſto defenſor,

JUBI-

JUBILÆUS SYMBOLICUS

ALTER SYMBOLORUM QVINQVAGENVS, EX COLUMBA Pamphiliorum.

Columba in Petra nidificans.

TUTA QUIES.



Ite *Pamphili* Columbæ,
Sacra turma, grex fidelis,
Ite mites, absque bile:
Ite molles, absque ruga,
Ite suaves, absque felle:
Ite *Pamphili* Columbæ,
Ite candidæ sodales:
Lacte tinctæ, lilioque,
Et liguſtro colla sparsæ,
Absque labe, noxiâque,
Ite *Pamphili* volucres.
Hostis instar, & rapaci
Terret ungue, milviique,
Vultureſque, quære Petram:
Rapiumque tutiores
Quære sedes, ac latebras.
Non in horrido recessu,
Mænalique, Caucasique.
Non in Atticis Hymettis,
Thessaliſque quære silvis.
Una Petram septicollis,
Roma pandit tutiorem.
Hanc quiet is fessa sedem,
Hunc salutis pressa portum,
Quære turba *Pamphili*,

TV ES PETRVS, ET SVPER HANC Petram ædificabo Ecclesiam meam.



QUod contra Accipitres trepidis est Petra Colũbis,
Ausonidum nobis PETRUS in urbe fuit.
Petra columbarum est: animarum Petrus asylum:
Ista tuetur aves: ille tuetur oves.

II. Columba in aere, quæ litteras ex collo pendulas gerit.

NVNTIA FELIX.

Fallimur? an certum est etiam secreta columbas
Posse per, aëreas ferre, referre vias;
Mutina testis erit, bellis obsessa cruentis,
Nuntia promissam cui tulit ales opem.
Credimus? Ausonidum nova venit ab urbe columba:
Non est hæc ales Mattia, Pacis erit.

III. Columba ex arca à Noe dimissa.

SPES EXCITAT ALAS.

Spe ruit æquoreas emissa columba per undas,
Atque tuas ambit, mitis oliva, comas.
Spes quoque Legatos borealibus intulit oris;
Sunt quibus optatæ pacis oliva placet.
Irrita spes sæpe est: semel est spes falsa columbæ,
O utinam liceat dicere? nostra semel.

IV. Pulli Columbini ex ovo prodeuntes, citato & Mustelâ, haud procul positis, impetuntur.

VIX NATI CINGIMUR HOSTE.

Vix subit ignotos terebrato cortice soles,
Et patitur structos parva columba dolos.
Hostis ubique premit. Vix primas carpimus auras,
Quique datas rapiat, lividus hostis adest.

Ista

Ista columbarum sors est, hominumque; sed uno
Discrepat, est hominis (prô pudor!) hostis homo.

V. Pullus Columbæ stat in capite matris nido insidentis.

NULLA EST REVERENTIA MATRIS.

Cernitis, ut matrem plantis audacibus ales
Proterit? hoc etiam sæva columba potest.
Improba nos calcat soboles: Ecclesia mater
Ingemit, at paucos justa querela movet.
Illa caput nostrum est; sed dum vertuntur in orbe
Omnia: sub pedibus cernimus esse caput.

VI. Columba terretur umbrâ Accipitris in aqua conspecti.

UMBRAS CAVE.

Sæpè licet vacuas miseri trepidemus ad umbras:
Sæpè tamen justi causa timoris erunt.
Quæ timet Accipitrem, terretur imagine visi,
Quam spectat virteo lora columba freto.
Hæreticos primis Germania territa spectris
Si foret; hæreticis non modò præda foret.

VII. Columba in speculo sui imaginem, tanquam alteram Columbam, frustra sectatur.

UMBRA FALLIT.

Non verum, at veri multos delusit imago,
Sæpe rei speciem futilis umbra gerit.
Quod videt in vitreo specularix orbe columba,
Umbra rei tantùm est: sed tamen umbra tenet.
Credimus; Hæreticis mendax Ecclesia tantùm est,
Decipitur, fictæ quem tenet umbra rei.

VIII. Columba, Accipitre viso, fugit.

FUGA TUTIOR ARMIS.

Dum videt audacem metuendis unguibus hostem,
Præsidio subitæ tuta columba fugæ est,

Et

Et quandoque fuit strictis fuga tutior armis:
Pugna fuit causæ sæpe ruina bonæ.
Visa fuit fugiens Ecclesia pressa Tyrannos
Vincere, quæ pugnans vincere visa fuit.

IX. Columba aquis se lavans purgat. PURIOR EXIT.

Purior emergit vitreo de fonte columba,
Quantumvis liquidis sæpe prematur aquis.
Ut purges maculas, fluctus patiaris & undas,
Quas pluit in pressum sors malesana caput.
Crimina detergunt bellorum flumina, quisquis
Sæpe luenda facis, sæpe lavandus eris.

X. Columba inter milvum & canem media, hic dentes, ille ungues intentat. CONCORDIA DISCORS.

Non bene conveniunt, nec in una sede morantur
Milvius, & rabido juncta columba cani,
Difficilis res est, nec pacis idonea custos,
Mollis avaritiæ consociata fides.
Et canis & milvus jungent sua rostra columbæ;
Perfidia æterno Marte rebellis erit.

XI. Columba corvis haud procul dissitis, in rure juncta, quibus arcus imminet & sagittæ missæ. DAT VENIAM CORVIS.

Dirigit in mites auceps sua tela columbas,
Illæsoque ferox corpore corvus abit.
Innocui premimur: nil arma nocentibus obsunt:
Quo petit hic, alter Marte superbus ovat.
Si tantùm meritos raperent discrimina belli:
Aut pax, aut minùs hâc bella timenda forent.

XII. Columba pullis incumbens sensim consumitur. VITAM FOVEO DISCRIMINE VITÆ.

Dum vacat hæc pullis voluctris studiosa fovendis,
Auxilio vires deficiente cadunt.
Eximitur plumis nec avitæ gratia formæ est,
Quoque animat pullos, ipsa vigore perit.

Sic luit impensas natis Ecclesia curas:
Quos alit, hi spoliant: quos parit, inde perit.

XIII. Columba cassibus penè intercepta effugit.

NON BIS AD EUNDEM.

Quæ semel in laqueis decepto fune pependit,
Cautior ad laqueos, læsa columba redit:
Sic canis ab baculum trepidat, sic piscis ad hamum,
Cùm semel hic fustes, ille momordit acus.
Et fraudes metuit, fraudes Ecclesia sensit,
O quoties aliquis, pax, ait, hostis erat!

XIV. Columbæ ex veteri & ruinosa domo ad aliam novam candidam evolant.

OMNE SOLUM PATRIA.

Sedibus expulsæ visent nova tecta columbæ:
Excipiet profugam candida turris avem.
Exulet antiquis Ecclesia sedibus acta:
Exulis hospitium vel novus orbis erit.
Et dolet, & gaudet: visis dolet illa, ruinis:
Exilio gaudet, ditior illa, suo.

XV. Columbarium columbis multis frequens, Corvi & canes ad cadaver.

JUNGIT CONCORDIA PLURES.

Chaonias sociis jungit concordia tectis:
Non secus ac gaudet juncta bidente bidens.
Et bene lætatur junctis Ecclesia natis.
Dissidium procul hinc, sit procul inde furor.
Ite canes rabidi, pastique cadavere corvi
His procul à sociis pax sua regna colit.

XVI. Columba pullos suos nutrit terrâ salsuginosâ.

ET AMARA JUVANT.

Et juvat, & pasti gaudent salsugine pulli,
Quam legit ex udâ Chaonis ales humo.
Dulcia nonnunquam prosunt; sed amara frequenter.
Sæpe nocent aloes pabula, sæpe juvant.
Pascitur, & pascit duris Ecclesia bellis:
Fortiter illa pati, pars bona pacis erit.

XVII. Co-

XVII. Columba in cassibus frustra obluctatur.

SERO SAPIT.

Sera sub hoste fuga est, frustra vita veris ictum,
Stridula cùm pavidum fixit arundo latus.
Cùm subiit laqueos, frustra obluctabitur ales:
Nil juvat ad mersam remus, & aura ratim:
Dum tempus ratioque sinunt, auferte periclum,
Non sapit hic, quisquis non nisi serò sapit.

XVIII. Columbæ in agro sparguntur à cane.

IN DIVERSA RUUNT.

Ecce ruit subitò per devia quæque volatu
Ales, ad hostilis territa spectra canis.
Effugit agna lupos, torvos lupus ipse Leones.
Quod fugiant homines, hoc facit alter homo.
Hic canis, hic lupus est, sic Petri spargit ovile.
State licet: Pastor sedulus arma rapit.

XIX. Columbis sparguntur ad casses positos semina.

FIDE, SED CUI VIDE.

Et sua blanditiis fraus est; & munera perdunt.
Vidimus hamatos fallere sæpe cibos.
Vidimus & captam laqueos intrare columbam,
Semina spargentis dum legit illa manus.
Dum sua jam prostant venalia fœdera multis:
Decipitur, qui vult fidere Perfidiæ.

XX. Columbarum pulli alter alteri escam præripit à matre porrectam.

FRATRUM QUOQVE GRATIA RARA.

Carpimur invidiâ stultâque cupidine rerum:
Perdit amicitias utilitatis amor.
Quem studiosa parens natis collegit alendis,
Fraternum Frater præripit ore cibum.
Testis avis; fovet & natos Ecclesia testis,
O lucri, & pacis dissita vota nimis!

XXI. Columba rostro se à vermibus purgat.

VIX SECURA DOMI EST.

Sæpe domi latuit, versusque est hospes in hostem,
Crede mihi nullo culmine turus eris.
Parva columba suos vermes complectitur alis,
Sæpe fovet cuculum nescia mater avis.
Per quam læsa perit, fert alvo vipera prolem:
Quique Petri quatiunt, fert ratis ipsa viros.

XXII. Columba lauri folia ad pullorum nidum defert.

AMAT VICTORIA CURAM.

Dum licet & morbus patitur, medicina paretur,
Jam validâ seram peste feretis opem.
Dum blattas metuunt, & sparsi toxica morbi
Chaoniæ, lauro seque suosque fovent.
Æmula sedulitas Romanæ Matris amatur:
Illa suos lauro protegit, illa fide.
Hæc utinam nunquam contempta medela fuisset!
Non modò tot belli funera fleret humus.

XXIII. Columba ad arcam cum oliva redit.

εὕρηκα

Plaudite, nam viridi petit arcam fronde Columba,
Quam legit ex ramis mitis oliva tuis.
Et sperare juvat: viridi spectatur olivâ,
Urbe sacrâ veniens nuntia pacis avis.
Augurium felix, FABIO gaudete sequestro,
Omine non caruit tam bona causa suo.

XXIV. Columba manui insidet, quam juxta collisa arma terrent, & avertunt.

TRACTABILIS ARTE.

Assuetam manibus vidi facilemque columbam;
Hanc tamen aversam martius horror agit.
Quas sensit faviſſe manus Ecclesia, nunquam
Horret, ad armatos non venit illa sinus.
Mitis ab ingenio est. Adamat, redamabit amantem,
Marte regi non vult, arte paratur amor.

XXV. Columba cum aliis columbis & avibus domesticis.

BONORUM BONA SOCIETAS.

Pascitur & sociis est juncta columba columbis,
Nec metuit cicures ales amica greges,
Novimus exemplis: Ecclesia pacis alumnos
Colligit in placido mater amica sinu.
O malè degeneres nati, soeiique malorum:
Qui modò bella fremunt, hos citò bella prement.

XXVI. Columba sola in tecto gemens.

PRO CANTU GEMITUS.

Quæ deserta sedet viduo, sine compare, tecto,
Ingemit afflictis mœsta columba modis.
Tristis ad immanes bellorum Ecclesia turbas,
Natorumque Parens cladibus orba gemit.
Hos quicunque potest annus lenire dolores:
In reliquis nobis ille salutis erit.

XXVII. Columba profugiens laqueum, quo capta erat, secum aufert.

EXTREMA PERICULA VICIT.

Insidias vicit, laqueosque resolvit inertes,
Et captiva trahit vincula mitis avis.
Exue te sævi laqueis Ecclesia Martis;
Turpe jugum est. Pacem libera turba colit.
Fallimur? an tandem libertas proxima fulsit?
Rumpuntur laquei, spes bona pacis adest.

XXVIII. Columba corvum aliquot plumis amissis effugit.

DELVSIT HIANTEM.

Ne succumbe malis. Et desperatio vires
Sufficit, & mediis spes rediviva rogis.
Ipsa licet corvi deprensa sub ungue laboret,
Amissum repetet sæpe columba gregem.
Sperat adhuc duris lacerata Ecclesia bellis,
Sæpe premi, peremi non tamen illa potest.

XXIX. Columba pueri manibus mulcetur & enervatur.

BLANDITIÆ PERDUNT.

Blanditiæ perdunt, pueris mulcentibus, ales
Amittit formæ vimque decusque suæ.
Perdita jam dudum, blandis Ecclesia rebus
Squaleret; duris perstat adultus honor.
Emicat in terris pulcherrima stella tenebris,
Quæ niveo latuit stella sepulta die.

XXX. Columbarium accipiter frustra tentat subire; canis præ foribus moratur.

NON CUIVIS PATET.

Stet canis ante fores, castis Ecclesia gaudet
Hospitibus, non hæc ostia cuique patent.
Quâ penetrat cortem, juncto consorte, columba,
Non hâc accipiter debuit ire viâ.
Quodque bidens habitat, lupus hoc arcetur ovili.
Perfidus impetio cedat, & arma cadent.

XXXI Columba mortua retinet suum colorem album.

MORS NON MUTAVIT HONOREM.

Ipsa licet niveam rapiat Libitina columbam,
Quæ fuit, in letho candida perstat avis.
Et pereat concisa suis Ecclesia membris;
Membra tamen pulchro mortis honore nitent.

XXXII. Columbarum una nido incubat, altera cum alimentis advolat.

HOC OPUS, HIC LABOR EST.

Fervet opus, teneros nido fovet altera pullos,
Altera quæsito fert alimenta cibo.
Hoc opus, hic labor est, natos educere fœtus,
Tantus amor sobolis, tantus amoris amor.
Quid matres faciant, pia nos Ecclesia nutrix
Edocet, in natos tota profusa suos.

XXXIII. Columba Mas & Femina inter se pugnantes brevi conciliantur,

AMANTIUM IRA BREVIS.

Et mites quandoque rapit brevis ira columbas;
Sed tener hac etiam lite fovetur amor.
Sic decet, hortaturque suos Ecclesia natos,
More columbarum, sit brevis ira, jubet.
Cur non obsequimur? furor implacabilis ardet
Bellorum, ah, tandem, sit furor iste favor!

XXXIV. Columba excæcata in cassibus, ad quam aliæ tendunt.

NE COECO CONFIDE DUCI.

Quidquid id est, metuo: laqueis implexa columba,
In sua captandas vincula ducet aves.
Cæca quidem est, trahet ipsa tamen, ne fide sodali
Decepto, gaudet captus habere parem.
Vix satis hæreseos cœcæ vitaveris artes,
Innumeros laqueis induit illa suis.

XXX. Columba picta in viscatis perticis collocata, ad quam aliæ advolant.

NIMIUM NE CREDE COLORI.

Picta columba sedet viscatis addita virgis,
Et positis volucres implicat illa dolis.
Fallere & umbra potest, picta nitet hæresis arte,
Et speciem veræ relligionis habet.
Huic malè si credas, captivus imagine veti,
Sub fidei larvâ perfidiosus eris.

XXXVI. Columba in bellico vexillo depicta.

PAX META BELLI EST.

Mos erat hîc veteri quondam Babylone receptus,
Militiæ fieri symbola pacis aves.
Exemplum sequitur placidis Ecclesia figuis,
Pacis ad auxilium cogit in arma duces.
Hostes bella fremunt, ex bellis bella creantur;
Dissidium quodvis claudirur excidio.

XXXVII. Columbæ geminæ, quæ euculum à se avertũt.

MIHI SVFFICIT UNUS.

Cetera turba procul, paribus juvat esse columbis,
Sufficit ingenuis, unus, & una toris.
Quod malè turbatas Ecclesia lugeat ædes,
Hoc faciunt quibus haud convenit illa domus.
Una fides torus est, sponsus placet unus amanti:
Quidquid turbarum est, turpis adulter agit.

XXXVIII. Columbarum unam odorifero liquore sparsam, aliæ sequuntur.

ODORE TRAHIT.

Et suus illecebris locus est, & odore columbas
Attrahit, Assyrio sparsa Columba thymo.
Non opus est herbis: Ecclesia pacis amore,
Quemque potens virtus spirat, odore trahet.
Hanc, quicunque fugis longi fastidia belli,
Ponè subi: Pacis templa subibit avis.

XXXIX. Columbarum alæ uno loco, altero corpora.

MINVIT DIVISIO VIRES.

Nil possunt vacuæ dum sunt sine corpore plumæ,
Nil sine remigio corpus inane potest.
Indiget hoc plumis; sed egent quoque corpore plumæ:
Alterius sic res altera poscit opem.
Tolle fidem, vacuum fuerit respublica corpus:
Publica res pereat, nil sine jure fides.

XL. Columba mari se capite immergens, anser juxta & cygnus.

JACTATUR NON MERGITUR.

Innatat in vitreo purganda columba profundo,
Obruat unda caput, nil tamen unda nocet.
Sic sua, ne pereat, cygnum lavat ala natantem,
Sic etiam liquidis mergitur anser aquis.
Mars furat, & sacram premat hæresis atra phaselum,
Fluctuat; ast nunquam mergitur illa ratis.

XLI. Larvæ in agris positæ juxta quas columbæ.

INANES MINÆ.

Larvarum facies mediis spectavimus agris,
Horruit ad vanas nulla columba minas.
Hæresis auxilio Martis non pauca minatur;
Sed ridet bruras Ausonis ora minas.
Cedite larvati, vanum, sine corpore, corpus:
Umbra quidem pueros, non fugat illa viros.

XLII. Columbarum pulli hiant, nil tamen porrigente matre.

MORA PARVA JUVAT.

Ah video, rostro petit escam pullus hianti:
Quam petit, hanc nondum præbet amica parens,
Et fallit quandoque, tamen quandoque ministrat,
Redditur ex modicâ gratior esca morâ.
Quæ dilata diu tandem speratur ab urbe
Pax ista poterit gratior esse morâ.

XLIII. Columba regali in mensa, corvus in fimeto.

PRETIOSO FUNERE TOLLOR.

Cedite corvorum despecta cadavera; funus
Nobile, regali digna columba manu est.
Pignus amicitiæ moriens hæc inter amicos
Fercula mensarum deliciasque facit.
Sic vivet post fata novis Ecclesia mensis,
Delicium cœli, cœlituumque decus.

XLIV. Columba varios induere colores collo videtur, cum unus idemque maneat.

VIDEOR, NON SUM.

Falleris, hanc qui credis avem mutare colores,
Purpureumque croco, cæruleumque nive.
Immutata manet; sola est deceptio visus:
Si credas oculis omnia, falsus eris.
Hæresis advertat: mutata Ecclesia non est,
Hæc manet, at visu fallitur illa suo.

XLV. Columba, aperto pectore, sine felle reperitur, ut Horus testatur.

NESCIA FELLIS.

Viscera dissectæ gladio scrutere columbæ,
Nil ibi, quod tumeat, fellis amara geret.
Quantumvis ferro laceres, ac Marte cruentes,
Nil fellis mater relligionis habet.
Il'a pati didicit, didicitque ignoscere culpæ:
Hostis ades, veniam si cupis, hospes eris.

XLVI. Columbæ gregatim ex rure ad tecta redeunt.

TENDIMUS UNA.

Una domus nobis, via par deducit ab agris,
Quotquot Chaoniæ connumeramur aves.
Est aliquid comitem esse bonis, sic tutius itur:
Qui malè privatum quærit, aberrat, iter.
Non modò tam fœdas daret hæresis orbe ruinas:
Si proavis tritam curreret illa viam.

XLVII. Columba serenitatis venturæ insolenti cantu signa edit. Sol per nubes emicat.

POST NUBILA PHOEBUS.

Lætior elatâ dum plaudit voce columba,
Præcocibus solem plausibus illa ciet.
Et modò Romanâ plaudunt de rupe columbæ,
Optatumque monent pacis adesse diem.
Credimus augurijs? an vincit nubila Phœbus,
Candida post bellum pax remeare nequit?

XLVIII. Columbæ elixæ in pharmacopolio propositæ, eò quod pestis luem non contrahant ipsæ, & ab ea præservent vescentes, ut Horus asserit.

MEDICINA MALORUM.

Ne tibi displiceat præsens medicina malorum,
Cum furit hostili pestis acerba lue.

Sæpè

Sæpè fuit miseris gustata columba saluti,
Et, cum Romanâ relligione, fides.
Ut vites cum peste famem, ne sperne columbam:
Ut cum Pace nefas, hanc potiare fide.

XLIX. Columba Pontificiis insignibus Tiaræ & cruci insidet, ut S. Fabiano Pontifici factum memorant.

VENIT OMINE FAUSTO.

Cernitis, ut prisci redeunt miracula mundi:
Cum venit ad sacram pura columba crucem.
Quæ FABIANE tibi fuit olim candida cœlo,
Nunc successori favit amica tuo.
Sint corvi milvique procul, mavortia turba,
Alitibus pacis sola Tiara patet.

L. Columba olivifera in australi cœli plaga inter astra collocatur, ut astrologi hujus ævi faciunt.

COELUM POST FATA TENEBIT.

Cernis oliviferam cœlo regnare Columbam,
Ingenio quisquis perspicis astra tuo.
Scilicet & cœlum pacis delectat imago,
Quæ modò PAMPHILIO pacis imago placet.
Non malè conveniunt; quæ nunc tenuere Columbæ
Sidera, PAMPHILIUM post sua fata ferent.

TERTIUS SYMBOLORUM QVINQVAGENVS EX OLIVA Pamphiliorum.

AD

Olivam, quæ semper virens pacis Symbolum est.



Stes oliva pacis arbor,
Fronde pulchra, flore culta,
Delicatam compta frontem,
Succulento plena fructu,
Hinc capillis, inde baccis
Stes oliva fertilis,
Stes oliva, planta mitis,
Silva mollis & venusta,
Arborumque lux, decusque,
Imperatrix blanda ruris,
Hinc coronis, inde baccis
Stes oliva nobilis.
Bruma sævo torva vultu,
Hispidisque fœta nimbis,
Asperisque cincta ventis,
Irrito spumet furore:
Stringat undas, nudet ornos,
Stes oliva frondibus.
Bella Mavors impotenti
Spargat ausu, rura vastet,
Nudet agros, stes oliva,
Nil timebis PAMPHILIQUE
CHISIQUE tuta dextris,
Stes oliva fructibus.
Pace frondes, pace flores,
Lætùsque latiùsque
Pacis arbor explicabis,
Fertilisque, nobilisque
Frondibusque, fructibusque
Stabis arbor PAMPHILI.

I. Ramus olivæ è ceteris ramis manu selectus.

HUNC PRÆFERO.

Diversos diversa juvant. Hunc Martia comus
Afficit, hunc Clario laurus amica Deo.
Non eadem sapimus, delectat oliva Minervæ
PAMPHILIUM: mitem pacis imago virum.
Corno cede tuâ Mavors, ac Dalia lauru:
Judice me, primas Palladis arbor habet.

II. Olivetum plantant parvi pueri; ut fit in Cilicia: quòd à castis pueris plantatæ olivæ sint fecundissimæ.

NON QUAVIS TRACTANDA MANU EST.

Fertilis à Cilicum plantatur oliva puellis,
Est aliquid castas apposuisse manus.
Non omni plantanda manu pax, censeo, nostra est.
Apponat FABIUS PAMPHILIUS QUE suam.
Non steriles invecta comas lacetataque bellis
Pax feret, amissas mox revocabit opes.

III. Olivæ fructus colliguntur in vasa maturè ne morâ pereant, ut solet.

INGRATA MORA EST.

Et mora certa juvat, succosque refringit amaros:
Et perit ingratis bacca relicta moris.
Matures potius, minus hac in parte nocebis;
Discite, LEGATI: Pax ut oliva, perit.
Noxia quæque mora est, nisi maturare lubebit,
Serò virens pacis fructus acerbus erit.

IV. Oliva ex oliveto in latiorem campum translata meliùs proficit. *Vide hic & infrà Plinium in pluribus.*

VULT

VULT SPATIUM VIRTUS.

Quæ plantas inter latuit compressa minores,
Virtutis campum quærit oliva suæ.
Paci tota sinum pandit Germania: desunt
Consilioqe viri, consiliumque viris.
Nam nimis angustis Germanos claudere metis,
(Vult spatium virtus) pax sine pace foret.

V. Oliva caduca fulcitur stipite.

ADJUTA STABIT.

Opportuna manus fulcrum præbebit olivæ,
Cùm nondum senii pondere victa labat.
Pax optata licet casum suspensa minetur,
Stare potest fidâ non ruitura manu.
Sed tamen incertis stabit temeraria fulcris,
Ni conjuratam Teuto reponat opem.

VI. De olivæ excisæ trunco facta imago Mercurii est.

EXCISA RESURGIT.

Quæ succisa suis cecidit radicibus arbos,
Illa cadens formas induit arte novas.
Pacis erat vivens, moriens est pacis imago,
Praxiteles vitam reddidit ingenio.
Hæresis evulsam Pacis prostravit olivam,
Truncatæ formam reddere, id artis erit.

VII. Oliva oleastris inserta frugiferos reddit.

FECUNDAT STERILEM.

Extollit steriles oleaster fruge racemos,
Insita cum duro nupsit oliva proco.
Hoc oleæ donum est, cur non mansuescimus armis
Si licet, & steriles fruge beamus agros?
Quisquis frugiferas oleastris Pacis olivas
Inserit, agricolis hic mihi major erit.

VIII Tropæum in oleæ trunco erectum.

HOC PENDEAT ARBORE MAVORS.

Vidimus ex oleis veterum fulgere tropæa:
Ex olea, liceat dicere, rursus erunt.

Jure

Jure solent bellis pendere tropæa peractis,
Quis faciet justo stare tropæa loco?
Victores victique jacent, & amicus, & hostis:
Quilibet ex quovis parta tropæa locet.

IX. Quercus juxta olivam, hanc sterilem efficit.

NON BENE CONVENIUNT.

Non bene discordi sociatur quercus olivæ:
Illa potens succo; glandibus illa frequens.
Nec penè cum duris sociantur mollia bellis
Otia; pacificis otia grata viris.
Alterius quercus gaudent & bella ruinis:
Mitior hinc nobis pacis oliva placet.

X. Oliva ventis quassata radices altiùs agit.

CONCUSSIO FIRMAT.

Proficit adversis virtus: firmatur oliva
Altiùs offensis exagitata Notis,
Undique concussis quamvis Mars obstrepat armis,
Paxque minis trepidet, perfidiàque fides.
Pacis adhuc fideique suis venerabile terris
Nomen erit, donec Roma polusque ruant.

XI. Oliva virens cum aliis arboribus hieme exustis,

CONSTAT UBIQUE SIBI.

Non metuit gelido brumas aquilone rigentes,
Quæ viret æstivâ mitis oliva togâ.
Est aliquid constare sibi, cum prælia Mavors
Dura fremit, cùm sors mutat acerba vices.
Non aliter Romana suas Ecclesia vires
Virtutemque, fide non ruitura, probat.

XII. Oliva de tumulo enata, ut in S. Torquati Episcopi In Hispania tumulo spectatur, quæ ipsius natali die floret, & fructum facit, oleo contra omnes morbos fuso.

MELIOR POST FATA VIREBIT.

Vidimus Hispano quod staret oliva sepulcro,
Quæ viridi baccas fronde, oleumque daret.

Hanc

Hanc Torquate tibi post fata locavit olympus:
Symbola pacifici sustinet illa viri.
Parquoque PAMPHILIUM post fata manebit oliva:
Cui sanctæ in vita pacis oliva placet.

XIII. Vitis olivæ copulatur.

COHÆRENT.

Visa per amplexus scripsisse recentis olivæ
Vinea frondosis intemerata comis.
Nec malè mixa fuit: dedit hæc, dedit altera fructum:
Sed brevis, aut crudus fructus uterque fuit.
Quis det, ut optatæ societur copia paci,
Et vigeat fructu copia paxque suo!

XIV. Oliva in igne adusta sterilescit.

NE VIOLA.*

Nil mihi cum flammis, procul hinc, procul este favillæ:
Tacta focis molles perdit oliva comas.
Dum nova bellorum Mavors incendia nutrit,
Et paci cupidas admovet arte faces.
Nil sperare licet, Frustra manus altera flammas
Dum gerit, admotas altera præbet aquas.

XV. Coronæ aliquot ex oliva plexæ, quarum una manu elevatur.

DIGNUM EXSPECTAT CAPUT.

Pacis & armorum quisquis decreta sequester
Dirigis, arbitrio subjicienda tuo:
Abjice consilium bellorum; pacis ad artes
Mitior ingenio subsidioque veni.
Æternis cingent oleis tibi serta capillos:
Fax Martem; Pacem sola corona decet.

XVI. Oliva in collibus glareosis fertilis, in pratis sterilis.

STERILI NUTRITUR IN AGRO.

Fertilibus tenuis marcescit oliva viretis,
Nutritur sterili pinguis oliva solo.
Quas glareæ lapidesque premant, vult Pallas olivas
Pax oleæ similis, fertilitate perit.

*Luditur anagrammaticè: Nam Oliva versis litteris viola est.

Nascitur

Nascitur exhaustis melius pax aurea terris?
Spes igitur reducis proxima pacis adest.

XVII. Oliva, cui manus cum pertica immineat, aliquibus ramis laceris.

NE QUID NIMIS.

Lex vetus est: oleam duro ne verbere stringas,
Ne tibi deficiat fructibus illa suis.
Mitior exposcas redditurum tempore fenus?
Qui durus nimium est, ille negare docet.
Qui nimium duris pacem sibi legibus urget,
Forsitan huic fructus non dabit illa suos.

XVIII. Oliva, quam imber irrigat.

JUVAT ATQUE NOCET.

Qui juvat imbelles imber moderatus olivas,
Obfuit immodicis aethere fusus aquis.
Aut oleum, aut pingues oleis dabit imber amurcas.
Sæpius optatas copia tollit opes.
Copia, pacis opes minuit, fovet improba Martis:
O inopes quibus has pax perit inter opes!

XIX. Olivæ minores, supra quas, exdensa nube, tenui radio *Sol* emicat.

EXSPECTANT SOLEM.

Nubibus obtectas Phœbi spectate quadrigas,
In tenui reptans gaudet oliva solo.
Pax etiam nostris nondum sat adulta diebus,
Æterni cupiet solis honore frui.
Ille latet nebulis scelerum velatus opacis,
Serius hinc fructus pax facit alma suos.

XX. Ex olivæ ramis aves fructum decerptum respuunt, & fugiunt.

DESIPIT, ALOE EST.*

Desipit interdum sapidum qui condit olivum
Nucleus, ex baccis carptus oliva tuis.

* *Alluditur ad anagramma: nam* Olea *versis literis* Aloe *est.*

Gustatum fugiunt volucres, sint dulcia pacis
Germina, non paucis fructus amarus erit.
Improba dissidiis alitur plebs: dulcia pacis
Gaudia libertas seditiosa fugit.

XX. Oliva multis luxurians frondibus; sed sine fructu.

INOPEM ME COPIA FECIT.

Quid juvat excultam succrescere frondibus umbram,
Si mihi luxurians est sine fruge coma?
Quid juvat optatum ditescere frugibus annum,
Si Mavortis agri fenora sica metat?
Pax veniat, lætusque suis stet messibus hortus:
Est mala fertilitas, quæ sine pace viret.

XXII. Oliva, à qua rami superflui manu putati decidunt.

RARA EST SINE VULNERE VIRTUS.

Cædite ruticulæ vacuas sine frugibus umbr,
Et minuat densas arbor opaca comas.
Lætior hæc vivet frondes detonsa bipenni:
Quò minor est, major fructibus arbor erit.
Postquam Europa tuis opibus præcisa recumbis,
Frugiferæ propior spem modò pacis habes.

XXIII. Oliva plena, juxta quam rastra & ligones in fasciculo.

FRUCTUM DABIT ABSQUE LABORE.

Absque labore nihil, verum est; nisi fallit oliva,
Quæ sata, dat fructus, absque labore, suos.
Tollit rastra procul, cassosque referte ligones,
Sufficit ad plenas Palladis arbor opes
Pacis ad ingenium est: facili parit illa labore,
Tollatur ferrum, copia pacis erit.

XXIV. Olivæ

XXIV. Olivæ ramus quercui frustra inseritur.
NON OMNIS FERT OMNIA TELLUS.

Quisquis in accisâ quercu plantabis olivam,
Nil dabit hæc olei planta, laborque tibi.
Irrita vota facis, quisquis plantate quietem
Armorum in medio, stulte, furore cupis.
Dum sceptris inhias, dum bellis bella reponis,
Quæ tibi pacificæ cura quietis erit?

XXV. Oliva fructu repleta.
FRUCTU NON FLORE TRIUMPHAT.

Quæ florum tenui se vestit oliva decore,
Non tenues frugum cortice fundit opes:
Munera promissum superant. Dent Numina pacem
Sub tenui pacis flore venire parem.
Spem vincat, superetque fidem; sed vota vovemus,
Heu metuo! pacis flos, sine fruge, cadet.

XXVI. Oliva, quam caper admordet & vitiat.
QUEM PASCIT, HOC DENTE PERIT.

Quem caper admordit vitioso noxius ore,
Deficit ex fœdis mollis oliva labris.
Mitamur! pax fortè viret non dispare casu:
Paucorum admorsu mox vitanda ruet.
Est qui dissidii fautor, nil spiret amicum:
Et durus placidas it caper inter oves.

XXVII. Oliva ejusdem quantitatis cum quercu, aut corno, appensa præponderat.
PRÆPONDERAT ILLA.

Hinc oleam, cornum inde pari suspende bilance:
Ponderibus gravior prævalet illa suis.

Symbola pacis habes; sed habes quoque symbola belli:
Cornus erit Martis, Pacis oliva decus.
Cernite Legati. Pax, an Mars pondere major?
Vos natura docet, vos docet ista bilanx.

XXVIII. Oleæ fructus in mensa divitum lauta, ad stomachum acuendum adhibentur.

TENUI VIX APTA SALINO EST.

Pauperis ad mensam fructus non spectat olivæ;
Sed quam lautitiis pinguior aula struit.
Crœsus amat baccas, Codro sua corna leguntur:
Plus ex pace refert dives, inopsque minus.
Credimus? ad miseros spectant incommoda belli?
Ad regni proceres commoda pacis eunt.

XXIX. Olivæ rami per manum armatam præputantur.

SINE LEGE MODOQUE.

Quid mitem gladio miles perstringis olivam?
Rustica præ gladiis apta securis erit.
Palladis ingenio nescit Mars stringere ferrum,
Plus æquo semper præputat illa manus.
Quisquis ad amissas per bella revertitur urbes:
Unius intuitu mœnia mille ruit.

XXX. Oliva ventis eversa cui manus ad erigendum admota.

AUXILIM TARDASSE NOCET.

Cùm ruit evulsis radicibus arbor olivæ,
Seriùs admoto stipite tollis onus.
Ipsa licet repetat vestigia pristina terræ,
Impulsu facili lapsa repellet humum.
Ante licet caveas quam pax ruit impete belli:
Postquam mota loco est, vix reditura cadet.

Oli-

XXXI. Oliva, sub qua hinc sole affulgente, inde nive cadente, latent pecudes.

PROTEGIT AC NUTRIT.

Si mihi defuerint fructus, tamen umbra juvabit,
Non deerit ramis ille, vel illa meis.
Ipsa tegam pecudes volucresque, & mille ferarum,
Seu phœbus radiis, seu nive bruma premat.
Symbola pacis habes: opibus favet atque quieti;
His careat, quisquis Martia bella fremit.

XXXII. Vicinæ tres olivæ, quarum mediæ securis ad radices adhibetur.

NOCUIT VICINIA MULTIS.

Quantumcunque ferax vicina nocebit oliva;
Altera in alterius noxia surget opes.
Heu quantum nocuit vicinia Regibus avari
Regibus! alterius præripit alter opes.
Hinc pacis jactura bonæ est, hinc arma sonamus,
Patriaque in cineres versa repentè cadit.

XXXIII. Oleæ ramus manu agro insertus & rusticus arans.

CARPENT MEA DONA NEPOTES.

Sæpe laboratum est; sed erant sine fruge labores,
Quâ sua sudoris præmia ferret opus.
Sæpe manus, quæ non carpet, plantabit olivam:
Sæpe metent alii; rusticus arva colet.
Et qui prima locat sperandæ germina pacis,
Forsitan hinc fructus non leget inde suos.

XXXIV. Oliva truncata refundit ramos copiosius.

CÆSA REDIT MELIOR.

Uberior quandoque redit post vulnera truncus,
Et raptas vario germine reddit opes.

Fortè suas etiam repetet pax aurea terras,
Uberior, post tot bella cruenta, bonis.
Proderit interdum graviora tulisse pericla,
Ut placeat gustu pax reditura suo.

XXXV. Gladius manu in olivam impactus, ob ejus duritiem frangitur.

FRANGERIS ANTEQUAM FRANGAS.

Qui petis adversam ferro mucronis olivam,
Cede minor; chalybe est durior illa tuo.
Irritus iste furor cadet, ac insana voluptas,
Quæ cupit eversum sternere pacis opus.
Sentiat armatam, qui Pallada spernit inermem,
Et ferro pereat ferreus ipse suo.

XXXVI. Oliva igni adhibita, & ipsa destruitur, & ignem destruit.

PERDITUR ET PERDIT.

Ignibus admotam quisquis malè perdit olivam,
Sentiet exstructi commoda nulla foci.
Non bene conveniunt, junctæ periit ignis olivæ:
Perdit & hunc moriens, quo perit ipsa, rogum.
Pacis ad exitium, qui belli incendia nutrit,
Et belli, & pacis commoda nulla feret.

XXXVII. Olivæ jam marcescenti adhæret hedera.

MALA FOEDERA PERDUNT.

Fœdera cautus ini, cuivis ne crede sodali;
Vulgus amicitias utilitate probat.
Quod molles hederis rami cingantur amicis,
Crede mihi, exitio fiet oliva tuo.
Quæ malè divisæ sociabis fœdera genti,
Fœdera in exitium sunt valitura tuum.

XXXVIII. Olivæ ramo duæ columbæ insident.

RARA QUIES.

Rara columbarum sedes spectatur oliva,
Rara licet fuerit, visa fuisse tamen.
Rara quidem res est, Ecclesia pace quieta;
Quæ detestatur, prælia ferre solet.
Sed quoque depositis spem desperatio bellis
Sæpe facit: bellum pax aliquando premit.

XXXIX. Oliva arida & senio deficiens.

NIHIL IMMORTALE TENEMUS.

Omnia deficiunt, tacito pede labitur ætas,
Quæque diu viguit, marcet oliva senex.
Longa quies hominum, pax que interitura senescit,
Et vitio sensim carpitur illa suo.
Ipse suas spargit Mavors per tempora vires,
Quæque diu jacuit, pace triumphat humus.

XL. Olivæ ex oliveto in lætiorem campum transferuntur.

MUTATO CRESCIT IN AGRO.

Et mutasse locum non rarò juvit olivam,
Est aliquid patrium deseruisse locum.
Ingenium persæpe locis mutamus, & artes:
Forsitan & certâ pax adolescet humo.
Mille locis tentata fuit; nisi denique crescat,
Sperandus vix hac arbore fructus erit.

XLI. Olivæ fructus leguntur & torculari subjiciuntur.

PREMOR UT EXPRIMAR.

Nil nisi pressa dabit quantumvis pinguis oliva,
Ut tibi det succos, exprime, bacca fluet.
Pacis amas fructum, bellis urgenda frequenter,
Durior ad molles pax solet esse preces.
Pro prælo sint arma tibi, pro vecte machæra:
Cum nequit ars, pacis Mars tibi præstet opem.

XLII. Fulmina quercum dejiciunt, stante olea.
FERIUNT DISCRIMINE CERTO.

Fulmina transiliunt oleas, humilesque racemos,
Quercubus hæc tantum dura cedrisque ruunt.
Incumbunt aliter bellorum fulmina mundo,
Regibus hæc parcunt, ruricolasque premunt.
Quod si delectu Mavors & Jupiter uno
Fulmina dirigerent, pax, sine Marte, foret.

XLIII. Oliva ventis adversis inflexa cedit, pomus juxtà frangitur.
CEDENDO VINCIT.

Duriùs obstantes memini convellere pomos
Flabra, quibus tutis cessit oliva comis.
Cedere PAMPHILIUS didicit vel iniqua roganti,
Quantum sana fides, pax, ratioque ferent.
Religio bellis, ventis agitatur oliva:
Hæc aliquid bellis cedet, oliva notis.

XLIV. Ramus olivæ cum gladio decussatim.
ELIGE.

Elige, sive petas gladium, seu quæris olivam:
Serviet officiis ille, vel ista tuis.
Bella petant alii, juvat hæc nos pacis oliva.
Ense cadunt, si quos ense ferire juvat.
Irrita non moneo, sunt conscia sidera, Martem
Quot voluêre viri, tot periêre viri.

XLV. Collis glareosus cum fossis ad olivas excipiendas paratis.
EXSPECTAT OLIVAS.

Quæ dudum profugo squalebant arva colono,
Exspectant plantas, mitis oliva, tuas.
Quæ dudum squalet miseris Europa ruinis,
Expectat placidas pacis & artis opes.

Ni-

Ni modò ſperatæ pacis plantetur oliva,
Nil exſpectatæ frugis habebit ager.

XLVI. Oliva cujus ex baccis deciduis aliæ minores olivæ prodeunt.

SIMILIS DE STIRPE PROPAGO.

Cornus alit cornos, ab olivis prodit oliva:
Ex quercu nunquam bacca oleumque fluet.
Quid mirum fidei ſi dira rebellio bellum,
Infremat, ex ſtygio ſeditioſa patre?
Ipſa ſuo pariat ſi vera Eccleſia partu,
Pax tantæ ſoboles nota parentis erit.

XLVII. Oliva in rupe aquilæ nidum ſuſtinens.

HAC BENE NIDIFICAT.

Quæ cedros celſumque colit Jovis ales olympum,
Tuta ſuos oleis eſt poſitura lares.
Hic tolerat brumas, hic duras mitiùs auras,
Dum conſtans virides præbet oliva comas.
Romanis aquilis quis fauſtam neſcit olivam?
Adversùm Boreas cùm furit, illa favet.

XLVII. Oliva ramis ſuis in ſurculos diviſis, qui paſſim inſeruntur, ipſa ſpoliatur.

EXCISA RESURGIT UBERIUS.

Et quandoque juvant, quæ flemus, damna relictas.
Semina dum perdis, rus cumulabit opes.
Et quæ cæſa ſuis ſuccumbit oliva racemis,
Multiplici partu fœta replebit agros.
Quæ ſpoliata jacet bellis Europa, beabit
Lætior hanc pacis fertiliorque ſeges.

XLIX. Oleæ ramus adjecto caduceo, ut in CAESARIS VESPASIANI ſigillo fuit, cum inſcriptione.

PAX AUGUSTA.

PAX

PAX AUGUSTA REDI.

Sceptro Atlantiadæ conjunxit CÆSAR olivam,
Credimus hoc certis VESPASIANE tuis.
Et meminisse juvat? votumque æquale potiri,
Sceptra trucum reprimat mitis oliva ducum.
Quid bellis sævire juvat? pax regna gubernet,
Quæ sine pace regunt sceptra, regendo premunt.

L. Truncus olivæ in fossam demittitur.

SINE MORTE CADO.

Et vivet, succisa licet tollatur oliva,
Et truncus media defodiatur humo.
Nescíet interitum. Par est fors una bonorum,
Post sua PAMPHILIUS fata superstes erit.
Ite leves animæ, mortemque accersite bellis,
Ille jacet felix, qui, sine mora, jacet.

AD LECTOREM.

Is symbolis emblematisve luseram quondam Monasterii VVestphalorum: cùm de universali inter Europæos Principes istic pace negotium susceptum esset, Illustrissimo FABIO CHISIO, *ex parte Romanæ Ecclesiæ, tantâ illic prudentiâ laude præsidente; ut jam tum illi de futuris honoribus non obscurè gratulari, præsago calamo ausus fuerim. Cui deinde, ad Summi Pontificis thronum accito geminum aliud symbolum priscis Heroibus usurpatum cum subjectis versibus exhibui. Quod pluribus aliquantulum, verbis lubuit exornare.*

HONORI

I.

HONORI ET MAJESTATI ALEXANDRI VII. PONT. MAX.

Geminæ Herculis columnæ statuuntur; cum Lemmate, *Non ultrà.*

TIgimus Herculeas cœlo applaudente Columnas:
Non ultrà. Honoris cursus hoc sistit loco:
Terminus iste sacer.
Dignus ALEXANDER metam hanc virtutibus æquat.
Non quæsit, at quærendus huic regno fuit,
Ambitione piâ.
Pergitis Ausonidæ? quid adhuc suffragia nutant,
Et Purpuratorum hæsitant scrutinia,
Quem ferat urna Patrem;
Si sua deficiant Latios oracula Vates,
Cortina si nil entheata præcinat
Murmure fatidico,
Rhenicolæ madidi præsago tempora Baccho,
Thyrsoque ter quaterque perstricti caput,
Esse canent CHISIUM.
Hoc quoque præcocibus Mosella fatebitur undis,
Udasque molli pampino cingens comas,
Esse canet CHISIUM,
Amisii latices, & squallens crinibus Alpha,
Qui Westphalorum perluit Metropolim,
Esse canet CHISIUM.
Hic licet impexis, ceu torva Sibylla, capillis,
Cum passa Phœbum tripode consceuso tonat,
Surrigat amne caput,
Multa super CHISIUM novit secreta fateri,
Et sat peritus arbiter sortis, vocat
Pontificem CHISIUM.
Creditis? evolvam noti hic oracula vatis,
Quæ præsciente duxerat sculptor stylo,
Fata regente Deo.

Is le-

Is legatorum variâ sub imagine vultus,
Formare constans, arte naturam paris
Finxerat ingenii.
Hinc gravis Austriacâ missus Nassavius aulâ
LUDOVICUS, alba sparsus incanum nive,
Exerit æræ caput.
Inde Bracamonti Comes, observator Iberi,
PENERANDA, largus dexterâ, plenus fide,
Ora serena gerit.
Hinc simul HENRICUS DUX LONGUILLANUS amœnũ
Indutus ore prætulit amico jubar,
Gallicaque arma tulit.
Centum alii Procerum, quin & quos SVECICA misit
Herois huę CHRISTINA, regnantûm decus,
Balthica gemma maris.
Ante omnes CHISIUS placido spectabilis oro,
Quem pacis artes Roma moderantem dedit,
Æra diserta facit.
Quærtitis hic titulum? CHISIUS PAPA. Anne fefellit
Sculptor? recuso titulus hic prodit typo.
PAPA manet CHISIUS. *
Quid juvat ancipiti causam versare tumultu
Sententiarum? quid, loquente Numine
Muta per æra? Ratum est.
Poscite Caraffam merito ac virtute potentem.
Caraffa cœlos viset, ac CHISIUS thronum,
Fata viam invenient.
Poscite certatim, disceptet Gallus, Iberque,
Favorque pugnans misceat scrutinia:
Urna dabit CHISIUM.
Hunc meruit virtute thronum, sapientia dudum
Erexit, æquâ serte constituit diu
Inviolata Themis.
Hunc meruit placidæ cognata modestia frontis,
Interque dura mentis excelsæ vigor,
Promptus ubique viro.
Quærite Iberigenæ Patronum, quærite Galli,
Utrique vota digni potientur sua,
Cum CHISIUM urna dabit.

* *Qui enim Legatos Pacis expresserat artifex, hunc titulum* CHISIO *dedit.*

Quid

Quid moror? urna dedit Sortes moderatur olympus.
Mutate nomen, sitque ALEXANDER novus
Religionis honos.
Hostis erit, siquos Ecclesia senserit hostes,
Superos amicos atque Alexandrum simul
Quilibet æquus habet.
Ille suâ quemvis librat virtute favorem,
Partitus æquè. Nullo iniquis debitor
Esse cupit pretio.
Ille vigil regnum speculâ tutabitur istâ,
Tam fraudis expers, fraude quàm rarus capi
Hostis ad insidias.
Ille ratim Petri raptam spumantibus undis,
Silente portus collocabit in sinu,
Anchora firma spei.
Eriget æternas solidâ virtute columnas,
Ecclesiæque robur afflictæ dabit,
Nil metuente fide.
Hæc Ægyptiacæ vincit Memphitidos æra,
Pharosque rarum quidquid, aut magnum Rhodus,
Priscaque Roma tulit.
Herculeas statuat metas Hispania Calpen,
Abylamque figat Africa, his majus aliquid
Ausonis ora feret.
Fidite confisо Superis, Titulumque columnis
Hunc exarate. CHISIUS *innixus* DEO *est*.
Nos CHISIO *atque* DEO.

II.

VIRTUTI AC PIETATI ALEXANDRI VII. PONT. MAX.

Corolinæ columnæ eriguntur; cum Lemmate, *Plus ultrà*.

CErnimus excisas *Chisiano* ex *monte* columnas
Ad Vaticanæ tecta venire Domus?
Cernimus. Applaudat voti Germania compos:
Lætior elato flumine Rhenus eat.

Agrip-

Agrippina suos Ubiorum in litore plausus
Tollat, ad æternæ posteritatis opus.
Hoc nunquam poterunt Gothici quassare furores,
Et quicquid gelido spirat ab axe polus.
Despuat iratos Britannica bellua * fluctus,
Et ruat in socias Balthica spuma minas.
Non quatient solidas, petrâ fundante, columnas
Hinc licet, atque illinc exitiale fremant.
Stabit ALEXANDRI victuro marmore virtus,
Plus ultrà magnis passibus illa ruet.
Stabit, ut ignivomas super acroceraunia nubes,
Stabit, ut irato quassa Malea freto.
Heroum vincet titulos, & avita parentum
Sæcula, nunc factis irradianda suis.
Novimus Hetruscum *Chisiano nomine* portum
Illustres meritis obtinuisse Patres.
Martia non desunt Proavorum pectora ceris,
Nec quos ingenii nobilitavit honos.
Sunt etiam quos sancta polo transcripserat ætas,
Divinusque sacræ relligionis amor.
Junxit ALEXANDER decus hinc illustre suorum,
Omnis in hac unâ stirpe revixit Avus.
Inter opes contemptor opum supereminet auro,
Omnibus hoc major, quo minor ipse sibi.
Gloria virtutum calcar. Nunc unus amorem
Dividit, & multis se docet esse Patrem.
Magnus Alexander Macedum cum Persida terras
Junxit; huic quodvis subditur orbe solum.
Subditur? Ah fallor. Cur non paretis amici,
Et consanguineæ ponitis arma manus?
Cur Tibi braccatæ Rector celeberrime gentis,
Martis inexpleto pectore servet amor?
Quò vos Bæticolas rapit implacabilis ardor,
Cur malè divisam scinditis ære fidem?
Vos Cadmæa rapit paribus victoria fatis,
Victorem victus sæpe cadendo premit.
En ruit in medios supplex Ecclesia natos:
Ubera cum lacrymis exhibet illa suis.
Vos, ait, in reliquis dilectæ viscera Matris,
Illustri dudum nomine scribo meos.

* *Cromwellus Tyrannus cum suis.*

Majo-

Majorum hoc meruit pietas, ac nobilis ardor,
Quo steterit hostilis vestra per arma furor.
Per vos barbaries, per vos jacet hæresis olim:
Utraque dissidiis nunc alimenta capit.
Nunc conversa madent alterno tela cruore,
Et malè consulto dextera Marte rubet.
Me miseram! deserta parens formido nepotes:
Dum mihi nunc idem tutor, & hostis adest.
Heu dolor! infesta est simul hinc discordia fratrum,
Neglectâque jacet religione fides.
Et simul hostiles coeunt ad bella manipli,
Turca ferox armis, Sauromatæque truces.
Vertite tela precor, votis præfigite metam,
Imperii princeps imperet antè sibi.
Ne cadmæa trahant paribus vos spicula fatis:
Et natet alterna cæde cruentus ager.
Vertitis: an matris truculento viscera motsu
Scinditis, ut patrio vipera clausa sinu?
Symbola dira procul, procul indignatio fratrum:
In gremio ludat frater uterque meo.
Detrectare pudor, nec priscum Matris honorem
Vindice tutari, juncta per arma, manu.
Jungite Christicolæ, sub eodem nomine, fratres,
Jungite Borbonias, Austriacasque domos.
Quid malè divisis, colliditis æra, trophæis;
Tartarus ac Turcæ vos meliora docent.
Hos neque divinæ fidei, neque stirpis origo
Colligat, alterius stat tamen alter ope.
Portio parva soli est, pro qua certatis utrimque,
Quæ dudum immerito plena cruore natat.
Interea portis Mahomet bipatentibus intrat,
Christiadumque subit pars bona turpe jugum.
Scilicet iste canes (quo vos dignatur honore)
Denique sub mensam coget adesse suam.
Integra regna quatit, quæ dum regionibus addit
Inde suis, sensim demetit inde meis.
At Superi meliora! suos Ecclesia flectat
Primigenas, flectat dilacerata fides.
Hæc vulsas turbata comas, hæc squalida vultu,
Hæc tot vulneribus, turpè notata genas.

Fortis

Fortis ALEXANDER magnâ virtute jacentem
Sustinet, ac vestram poscit amicus opem:
Nec tamen arma petit, tantùm componite ferrum
Plus dolet ex vestro vulnere læsa parens.
Siquis amor belli, matris tremat arma rebellis:
Siquis amor pacis, pace fovete fidem.
Hæc pater Ausonides solitâ pietate requirit,
Qui negat, iratum sentiet ille Deum.
Vive precor, nostrisque Pater solatia rebus
Auxilio virtus præbeat una tuo.
Cetera si desint, solam hanc dum senserit hostis,
Defensæ clypeus religionis eris.

His veluti in quadam prælusione, ad varietatem copiamque ex una eademque re, ostendendam, præmissis, jam artem ipsam imaginum universè, quod sciam, à nemine antehac traditam, ita aggrediemur, ut simul de ejus principiis, legibusque statuamus, simul etiam suppeditemus materiam, quæ in tertia hac editione longè est futura locupletior, ex præcipuis rerum naturalium ideis, tanquam fontibus quibusdam, petenda.



LIBER

Liber I.

De recondito imaginum figuratarum usu, repertoribus, ac fontibus variis.

Caput I.

De usu ac potestate significandi imaginum figuratarum.

DE arte Iconomystica, atque occulta signorum imaginumque virtute acturi, earum usus ac significandi ratio inspicienda est; ne in re obscura, nec satis explicata hactenus, cum umbris vanisque luctemur rerum imaginibus, dum in imagine veritatem sectamur. I.

Quod articulato vox sono, ac scriptura literis præstat, hoc ipsis sæpe rerum creatarum imaginibus exhibitis possumus, alteri videlicet mentis nostræ cogitata depromere. Neque enim aliter, aut loqui mutus, aut intelligere surdus poterit, quàm cum certis quibusdam signis, aut ille mentem suam explicet, aut hic alterius percipiat. Ità philosophus ille; *ut Rudolp. Agric. de invent. l. 1. c. 24.* quid vita esset? interrogatus: in gyrum se agens mox abscondit, ejusque brevitatem sine verbis explicavit. Idem flore, bullâ, vel fumo ostenso, aut vase testaceo vitreove confracto indicaverit. (1.) Hinc non illepidè Diogenes, *ut Laert. lib. 6.* Platonem confutaturus, postquam ille hominem definiisset, esse animal bipes implume: gallum avem deplumatum [2.] academiæ frequenti immisit: neque verbis opus, intelligebant

Signis & imaginib. pro voce & scripto uti possumus.

(1) *Vitæ brevitas.*

(2) *Erroris confutatio*

omnes, explosam hic esse à muto Philosopho Platonicam hominis descriptionem.

Absentib. per signa etiam loquimur.

Hac arte non modo præsentibus verùm & absentibus expeditiùs sensa animi communicare, quàm literis possumus: Ita enim, excitatis per noctem ignibus, per diem fumo, (1) longè remotis, hostis olim adventum, aut certè aliud ex instituti ratione, significabant. Hac toti retrò posteritati per erecta Trophæorum arcuumque insignia, per hostilia in atriis defixa spolia, (2) per majorum suorum simulacra, & imagines Romani loquebantur. [3]

(1) *Hostilis adventus.* (2) *Victoria.* (3) *Nobilitas.*

Res creata & ipse Deus sic nobis loquuntur.

Hac arte ipsa etiam bruta, suas nobiscum affectiones communicant, canis latrans iram, (4) gallus (5) canens tempora indicat, denique ipsa inanima suam nobis aperiunt naturam, rerum præsentium statum, futurarum eventa pandunt. Serenitatem, aut pluviam ex astris in cœlo, ex nubibus in aëre, ex terræ vaporibus discimus. Verbo quidquid est rerum creatarum; nec modò, sed & increatus ipse Deus hac nobiscum linguâ loquitur: per scalam cælestem (6) Jacobo, per rubum ardentem Moysi, per columnas illas portentosas (7) Israëlitis, per Virgam florentem [8] Aaroni, per columbam [9] & linguas igneas Apostolis [10] per cometas [11] in terris bella, per Iridem [12] de cælo pacem nuntiat.

(4) *Ira.* (5) *Tempus.*

III.

[6] *Generatio divina.* [7] *Deus homo.* [8] *Partus super naturam.* (9) *Puritas & innocentia.* [10] *Cælestis eloquentia.* [11] *Bellum.* [12] *Pax.*

Nec verò, quia communis hæc adeò significandi est ratio, iccirco vilescit. Siquidem longè certius perfectiusque, quàm aut scriptæ literæ, aut vox audita, animos subit. nam

Signius irritant animos demissa per aures;
Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus. ut Horat.

Signa efficacius influunt, & harent firmius animo, quàm verba.

Verba sæpè mentiuntur, res ipsa dum loquitur nunquam; nisi tum fortè, cum intellecta non fuerit. Verba facilè effluunt, tum præsertim, cum minus expensa aut perspecta, ad perfectam de rebus formandam imaginem minus sufficiunt: res verò ipsæ, cùm vel aliquam cum rebus significatis præ se ferant similitudinem,

dinem, vel certè sensibili magis specie, atque ad formandam veri imaginem faciliori, sensum feriant, memoriæ promptius firmiusque insident. Unde fit, ut ars illa memorandi, quam Cicero, quamque alii post illum, profitentur, certarum signis imaginum nitatur. Ita enim ille lib. 2. partit. *Imagines notæ sunt, quibus quæ discenda sunt notamus, ut locis pro cera, simulacris pro literis utamur*: Pro literis inquam usurpantur imagines: nam ut non inepte Psellus *in 6. Physic. Imagines rerum ipsarum sunt cujusque sermones, ac verba hominum singulorum.* Neque aliis omnino literis Ægyptiorum antiquissimi, quàm imaginibus usi sunt: nam, ut testatur Diodorus Siculus *lib. 3. histor. Apud eos ars literaria non compositione syllabarum, sed descriptarum imaginum significatu, & translatione per excitationem memoriæ insculpta, subjectam orationem exprimit, & absolvit.* Quod pluribus infra exemplis docebimus. Verba tamen ac literæ, illud etiam, quod in oratione ac rerum cognitione præcipuum est, minus possident: nimirum impellunt signios animos, eaque, quâ imagines vi ab persuasione, non commovent. Quod post Ciceronem Quintilianus *lib. 6. cap. 5. Orator institut.* hujus rei peritus arbiter censet, atque, exemplo à Cæsaris nece petito, his verbis demonstrat. *Populum Rom. egit in furorem prætextâ Caii Cæsaris prolatâ in forum cruentâ:* (1) *Sciebatur interfectum eum, corpus denique ipsum impositum lecto erat: vestis tamen illa sanguine madens ita repræsentavit imaginem sceleris, ut non occisus esse Cæsar, sed tum maximè occidi videretur.* Unde & olim in judiciis usitatum, eodem teste; *producere ipsos qui periclitentur squalidos atque deformes, & liberos eorum atq; parentes. Et ab accusatoribus ostendi cruentum gladium & lecta è vulneribus ossa, & vestes sanguine perfusas videmus, & vulnera resolvi, ac verberata corpora nudari, quarum rerum ingens plerumque vis est, velut in rem præsentem animos hominum ducentium.*

IV. *Ars memoriæ signis nititur.*

Ægyptii signis pro literis & verbis usi.

V. *Signa magis, quàm oratio, movent.*

(1) *Cædes humana.*

Accedit quòd litteræ in oculos, vox in aures incidit, non palpatur, non sapitur. Flos exempli causa, VI.

Signa pluribus sensibus, quàm litteræ ac voces excipi possunt.

inter signa & symbola, & visu, & palpatione, & odoratu perstringi poterit. Litteræ & voces, inter homines notæ usitatæq; signis etiam ipsæ inter se animantes, volucris volucri, quadrupes quadrupedi, piscis, cetera mutus, pisci loquitur. Et hæ mihi animalium linguæ videntur, de quibus nonnulli in priscis Philosophis, quasq; se intelligere Apollonius Thyanæus gloriabatur. Unde & Plinius *lib. 29. c. 4.* de Philosopho Democrito refert, eũ ex serpente medica quædã monstra conficere, ut possint avium sermones intelligi. Deniq; literæ voceſque limitatâ admodum significandi facultate pollent; rebus atque imaginibus vis significativa prorsus fecunda, atque ad plurimos sensus idonea: ut aureus mihi nummus [2.] videatur, qui virtute plures argenteos contineat.

Signis bruta inter se loquuntur.

(2) *Vnum plura.*

S. Scriptura figuris, & signis, quam verbis propriis longè fecundior.

Nihil addo, hoc solum ex te quæro; an intelligas, quanam arte divinæ litteræ tantâ oblectatione sapientes erudiant, tamq; varios, admirabiles, profundosq; sensus objiciant? tantâ vi animos prudentum penetrent, inflectantq; ? Dicam hîc paucis, si ignoties, latiùs fortè separato opere expositurus; ab ipsa erudiendi ratione, quæ figuris symbolisq; passim instructa est, tam prægnantes sensus, copiosamq; sapientiam propinari, quam tot virorum commentationes, tot libri, atquè de unis bibliis bibliothecæ integræ nondum exhauriant. Ut proinde dignissima hæc mihi Iconologia videatur, quam propius inspiciamus.

CAPUT II.

Quotuplex sit Imaginum species.

Imagines alia sunt corporum, alia animorum.

1.

DUplex potissimùm imaginum species hoc loco expendenda est; altera corporum, altera animorum dicitur. Utriusque Plinius meminit, cũ ex imaginum neglectu bonas Romæ artes intercidisse, his verbis memorat, *Artes desidia perdidit; & quoniam animorum imagines non sunt, negligunt etiam cor-*

corporum. Aliter apud majores: in atriis hæ erant, quæ spectarentur, non signa externorum artificum, nec æra aut marmora: expressi cerâ vultus singulis disponebantur armariis; ut essent imagines, quæ comitarentur gentilia funera, semperque defuncto aliquo totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus. Aliæ foris & circa limina, animorum ingentium imagines erant, affixis hostium spoliis, quæ nec emptori refringere liceret, triumphabantq; etiam Dominis mutatis ipsa domus: & erat hæc stimulatio ingens, exprobrantibus tectis quotidie, imbellem dominum intrare in alienum triumphum. l. 35. c. 2.

Ubi minimè obscurum est, quas ille corporum, quas animorum appellet imagines. nam ea quæ ad figuram corporis cognoscendam ducunt, corporum meritò dicuntur: quæ verò ad contemplandas animi affectiones intuentem convertunt, animorum habentur: illæ rerum similitudine pictoris sculptorisve ingenio expressa nos docent: hæ quia animorum lineamenta coloresque sub penicillum non cadunt, aliâ nos quadam intelligibili rerum similitudine, aut conjunctione, in alterius rei considerationem abducunt, tantò majori voluptatis sensu & cognitionis subtilitate, quantò rarius dulciusque est, animos moresque hominum, & occulta multorum consilia, quàm corporum speciem, & velut rerum præstantissimarum corticem atque involucra contemplari. *Imagines animorum longè reliquis præstant.*

II.

Ut non absque ratione Momus, apud Poëtas divinorum operum acerbus censor, postquam hominis fabricam à Prometheo absolutam ejusque indolem inspexisset; fenestram in pectore desideraverit, (1) quò non minùs animi affectionumque occultarum, quàm corporeæ imaginis considerator esse posset. Nos ubi in signis cognitarum nobis rerum, velut in speculo quandam animi repræsentati speciem invenerimus, quò non hominum modò, verum & Dei ingenium consiliaque intueamur, quid necesse fuerit ad inutile supervacaneumque Momi votum

(1) *Arcanorum revelatio.*

III. *Vti sermo alius proprius, alius translatus, sic etiam imago.*

confugere? utamur potiùs arte à Deo naturaque nobis subministratâ, neque tam inanibus votis circumferamur. Ceterùm hanc imaginum diversitatem, aliunde etiam ex re nota intelligimus. Sicut enim omnis sermo, aut proprius, aut translatus est; ita & imago quælibet propria rerum opus pictorum est, translata Poëtarum. Sic rusticum expressurus laborioſum, si hominem palâ aut sarculo vertentem agrum adumbraveris, non Poëtæ, sed pictoris officium egeris. Si bovem asinumque sub onere desudantem (1) expresseris, neque aliud, quàm expressum penicillo, oculisque subjectum bovem asinumque intelligas, adhuc pictor manes: ubi verò laborioſum hominem per animantes hasce adumbraveris, jam Poëtæ munus es assecutus. Priores igitur corporum & rerum imagines in hac poësi imprimis damnamus, quòd artis Rhetoricæ nihil ad persuasionem adferant. Figuratas, sive translatas solas, atque omnes expendimus: siquidem aliquid à se diversum per metaphoram, allegoriam, aut denique ex natura, aut instituto signum animis spectantium offerunt, aptè ad persuasionem, quod absque solertia ingenioque concipientis haud sanè fieri poterit.

(1) *Laborioſus.*

IV.

CAPUT. III.

Quot modis imago figurata animorum, sive translata repræsentare possit?

Imago figurata, vel significat ex instituto, vel ex natura, vel ex utroque simul.

NOn una, quamvis unius sæpè rei, est repræsentandi ratio: siquidem præter illam repræsentandi rationem, quâ pleræque res, corporeæ præsertim, per propriam sese speciem in sensus animumque ingerunt, [quam in hac arte non expendimus] una eademque res ad alterius diversæ à se rei significationem, vel à natura ipsâ, vel ex hominum institutione, vel denique utrâque simul facultatem obtinet. Quæ licet obviis hoc tempore exemplis confter

I.

stent: ut si per gallum, [1] vigilantiam, per hederam vinum vendibile, significemus: quod ille ex natura, hæc ex instituto habet; tamen ut antiquissimo usu probentur, ab Ægyptiis petemus, de quibus Diodorus Siculus *l.* 3. *hist.* testis est. *Reges eorum caput Leonis, vel Tauri, vel Draconis principatus insigne in capite gestasse*: [2] & paulò post: *Figuras animalium in tabulis pictas ductores eorum in bello tulisse, unde cognitum servatumque sub quo quisque ordine militaret.* ecce institutum. Et alibi. *Accipiter* [3] *illis cuncta, quæ celeriter fiunt, significat, quòd avis hæc omnes ferè alias velocitate superet. Crocrodilus* (4) *omnis malitiæ index est.* Ecce naturam, ejusque etiam significandi ex vi similitudinis rationem, quæ hoc loco cum re significata omnino requiritur. Pergit. *Oculus* (5) *justitiæ servator, & custos corporis Inter extrema corporis membra, dextra expassis digitis,* (6) *victus suppeditationem; sinistra contracta,* (7) *conservationem facultatum & custodiam denotat.* Ecce institutum, sed in natura conjuncta fundatum. Nam oculus manusque, ex sua natura, ad variam significationem apta est, simulque indefinita; siquidem oculus perinde ad lasciviam & voluptatem, quàm æquitatem & vigilantiam indicandam, adhibetur, manus plana ad opus, opemque ferendam, ad fidem, integritatem & liberalitatem: contracta verò ad eorum opposita vulgari usurpatione, ac præsertim tenacitatem significandam idonea erat; quin & Zeno manu apertâ (8) sermonem oratorium, constrictâ (9) dialecticum intelligebat, ut iccirco ad utrumque, vel unum pro altero designandum, usu simul ac institutione hominum opus sit, quamvis ubi hæc naturæ convenientia reperitur, signa ex instituto esse non censeantur. Ceterùm, eadem res, diversarum rerum intuitu, modò ex instituto significare, modò ex natura aliud diversum poterit. Ut hedera (10) ex instituto vendibile vinum, ex natura amorem conjugalem, quia arbori velut arcto innexa vinculo adhærescit,

(1) *Vigilantia.*
(2) *Principatus signum.*
(3) *Celeritas.*
(4) *Malitia.*
(5) *Justus Index, custos.* (6) *Victus suppeditatio.*
(7) *Parsimonia.*

II.

(8) *Oratio.*
(9) *Argumentatio.*
Eadem res & ex instituto & ex natura significare potest.

III.

(10) *Amor conjugalis*

[1] *Dignitas Princip. magnanimitatis.*

scit. Et Leonis caput (1) quod Diodorus, suprà, Principum olim insigne fuisse asserit, ex instituto quidem Principis dignitatem; naturâ verò suâ magnanimitatem regibus dignam indicabat. Unde facilè animadvertis naturam rerum, virtute propriâ, sive cum rebus significatis convenientiâ, repræsentandi vim habere: alia verò ex instituto significantia humano ingenio ac libertate hanc primùm vim esse consecuta. Imaginum tamen non immeritò suprà nomen à Plinio sortiri, quòd plerumque in aliqua naturæ convenientia, peritioribus saltem perspecta, fundentur: Ut in hedera apparet, quæ magnam, uti passim constat, cum vite similitudinem habet: quòd, non nisi fulcris subnixa, assurgat, tum deinde (quod peritioribus non incognitum) refrigerandi vim habeat, atque idcircò olim capita compotantium coronare solita, (2) fuerit. Portò cum mystica hæc significandi facultas ad res toto genere diversas sese extendat: in tres illa potissimùm species à Theologis distinguitur. Vel enim politicos hominum mores officiaque civilia explicat: & hic sensus vocatur tropologicus. Vel exponit res divinâ fide apprehendendas, & dicitur allegoricus. Vel denique ad illa, quæ supra nos sunt, ac solâ spe prensamus, atque ad Ecclesiam triumphantem vitamque cœlestem pertinent, & anagogicus appellatur. Adeoque tres hi sensus mystici, virtutibus tribus, ut vocant, Theologicis respondent. Ita Sol in cœlo (3) anagogicè gloriam cœlestem repræsentat. Matt. 5. 43. *Fulgebunt sicut sol in regno Patris:* allegoricè intelligentiam rerum divinarum, & fidem in Christum: Sap. 5. 6. *Ergo sol justitiæ non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non ortus est nobis?* Tropologicè pulchritudinem ac raritatem morum & indolis. Ita Cantic. 6. *Sponsa dicitur, Pulchra ut Luna, electa ut Sol.*

(2) *Bibacitas.*

IV.

Mystica, figurata, Imaginis, significatio vel tropologica vel allegorica, vel anagogica est.

[3] *Gloria cælestis, scientia rerum divinarum, pulchritudo.*

CA-

CAPUT IV.

Quot modis res aliqua figuratè repræsentari possit?

FIgurata expressio, varia est: accipiamus enim, exempli gratia, *Mortem*, quæ à pictore non nisi cadavere exhibito, aut telis vulneribusque inflictis, aut laqueis tormentisve adhibitis repræsentatur: Hanc, Poëta, fictâ I. personâ, ut osseo simulacro spiculum manu præferente, aut falcigero alatoque sene adumbrabit II. Aliquâ re simili; ut clepsydra, quæ effluxit, aut cursoribus in stadii meta subsistentibus, aut nave in portum sese inferenti, aut herbis frondibusque sub hiemis ortum pallescentibus exprimet, verbo, omnibus illis quæ in comparationem, tam ex rebus naturalibus, quàm arte factis adduci queunt. III. Historiis, aut quæ instar historiarum sunt, ut receptis ex antiquitate fabulis, apologis, ac parabolis exponet. Ut si per Lucretiam ferro jugulatam, mortem pro castitatis defensione subeundam indicet. Si Deum Terminum, nec Iovi quidem, ut Romani fabulantur, cedentem præfigat; unde indicet *mortem nulli cedere*. Si Leoni mortuo insultantes addat lepores, ad imbellium jactationem, hoste jacente exprimendam. In orco divitem sepultum exhibeat, ad infelicem avarorum mortem exponendam: aut in Cymbam Charontis animas adigat, rescindat Parcarum fila, IV. Ex signis, sive ritibus cæremoniisque vulgò usurpatis. Ita Cæmentarius lateres aliquos Imperatori in solio sedenti afferat pro sepulcro: ut ipso creationis die Constantinopoli quondam usitatum ad mortis memoriam. Sic præficas, faces, pyram, urnam in morte exhibeas. Ex gentium, ordinum, dignitatum, officiorumque diversorum insignibus, ut si rosam deciduam pro regno Britannico occumbente, scissam Aquilam pro diviso imperio proponas. Quo signa omnia ex instituto spectant. V. Ex signis, aut naturæ vim superantibus; ut eclipsis

I. *Mors variis imaginibus figuratis, ut Symbolis, emblematis, agnimatis, & hieroglyptis repræsentata.*

Idque vel Poeticâ fictione, vel Rei similitudine.

Vel historiis, apologis, aut fabulis.

II. *Vel ex instituto, ac ritu gentium.*

Vel ex signis, sive na

naturalibus sive supernaturalibus.

Solis patiente Christo, ejus mortem; uti stella nova, ortum figurabat: aut naturalibus, ut filiorum turbatione ac lacrymis parentum mors colligi potest. Item per causas, aut effecta, antecedentia, aut consequentia, aliave rerum adjuncta exprimes; ut per cruentos gladios, aliorum vulnera & cædes, per divisionem bonorum heredis prioris obitum. Uti enim ab illis argumentum duci potest ad mortem alterius oratione aut scripto inferendam: ita nihil obstat, quò minus earundem rerum imago penicillo adumbrari possit; ut spectator ad alterius rei non expressæ cognitionem ducatur. VI. Ex notis veterum, aut paucorum tantum hominum consensione, ad aliquid significandum assumptis; ut perinde non nisi inter peritiores constet de iis. Huc spectat recondita magis variarum artiū propria insignia, aut notæ iis usitatæ. quales in Arithmetica, Musica, Astrologia & aliis reperies. Ita litera C. apud Latinos, apud Græcos, Θ reis

III. *Vel ex veterum notis usu doctorum receptis.*

fatalis erat, & binarius numerus mortalem corporis animæque conjunctionem; septenarius vitæ tempus in morte completum designat. Ut Petrus Bongus de numeris. Huc varia hieroglyphica Ægyptiorum, allegoriæ, paroemiæ rariores, ac multa Pythagoræ symbola, nonnulla etiam apophtegmata revocantur, quæ similitudinem cum rebus significandis, aut aliam connexionem exiguam afferunt, nisi quam ex arbitratu sapientum acceperunt: aut certè si quam habēt, illam à vulgi oculis remotam obtinent. Sic Nycticorax Ægyptus, apud Horum, mortem significat; quòd cornicum pullos repentè noctu, perinde, ut mors quandoque homines occupet, quod à vulgi cognitione dissitum est: aut etiam minorem, quàm pro symbolo adfert similitudinem: nam & cattus, & lupus, aliaque animantia interitum aliis adferentia, ita

IV. mortem significabunt. Neque existimes has, uti causas, ad mortem explicandam idoneas fore; cùm ex se ad multos effectus sint indifferentes, quæ indifferentia rerum emblemati nequaquam competit, nisi illa ex lemmate, aut adjunctis aliis restringatur. Si enim

murem,

murem, aut etiam adolescentem libros devorantem expresseris, si alium herbam lotum gustantem: quis intelligit per illa te hominem doctum, per hunc voluptatibus deditum adumbrare? nisi inter doctiores fuerit, qui allegorici illius dicti memor sit, quod, de studioso homine, dicitur; *libros talem devorare*, & hujus paræmiæ, *lotum gustasse*, de illo, qui à voluptatibus semel perceptis difficulter avellitur. Ita si melanuro piscem vescentem proponas: quis sciet te illo Pythagoræ Symbolo (quo cavetur, *ne quia illa gustent, quibus nigra est cauda*) exprimere hominem malorũ se consortio oblectantem, nisi antiquitatis, & legum Pythagoricarum peritus? Vides opinor, quanta quamque insigni imaginum varietate res eadem nobis adumbretur. Et in his quidem modis, secundus potissimùm symbolis, tertius etiam emblematis, reliqui ferè hieroglyphis, aut ænigmatis serviunt. Verum de his infra disserendum est.

CAPUT V.

An, & quâ ratione brutæ animantes, per figuratas imagines, cognoscant & erudiantur.

SOlæne creaturæ rationales figuratis imaginibus, ad rerum perceptionem, utãtur, meritò ambigit, qui brutarum animantium vitam, vitæque ac sentiendi rationes inspexerit. Voce quidem pleræque non carent, verum eâ, quæ inter homines est, sensum omnem sermone explicandi facultate destituuntur, quicquid Apollonius fabuletur. At negare omnem illis signorum, aut imaginum usum, quo invicem suas sibi affectiones commuuicent, aut antè ignorata percipiant, non possumus. Nam & ad nidi sese invitant fabricam, & pullorum educationem ordine ac vice peragunt, & horum famem ex hiatu frequente agnoscunt, ad volatum exemplo provocant, ad pastum educunt. Gruibus mutuò & profectio, & illius ordo, & excu- I.

Brutæ animantes ad miranda operantur, exmutuâ signorum agnitione.

& excubiarum vices indicuntur. Cervorum alii in flumine superando præeunt; alii deinde ordine, vel sequuntur, vel id ægri agmen substrati aliorum cervicibus ducunt. Apes ac formicæ quàm admiranda non agunt; temporum, locorum, rerumque occurrentium diversitate mutatâ? Aquilam quis non miratur, tam in pullorum ad Solem examine discretam? in ætatis innovatione providam? quis non Falconem stupescit, & nunquam visam ardeam, & dolos inimicæ volucri nunquam exploratos superantem? His certè, neque instructor monitorque adfuit: neque ipsa natura, ad omnem casum provida, prospexit; sed certarum imaginum signorumque, quibus se suasque actiones
H. dirigerent, capacem sensum ingeneravit. Nec verò in rem tantùm præsentem intendunt mutato, pro rerum occurrentium varietate, sensu; sed & suis è signis de futuris eventibus curam suscipiunt. Siquidem ita Ovidius lib. de Ponto

Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca cibis ara subesse putat.
Horat. l. 1. epist. *Cautus enim metuit foveam lupus, accipitérque*
Suspectos laqueos, & opertum milvius hamum.
Manilius lib. 2. *Denique sic pecudes, & muta animalia terris*
Attollunt animos, cœlumque ac sidera servant,
Corporáque ad Lunæ nascentis cornua lustrant,
Venturáque vident hyemes, reditura serena.

Unde illa animâtibus notitia? quæ lingua, quis interpres exponit; nisi ipsa natura per objectas rerum imagines ad boni malive latentis notitiam ducentes? unde illa tam subita inter aves domesticas sub Henrico VI. Imperatore *ut Sigibertus in Chro.* mutatio, ut gallinæ, pavones, anseréque passim, relictis cum natali sede dominis, ad silvas transirent? quod quidem graviori olim, prodigio conspectum anno salutis 458. cum animalia mansueta in solitudinem sese abderent, atque in locum silvestres feræ villas domosque subirent. Viennâ iccirco ad solennes preces, Episcopo Clau-

Claudiano Mamerco, conversâ. Nimirum quæ tum passim cœlo terraque visebantur portenta, ea suis etiam sedibus bruta spectaculi novitate territa dimoverunt.

III. Accedit, quòd animalia occulta ex signis, certiori non rarò cognitione, quàm homines, eruant, eaque etiam penetrent, quæ in paribus, aut iisdem etiam rebus humanam notitiam subterfugiunt. Pecora armentaque à scammonea, & aconito, nunquam licet conspectis exploratisque herbis, velut noxiis abstinent, quas homo, nisi magistro aut experientiâ doctus, non agnoscit. Mustela contra bufones serpentesque rutæ se usu munit, (1) Ciconia Eryngii præsidium adversus vespertilionum noxas amplectitur. è diverso formicæ origanum, oves apium, ocymum capræ (2) aversantur. Canes nunquam à se visos canicidas agnoscunt, fugiuntque. Illa rursum notitia unde; nisi ex argumentis signorum agnitorum, ducta hauritur? Iam quod animalia; aut suâ experientiâ, aut aliorum institutione eruditantur, quò nisi ad imagines objectas referes? De canibus quàm admiranda in historiis accepimus? quanta eorum solertia, fidelitas, vigilantia! de Andronico Imperatore Nicetas memorat, Cane, ad sui corporis custodiâ, & vigilantissimo fortissimoq; usum fuisse (3) De cive Colophonio Ælianus refert, ad relictos heri in via per oblivionem loculos canem hæsisse triduũ integrũ custodem, nec ante cessisse, quam ab hero submissi loculos repererint: Verũ eum in oculis suorũ jam fame confectum, unà cum depositò animâ reddidisse. De his audire Plinium juverit. *lib. 8. cap 40. Fidelissimi ante omnia homini canes atque equi. Et pugnasse adversus latrones, canem pro Domino accepimus, confectumque plagis à corpore non recessisse, volucres & feras abigentem!* (4) *Ab alio in Epiro agnitum in conventu percussorem domini, laniatu & latratu coactum fateri scelus. Garamantum Regem canes ducenti ab exilio reduxêre, præliantes contra resistentes. Propter bella Colophonii, itemque Castabalenses cohortes canum habuere:*

(1) *Cautela adversus hostem.*

(2 *Aversio appetitus.*

IV. *Admiranda canum ex signis cognitio.*

(3) *Custodia fida.*

(4) *Fidelitas.*

ex

ea prima dimicabant in acie, nunquam detrectantes: haserant fidissima auxilia, nec stipendiorum indiga. Canes defendere Cimbros casis dominis eorum plaustris impositi. Canis, Iasone Lycio interfecto, cibum capere noluit, inediaque consumptus est. (1.) *Is verò cui nomen Hyrcani reddidit Duris, accenso regis Lysimachi rogo, injecit se flammæ, similiterque Hieronis Regis.* Deniqúe cùm meminisset insignem canis Romani in Dominum fidem, quem ad carcerem, ad scalas Gemonias, ad Tiberim denique mortuum ululans, cibumque sibi objectum domino porrigens, secutus fuerit: subjungit. *Soli Dominum novere, & ignotum quoque si repentè veniat, intelligunt soli nomina sua, soli vocem domesticam agnoscunt, soli itinera, quamvis longa, meminere, sed in venatu solertia & sagacitas præcipua est.* (2.)

(1) *Amor in Dominum.*

(2) *Sagacitas. Memoria.*

Mira sunt quæ de iisdem; tum ex recenti memoria, tum veterum scriptis congessit in epistola ad Belgas. 44. *Cent.* 1. Lipsius litterarum ac Canum rarus amator. Bruxellis fuisse se puero memorat ex grandioribus Britannicis canem, qui ad macellum cum pecunia destinatus, ceu famulus, in corbe vimineo ex collo suspenso carnes domum referebat; quem si alii in via canes raptim appeterent, corbe posito strenuum defensorem agebat; ubi numero, & vi se victum cerneret, in partem ipse prædæ, partitis carnibus, advolabat. Deinde Lovanienſis ejusdem æratis canis meminit, qui literas cursim Bruxellas deferret ac referret, quovis bajulo tutior. ex Plutarcho verò alterum Mimi partes variè industriéque agentem autoris spectantis fide recenset, qui inter cetera epoto quasi veneno moriens, opportunè deinde revivisscentis imaginem exhiberet, nec multo post Niceræ Choniatis verbis narrat: *Captâ Thessalonicâ à Balduino Flandriæ comite; cædes ibi utrimque varia & multa; sed canes Thessalonicenses nullum omninò cadaver Græcum tangere, quasi amicis popularibusque parcentes;* (3) *at contra Latinos nostrosque vorare tantâ rabie, ut etiam sepulchris conditos eruerent, & lancinarent.* Simile & magis recens Sabellicus. *Decad.* 3. *l.* 19. narrat.

(3) *Defensio amici contra hostes.*

narrat. *Tenebant Rhodii equites, acres illi tutores Christiani nominis, oppidum in ora Cariæ, ex adversum Coa insulæ, opere & præsidio munitum: quod S. Petri vocabant, Christianis si qui servitutem Turcicam fugere possent, auderent q̃, certissimum refugium & asylum: canum ea in re mirâ sagacitate. Nam habebant oppidani quinquaginta robustos admodum canes, quos laudabili more, custodiæ causâ, & contra insidias noctu extra muros excubare jubebant: ii, si qui Christiani generis accederent, comiter adire & blandiri, & gannitu quodam ac velut plausu ad oppidum diducere, si qui autem barbarorum, statim intonare, invadere, lacerare.* Dicite VI. vos, unde iis sensus dignoscendi? Sextum Empiricum apud ipsum eodem loco audire juvat, de cane sic lepidè disserentem. *Electionem habet, nam capit quæ sibi commoda sunt, fugit noxia; edulia persequitur, flagello intentato omittit, sed & artem habet commodorum comparatricem, venatoriam.* (1) *Nec verò virtutis est expers, nam cùm justitia sit unicuique suum tribuëre, canis familiares & bene meritos adulatur* (2) *custodit, tuetur: invadit externos aut injuriam inferentes. Videmus & prudentem, ut etiam testatus est Homerus, qui Ulyssem suis omnibus ignotum à solo Argo* (3) *agnitum facit. Secundum Chrysippum etiam illius tam celebrata Dialectica particeps est, ait enim, illum tertii notitiam per alia non probata consequi. Vt cum ad triviũ venerit,* (4) *& jam duas vias indagaverit, per quas fera non ruit, tertiam ne odorans quidem aut dubitans init, & magno per eam saltu fertur, velut ratiocinans; aut hac, aut isthac, aut illac transiit fera: neque autem hac, neque isthac: ergo illac. Sed & medicus est, ac si festuca sit impacta, eam extrahit dentium ministerio, si ulcus alicubi (quoniam ea sordentia ægrè) facile autem munda sanantur) leniter tabem inde fluentem abstergit.* (5) *Sed & Hippocratis præceptum observat, & quoniam pedis medicina est quies eius, hunc læsum sursum attollit, & quantum potest servat à motu. Cùm verò pravi humores aggravant, gramine vescitur, eiúsq; ope*

(1) *Ars venatoria.*
(2) *Adulator.*
(3) *Perspicacia.*
(4) *Ratiocinatio.*
(5) *Medicus.*

quid.

quidquid noxium erat, expellit. (1) Itaque non mirum si Philosophi aliqui se hujus animalis nomine voluerint commendari. Hæc Sextus, quæ licet festivo lepore extollat, facilè tamen ex his evincitur quantum, rudes cæteroquin canes, ex signis experimenti cognitionisque hauriant. De equis nihil commemoro. Multa de illis Plinius recenset lib. 8. cap. 42. nec pauca Lipsius Cent. 3. ad Belg. ep. 56. Alexandri Bucephalus domini tantum sui patiens, ac flexis etiam obsequens genibus, passim in historiis celebris, (2) neq; ignoti Sybaritarum equi: illi enim inter pacis otia ad tibias saltumque edocti (3) belli tempore in acie à Crotoniatis tibia canentibus facilè ad saltum provocati sunt, adeoque turbatis ordinibus excussisque Dominis, paratam hosti obtulêre victoriam.

(1) Medicina sumptio.

VII. Equorum docilitas.

(2) Obsequiū laudabile.

(3) Ars saltandi noxia.

VIII. Admiranda Elephātorum per signa institūctio.

De Elephantis prorsus stupenda autores diversi adferunt. Plinius l. 8. cap. 3. sermonem patrium eo quo nati sunt loco tenere asserit, ac fuisse tradit qui græcarum literarum intelligens scriptor, hæc ejus linguæ verbis exaraverit. (4) Ipse ego hæc scripsi & spolia Celtica dicavi. Strabo in regno Malabar communem esse vulgi sensum docet, has belluas inter se communicare barritu sensa animi: unde Oppianus colloqui censet, his verbis latinè redditis.

(4) Docilitas.

Fama est inter sese sermocinari Elephantes,
Distinctásque susurrare utque emittere voces.

Plinius l. 8. c. 2. de Elephantis hæc refert. Germanici Cæsaris munere gladiatorio quosdam inconditos motus edidêre saltantium modo. Vulgare erat per aurum arma iacere, non auferentibus ventis, atque inter se gladiatorios cõgressus edere, aut lasciviente pernicitate colludere: postea & per funes incessêre (5) lecticis etiã ferentes quaterni singulos, puerperas imitantes: pleniſque hominum triclinii accubitu, iêre per lectos, ita libratis vestigiis ne quis potantium attingeretur. Saltitare eos ac choreas ducere, etiam Plutarchus: natare, jaculari, armis uti, Strabo: ad omnem verò nutum gestumque dociles, ingeni-

(5) Ars rara.

ingeniculare, adorare Reges, (1) Aristot. *lib. 9. hist. an cap. 46.* tradidit Indorum Regi quatuor & viginti adsistere prætorianæ cohortis loco, qui per vices stationes atque excubias obeant, Ælianus *lib. 13. cap. 22.* recenset. Lipsius *ex Acosta de rebus Indicis* Elephanti Indici meminit ex urbe Cochin, quem magister ad fabrum cum æneo vase reficiendi gratiâ destinabat: paruit ille, & fabro reparanduin offert, qui eùm infideliter refecisset, redux Elephas objurgatur à magistro de re malè curata; remittit ad fabrum, qui rursùm malâ fide obturat. Elephas, ut certior rei bene expeditæ esset, ad flumen properat atque illic impleto vase, cùm aquâ defluente, fraudem adverteret, ad fabrum plenus irarum revertitur, atque adversum horrendo barritu infremuit, ut vicini ad novæ rei tumultum passim confluerent, (2) faberque molli voce delinitam belluam, vase ex arte probè reparato, dimitteret; quæ cum ad flumen periculi rursùm faciendi gratiâ divertisset, inde, re integrâ, domum læta redit.

(1) *Obsequium rarum.*

IX.

(2) *Insignia memoriæ.*

Thales Milesius, *ut Ælian. lib. 7. c. 37.* mulum, indocile ceteroquin animal, verbis verberibusque frustra sæpe increpitum, cùm sese onustum sale identidem in aquas transeundas submitteret, ubi onus allevari sensérat, ita demum signis emendavit; lanâ mulum spongiisque onerabat, (3) quas, cùm ex more in aquas iterum dimisisset, immenso pondere prægravari sensit, atque ideirco, ne eandem sarcinæ molestiam pateretur, contra lapsum deinde tibias firmabat. Sed exemplis hac in re innumeris abstineo, nam satis opinor declaratum, signis rerum plurimarum cognitis, alia in sensus nos incurrentia percipere, actiones suas ex iis moderari, artiumque capacem habere naturam, non nisi per imagines objectas instructam.

X.

(3) *Correctio rei difficilis.*

Verùm cùm brutæ animantes eâ perfectione, quâ homines ratione præditi, nequaquam rem penetrent, neque imaginis significandi vim naturamque & cum re significata congruentiam reflexâ cogitatione ex-

XI.

Bruta tamen non cognoscũt per signa

tanquam imagines fig. animorum.

pendant, præcipuâ voluptate quæ ex symbolica hujusmodi cognitione existit, frustrantur. materialis enim prorsus eorum cognitio, judiciumque est; neque aliam delectationem, quàm ex convenientia objecti cum sensibus percipiunt. Deinde licet bruta certis signis vitanda sibi & agenda discant, & cum antè cognitis rerum præsentium comparationem instituant; ea tamen ad sensum reconditum & mysticum, ut vocant, transferre, atque ad mores vitamque communem instituendam nequeunt: subtiliora enim hæc sunt, quàm ut debili judicio penetrent. Sed ijla ex requisitis infrà ad symbolicam sapientiam plenius hauries. Nunc satis erit exempla nos quædam delibasse, quæ hominibus ad diversa symbola figuratásque imagines serviant. Est enim hæc Zoologia fecunda figurarum mater, ideóque de hac infrà lib. 7 fusius & ordine disseremus.

CAPUT VI.

An homines naturali intellectus virtute, Deum, Angelos, Animámque, ac res spirituales per imagines possint intelligere?

I. *Res divinas per imagines rerũ creaturam intelligimus.*

PUlcherrima illa in cœlo lumina, totúsque orbis Dei quandam ejúsque imprimis sapientiæ ac potentiæ imaginem subjiciunt, teste Sapiente. *Sapient. 13. 5. A magnitudine enim speciei & creatura, cognoscibiliter poterit creator horum videri.* Nec minùs rerum cœlestium & æternarum cognitio ab iisdem hauritur, nisi Paulus deceptus est, qui his etiam imaginibus ethnicos ad Dei cognitionem duci asseruit. *Quod*, inquit, *notum est Dei, manifestum est illis: Deus enim illis manifestavit, invisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & divinitas; ita ut sint inexcusabiles.* Nec defuêre qui huc animo penetra-

rent:

rent; de quibus prolixè Clemens Alexandrinus, *lib. 5. Stromatum*, atque in ceteris his verbis utitur. *Patrem ergò & universorum effectorem naturaliter, & circa doctrinâ omnia ex omnibus apprehendit: inanima quidem, quæ naturalem quandam habent consensionem & convenientiam cum animali, ex animatis autem alia quadam immortalia, &c.* Quæ alia omnino cognitio, non est, quàm quæ per rerum creatarum imagines figuratas habetur. *Videmus enim nunc per speculum in ænigmate* teste Apostolo, quod etiam Platonem non latuit, de quo eodem loco Clemens. *Meritò ergo Plato quoque assuefacit optima ingenia, ut veniant ad disciplinam, quam prius diximus esse maximam, & ut videant bona, & illa ascendant ascensione.* Hanc autem à creaturis ad Deum mente ascendendi tradidit, egregio inter Christianos opusculo, Robertus Bellarminus, ad quem remitto hujus disciplinæ avidum. Sed tamen, an symbolica hæc disciplina dicenda sit, aut illius, de qua hic agimus, cognitionis naturam assequatur, nondum liquet. Nam etiamsi nullâ re clarius hac in vita, Dei nobis cælestiúmque rerum natura explicetur, quàm cùm ex creatis ipso præsertim homine ad tanti numinis similitudinem condito, ad Dei considerationem transimus; manet nihilominus & obscuritas hujus cognitionis tanta, támque immensa rerum comparatarum distantia, ut in similitudine similitudo penè nulla, in ænigmate evoluto nulla propemodum claritas appareat. Unde delectatione illâ gustuque destituitur, qui ex rerum comparatarum inspecta convenientia existit: quem in hac imaginum poësi singularem statuimus. Accedit quòd illa parium inter se collatio institui, nisi obscurè, non possit: si alterum extremum neque genere, neque specie aliqua rerum, cum ipso communium, innotuerit, uti Deus humanâ scientiâ non attingitur; cum ad illius cognitionem per effecta tantùm, velut ad causam inspiciendam, æquivocam quidem ac eminentem, penetremus. Quare D. Gregorius Nazianzenus *orat. 34.* postquam à creaturis ad earum

II. *Imagines tamen corporeæ imperfectè Deum & res incorporeas repræsentant.*

autorem mentem extollendam docuisset, addit. *Nimis profectò hebes & stolidus est, quisquis hucusque sponte suâ progredietur, naturaliúmque demonstrationum vestigiis insistit, atque adeò hoc sibi persuadet, ne hoc quidem Deum esse, quod vel imagine quadam animi concepimus, vel informavimus.* III. Egregia hac in re dissertatio hominis Ethnici Maximi Tyrii. *Dissert. 1. de Deo ex mente Platonis.* qui postquam divinum intellectum cum oculo humano, celerrimè inter sensus reliquos objectum attingente: cum Sole deinde momento radios per orbem dissipante, composuisset: denique non multò post, ceu nihil dixisset, subjecit. *Quòd si dum hic es, naturam Dei vis discere: quis id præstabit satis? scimus quidem pulchrum esse Deum, & pulchrorum omnium pulcherrimum: non tamen corpus pulchrum; sed id unde prato suæ pulchritudo est, denique quidquid in fluvio, aut in mari, quidquid in cælo cælestibúsq; Diis pulchrum vocamus, id omne pulchrum, tanquam ex perpetuo limpidissimóq; fonte, unde dimanat. Si hæc sufficiunt, Deum vidisti: si nondum: qua tandem imagine commodè exprimi queat? Cave enim vel magnitudinem, vel colorem, vel figuram, aut simile quid, quod in materiam cadit, cogites. verùm id, quod amator faceret, qui si pulchrum aliquod corpus esset, cujus aspectum multæ variæq; vestes eriperent, primùm eas detraheret, ut plenè intueri posset! Idem tu nunc fac, quippe si amictum hinc, & quidquid oculos moratur, cogitatione detrahas: in eo quod restabit, id ipsum jam videbis, quod quæris, si verò imbecillior es, quàm ut rerum omnium parentem artificémque lustrare possis: sufficiat in præsenti, quòd opera eius videas.* An potuit quicquam luculentius à Christiano etiam Theologo hanc in rem pronuntiari? Neque enim ex rerum creatarum imaginibus, tam, quid Deus sit, quàm, quid non sit, investigamus. quâ cognitione perfectiorem aliquam in hac symbolica sapientia, requirimus.

IV. Quocirca ad illa solùm Dei opera, quæ miserationis, justitiæ, cæterarúmque divinarum affectionum argumenta sunt, in rebus creatis, & sensibus hominum

num expositis, hæc scientia sese extendere videtur. Imò cùm neque de Angelorum, neque de animorum nostrorum natura quicquam explorati, ex symbolica hac imaginum disciplina, haberi possit (quæ enim res corporea sit incorporeæ similis?) imperfectam etiam ejusmodi cognitionem, neque illius delectationis participem, quæ à Poësi exspectatur, censemus. Nec immeritò: siquidem Angelorum animæque nostræ tam obscura nobis per administros sensus suppeditatur cognitio: ut infideles non paucos eorum natura ingeniúmque prorsus latuerit, neque immortale quicquam in hac rerum universitate agnoverint. Ipsi Angeli, ut se nostræ cognitioni utcunque ingerant, schemate honesti se juvenis induunt. Tales illi qui Abrahamo & Sodomitis sese obtulerunt, quique Tobiam deduxit incolumem. Talem & Deus ipse olim artificibus Hebræorum fabris præscripsit effigiem alis exornatam. Animæ vero nostræ quam unquam speciem hausimus? quod expressum aliud simulacrum vidimus, præter ipsum quod vegetat, regítque corpus nostrum! Unde consequens est, nihil in comparationem symbolicè, aut etiam ænigmaticè adduci posse, quo judicemus rectè nobis eorum naturam adumbratam. quin potius, sanè omnia expendentibus, occurret, longè à veritate rei spiritualis abesse hanc rei corporeæ imaginem, quâ existimatione omnem symbolicæ, poëseos gratiam subvertemus.

V. *Prævia fidei cognitione, de reb. incorporeis perfectius quàm per imagines erudiri non possumus.*

Quare, si quam de natura rerum spiritualium scientiam assequimur: illa, vel ab effectis illarum, vel certiùs etiam ex sacris literis, & fide divina habetur. Quâ cognitione præhabitâ, rerum incorporearum affectiones, proprietates atque effecta, nullâ viâ ac ratione promptiùs evidentiúsque, quàm symbolicâ hac arte nobis exponuntur. Unde in Sacra Scriptura tam frequens symbolorum usus, ut à sensibus remota, cum per se nequeant, per rem aliquam corpoream sibi utcunque similem, pérque sensus nostros animum cognitionémque subeant, quod pluribus infrà

exemplis intelliges, cùm usitata sacrarum literarum symbola exponam.

CAPUT VII.

An Deus & Angeli hominibus per symbola rerum spiritualium naturam aperire possint?

1. Lœet per naturales rerum imagines homini nihil perfectè de Deo, Angelis atque anima nostra innoteſcat: manet tamen etiamnum indefinitum, Utrum symbolicè illa à Deo atque Angelis nobis aliquando explicentur. Rara quidem Angelorum hominibus loquentium, rara etiam divini ad nos sermonis, nisi per Prophetas enuntiati, exempla suppetunt. Paucis primi orbis Patribus ea obvenisse divinæ familiaritatis gratia fertur, dum humana denique in figura Deus, hominis ore ac voce, nobiscum loqueretur. Tamen, cum diversa indies divino beneficio agnoscamus, quæ humani magistri perspicaciam subterfugiunt, quæ Dei Angelorúmque, quæ præsentium futurarúmque rerum speciem aliquam animis nostris subjiciant, videntur, non aliunde, quàm ex imaginibus à Deo objectis haberi.

Moysi Dominum sese in flamma rubi incombusti exhibuisse legimus, simúlque illâ voce intonuisse. *Ego sum Deus patris tui. Expavit ille*, inquit, Marulus. *li. 6. cap. 16. nec jam aspicere flammam audebat, ad quam ausus fuerat accedere.* Sub aliis quoque creaturarum formis latens Creator Moysi apparebat, & (ut testatur Scriptura) *loquebatur ad eum facie ad faciem, sicuti solet loqui homo ad amicum suum.* An non hoc est Deum agnoscere? Verùm audiamus Moysis postulatum. *Ostende mihi faciem tuam, ut sciam te.* Cui Dominus: *Non videbit me homo, & vivet:* unde in sola eum similitudine intuitus est. Ezechiel Propheta in majestate rara thronóque regio sublimem inter

sidera

sidera Deum contemplatus est, addítque. *hæc visio similitudinis gloriæ Domini.* Nunquid hac igitur similitudine allecutus est ille, *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt* ? Apocalypticus ille speculator, in Pathmico exilio, cœlum reperit. Vidit sedentem in throno. (1) voces audivit, sensit tonitrua, lampades (2) conspexit, & quatuor animalia. (3) Deum laudantia: vidit civitatem Ierusalem tanquam sponsam ornatam viro suo, cujus muri ex lapide pretioso, ipsa aurum mundum: lucerna ejus Agnus est. Vidit fluvium aquæ vivæ procedentem de sede. (4) Dei & Agni: (5) lignum vitæ foliis fructibúsque ornatum (6) &c. An non hæc omnia symbolica, & præclaræ quædam rerum divinarum imagines? ubi Deus in Rege, Sancti in lampadibus, Evangelistæ in animalibus, in Agno Christus, in gemmis, auro, fontibus & arboribus pulchritudo & amœnitas cœli exhibetur ? Equidem has imagines non usque adeò imperfectas fuisse arbitror, ut ab hac disciplina rejici debeant, cùm divino penicillo coloribúsque adumbratæ fuerint, simúlque humana intelligendi vis elevata Dei virtute supra naturæ potestatem sit; ut imaginis cum re significata convenientiam videre potuerit, ac singulari ex hac cognitione voluptate perfrui. Quanquam fatendum sit, hisce figuris, non tam rerum naturas, quàm effecta & proprietates videri expositas, quæ etiam suprà docuimus per creatarum rerum imagines humanæ cogitationi subjici.

(1) *Deus.*
(2) *Sancti.*
(3) *Evangelista.*
(4) *Gratia Dei. Gaudium cæleste.*
(5) *Christus redemptor.*
(6) *Immortalitas beata.*

Imagines rerum corpor: à Deo tanta luce proponi possunt: ut vim symbolicè instruendi habeant in rebus incorporeis.

CAPUT VIII.

An Deus & Angeli per objectas rerum imagines symbolicè de præsentibus ac futuris homines erudiant ?

I. DE præsentibus Deum homines erudire, per objecta imagium symbola, sat multis evidentibúsque

(1) *Puritatē & gratiam baptismus confert.*

(2) *Potestas miraculorum.*

(3) *Potestas sacerdotalis.*

búsque exemplis constat. ut, per columbam, Christo baptizato imminentem, (1) de puritate Christi ac Spiritus Sancti præsentia admonuit, per virgam in serpentem versam Moysi (2) per florentem Aaroni (3) potestatis concessæ signum dedit, neque hic quicquam in arte symbolica difficultatis occurrit, cùm facilis comparatio inter imagines rémque significatam instituatur. De symbolis, rem tantum futuram, nec aliter, quam solâ expectatione, atque in sui imagine præsentem, adumbrantibus, major sese difficultas obiicit.

Figuratis illis rerum futurarum imaginibus Sacra Scriptura prorsus abundat, illis præsertim, quæ ad Christum ipsúsque cùm vivendi, tum moriendi rationes pertinent; sed his ut notioribus, abstineo, & profanis historiis ad exemplorum varietatem utor.

II.

(4) *Poeta.*

In ore Stesichori Poëtæ, si Plinio *lib.* 10. *c.* 29. credimus, Luscinia (4) cecinit, vates de vate. Idem Tisiæ Hesiodi filio, etiamnum infanti, eveniſſe memorant. Pindarum, *ut Pausan in Boeot.* ætate juvenem, Thespias proficiscentem ac calore meridiano fessum, somnus arctior complexus erat, cùm apes sese admoverunt, collectúmque è floribus mellis succum

(5) *Eloquētia suavis.*

ejus ori adleverunt. (5) non obscurum nobis suavissimi deinde Poëtæ argumentum. Cum Aristion. *ut Ælian. l* 10. *&* 12. *de varia histor.* sacrificio Musis & Nymphis in Hymetto monte litaret, Pericthione, ut obeundæ simul rei divinæ operam daret, Platonem puerum in proximis myrtetis exulnis deposuerat nec mora, apes circumglomerari, ac denique cumulato agmine ejus ori insidere cœpêre. futurum eloquentiæ sapientiæque augurium. Horatius (veréne, an fictè?) de se memorat:

Me fabulosæ Vulture in Appulo
Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo fatigatumque somno,
Fronde nova puerum palumbes
Texêre —— *ut premerer sacrâ*
Lauróque, collatâque myrto, (6)
Non sine DIs animosus infans.

(6) *Poeta doctus, sed venereus.*

En

En futuri Poëtæ indicium, ex lauro Apollini sacra, Amorum scriptoris, ex myrto Veneri consecrata, Formicæ *ut Valer. Max. lib. 1. cap. 6.* quæ in os Phrygiæ Regis Midæ dormientis tritici grana congesserant, (1) opes illi in regno obventuras luculento satis præsagio ostenderunt. Mediolani in domo Severi Romani consulis, eodem rempore, quo filius ei Antonius Geta, *ut Spartianus in Geta.* ex Julia nascereтur; agnus purpureo vellere natus, ac gallina purpureum ovum peperit, (2) sed dum illud alter fratrum Basianus de manibus ad terram allisisset, (3) Julia parens, exclamavit, maledicte parricida fratrem tuum occidisti, neque falsam fuisse vatem eventus docuit. Et ne hæc tantum vana Ethnicorum ludibria existimes; Ex Christianorum historiis innumera in hanc rem exempla suppeditantur. Unum, alterumve delibo. Joannes Antonius Campanus Aretinus Episcopus, ut *Michaël Fernus in ejus vita,* suæ ætatis disertissimus, à sterili matre, per oblatas comestasque lauri baccas (4) fecunda, conceptus, progenitusque sub lauro est, cujus usque adeò desiderio etiamnum infans tenebatur; ut irremissos ceteroquin gemitus & lacrymas ad lauri tantum intuitum componeret. Matrem cum infante à partu in cubiculum ductam longo agmine consecutæ sunt apes, nec triduo hinc integro, nisi admoto denique igne, dimoveri poterant. disiectæ flammis ad natalem pueri laurum se recepêre, quam purissimo melle deliburam, non nisi cum morte deseruêre. (5) testatæ viri maximi ingenii suavitatem ac triumphantem in aliorum animis eloquentiam, denique alieno in solo, frustrato conatu succumbentem. Cum ejus morte, & lauretum exaruit (6) & domestici canes inedià se confecêre; & aves libros (7) ejus bibliothecæ laceravêre. Ita unius hominis fortunam cœlestes genii objectis imaginibus adumbrarunt.

De communi multorum calamitate multas uno ordine imagines Victor. *lib. 2. de persecuti. Vandal.* subjicit, quibus Hunnerici Vandalorum Regis adversus

III.

(1) *Divitiarum omen.*

(2) *Regiæ dignitatis omen.*

(3) *Parricidium.*

(4) *Fecunditas sterilis.*

(5) *Eloquentia suavis & triumphãs*

(6) *Mors viri fortis.*

(7) *Mors docti.*

IV. versus Christianos persecutionem adumbrat. *Videns quidam*, ait, *Ecclesiam Fausti solito in ornatu fulgentem, subitò animadvertit fulgorem omnem extingui, tenebrisq; succedentibus ingratum naribus nasci fœtorem, & expelli ab Æthiopibus* [1] *foras beatorum turbam. Vidit eandem Ecclesiam presbyter quidam refertam multitudine innumerabilium populorum, & post paululum impleri porcorum* [2] *multitudine atque caprarum* [3] *Vidit alius aream triticeam ventilationi præparatam granis nondum à paleis separatis; dumque acervi miratur magnitudinem, subitò coortus turbo, maximo impetu paleas dispergit granis remanentibus* [4] *supervenit paulò post procerâ staturâ quidam splendido conspicuus vultu habituq; nitido, grana examinans & plerisque levibus & similagini ineptis abjectis, ex massa maxima reliquum faciens acervum exiguũ.* [5] *stabat quidam sublimius in monte, qui Zipensis dicitur, & dextrâ levaq; sublatis clamabat: migrate, migrate. Vidit alius, cœlo fulminante, ex nubibus sulphuris ingentes lapides dejici, qui delapsi ardentes in domos passim irruerent atque homines repertos exurerent.* [6] *Vidit & Paulus Episcopus arborem usque ad cœlos ramis florentibus extensam, quibus Africam totam videbatur operire. Et cùm omnes arboris magnitudinem & formam admirarentur, prodiit aliunde asinus violentus qui supinus ad radicem ejus cervicem defricans, impulsu suo dejecit in terram.* [7] *Sed & Quintilianus venerabilis Episcopus visus sibi est insistere altissimo cuidam monti, ex quo gregem ovium frequentissimum perspexit, collocatas autem in medio gregis ollas duas bullientes. Interea gregem aliqui pererrabant, ovesque mactatas ollis illis injiciebant, donec grex totus absumeretur.* [8] Huc usque Victor. En quot Ecclesiæ & Christi fidelium schemata, quæ etiam intelligat mediocriter hæc in arte versatus. Qui enim Æthiopes? porci? capræ? lapides? asinus? Vandali. Quæ tenebræ? nubes? ollæ bullientes? persecutio. Quis fulgor? grana? arbor? oves? Christiani.

[1] *Improbi Dei hostes.*

[2] *Immundi.*

[3] *Libidinosi.*

[4] *Improbi & leves ab Ecclesia tempore tentationis cedunt, boni perstant.*

[5] *Paucitas electorum.*

[6] *Ira Dei plectentis homines.*

[7] *Ruina magnorũ per ocium.*

[8] *Pœna ignis divini.*

V. Quam multæ, quàmque admirabiles illæ sunt rerum

rum futurarum imagines, quas Julius Obsequens, *Prodig.* 31. anno ab orbe condita 537. Hannibalis in Italiam adventum & cladem Rom. ad Perusium prænuntiasse memorat. Spei templum fulmine percussum. [1] Hasta seipsam quassare visa. [2] Corvus in Junonis pulvinari acquievit. [3] Pluit lapidibus. [4] Maris littora ignibus ardere visa. Hastæ in militum manibus inflammatæ. [5] Solis orbis imminui visus, ac cum luna depugnare, [6] faces cœlo ardentes excidere. [7] Cœlum dividi, clypeusque in eo visus (8) Martis simulacrum hastam vibrare, ac sudare compertum. Gallus in gallinam & contra gallina in gallum, novâ metamorphosi, transit. [9] Quot hic symbola imminentis exitialisque belli non vides? Idem Hannibal, *ut Alexand ab Alexand. lib. 2. cap. 31.* cum Saguntum obsideret, cives de infelici exitu per infantem à nativitate in uterum maternum se recipientem admoniti sunt.

Neque ea solum quæ naturæ leges ordinemque excedere videntur, ita sensus animosque feriunt; sed illa etiam sæpè, quæ casus magis, quàm peculiaris Dei manus offerre creditur. Ita Tyrii Didonis auspiciis urbem capturi, postquam caput reperiissent bovis [11] inde, velut servitutis omine deterriti, laborem aliò transtulerunt, ubi caput equinum infodientes offendissent. [12] tanquam bellicosæ urbis argumentum. Et Romani, capite humano (13) in Capitolii molitione reperto, non vanè augurati sunt, caput sese orbis Romam attollere. Ex quibus opinor animadvertis, nos à Superis per objectas imagines non rarò etiam de futuris erudiri.

Sed an ejusmodi illa propositio sit, quâ nobis sufficienter ad hanc scientiam symbolicam innotescat consilium proponentium, nondum apertum est. Cujus rei investigandæ gratiâ, observanda nobis ista diversitas imprimis erit, quâ Deus, Mentesque illæ à materia segregatæ (quas vel bonos, vel malos esse Dæmones credimus) ejusmodi nobis imagines rerum, modò vigilantibus, modò somno immersis subjici-

(1) *Spes dejecta.*
(2) *Bellum*
(3) *Cades à Deo multis imminens.*
(4) *Vastitas agrorum*
(5) *Bellum à transmarinis inferendum.*
(6) *Bellum exitiale.*
(7) *Major ab inferiore superatus.*

VI.

(8) *Deus autor belli & cladis.*
(9) *Dei præsidium.*
(10) *Ex imbelli fortis, & contra.*
[11] *Servitus.*
[12. 13.] *Bellicosi. Principatus.*

subjiciunt: modò signis naturalibus, modò naturâ diversis, modò veris, modò fictis rerum simulacris erudiunt. Unde fit, ut auguria, omina, prodigia, ostenta, ac somnia nobis examinanda videantur, atque illa, ex frequenti veterum experientiâ observata significandi vis ac ratio, exploranda erit, quo omnium Imaginum cùm varietatem, tum virtutem penetremus. Porrò fusiùs illa differam exemplis; quia multæ in his Imagines, pro hieroglyptis & ænigmatis, suppeditantur.

CAPUT IX.

De auspiciis & auguriis diversis: & an illa figuratas de futuris contineant imagines?

I. DE Auspiciis acturus Alexandri *lib. 1. genial dier. cap. 13.* verbis uti libet. *Receptum est* inquit *auspiciorum quinque genera observari ab auguranti peritis: primum ex cœlo, secundum ex avibus tertium ex tripudiis, quartum ex quadrupedibus, ultimum ex diris. Ex cœlo fit augurium, ut si lævum intonuisset,* (1) *quod prosperi eventus putarunt esse, idem si fulgur à sinistrâ in dexteram emicuisset: tametsi Græci dextera ex parte veniens augurium auspicatius putent. Ex his tamen dira habentur fulmina, quæ per Septentrionem in occasum vergunt:* (2) *quæ verò ex ortu ducunt originẽ, & in eandem partem cœli circumactu redeunt,* (3) *summam protendùt felicitatem: quale ostentum Sylla dictatori oblatum memorant, aut cum fulmen è cœlo decidit rursusq; in sublimi crebris ignibus micat: quod fortunatum fuisse nemo dubitavit.* (4) *Ipsum tamen fulmen, quacunque ex parte venit, comitia impedit:* (5) *Iove enim tonante, nihil cum populo agi posse liquet. Si tamen in comitiis vitium oblatum creandis magistratibus, atque ideo obnuntiari oportere: si autem grandinet? simul & fulminet, calamitatem præsignari volunt:* (6) *Romani diur-*

De auspiciorum significatione.
(1) *Prosper eventus.*
(2) *Infelix eventus.*
(3.4.) *Felicitatis summa eventus.*
(5) *Consultatio infausta.*
(6) *Calamitas futura.*

ni diurna Iovi, (1) nocturna (2) Summano. (Quasi summo Manium.) quem Plutonem dicunt, tradiderunt: fuitq; memoriæ proditum, ea fulmina quæ solus Iupiter excutit, lætæ esse. Græci ut vim tonitrus, & speciem fulminantis cœli averterent, pateris vina effundebant. (3) Thraces dum fulminat & tonat, in cœlum sagittas intendunt, rati Tonantem hostem esse Dei, quem ipsi colerent. (4) Nonnulli impares tonitrus boni ominis esse, (5) & felicia portendere volunt; pares (6) autem diros eventus & calamitates, alii matutinos: ventum: imbrem vero Meridianos prædicere. Serenâ tamen tempestate tonuisse, hominèsque aut ædes sacras de cœlo tactas esse, tristis eventus fuisse & auspicii mali (7) sæpe notatum est: contrà verò Homerus Iovem sereno intonuisse, post effusas preces, felix omen & ratum auspicium fecit. 1. Odyss. 26. & 21. M. Crasso castra, quæ post Euphratem metatus fuerat, bis fulmine icta triste prodigium & infandas cades attulêre. (8)

Ex avibus verò Augures quasdam oscines, quasdam præpetes notarunt. Oscines cantu, præpetes volatu augurium facere & prædicere. Semper enim cantus oscinis cum sinister est, secundissimus fuit, Ex præpetibus autem Aquila, Vultur, & Buteone, Sanquali & Immusylo lætantur. Aquila si ex dextra parte venit felix omen facit, præcipuè si stridentibus alis evolet. (9) Vultures quoque Romulo, (ut Stat. l. 3. Thebaid. Non venit auguriis melior quam vultur.) in condenda urbe, præsens auspicium fecêre. (10) Sed tamen Vultures Aquilarum fœtus implumes occidisse, nidosque evertisse, ipsosq; à pastu & pedibus rostro abegisse, (11) Tarquinio Superbo vitæ & regni amissionem, quæ mox secuta sunt, portenderunt. Aquilam Tarquinio Prisco pileum detraxisse in sublimi, deinde capiti reposuisse, (12) regnum ominatum ferunt, sicut Aristander aquilæ augurio victorem Alexandrum prædivinavit. Rursus correptum jaculum è manu satellitum abstulisse, & in profundum dejecisse, (13) velut prodigiosum ostentum, Dionysio exilium, & regnum sibi abrogari funestasq; calamitates præmonstravit.

II.

(1) Lætitiæ signum.
(2) Tristitiæ omen.
(3) Numen placare iratum.
(4) Numini repugnare.
(5) Bonum omen.
(6) Malum omen.
(7) Infelix eventus.
(8) Cades militum.

III.

(9.10) Felix omen.

(11) Iacturæ vitæ & regni.
(12) Regni deferendi signum.
(13) Regni amittendi signum.

Sæpe

IV.

Sæpe Vulturem in ædem Iovis aut Deorum volasse [1] *prodigii loco receptum est. Ideo velut portentum malique auspicii procuratum fuit. Si tamen vultures corvi & aquilæ in unum coirent,* [2] *eadem haud dubiam, & si grues volantes à recto flecterent cursu* [3] *& retrocederent, infandam nautis tempestatem protendebat. Ciconiam* [4] *dicunt in auguriis non dubiam facere concordiæ significationem. Proxima est accipitrum natura: præcipuum verò genus quod Circum* [a circulari volatu sic dictum] *appellant,* [5] *altero pede claudum, quod fortunatum nuptiis & pecuariæ rei opinati sunt Contra milvus* [6] *diri malique ominis semperque infortunia præmonstrare creditus. Triorchem verò* [antiquitas Buteonem dixit] *cui principatum dedêre augures, & Falconem* [7] *felicis eventus, futuriq; maximi boni spem habere, augurio expertissimo compertum est.*

[1] Prodigium.

[2] Cados.

[3] Tempestas.

[4] Concordia.

[5] Felix nuptiarũ omen.

[6] Malũ omen.

[7 8.] Felix eventus.

V.

Picus verò martius, & Luscinia efficaci auspicio habentur, prosperaq; semper & felicia decreverunt. Inter quæ ardeola, quas Leucos vocant, cùm ad Austrum volant, vel Septentrionem, [8] *magna semper portendere voluerunt, solui enim pericula & metus exinaniri eorum aspectu* [9] *multorum opinio fuit. Luscinia quæ in ore Stesichori infantis cecinit, talem illum futurum designavit, quantus postea fuit. Contra hirundines infausti ominis esse & ancipitem afferre fortunam multi prodiderunt. Nam Cyro Regi, dum contra Scytas bellum parat, hirundinum visio* [10] *infaustam fecit expeditionem. Eadem quoque Pyrrhi tabernatulo, & navi Antonii insidentes suscepti belli infelicitatem, & funestas cladesprotenderunt. Columba si comitata est* [11] *prosperos successus auguratur: ceteris autem nullius auspicii credita est: sicut Cygnus* [12] *nautis, & his qui freto agi volũt prosperos cursus denuntiat: reliquis verò inauspicatus, Præpostetos autem vespertinos gallorum cantus, optimi eventus multi notavêre. Themistocli pridie quàm in Xerxem duceret, auditus gallorum cantus* [13] *victoriæ mox futuræ prænuncium fecit, idq; ideò, quòd victis nequaquam canit, victor verò obstrepit, & murmurat. Contrà verò gallinarum;* [14] *nam diri aliquid*

[9] Pericula discussa.

[10] Bellum & expeditio infelix.

[11] Prosper eventus, ut Virg. l. 6. Æn.

[12] Navigatio felix.

[13] Victoria.

[14. 15] Malum imminens.

quid imminere, aut futurum incommodum illarum cantus designavit

VI.

Inter reliqua verò in auspicatissima fertur incendiaria (15) & piacularis. (Ita vocant quæ carbonem ex aris absfulerit, unâ voce Spinturnix, ut notat Tiraquellus] propter quam urbs sæpe lustrata fuit. Corvus quoque inter aves inauspicatæ est garrulitatis: (1) pessimam verò corvorum significationem maximè cum glutiunt vocem velut strangulati, Plinius notavit. Si verò ab ortu clarâ voce occinuerint, præsentem felicitatem: contrà verò ab occasu exitium apportant. Corvos tamen pullos devorasse, reliquiàque in nidum detulisse, (2) dissidium inter Syllam & Marium, quo plurimo sanguine pugnatum est, designavit. Corvos quoque aurum corrosisse, (3) velut dirum malique portenti procuratum fuit. Eodem quoque aves involantes obstrepentèsque (4) Alexandro Babyloniam ingresso, & Ciceroni imminens periculum extremàsque erumnas præmonstrarunt: A dextrâ tamē corvus, & à sinistra cornix vel picus. (5) spem non ambiguam, & ratum auspicium fecêre. Maximè verò abominatus est Bubo, tristis & dira avis, voce funestâ & gemitu, qui formidolosas diraſq; necessitates & magnas moles instare portendit. (6) Tacens non semper malus fuit; quippe Bubonis aspectus Agrippæ captivo Iudæorum regnum portendisse fertur. Noctua quoque non semper infortunia facit: namq; volans (7) insignem de hoste victoriâ quandoq; apportavit. Apud Athenienses enim noctuæ volatus victoriæ semper fuit auspicium. Si tamen sereno canit, tempestatem; (8) tempestate verò si occinuerit, (9) serenum nunciare fertur. Eadem verò in hasta Regis Pyrrhi insidens (10) contra Argos euntis fatum illi, & discrimen extremum prædixit. Apes quoq; suo examine dira ostenta sæpe & triste auspicium facere, sicut ante pugnam Pharsalicam in ara insidentes, (11) & in avibus conspectæ. [12] dū per æquora feruntur, Dioni & Pompeio Magno cladem perniciosam & calamitosos casus prænotarunt, & cum in castris Bruti examen conspiceretur, mutari castra Aruspices jusserunt, nequid diri portenderent. Nonnunquam felici eventu, sicut cum in ca-

[1] Garrulitas infelix.

[2] Seditio exitialis.

[3] Clades fortunarum. [4] Mors funesta.

[5] Spes boni.

VII.

[6] Pestilentia, & lues gravis.

[7] Victoria.

[8] Tempestas imminens.

[9] Serenum imminens.

[10] Mors imminens belli.

[11. 12.] Bellum infelix, clades gravis.

VIII.

[1] Bellū fœlix.

in castris Drusi uvæ dependentii insedêre, (1) quo tempore ad Arbalonem prosperimè pugnatum fuit. Ipsas verò apicem arboris insedisse (2) oppugnationis futuræ, & terrimi belli afferre signa multi adnotarunt. Quæ verò apes in ora infantis Platonis advolarunt, haud dubiam spem ejus magnitudinis attulerunt. Aliter vesparum examen: [3] nam calamitosum auspicium facere probatum est. Aves autem omnium generum circumvolasse [4] felicitatem magnæ fortunæ diademaq; regium mox futurum Gordio ostenderunt. Ferunt in Alexandriæ descriptione, cum ob gypsi inopiam mœnia farina frumenti designarentur, aves omnis generis illam depascentes (5) omen feciſſe horreum vicinis gentibus quandoq; futurum.

[2] Oppugnatio.

(3) Calamitas, hostilitas.

[4] Regni & coronæ omen.

(5) Annonæ suppeditandæ copia.

IX. De auguriis, & eorum significatione.

Ex tripudiis verò esse auguria veteres fabulati sunt. Vt si pulli non addixissent: [objectis cibis non pasti.) Vel si vitulus è sacrificantium manibus proripuisset, aut hostia profugisset, vel percussa mugitum dedisset, vel si inter sacrificandum aliquid triste oculis aut auribus occurrisset, seu in extis caput jecinoris defuisset, quæ omnia fœdi eventus esse nemo dubitavit. [6] Flaminio sacrificanti vitulus qui multos cruore inscripsit. (7) Omen magni terroris fecit. Vel cum pulli è cavea addicerent & pascerentur; ita quod tripudium facerent solistimum, [cum avidè pascentibus, cibi exciderunt] quæ secundissima traduntur auspicia, nam pascentes aves videre, felicitatem pertendere multi censuerunt.

(6) Infelix eventus.

(7) Terror ex cæde.

X.

Lydi, Persæ, Iberi & Thraces non ex avibus, sed maxima auguria ex vino observarunt. Nam vinum effundere, aut vestes vino inquinare [8.] felicis haud dubiè fortunæ signa esse augurati sunt. Germani ex hinnitu & fremitu equorum monitus futurorum præsidi putant, [9] quos nullo opere contactos candidi coloris plurimos educebant. In Cappadocia ex myrrhinis virgis: in Scythia ex saliginis humi constratis [10] alii ex vibrata salitione oculi, quod augurium palmicum [Fortè à πάλλειν vibrando) in Lycia ex piscibus, quos Ichthyomantes vocant: atque Enaries Androgyni ex tilia fronde vaticinantur:

(8) Fortuna bona.

(9 10) Futura prædicere.

nantur: Nusamones verò ex somniis ad sepulcra defunctorum. [1)

Ex quadrupedibus autem fuêre, quæ pedestria dicuntur auguria: ut quæ à lupo, serpente, equo, vulpe, cæterisq; reptilibus fiunt. Lupum si ad dextram commearit pleno ore, magna & prospera rei augurium facere, & nullum præstantius esse opinantur (2) contra lupos in Capitolio visos 3 prodigii loco est habitum, cujus causa lustratum Capitolium quandoque vidimus. Iuvencas si anicula, aut mula si gemellos peperêrit, (4) ostentum dirum pestemque denunciat. Sicut leonis aspectus famosus fuit & inglorius, itineraq; infesta facere est creditus. (5) namque hostium pugnam sæpe portenderunt. [6] Capra verò salutaris, hæc enim Carano, eximiæ felicitatis, duces fuêre.

Asinum leonem occidisse (7) omen magni terroris fecisse necemq; Alexandro portendisse, literis mandatum est. Serpentem per impluvium decidisse, aut iter commeantium interrupisse illæsum, vel fœtam vulpem obviam habuisse, aut canem alienas ædes introisse (8) formidolosos casus & insignem calamitatem facere, periti adnotarunt. Mures cum candidi sunt lætum auspicium faciunt, (9) licet eorum occentu dirimi auspicia dicantur: namque occentus soricis auditus: Fabio maximo dictaturam, & C. Flaminio magisterium equitum deponendi casum dedit. Si quid mures arroserint, tristia semper & dira portenderunt. (10) Carboni Imperatori corrosis fasciis quibus in calceatu utebatur exitium prædixerunt, aurumque & clypeos corrosisse, Marsicum portendit bellum: 11 Lepus quoque in via occurens infortunatum iter præsagit & ominosum, idem vulpes fœta & canis pragnans. Mustela quoque sicut picus à sinistra veniens infausti ominis est. Ferunt arietem insolito colore natum, miram felicitatem prænocasse.

Ex diris sunt offensiones pedum, voces exaudita, res oblatæ oculis, & limen offendisse, laciniam adhæsisse, obscœnum ostentum esse, vulgo receptum est. C. Flaminius quo tempore ad Thrasimenũ oppressus interiit, cũ in equũ consiliisset, equo prolapsus repentè corruit, [12] diro & fœdo

(1) Futura prævidere. XI.

[2) Fœlix eventus.

(3) Prodigiosum.

(4) Pestis iminens.

(5) Iter infestum.

(6) Hostilis pugna. XII.

(7) Fortis ab imbelli oppressio.

(8) Casus adversi calamitas.

(9) Bonũ omen.

(10) Malũ omen.

[11) Exitium, bellum.

[12] Infelix eventus.

XIII. *fœdo eventu. Neroni Cæsari Alexandriam profecturo lacinia adhæsit. D. verò Augustus lævum sibi calceum præposterè indutum animadvertit, qua die seditione militari prope afflictus est.* [1 *Et Pompeio Magno pullum amiculum, quâ die ad Pharsalicam profligatus est, diras vastitates præmonstravit* 2 *Fertur Adrianus Cæsar ex Mauri occursu futuram mortem imaginatus* 3 *Non sic Octavio Augusto: namque asinus, cui Niconti nomen, & Asinarius, cui Eutycho, obviam facti omen certæ victoriæ attulêre,* 4 *Nicon enim vincens, Eutyches felix latinè dicitur.*

[1] *Seditio militaris.*
(2] *Clades.*
(3) *Mors imminens.*
4 *Victoriæ omen ex nomine.*

XIV. Hæc ex Alexandro hactenus non ordine sed interruptim, fusè tamen allata, ut exempla oculis in hac augurandi ominandiq́ue consuetudine subjicerentur: neque examinaturis symbolorum hac in re vim usumq́ue, copia deficeret. Namq́ue hæc omnia [quæ quidem aptè penicillo adumbrari possunt] non minùs servire emblemati poterunt, quàm fabulæ aut exempla morum à veteribus petita. Quocirca illi, qui ad absolutam hujus artis cognitionem aspirat, ignoranda non erunt In his enim rebus, ab antiquorum usu & existimatione pendentium, non tam ipsam rerum naturam, quàm illorum de rebus opinionem expendimus. Ut aspicis e. g. fulmen à læva hominis parte in dextram emicare, in proposito emblemate, ex quo rectè intelliges symbolographum proponere tibi hominem voluisse, qui opus cœptum felici eventn absoluturus sit. Non quod tu existimes id revera fulmen ita incidens ex natura sua, aut aliqua rei similitudine, significare; sed quod videas exemplum tibi veteris superstitionis exhiberi, quæ illud antiquis persuaserit significari: quod tantundem est, ac si ex instituto hæc illi significatio conveniret: ideòque huc etiam has imagines rerum futurarum revocandas censeo,

XV. *Vnde ex incertis auspicis auguriisq́ue certi.*

Ceterùm quod in rebus, usque adeò incertis, plerumque tamen eventus opinioni responderit, augurumq́ue vaticinia probaverit exitus, non illi quidem ex consideratione imaginum, sive rerum cum futuro eventu convenientiâ, sed ex disciplina ferè sua, quam

genius

genius aliquis moderabatur, per illorum signorum abjectionem intellexêre. Quid enim simile cum suo eventu picus ille martius habuit, de quo hic Alex. *l. 5. c. 13.* meminit, disertius etiam Plinius scribit *l. 10. c. 8.* In capite Prætoris Urbani L. Tuberonis in foro jura pro tribunali reddentis, sedit ita placidè Martius Picus, ut manu prehenderetur. Respondére vates exitium imperio portendi, si dimitteretur, at si exanimaretur, Prætori. Et ille protinus concerpsit. [1] nec multò post implevit prodigium Tale & illud de Ælio Prætore apud Valer. Maximum, *lib. 5. c. 6.* cui jus dicenti ubi picus incidisset, responsumque, illo dimisso, perituram Rempub. occiso, interituramque cum ipso familiam; avem perdidit (2) Ita Frontinus *l. 4. Strat. cap. 5.* inquit ipse, cum 14. Cœlis (sic enim nominat, alii etiam Lælios appellant) occubuit exercitu nostro vincente. Unde fortè & illud Horatii. *lib. 3. Od. 27.*

aliquid habitum.

(1. 2) *amor patriæ excellens.*

Téque nec lævus vetat ire Picus.
Nec vaga cornix

XVI. Deinde si ex solâ rerum significantium, & significatarum similitudine Augures de futuris sententiam dixissent, nihil in augurandi scientia abditi atque admirationi digni latuisset, ut omnino latuit. Apud Hetruscos ex puero Tage illam de terra ad vomeris altius adacti ictum prosiliente, fluxisse disciplinam memorant, à Romulo deinde mirifico studio excultam & certis observatam ritibus. Sedebat enim Augur, inquit Alexander, velato capite, & cœli regiones notabat lituo (3) [seu baculo innodi & adunco, quas ad se pertinere volebat, & dextras quidem, ut addit Livius, 1. *Dec. lib. 1.* ad Meridiem, sinistras ad Septentrionem partes determinabat, neque temerè, ac passim eâ observatione augurabantur: nam in augurum disciplina hac traditur *teste Alex. l. 5. cap. 13. & 19.* primum, nulla auspicia sive boni, sive mali prænuntia, ad illum, qui illa observare negavit, pertinere. Quare hoc tempore ridendi illi sunt, qui superstitiosâ observatione, nunc corvorum crocitatu, picarumque garritu,

[3] *Augurari de futuris.*

ritu, nunc leporis alteriusve animantis occursu de futuris præsagiunt, cum fortuitos hosce casus nec veteres quidem, nisi ritu solenni augurarentur, notandos duxerint, nisi fortè ob ingratum stridorem picas aversentur, & inauspicatum putent leporem occurrentem non cepisse, ac fortunam interpretentur, ab occurrente lupo dilaceratum non esse. Quanquam diffitendum non sit, ad emblematis usum, infaustumque e.g. omen exprimendum objectu leporis, vulgi existimationem, licet vanam, sufficere.

XVII. *Natura ipsa rerum futurarum præsaga.*

Sunt tamen nonnulla, quæ ipsa in nobis aut aversari, aut amplecti, tacito quodam sensu, natura videtur, nullo licet rationis momento; sed quodam tantum velut pondere inclinata. Sic Hannibal rebus in Italia inclinatis domum revocatus *ut Livius de bello punico. 2.* ubi in conspectum Africæ venisset, gubernatorem sciscitatus. Ecquæ terræ ora oculis occurreret? cum audisset. Sepulchrum esse, [1] vocem aversatus vela inflecti jussit, ac Leptim cursum detorsit. Simili perturbatus omine, Cn. Pompejus in acie Pharsalica victus, atque in Cyprum deflectens, substitit.

[1] *Mortis omen.*

Siquidem in Papho urbe maritima contemplatus ex navi illustriorem domum, cum ejus nomen postulasset, intellexit κακοβασιλέα dici, (2) quæ vox spem ejus, quantulacunq; restabat, comminuit, gemitumque intimo doloris sensu expressit. *ut Valer. Max. l. 1. cap. 5.* Philippus Macedonum Imperator suos ad pugnam contra T. Quint. Flaminium animaturus,

[2] *Mali omen ex nomine.*

[3] *Casus imminens.*

ut Plutar. in Flam. imprudens sepulcrum conscendit, (3) unde exercitum despiceret. verùm omnibus infausto omine territis, prælium in sequentem lucem distulit, quâ tamen victus, fugaque vix elapsus, turpem à Flaminio pacem accipere est coactus. Ut aquilæ conspectus plerumque felix exercitibus, sic corvorum infelix fuit. De aquilis res multis historiis celebrata. Ita Germanico Cæsari *ut Tacit. l. 2. animal.* contra Cheruscos pugnaturo, cum octo aquilæ ad proximas silvas provolassent (4) Cæsar augurio lætus ad suos exclamabat, irent, sequerentur Romanas aves,

XVIII. *Aquila plerumq; felicis augurii.*

[4] *Victoria signum*

propria

propria legionum numina. De binis aquilis in Cassii castris Appianus refert. *l. 4. de bello civili.* ipsas aliquàdiu significerorum aquilas quæ argenteæ erant, insedisse, [1] publicèque submini strata alimenta captasse, verùm pridie ante pugnam malo se omine subduxisse. [2] Cum Philippeis. *ut Sabel. l. 8. Ennea. 6.* in campis, M. Antonii, & M. Bruti acies explicaræ, nutum pugnandi operirentur, duæ inter se aquilæ visæ sunt concurrere, alis sese invicem, rostrisque magno clangore infestantes, (3) quod spectaculum cum utramque tenuisset aciem in eventum intentam, denique Brutianæ partis aquila, visa cedere fugarique, Antonium, cum suis, ad spem certam victoriæ erexit. Illâ tempestate cùm triumviri Romani, *ut Zonaras*, pro summa rerum obtinenda solicitè agerent, neque Augustus Antoniusque adhuc dissiderent, sed cum Lepido Bononiæ castra illi sociarent, evenit ut aquilam tentorio Augusti insidentem duo corvi levâ dextrâque hostiliter appeterent, in totius exercitus hoc spectaculo suspensi oculis, eò demum eventu, ut corvorum uterque occumberet, triumpharet aquila. (4) Visum hoc omnibus spectare ad duces in iisdem præsentes castris, nec falso: nam Lepidum paulò post Antoniumque à se Augustus divulsos bello superavit, illumque ad extremam exilii, hunc mortis necessitatem compulit. Longum esset illorum exempla Regum adducere, qui auspice aquilâ regni dignitatem ad se transferendam intellexêre. Hujus enim interventu Romulus Remo, *ut Cic. l. 1. de Divina.* in primis Rom. Imperii auspiciis prælatus dicitur. Hæc gemina nati olim Alexandri domum insidere visa gemini præsaga Imperii fuit. (5) Hæc cum septem pullis inusitato exemplo reperta, à C. Mario toties ad illum rei summam in Rep. Romana deferendam præsignavit, licet Plutarchus id factum fabulis accenseat. Cum Octavio Augusto, *ut Xiphil. in vita.* lusit penè aquila, cùm ereptum de manibus cibum mox eidem reposuerit, quamquam gravius, *ut Vopis. in Aurelia*, & ostento similius est, quòd Aurelianum in fasciis puerum

[1] *Victoria spes.*

[2] *Victoria spes irrita.*

[3] *Civilis pugna.*

XIX.

[4] *Victoria de duobus hostiũ Ducibus.*

[5] *Imperii oblata spes.*

rum de cunis ad aram transtulerit; & Marciano consopito, alis per caput expansis umbram fecerit, (1) quod Basilio Macedoni etiam evenisse Zonaras memorat.

(1) *Imperii omina.*

XX.

Corvi plerumq; infelicia præsagiunt.

Corvorum infesta plerumque acies. De his Nicetas scribit ante Scytharum cum Italis conflictum ingentem eorum vim cornices invasisse, laceraſſe, fugasse, nec (2) multò post Romanos à Scytharum exercitu superatos. Ita pridiè, quàm Veneti cladem fœdissimam ad Sapientiam Insulam acciperent, *ut Sabel. decad. 2. lib. 3.* corvorum vis ingens supra classem tam cruentâ inter se pugnâ congressa est; ut plumæ cruorque in Venetas etiam triremes defluerent. (3) Mirum est, quod haud procul Leodio in Gallo-belgica spectatum est, *ut Fulgos. lib. 1 c. 4. & Æneas Syl. c. 53. Euro*, priusquam Leodienses, controversiâ de Episcopatu ortâ cruentissimo prælio cum Joanne Burgundionum Duce infeliciter pugnarunt. Siquidem corvi eodem loci, ubi prælium est, falconem nido, effractis ovis, depulerant, qui postridie injuriam ulturus, cum magno falconum numero adversus corvos, numero haud impari coactos, adfuit. verùm ea falconum vis, & audacia fuit, ea corvorum pertinacia; ut illi quidem vincerent, hi nihil cederent, & antè conciderent exanimati omnes, quàm pugnâ ac statione avellerentur. (4) Juvat his memorabilem avium pugnam ex Joviano Pontano. *lib. 2. de Ferd. I. Rege Neapolit. sub finem.* accensere; Anni hujus, inquit, exitu (erat is Christi 1461.) in campis qui Beneventum Apiciúmque interjacent fœdum certamen inter corvos milviósque exortum est, sive ostentum illud fuerit prognosticúmque futuræ ad Trojam pugnæ, seu naturalis contentio, quod multitudine locustarum, iis in campis, eo autumno prognatarum, quibus alites ipsi vescantur, pugnatum sit, ob pastus cupiditatẽ. Primo igitur è certamine (nam bis pugnatũ est) quòd milvii acrioribus magisque falcatis armati essent unguibus, alisque uterentur patentioribus, majorèsque captarent auras, corvi cum discessissent inferiores:

(2) *Hostiũ adventus & victoria.*

(3) *Clades & cædes navales.*

(4) *Pugna interneciva.*

XXI.

paucis

paucis post diebus, tanquam imploratis aliunde auxiliis, redière densiori agmine generis sui voluerum. Quod idem factitatum à milviis. Cœpta igitur acri in aëre pugnâ corvi sensim, quasi inito consilio artèque hac usi, intra vineta subsidêre, stantèsque, aut super vitibus jam de frondibus, aut super editioribus ramis, truncove eminentioribus rostra subrigebant, ingruentèsque alis atque unguibus milvios suffodiebant rostris, quasi pugionibus. Itaque cernere erat cadentes passim atque exenteratos milvios, singulorumq; ad casum conclamare corvos, crocitatuq; significare victoriam, & tanquam cohortari aciem cantu, atque excire pugnantes. Quò pugnæ genere cum certatum esset diutius, plenis tandem cadentium milviorum campis; ipsi, tanquam in insidias delatos se intelligentes, pugnam deseruêre, confessi volatu fugam. atque alitis hostis super stragem volitantis victoriam. Hic verò elatus victoriâ corvus, atque in eædem versus, in stratos humi milvios sævire: iramq; ad rabiem exercere: conficere rostro semineces, atq; è mortuorum, aut capitibus cerebrum eruere, aut hausta è visceribus intestina trahere unguibus: (1) Subiit denique hæc à plurimis mortalium spectata, neque quenquam fuisse qui non certamen exercituum auguraretur, partisque alterius calamitatem, ut non multò post factum, cùm Ferdinandus Rex Joannem Andegavensem & Nicolaum Piccininum ad Trojam Apuliæ magno prælio superavit.

(1) *Pugna in qua fortiores magisque instructi armis succumbunt.*

XXII.

Ex Gallis & Ciconiis sat certa præsagia.

Plura ejusmodi cùm in historicis, tum quotidiana hominum vita reperies, non in aquilis modò corvisque, sed omnis volucrum animantium ac creatarum rerum genere, quæ quandam de futuris opinionem etiam nolentibus subjiciant. Themistocli, inquit Plutarchus, *in Themist.* prudie quàm in Xerxem exercitum duceret, auditus gallorum cantus victoriæ prænuntium fecit. Et galli gallinacei totis noctibus canendo (2) Bœotis nobilem illam Leutricam adversus Lacedæmonios victoriam præsagivêre, ait Plinius, *lib. 10. cap. 11.* ita conjecta interpretatione, quoniam

(2) *Victoria.*

quoniam victa ales illa non caneret. Memoria dignum est, quod de Attilla Hunnorum Rege Aquilejam obsidente Sigonius recensèt. Hic desperatâ urbis expugnatione, jam castra moturus, in diem proximum profectionem indixerat, cùm fortè conspexit ciconiam pullos suos è mœnium turri ad agrum vicinum inusitato more transferentem (1), ratus, id quod erat, volucrem, naturâ duce, infortunio sese imminenti subducere, suos jussit cœpto insistere arctiusque etiam urgere, nec fefellit eventus. Cives enim extremâ frumentariæ rei inopiâ coacti cedere, postquam armatas pro murorum stationibus instar vigilum statuas locassent, aversâ urbis parte elapsi, per mare in Grudum Insulam sese recepêre. Attila cùm deinde luce mediâ volucres armatorum insidêre capitibus cerneret, fraude animadversâ signum occupandæ urbis suis dedit, illamque ubi ciconia insederat mœnium partem cum turri facili impetu subruit, viâque ad urbem latè patefacta est. Addo alterum Ciconiarum portentum, quod Matthiæ Corvino Hungariæ Regi Viennæ Budam descendente sese objecit. *ut Bonfini. lib. 8. Dec. 4.* In turris fastigio nidum ciconia fixerat, hanc suâ deturbari possessione à quatuor aliis conspexit ciconiis, quæ deinde inter se commissæ pro hac sede acerrimè decertabant. (2) tum ille futuram in hac imagine præsentiens rem, inquit, Pannoniam brevi turbatam videbimus. Mortem tamen Principis simul alii ominati sunt, ac deinde Reges quatuor de regni possessione dimicaturos; uti deinde eventu constitit. Rex intra annum extinctus illud quoque in morte habuit memorandum, quod corvi (qui Corvinæ domus insignia referunt) eo tempore Budæ nulli conspecti fuerint, Albam verò, ubi Regum monumenta sunt, tantâ confluxerint multitudine, ut regis mortem nemo non conscius præsagiret. Sub ejusdem mortem Leones omnes, qui Budæ asservabantur, interiêre.

(1) *Urbis expugnatio.*

XXIII.

(2) *Regũ diversorum pro eodem regno concertatio.*

XXIV. *Alia animantes.*

Uti quædam ex avibus non incerta captantur auspicia de rerum futurarum eventu, ita etiam ex animanti-

mantibus reliquis. Apud Ægyptios olim ante omnia ex Api bove, & in Memphi quoque de vacca conjecturã futurorum captabant, cũ oblatam escam modò accipere, illas modò aversari; [1] vel fortunati, vel infelicis eventûs, pro certa rerum circumstantia, censerent. Germanico Cæsari *Alexand. lib. 6. cap. 2.* funestum & visum est, & fuit, oblatam escam Apim recusasse. Verùm hæc superstitionis plena. Tantùm in illa quæ communi existimatione ominosa censentur, modò inquirimus. Rectius Philistini 1. *Reg. c. 6.* ex boũ arcã trahentium, via sponte captâ intellexerunt, ab arca domini malè detentâ, in suos ingentem mortalitatis pestem derivari. Minus etiam vanæ conjectationis habuit, *ut Sabel. l. 7. Ennead.* quod Romanis cum Samnitibus & Gallis ad Clusium pugnantibus evenit, cùm lupus [Romuli quondam nutritor] cervam [2] inter medias utrimque acies persecutus, hanc quidem in Gallorum tela compulit; ille per medium se recepit Romanorum agmen incolumem, velut cum suis superfuturus. Spartanorum capræ, *ut Pausanias in Bœoticis.* quas in exercitu ducebant, ut Diis litarent ante prælia, devoratæ à lupis fuerunt. [3] non obscuro indicio futuræ cladis. Laurentio Mediceo, inter alia prodigia, quæ præcesserunt obitum, Leo. *ut Iovius in Leone X. lib. 1.* nobilissimus, qui tum in cavea Florentiæ erat, aliorum sævitiâ laceratus, [4] malè fuit ominatus. Pistorii, in Tuscia, sub horam diei tertiam, multis spectantibus, asinus excelsum tribunal conscendit, atque inde rugitum usque adeo compositum edidit, [5] ut populum accurrentem alloqui, & quædam velle significare videretur, quæ res, ut inquit Sigonius, *lib. 7. imper. occid.* novam animis religionem injecit de futuris. Nec caruit opinione, infortunati Gallis ad Novariam belli, *ut Iovius lib. 11. histor.* cùm relictis Gallorum castris passim canes ad Helvetos, Maximiliani Sphortiæ defensores, transirent, caudarumque blandimento atque aurium submissione iis officiosè adularentur [6] certè Jacobus Mottinus Dux Urbinensis, accepto omine, ausus est Maxi-

tiam futurarum rerum indices.

(1) *De futuris captare omen.*

(2) *Fortis timidum persequẽs.*

(3) *Hostes religionis Deo sacros opprimentes.*

(4) *Mors à viri fortis.*

XXV.

(5) *Rudis doctos instruens, ac de futuris præmonens*

(6) *Fortuna belli translata.*

Maximiliano conta Gallos victoriã polliceri, quòd à majoribus gentis esset observatum, in auspiciis præliorum, eorum haud dubiè victoriam esse, ad quos hostium canes, velut ad dominos feliciores, pervenissent. Felis, domi familiariter atque inter delicias enutrita, Stephani Cardani jam morituri præsensit fata; siquidem in pedes ante lectum erecta, (1) misero clamore edito, sese conclavi proripuit, neque deinde usquam comparuit. Cujus simile in domo Lanionis observatum Hieronymus Cardanus *de rerum varietat. lib. 4. cap. 75.* meminit: Cùm ex vepre in hastam Ladislai Ducis Ungari, *ut Bonfi. l. 3. dec. 2.* candida mustela insiliisset, per hastã in ducis gremiũ delapsa, (2) Geysa fratri, contra Salomonem Ungarorũ Regem, certam victoriam pollicitus est. Augustus, *ut Xiphil. in Augusto.* cùm prope Siciliam adversus Pompejanos infeliciter pugnasset, perquam molestè hanc tulit ignominiam, (3) dum piscis denique ultro è mari prosiliens ad ejus se pedes abjecisset. Remora, *ut Plin. lib. 32. cap. 1.* quæ M. Antonii navem prætoriam Actiaco bello tenuit, quæq; Caii Cæsaris properantis in mari immotam defixit, stupendo spectaculo ad clavum denique hærere comperta, limaci non dissimilis, (4) infelicium eventuum semper fuit.

(1) *Mors imminens.*

(2) *Victoria.*

(3) *Victoria omen.*

(4) *Infelix eventus.*

XXVI. *Ex inanimis, etiam futura colliguntur.*

Neque inanima hoc loco prætereunda sunt. Nuceriæ in luco Junonis, *ut Plin. lib. 16. c. 32.* præputata ramis, quibus aræ incumbebat, ulmus, sponte sua restituta protinus floruit. (5) à quo deinde tempore populi Romani majestas Cimbricis cladibus vastata, resurrexit. Idem factum & in Philippis, salice prociduâ & detruncatâ, & Stagiris in Musæo, populo albâ. Duæ Myrti Romæ ante ædem Quirini positæ, *ut Plin. l. 15. c. 29.* quarum una patricia, altera plebeja dicta fuit. Et patricia quidem multis annis uberior lætiorque plebeja squalente fuit, dum adhuc plebs Romæ patricios observaret. Verùm plebeja denique arbor, flavescente patriciâ. (6) succreverit altius profusiusque quando & Marsico bello sensim Patrum auctoritas Romæ eviluit. Plus admirationis etiam habet

(5) *Reflorescens Resp.*

(6) *Deficiens Reip. status.*

bet Oleaster in foro Megarensi, de quo idem autor Plinius, *l.16.c.39.* quòd appensa quorundam arma, neglectaq; sensim cortice sit complexus, adeoq; excisus, deniq; ocreas galeasq; profundere compertus sit, (1) malè ominato Megarensium exitu, siquidem præmoniti oraculo fuerant, non ante periturā urbem, quàm arbor arma peperisset: quod cùm nunquam futurum crederent, jam præter opinionē inauspicatò adverterunt. Porrò præmaturæ ficus, *ut Athen. li.3.c.3.* uvæque Philippo Macedonum Regi felicitatem: & Juliano Imp. *ut Sozomen. l.5 c.1.* vindemiæ circa Plejadum occasum repetitæ regni adversus Constantium incrementum, visæ sunt portendere.

(1) *Urbi ab armis excidium imminens.*

XXVII. *Humanæ actiones futurorum præmuntia.*

Accedunt & humanæ actiones casusque ac perpessiones fæpè futuratum rerum indices. Nam præter illas quas in Diris Alexander suprà censuit, etiam diversæ occurrunt. Unde & David contra Goliathum pugnaturus bonis auspiciis Sauli videbatur, licet viribus armisque longè impar; cùm se ursum Leonemve suis manibus confeciſſe (2) exposuisset, & Magnus ille Alexander, *ut Plut. in Alexand.* etiamnum adolescens, ubi intractabilem omnibus equum freno ipse arteque in conspectu omnium moderaretur, (3) Philippus futurorum præsagus: *aliud*, exclamat, *fili tibi regnum quærendum est, sola non capit Macedonia.* Cajo Julio Cæsari *ut Sueton.* equus fuit unguliis in digitorum morem fissis, qui, uti ille Bucephalus Alexandri, nullum alium sessorem, præter unum patiebatur Cæsarem (4) fuit per Aruspices prænuntiatum orbis imperium penes hujus equi possessorem futurum. Maximino Senioti vitis, quàm suâ manu plantaverat, cùm intra annum adulta, purpureas insigni magnitudine uvas dedisset, (5) regnum ipsi non obscurè præfiguravit. Infantes recèns nati. *ut Calius. lib.15. ca 22.* pileolo quodam naturali caput obteguntur, quod subinde obstetrices ereptum advocatis vendunt superstitiosis, qui ab eo sibi felices causarum eventus spondent. Antonius igitur Diadumenius, cùm pileoli loco pertenue diadema capite ferret, non modò no-

(2) *Imbellis fortem opprimens.*

(3,4) *Magni Imperatoris signū.*

(5) *Regni & purpuræ omen.*

XXVIII. men inde, verùm & imperium auspicatò tulit. Octavius, *ut Plut. de Rom. fortuna*, cum Antonio vario sæpe ludorum genere concertabat nunquam non supetior, committebant & altilia, suo quisq; nomine, nũc gallinaceos, nunc coturnices: (1) verùm ubiq; cedente Antonio, ut hic amicè moneretur, caveret ipsius genium suæ fortunæ infestum. Proculus *ut Fulgosius lib. 1. ca. 4.* miles cùm latrunculorum lusu victor decies inter collusores Imperator extitisset, (2) fuit qui per jocum dignum imperio, injectâ etiam purpurâ, proclamaret: nec ille segnis, vocibus salutantium acceptis, seriò hanc personam induere, ac sustinere cœpit. Malè ominis fuit. *ut Sigon. lib. 3. Regni Ital.* Constantinum Copronymum dum sacro baptismate abluteretur, suis lavacrum perfundere sordibus: nam subjecit Patriarcha futurorum præsagus, hũc aliquando sacra omnia polluturũ: uti deinde, eventu ipso, constitit. Nec dissimile omen exitusq; Wenceslai Imperat. *ut Dubrau. l. 23.* & Regis Bohemorum, qui baptismalem aquam lotio perfudit, aramque ipsam alvi fecibus. Lysimachus adolescens leoni ab Alexandro M. objectus, cũ manum involutam amiculo in hiantis feræ fauces ingessisset, linguamque fortè adeptus tantâ vi convulsisset, ut obluctantem licet belluam præcipitem ageret, exanimemque in terra destitueret (3) non modò hæc illi audacia ad salutem; verùm ad intimam quoque Regis familiaritatem, ac denique Regnum post ipsum consequendum profuit. Minus verò benè res similis Hannoni Pœno vertit. Primus enim Leonem contrectare, ac mansuefacere ausus, (4) capitis à Carthaginiensibus damnatus fuit; quòd Tyrannidis hoc omen existimarent.

(1) *Pugna.*

(2) *Regni & victoriæ omen.*

(3) *Regnũ fortitudini debitum.*

(4) *Tyrannus.*

XXIX. Hæc pleraque ejusmodi sunt, ut licet communes naturæ vires fortunamque manifesto argumento nõ superent, plerorumque tamen animos ad latentem aliquã significandi vim, futurique eventus velut imaginem deflectant, ut quæ singulari Divûm providentiâ, ad nos erudiendos dirigendosque, sæpè etiã emẽdandos dirigantur. Siquidem & obventura nobis bona in

na in his imaginibus prævidere, ad Dei curã benevolentiamq; erga nos gratè agnoscendam, proderit: & mala imminentia præsentire, ad Dei iram mitigandã inflectendamq; advertet. Quid enim illa Vesuviana in regno Neapolitano incendia (1) superioribus annis spectata? quid visus anno hujus seculi octavo decimo Cometes (2) per Germaniam? quid terræ motus insolitis ad Rhenum Mosellæque confinia quassationibus, nisi quædam divinæ indignationis præsagia, regnorum, fideique subversionem, & tot, quot modò vel spectamus, vel patimur, calamitates denuntiãtia? atq; utinam hæc minus neglecta fuissent, atque ad animos penetrassẽt emendationis cupidos! verùm quia multi ad hæc sensa mentemque incogitanter frigideque adhibent, ac velut temerè occurrentes naturæ partus, motusque speculantur, sapientiæ primùm, ac deinde pœnitudinis sensum fructumque amittunt.

(1.2.) *Belli omina.*

XXX. *Rerum futurarum ex causis naturalibus certæ prorsus cognitio non habetur.*

Illud tamen non omisero, determinatam omninò significandi facultatem has imagines plerumque non habere, nam & cometes, & incendium, aliis Dei plagis Europæ intentatis deservire poterat; ut proinde se habere videantur, quemadmodum suis nondum lemmatis determinata symbola, quandoque etiam, ubi inusitatum nihil continent, nihil etiam portendere sapientibus creduntur. Ita Alexander Magnus, contemptâ eclipsi lunari, militumque trepidatione correctâ, feliciter adversus Darium pugnavit. Et Pericles bello Peloponnesiaco cùm deficiente sole Gubernatorem classis stupentem hærentemque anxiè cerneret, *ut Plutar. in Pericle* injecto in ejus oculos pallio, (3) quærit, ecquid mali patiatur, aut videat? nihil, inquit ille. Tantum est, excepit Pericles, quod in sole formidas: nisi quod iste majori pallio obvelatur. L. Lucullus adversus Tigranem pugnaturus, & CL. millibus armatorum vix 12. millia objecturus pridie nonas Octobris, quo Scipionis copiæ deletæ erant: monitus nefastum hunc diem Romanis esse, respondit, ergo pugnandum fortiter, ut nefastis eximatur: dixit, fecitq;. Appio tamen Claudio. *ut Cicero*

(3) *Metus. correctio.*

l. 2.

l.2.de natur. Deorum. contempta auspicia obfuisse credita: nam navali cū Pœnis apud Siciliam prælio cæsus est, postquā pullos, malo auspicio cibū recusantes, in mare præcipites egisset.(1) cum dicto, si quidē esse nolint, bibant. Julius Cæsar è navi in Africæ littus exscensurus, cùm pedem malo, ut putabant, omine offendisset, vertit interpretationē, terramq; amplexus: *Teneo te*, inquit, *Africa*.(2) Ita in iis eventibus quos aut natura determinavit, aut casus non insolitus obtulit, nihil certi elucet. Manent igitur casus tantum insolentiores, quorū tamen multi, ut dixi, vagam multiplicemq; significationem admittunt, quidam tamen certam patiuntur, ut in Coprony mo, Diadumeno, aliisq; liquet; alii verò dubiam ancipitemque: nam apes super castra glomeratæ M. Bruto infaustæ fuēre, quæ Druso deinde contra Germanos pugnanti felices.(3) Et idem bubo. *ut Ioseph. l.18.c 8.* Agrippæ Herodis nepoti captivo Romæ sub Tiberio caput insidens,(4) regnumq; Iudæorum, ex Germani auguris interpretatione præsignans, denique eidem libero Regique iterum oblatus mortis augurium fecit.

(1) *Contemptus augurii & vaticinii.*
(2) *Dubiū omen, & metus correctio.*
(3) *Dubiū omen.*
(4) *Infortunium imminens.*

XXXI. His concludam, si tamen unum alterumque mihi exploratum adjecero. Anno circiter hujus seculi vigesimo, duo Hispani milites Daleno oppido terræ Juliacensis egressi sub vesperam equites ad vicinum locum contendebant, cùm alteri annuli gemma è digito palāque dissilit, alteri nares sanguine distillant. Malum, inquiunt ad comites, infortunium nos hodie moratur, nec fefellit opinio, ad rustici villam delati, inter somnum noctu perfidiosè ab illo opprimuntur, ac vicinā in silva tumulo rudique cespite obtecti, brevi à canibus eruti, & scelus, & autorem prodidēre. Sed illud luculentius etiam rei futuræ est symbolum, quod de honore imminenti Carolo Rossetti legato Pontificio Coloniæ, me præsente oblatum est. Versabatur ille apud Patres Carmelitas Anno 1643. cum exercitus sese apum ad porticum ejus conclavi vicinam effudit, adhæsitque, inusitato id præsertim loci (ac temporis exemplo;5) quod neque anni tempestas satis

5] *Honoris deferendi omen.*

satis ferret, neque lapides opportunæ sedes essent, neque vicini flores aut quicquam illecebrarum appareret. accessit tam pertinax ad sedem occupatam adhæsio, ut tinnulo nequicquam ære turbarentur. Nemo erat qui non Rossetto benè ominaretur, intellectumque haud multò post Roma fuit, eodem tempore illic de purpura Carolo conferenda actum, eandémque octiduo interlapso decretam ab Urbano Pontifice, cui gentilitiæ apes tribuebantur. Et horum quidem exemplorum utrúmque ejusmodi est, ut nec illud in bonam; nec hoc in adversam partem detorqueri facile potuerit. Uti quondam Pompejus inflexit, cùm Romæ Victoriæ simulacrum fulmine tactum alas amisisset (1) non paucis ad casum attonitis. Bono, inquit, animo Cives, Victoria alas perdidit, ne deinde à Romanis avolare possit. Jam satis, opinor, de iis, quæ intra naturæ limites continentur, solùm ratione loci, temporis, personarum, aut alterius adjuncti nova atque insolita viderentur; proindeque Superûm directione ad rem aliquam nobis tacitè insinuandam, ac symbolicè repræsentandam usurpari creduntur.

(1) *Victoria perpetua.*

CAPUT X.

De admirandis naturæ effectibus. Et, an sub his imagines figuratæ proponantur?

CUm Deus non tantùm usitatis naturæque convenientibus effectis ad mundum vel ornandum, vel erudiendum utatur. sed multa ejusmodi sint, quæ vim, legésque causarum naturalium transiliant, prodigia à nonnullis, ab aliis portenta nuncupantur, ut quæ Dei nobis voluntatem aut indignationem prodant, aut bonum aliquod, malumve impendens portendant: horum etiam significandi facultas, in hac imaginum disciplina, nobis prætereunda non est, sed aliquâ tum exemplorum appositione, tum eorundem examine, perpendenda. I.

Antequam verò de prodigiis, admiranda quædam

naturæ prius examinabimus, ut quæ vulgò prodigii loco censentur, ut sunt ignes fatui in locis humentibus, cometæ in aere, eclipses in cœlo : hæc enim si quid adumbrent, superioribus accensenda erunt. Neque illa, quæ vi magneticâ mirificè perpetrantur, aut rariori quorundam tenentur experientiâ, huc spectant, ut si homo ex ovo gallinaceo, naturali calore foto, pullum excludat: quod factum non rarò ab æstuantibus, præsertim febrili incendio, constat. Et Livia Tibetium, postea Imperatorem, paritura, ut jam prægnans experiretur, marem an feminam editura esset: ovum Gallinæ subductum, manibus constâter fovit, dū Gallum insigniter cristatum excluderet (1) unde & Filium se & Imperatorem genituram ominata est, in quo certè facto prodigiosum nō est, quòd Gallum, sed quòd jam tum cristatum excluserit. Et Ægyptiis usitatum est, *Radzivillius in sua peregrinat.* integros pullorum exercitus in calidis simul fornacibus, nullius gallinæ incubantis adminiculo, excludere. & quædam aves calentibus arenis ova subjiciunt, sole partum ad maturitatem educante.

Plin. l. 10. c. 55.

Generatio filii & Imperatoris. Naturæ portenta, & rara operationes.

II. *Imaginationis vis admiranda efficit in monstris.*

De illis ambigi fœtibus jure potest, qui turbatâ parentum per insolentes imaginum species, phantasiâ, dissimiles progenitoribus nascuntur. Hinc certè Quintilianus Matronam quæ enixa Æthiopem fuerat, à suspicione consuetudinis cum Æthiope, aut alia adulterii pœna divinitus inflicta defendit; quòd Æthiopis hominis imaginem in thalamo haberet. Et Mattinus IV Pontifex *ut, Lycosthenes in libro de prodig.* cùm ex illustri consanguineâque Ursinorum familia puerum mater, in speciem ursi villosum, profudisset, omnes Ursorum per domum effigies, quæ in gentis illius insignibus spectabantur, aboleri jussit; quòd fœminam hisce imaginibus occupatam concepisse existimaret. Si quidem ut monuit Plinius, *lib. 7. cap. 12.* haustæ imagines sub ipso conceptu hærent, & cogitatio etiam animum subitò transvolans effingere similitudinem, aut miscere existimatur. quod non modò in hominibus potenti imaginationis vi præditis, verùm

verùm & in brutis valere existimatur, ut vel oves Jacobi Patriarchæ nos doceant. (1) Hinc *Avicenna lib. 6. de animal* refert, Gallinam dum ovis incubaret, milvi aspectu territam, pullos milvino capite exclusisse. Et *l. de hominis procreatione*. Fernelius scribit, Pavonem dum ovis incubat, albis contectum linteis, albos, non varii coloris pullos edere. Unde *Oppianus lib. de venatione*. pullos columbarum variè coloribus depingendos asserit, si varia iisdem stragula obiiciantur, & *Rhodiginus lib. 1. cap. 20.* columbarum amatores dicit picturas in columbariis pulcherrimas eisdem consuêsse objicere, ut femellæ earum intuitu similes procreent. Quare & hoc potiùs ex vi imaginaria incubantis gallinæ provenire existimem, quod ferunt ex ovis diverso imbutis colore concolores fœtus prodituros. Siquidem magis illud admirandum occurrit, quod *Michael Medina. l. de recta in Deum fide* adstruit, gallinam, non pullum, sed serpentem producturam, si dum ovis incubat, serpens cancellis inclusus ejus oculis constanter objiciatur. Prorsus rarum est quod verbis Laurentii Beierling. *In Theatro vitæ human.* adjicio. Philippus Meurs Protonotarius Apostolicus in æde S. Petri Canonicus vir tam senex, ut tria viderit secula, sæpe. & infinitis narravit se habuisse sororem toto reliquo corpore perfectam, quæ nullum habebat caput, sed loco capitis collo superpositam conchamtestaceam ad similitudinem mitellæ, constantem duabus valvis, quæ aperiebantur & claudebantur, per quas cibum cochleari ministratum sumebat: quam dicebat ita natam esse, ex eo, quod mater eius, tempore gestationis uteti, musculos marinos, quos in foro viderat venales nimis intensè desideràsset, ac potiri iis non potuisset. Illud monstrum dicebat perveniss ad annum undecimum ætatis, & mortuum ideo esse, quod semel ex iracundia cochlear quo cibus ministrabatur nimis fortiter præmordisset, unde contingebat illas valuas testaceas frangi, quibus fractis ipsum moriebatur. Ejus imaginem habebat pluries in suo cubiculo depictã, quam

(1) *Exempla movent, ut multis exemplis traditur.*

III.

totus mundus vidit. Historia ista est Lovanii nemini non nota. Ronssæus testatur. *l. de primordiis hominis cap. 10.* Goudæ in Hollandia mulierem quandam videntem greges gallinarum Indicarum, sic consternatam fuisse, ut deinde fœtum peperterit facie multicolorem, nec gallo Indico dissimilem. Nec mirum, cum in graves sapientesque ceteroquin viros tantum imaginatio valuerit, ut nonnemo Lovanii in Collegio Adriani, immanem sibi nasum esse crederet, qui ad terram usq; propenderet. *ut Majolus in dieb. canic.* Alius Thomas Rotarius vitreum sese existimaret, neque aliter vehi pateretur, quàm stramini illigatum. *ut Caspar Ens in Pausilyp. lib. 1.* Adde morbos solâ imaginandi vi & contractos, & curatos. Lucianus *l. περὶ ὀρχήσεως.* scribit repræsentatem in scena Aiacem furiosum maniam contraxisse, & Seneca, *in declamat.* Bibium gallum imitatione stulti stultitiam contraxisse.

IV. Non omitto quod *in Thesau, vecreut.* Gallicus scriptor memorat, Nicolaum Marchionem Ferrariensem domi suæ Morionem aluisse Gonellum hominem ex facetiis chatissimum; verùm hunc, quòd Marchionem immedicabili vexatum febri doleret, persuasum, insigni terrore sanguinem morbumque Principis mutari posse, præcipitem illum de ponte in subjectas aquas egisse; secutumque quamprimum, ut omni noxæ subduceret. Neque res successu caruit. Marchio tamen, ex suorum consilio, temerarium hominis facinus exilio multavit, sed non multò post revocatum, simili aliquo terrore ludum facere decrevit. Igitur carceribus inclusum, ac velut morti damnandum, jubet testamentum condere, atque ea, quæ sic moriturum decet, expedire: demum solenni accursu, eductum vinculis publicè tãquam gladio plectendum sub lictoris imperio sistit, valedicunt amici, orat, flectit, collum denudat; lictor denique pro gladio, situlam aquâ plenam, in cervicem effundit. Iamque omnes illud Cæsareum Gonello acclamaturi erant, fraudem fecit, & passus est. Verùm is prostratus

in

in terram, eodem vestigio animam reliquit, tanto Marchionis dolore, ut hic reliquam ejus vitam totam impleverit. Nimirum imaginatio mali subiti, illius morbum correxerat, hujus vitam extorserat. Magis etiam stupenda illorum phantasia, qui se mortuos esse persuasum habuêre, usque adeò pertinaciter, ut remedium vix admitterent, quorum unus Gallus Villæ-regalis incola Bertrandus nomine ratus mortuum se esse, velut publico funere omnium risu efferebatur, sed acubus per viam acerbè punctus, doloris impatiens, ulterum se perditos egregiè, nisi jam mortuus esset, comminabatur. De aliis apud Majolum, *in dieb. canicul.* hoc errore laborantibus reperies. Ex quibus infero, multa ab imaginandi facultate monstrorum prodigiorúmque in homine similia patrari, quæ tamen naturæ limites non excedunt, ut proinde signa quædam divina, singulariter, aut ad præteritorum pœnam scelerum, aut ad futurorum eventuum significationem adhibita, censeri non debeant. Nonnulla ex illis tamen, velut historica, emblemati servient.

V. *Naturæ quædam miracula in brutis.*

Alia invenies, quorum vim nec Physici satis penetrant: naturæ, ut videntur, miracula, ut, quod Struthio camelus non incubando, sed intuendo fixo oculorum obtutu excludat ova, (1) quod Torpedo, remota licet, piscatoris tamen manum spasmo torporéque defigat, (2) quod pellis lupina, ovillis sociata, has atterat consumatque, (3) quódque tympanum ex lupi pelle tensum verberatúmque alterum ex ovilla cute diffringat, (4) quòd Tarantula, aranearum in Apulia species, læsis lethale virus infundat, illud verò ad harmonicos musicorum numeros saltúsque tueretur, (5) quòd Carbunculus ad veneni præsentiam sudet, (6) quòd Buso Mustelam invitam frustráque, nisi rutâ muniatur, obluctantem trahat, viúsque affricet, (7) quòd per injuriam occisi cadaver ad præsentiam occisorum stillet sanguine, quòd denique fulmen illæso dolio vinum consumat, (8) innoxiâ vaginâ, gladium

(1) *Oculorum vis magna.* (2) *Otio mens obstupescit.* (3. 4.) *Hostium societas diuturna non est fraudi lenti & simplici societas.* (5) *Medicina jucunda.*

(6) *Prodita hostis præsentia.* (7) *Hostis parvus non contemnendus.* (8) *Occultè nocere.*

(1) *Neglecto imbecilli, fortiorem opprimere.*

gladium, loculis integris, nummos. (1) quòd frequens sit conjugi, aut parenti, filióve nares liqui sanguine, ubi absens peregrè conjux, natus, parensve infelici casu graviter affligitur, quæ licet ejusmodi sint, ut difficilem ex natura rerum causam ostendant; tamen inter prodigia non habentur, tantumque in symbolis rerum naturalium locum obtinent.

VI. *Prodigiosa hominum species.*

Occurrunt hic nonnullæ ex Plinio aliisque autoribus historiæ, an dicam fabulæ, de quibus, huicne ordini accensendæ sint? meritò ambigatur. Narrat. *Plin. l. 4. c. 13. & Mela l. 3. c. 3.* circa Pontum in Scythicis Insulis Fanesiorum gentem nudis auribus auribusq; reperiri adeò prodigiosè magnis, ut totum corpus vestium loco contegant. Maximus Transilvanus, *Ramus. tom. 1.* tradit, intra Molucas, in Gilon Insula, homines in una aure tanquam molli culcitra, calidóque lecto procumbere, alterâ velut lodice ac stragulâ sese cooperire. (2) Ità de oculis, reliquisque humani corporis partibus, non minori autoritate nixæ fabulæ circumferuntur. *Blemmyis* inquit Plin lib. 5. ca. 8. *traduntur capita abesse, ore & oculis pectori affixis,* (3) *alibi* lib. 6 ca 30. *ferunt ab Orientis parte intimâ, gentes esse sine naribus,* (4) *alias sine linguis, pars etiam ore concreto* (5) *& naribus carens uno tantum foramine spirat, potumque calamis avenæ trahit, quibusdam pro sermone nutus motusque membrorum est. Quidam & Pygmæorum genti prodiderunt ante paludes ex quibus Nilus oriretur. Syrbotæ octonum cubitorum esse dicuntur. Apud Sambros quadrupedes omnes sine auribus,* (6) *etiam elephanti. Ptoemphanæ canè pro Rege habent, motu eius imperia augurantes* (7) *ad Occidentem versus Nigræ, quorum Rex unum oculum habeat in fronte.* (8) *Cynamolgi caninis capitibus.* (9) Plura de similibus Plin. *lib. 7. cap. 2. Strabo l. 1. & 7. & Gellius lib. 9. c. 4.* ubi & Monoscelos atque Sciopodas unius cruris pedisque ingentis homines memorat, qui resupini, umbrâ pedum adversus solis æstum se protegant, (10) rursum alios, sine cervice, oculos in humeris ferentes. (11) Denique & Astomorum gentem sine ore, halitu

(2) *Stupidi*

(3) *Synceri.*

(4) *Parum fagaces, simplices.*

(5) *Indocti, rudes.*

(6) *Inobedientes.*

(7) *Impudentiæ.*

VII. *Regis prudentis effigies.*

(8) *Regis prudentis effigies.*

(9) *Adulator vel obtrectator.*

(10) *Pigri & cardi effigies.*

(11) *Providè laborantes, vel futuris prospicientes.*

halitu tantum & odore per nares attracto viventem. Hisce licet alicubi suffragentur autores alij: tamen hæc ætas, toto jam orbe per Europæos explorato, parum in plerisque veritatis agnoscit, adeóque siquid ejusmodi monstrorum occurrat, prodigiosè significantibus accensenda erunt.

VIII. *Naturæ miracula in elementis.*

In elementis etiam non pauca se naturæ offerunt miracula. Montes alios terrâ subitò haustos, alios subnatos, insulas alibi fluctibus mersas, alibi rursum emersas. *ex Pli. l. 2. per diversa capita accepimus. Iuxta Harpasa oppidum Asiæ cautes sint horrenda uno digito mobilis, cap. 96. eadem si toto corpore impellatur resistens.* (1) *In Taurorum peninsula in Civitate Parasino terra est, qua sanantur omnia vulnera.* (2) *At circa Assum Troiadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora; Sarcophagus vocatur.* (3) *Duo sunt montes juxta flumen Indum, alteri natura est ut ferrum omne teneat, alteri ut respuat. Itaque si sint clavi in calceamento, vestigia avelli in altero non posse, in altero sisti.* [4]

(1) *Impetus & vis inanis.*

(2) *Medicina vilis, sed efficax.*

(3) *Mors dura.*

In aquis præter æstus marinos, multa in fontibus obstupenda & lacubus. *Plin. lib. 2. cap. 103. Nihil in Asphaltite Iudææ lacu, qui bitumen gignit, mergi potest, nec in Armeniæ majoris Arethusa.* (5) *In Salentino juxta oppidum Manduriam lacus ad margines plenus, neq; exhaustis aquis minuitur, neque infusis augetur.* (6) *In Ciconum flumine & in Piceno lacu Velino lignum dejectum lapideo cortice obducitur &c.* (7) *In rubro Mari olea virentesque fructus nascuntur.* (8) *In Dodone Iovis fons cum sit gelidus, & immersas faces extinguat; si extinctæ admoveantur accendit.* (9) *Idem meridie semper deficit, qua de causa ἀναπαυόμενον vocatur: mox increscens ad medium noctis exuberat,* (10) *ab eo rursus sensim deficit. In Illyriis suprà fontem frigidum expansa vestes accenduntur, Iovis Hammonis fons interdiu frigidus, noctibus fervet.*

(4) *Peccatū Diabolus amat, Deus aversatur.*

IX.

(5) *Baptismus nulli ad interitū est.*

(6) *Christi Passio, & Synaxis inexhausta.*

(7) *Bacchus & Venere cor ad bonū induratur.*

(8) *Passio Christi dulces parit fructus, vel*

In Falisco omnis aqua potæ candidos boves facit. In

mortificatio utilis. X. (9) *Passio Christi (vel mortificatio & tribulatio) libidinis flammas extinguit: amoris Dei accendit.* (10) *Virtus & meritum secundis in rebus deficit, adversis proficit.*

(1.2) *Bona aut mala invêta institutio, vel S. Synaxis animã gratia nũdat: mundi & voluptatis gustus vitiis denigrat.*

(3) *Hæresis suos lactat improbè.*

(4) *Vanitas mundi inebriat.*

XI.

(5) *Religio & pietas amantibus dulcis.*

(6) *Peccatũ Hæresis.*

(7) *Hæresis Athæorũ.*

(8) *Virgo & genetrix.*

(9) *Pœnitẽtia etiam impœnitentissimis medetur.*

(10) *Pœnitentia concordiam reducit.*

(11) *Pœnitentia Sac.*

Bœotia, amnis Melas oves nigras. (1) *Cephisus ex eodem lacu profluens, albas: rursus nigras. Peneus,* (2) *rufasque juxta Ilium Xanthus. In Ponto fluvius Astaces irrigat campos, in quibus pasta, nigro lacte equæ gentem alunt.* (3) *Lyncestis aqua, quæ vocatur Acidula, vini modo temulentos facit,* (4) *Item in Paphlagonia, & in agro Caleno. In Andro Insula templo Liberi patris, fontem Nonis Ianuarii semper vini sapore fluere.* (5) *Mutianus ter Consul, credit: Diotecnosia vocatur. Iuxta Nonacrim Arcadiæ Styx, nec odore differens, nec colore, epota illico enecat.* (6) *Item in Berosæ Taurorum colle tres fontes. sine remedio, sine dolore, mortiferi.* (7) *In Carrinensi Hispaniæ agro duo fontes, juxtà fluunt: alter omnia respuens, alter absorbens, &c.* (8) Neq; hæc prorsus fabulosa videri debent, cùm & aliis veterum historiis eadem aut paria, tum etiam recenti hodiedum memoriâ confirmentur. Scotusæ fons, *ut Antigonus in mir. & Plin. l. 32. c. 2.* non hominum modò, sed & pecorum sanat vulnera, (9) lignũmque etiam fissum & confractum, si injicias, coalescit. (10) In Hispania haud procul urbe Burgensi fons ad pagum Bœtium effluit, *Marian. l. 1. hist.* qui fluxum sanguinis patientibus, sine mora, medetur: uti alter in Bœtica juxta Antiquetam calculis. Ita etiam Anno 1646. fons novus in finibus Ducatus Brunsvicensis natus divisimq; inscriptus nominibus B. Virginis ac S. Joannis, morborum medicina fuit, ingenti hominum affluxu celebris. Mirum quod de Bonicca insula Cardanus, *de subtilita. l. de elementis.* ex Petro Martyre Angerio refert, hanc ab Hispaniola orbis novi MCC. passibus dissitam, fontem è montis vertice profundere, qui senes ætati vegetæ restituat. (11) jam tamen contractos canos rugasque non immutet. Cyzici fontem amorem Veneris tollere, Bœotiæ lacum accendere (12) Isidorus. *l. 13. c. 13.* scribit. Athenæus, *l. 8. p. 331.* in Clitore fluvio pisces vocales esse memorat. (13) Fontem esse apud Indos, unde aurum primò in fictilibus hauriatur & concrescat, deinde ferrum auro pretiosius Ctesias in Indicis recensèt. Fons

(12) *Gratia Dei extinguit Venerem, caro accendit.*

[13] *Apostoli, gratia Dei, diserti.*

Fons Insulæ Saxosæ, inquit Strabo, *lib.* 16. haud procul à Laodiceæ littore, primò haurientibus salsam, deinde suavem aquam præbet. (1) Mela tradit in Fortunatis Insulis duos esse fontes, ex quorum altero qui gustet, risu in mortem solvatur, (2) ex altero tamen remedium bibere. [3] Addit his Plinius. *l.* 30. *c.* 2. alio loco non pauca admiratione digna. Inter quæ memorat. *In Bœotia juxta flumen Orchomenon duos esse fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem adfert.* (4) *In Sicilia apud oppidum Iusgum rivum fluere, ex quo bibentium subt iliores sensus fieri,* (5) *Varro tradat, at in Cea Insula fontem esse quo hebetes fiant.* (6) *Zamæ in Africa, quo canoræ voces,* (7) *vinum tædio venire his, qui ex Clitorio lacu biberint.* (8) *Lycos in India terris fontem esse cujus aqua lucerna ardeant,* (9) *&c.* Plura, qui volet de fontibus, Plinii consulat, & Causs. sinum. *Parab. hist. l.* 1. in symbolis, qui ex diversis exempla congessit expositione ad mores idoneè additâ.

De ignium miraculis apud eundem Plinium offendes difficilia, non minus creditu, quàm intellectu. In ipsis hos aquis reperiri asserit. *In Comagenes*, inquit, *Plin. l.* 2. *c.* 104. *urbe Samosata stagnum est emittens limum (maltam vocant) flagrantem*, (10) *cum quid attigit solidi adhæret, præterea tactus sequitur fugientes. Sic defendêre muros, oppugnante Lucullo, flagrabatque miles armis suis. Aquis etiam accenditur terrâ tantùm restingui docuêre experimenta. Similis est natura Naphthæ Parthiæ, est profluens, &c. In Nymphæo ca.* 105 *exit è petra flamma, quæ pluviis accenditur;* (11) *exit & ad aquas Scantias, viret æterna, hunc fontem ignem contexens fraxinus.* [12] *Reperitur apud autores subjectu Aricia arvis, si carbo deciderit, ardere terram.* [13] *Trasymenum lacum arsisse totum.* [14.]

Sunt & alia quæ ex aëre admiranda occurrunt. *Vigilans*, inquit, *l.* 2. *c.* 4. Plin. de fulmine, *ictus, conniventibus oculis, dormiens, patentibus reperitur.* [15] *Nullum*

XII.

[1] *Conversio ad Deum. Doctrinarum studia.*
(2) *Voluptas.*
(3) *Lacryma pœnitentis.*
(4) *Gratitudo meminit acceptorum, obliviscitur datorum, vel, memoria futurorũ cum præsentium oblivione jungitur. Meditatio mortis &c*

XIII.

(5) *Amor Dei. Et meditatio rerũ divin.*
[6] *Amor mundi.*
(7) *Sobrietas.*
(8) *Ebrietas.*
(9) *Lacryma pœnitentis ardent.*

(10) *Venue est ignis in aqua.* (11) *D. Petrus amans & flens.*
(12) *D. P. Mors cum vita & gloria conjuncta.* XIV.
(13. 14) *Venus, libido.* (15) *Mors oculos prævis aperit.*

animal nisi exanimatum fulmine accenditur. (1) *Laurē fruticem non icit,* (2) *nec unquam quinque altius pedibus descendit in terram :* cap. 55. *Ideo pavidi altiores specus tutissimos putant: aut tabernacula è pellibus belluarum, quos vitulos marinos appellant : quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat;* (3) *sicut nec è volucribus aquilam, quæ ob hoc armiger huius teli fingitur.* (4) *In Italia inter Tarracinam & ædem Feroniæ turres bellicis temporibus fieri desiêre nullâ non earum fulmine dirutâ* (5) *Præter hæc, inferiore cœlo relatum in monumenta est,* cap 56. *lacte & sanguine pluisse* (6) *M. Acilio, C. Portio Coss. Et sæpe alias carne, sicut L. Volūnio Serv. Sulpitio Coss.* (7) *exque ea non perputruisse, quod non diripuissens aves. Item ferro in Lucanis antequam M. Crassus à Parthis interemptus est, omnésque cum eo Lucani milites.* (8) *L. autem Paulo & C. Marcello Coss. lanâ pluit circa Castellum Carissanum,* (9) *juxta quod post annum T. Annius Milo occisus est. Eodem caussam dicente,* (10) *lateribus coctis pluisse, in eius anni acta relatum est.*

Saxum *cap.* 58. è cœlo vehis magnitudine (11) ad Ægos Thraciæ flumen lapsum, prævidit prædixitque Anaxagoras. Verùm, ut cetera omnia propriis naturæ viribus patrata existimem (nisi quæ fabulosa admisceantur) tamen & carnibus, & ferro, tantoque pluisse lapide, vim ingeniumque naturæ transcendere mihi videtur. Et certè multa his iisdem Plinii locis prodigiosa cum naturalibus confusa reperies. Illa tamen quæ superius retulimus ejusmodi censemus esse, quibus inter naturalia symbola locus debeatur, adeoque nec ad rerum præteritarum, nec ad futurarum significationem usurpanda, nisi fortè aliquam cum futuris, per fidem exploratis, cognitionem habeant, quanquam & sic aliter, quàm prodigiosa repræsentent, cùm hæc ex Superûm destinatione illam de futuris significationem tanquam propriæ exhibitæque secuturorum à Deo imagines, obtineant. Quare ad illa nunc transeamus: de singularibus enim naturæ,

(1) *Infern⁹ in peccato tātū mortuos urit.*
(2) *De⁹ probis, in pœnā parcit.*
[3] *Deus humilibus & sponte afflictis parcit.*
(4) *Deus viris cœlestibus parcit.*
(5) *Nulla arx contra Deū tuta.*
(6) *Pœna & præmiū à Deo.*
(7) *Alimēta à Deo.*
(8) *Bellum à Deo.*

XV.

(9) *Dii laneos pedes habēt, sed ferreas manus.*
(10) *Omnis structura à Deo est.*
(11) *Immobile fatum.*

tutæ, quæ fecundissima imaginum sig. mater est, sine singulari infra libro pluribus disseremus.

CAPUT. XI.

De prodigiis variis, ac Monstris, & nun. figuratis imaginibus serviant?

PRodigia, sive portenta imagines quædam sunt rerum creatarum, ordinem naturæ superantium, singulariter à Deo ordinatæ ad rerum præsentium, aut præteritarum, plerumque tamen ad futurarum cognitionem. Cum enim Deus, ob tot leges, & præceptiones rectè vivendi, à se, majoribusque nobis traditas, non loquatur cuique nostrum (ut olim in veteri testamento per se Moysi, in recenti per Christum) tamen non desinit frequentibus nos, per objectas portentorum imagines, exemplis, vel ad bona impellere, vel à malo revocare, tum deinde ad divinæ potentiæ sapientiæque considerationem mentes extollere, ne inter tot malorum illecebras insidiasque virtutis diviniique Numinis memoriam abjiciamus. Solatur nonnnnquam inter ærumnas, spemque animis inter tristia meliorum subjicit, minatur in prosperis, ne abducti secundarum rerum impetu, ad brevia syrtesque abripiantur, de præteritis commonefacit, ut expiemus; de futuris, ut caveamus. Quod ut exemplorum appositione innotescat, illa, tum ex veterum gentilium historiis, tum ex fidelium scriptis eruemus, *apud Ælian. lib. 12. de var. hist.* Magnæ plerumque argumenta exspectationis fuêre à feris enutritum esse. (1)

1. *Deus nos per varia prodigia, erudit[velut per objectas boni malive imagines.*

Ita Semiramidem fortissimam mulierem ab avibus (2) Cyrum Persarum Regem à Cane; (3) Telephū Aganæ & Herculis filium ab equa (4) Alexandrum Alopes Priamique filium ab ursa (5) seu vulpe (6) Romulum Remumq; à Lupa (7) educatum ferunt. Ægisthum tamen à capra (8) nutritum fuisse, indi-

(1) *Magnitudo & dignitas futura.*
(2) *Celeritas.*
(3) *Solertia.*
(4) *Fortitudo.*
(5) *Rapacitas.*
(6) *Dolus.*
(7) *Pugnandi Rapiendique vis.*
(8) *Libido.*

cium aliquod infamis libidinis (cujus illa Symbolum est) videri poterit. Virtutis quoque sanctitatisque eximiæ argumentum fuit in Helia vate à corvis pasto [1] tum in D. Paulo Eremicola *Hieronymus in brev. Rom.* quotidie à Corvo panis dimensum capiente, cujus etiam portio duplicata ab hoc bajulo fuit, [2] postquam D. Antonium hospitio suscepit. Quin & D. Ægidius Abbas, *ut Surius in vita.* interiori solitudinis recessu abditus, cervam habuit familiarem suo illum lacte quotidiebus pascentem, atque hujus vicissim beneficio adversus canes Venatorum defensam [3] Augustæ Cæsarum familiæ auspicatum fuit, quod Liviæ recens Augusto nuptæ evenit *ut Suetonius & Plin. l. 15. c. ult.* Aquila in gremium ejus gallinam candidam in ore lauri ramum gerentem dimisit. Hanc illa cùm sedulâ curâ nutrisset, magnus ex ea candidorum pullorum numerus provenit, plantatus etiam lauri furculus ingens sensim lauretum dedit [4] ex qua silva deinde triumphaturi decerptam frondem manu præferebant, quæ sub triumphi finem rursum plantata germinabat. Illud verò observatum fuit, exsicatum ejusmodi ramusculum præsagium illius fuisse morituri, qui eum in triumpho gestasset. Cæterùm anno postremo Neronis (qui ex Augusti Cæsarum familia ultimus fuit) & gallinarum candidarum stirps tota intercidit, & lauretum protsus exaruit, omen Cæsareæ stirpis cum Nerone interituræ. Accesserunt & his prodigia alia, ambæ fores Mausolæi, quod Cæsarum sepulcra complectebatur, sponte patuerunt, (5) in curia risus ingens at sine autoribus, in theatro fletus; at sine hominibus, auditus est, velut plaudente curiâ, quod legum oppressorem; flente theatro, quod optimum mimum musicumque amissurum esset. Mors Julii, Cæsarum primi, multis magnisque prodigiis denunciata est. Pridiè Idus Mart. avis Regaliolus, *ut Suetonius & Sabel. l. 9. c. 7.* cum laureo ramusculo Pompejanæ se Curiæ inferens, à consequenti diversarum volucrum exercitu occupatus discerptusque periit,

(1) *Temperantia in cibo. Sanctitas vitæ.*

(2) *Dei erga suos providentia.*

II.

(3) *Beneficium mutuum.*

(4) *Victoriosa & triumphatrix familia.*

(5) *Mors magni Principis imminens.*

[1] Cæsa-

(1) Cæsaris, postridie ab aliis interimendi, symbolum. Equi quos initio belli in Rubiconis trajectu consecraverit, vagique, & sine custode velut emeriti pascebantur, (2) & sub tempus, quo ipse jam dictator interfectus est, tanquam heritis cladis præscii, pabulo abstinere, atque ubertim fiere comperti sunt. (3) Eo die, quo fatalem purpuram induit, priusquam publicum subiret, *ut Valer. Max. l. 1. c. 6.* mactato opimo bove cor inter exta non reperit, (Plinius *l. 11. c. 37.* bis sacrificanti evenisse scribit) responsumque à Spurina Aruspice accepit, pertinere ad signum ad vitam & consilium, (4) quod utraque hæc corde continentur.

(1) *Mors vel cades regia.*

(2) *Libertas à servitio.*

(3) *Commiserationis vis ingens.*

(4) *Vitæ aut consilii expers.*

III.

Caligulæ exitium, *ut Sueton. in Caligula.* ipsum Jovis simulacrum præsignasse fertur, effusissimo cachinno, Olympiæ, ubi opifices ad illud solvendum Romamque transferendum circumsisterent, (5) qui terrore in fugam conjecti obviam habuerunt Cassium quendam, oraculo monitum, ut taurum Jovi immolaret: (6) quod oraculum impievit, cùm ferro Caligulam transfodisset. Agrippinæ Claudii uxoris fatum præsensit Ubiorum Colonia, ejus auspiciis ac nomine surrecta; *ut Fulgos. l. 1. c. 24.* cum magnis ipsâ præsente, in urbe agrisque hiatibus terra fatiscens, tanquam magnum caput posceret, flammas etiam spargeret, nullis aquis, sed tantum pannis saxisque (instrumentis funerum ac sepulcrorum) opprimendas. (7) Agrippina deinde anno insequenti mortua rogum sepulcrumque subit. Idem Romæ Tito morituro prodigium præluit. Ciceronis exilium Minervæ statua Romæ ab ipso Cicerone ex plebiscito erecta, præsignavit; *ut Iulius obsequens prodig. 127.* cùm nocte, quam exilium consecutum est, dejecta turbine, capite manibusque diminuta sit, velut ipsius non modò eloquentiæ, sed & cladis imago. [8] Ejusdem mortem *ut Plutar. in Cicer. & Val. Max. lib. 1. cap. 4.* corvus illi in villa Cajetana denuntiavit, qui in conspectu ipsius horologii ferrum loco motum excussit, tanquam horis deinde non usu-

(5) *Deus ridet in malorum exitio.*

(6) *Tyrannum occidere.*

(7) *Malorum interitus.*

(8) *Cladis eloquentiæ oppressæ.*

(1.2.) *Semel moriendum.*
(3) *Eloquentia vindicata*

ro, (1) ac protinus ad ipsum contendit, togæque laciniam mordicus convulsit ; ut si migrandum esse admonuisset, (2) neque defuêre mox ficarii à Triumviris submissi, qui animam ferro extorserunt, capite ad Antonium delato, in cujus linguam Fulvia Antonii uxor inclementer, (3) velut corvus dilanians, grassata memoratur.

IV.

Quod Sempronio Graccho obvenit, nescio, an portentis ascenseri debeat, amor certè debet. *ut Polydo. Virgil. prodig. l.* 3. Angues duo in lecto reperti interceptique, de quibus cum Aruspices consulti indicassent, si matem dimisisset, uxori brevi esse moriendum; sin fœminam, ipsi. Sempronius ut suam in Corneliam uxorem affectum extremo discrimine proderet, fœminam è serpentibus dimisit incolumem, (4) uxoremque, mox ipse defunctus, servavit. Recentius est, quod idem autor Polydorus. *l.* 13. de Henrico II. Anglorum Rege memorat. Paulò ante ejus mortem, pisces omnes è fecundo Normanniæ lacu tanto impetu strepituque in terram exiliisse ; (5) ut multi hominum acciti miraculoque attoniti, nullum in lacu piscem superstitem reperirent. nimirum elementum sibi naturale, vitamque cum Rege linquendam tacitè fatebantur. Neque minus portentum illud, quod, Jacobo Scotiæ Rege contra Henricum octavum Anglæ Regem pugnaturo, *ut Iovius l.* 11. *histor. refert* evenit : cum mures eâ nocte, quæ prælium anteceſſit, galeæ lorum fibulamque arroserunt, (7) (uti arrosis olim clypeis argenteis Lanuvii portenderunt bellum Marsicum) *Plin. lib.* 8. *cap.* 57. tum quòd velaturæ interioris tabernaculi sub auroram rore sanguineo conspersa fuerint, quæ indicia securæ mox cladis non inania erant.

(4) *Amor conjugalis.*
(5) *Morte aliquando migrandũ.*
(6) *Pugna infelix.*
(7) *Ex humili genere magnus.*

V.

Melioris ominis Nicippo fuit, *ut Ælia. lib.* 1. *hist.* quod ovis Leonem pareret, in ipsius pratis humili adhuc domino regnum portendens : quodque vitis alba P. Annio Tacito imperaturo rubris racemis pullularet ; (8) vinum item album purpureum colorem induceret. Illud novum magis, nec minus admi-

(8) *Imperii omen*

randum:

mirandum; quod v. Idus Januar. in Villa Cosmi Medicei. *Sabel. in supple. lib. 22.* prodigiosa omnis generis florum ubertas cunctis in stirpibus extiterit. cùm vicina prædia solitâ sterilitate adhuc horrescerent. (1) eo tempore, quo Alexandro Mediceo Florentinorum Duce sublato, ad Cosmum ex inopinato devolveretur imperium. Cui non prorsus absimile, quod Cardano teste sub Valente Imperat. in Palatio scopas efflorusse (2) compertum sit, res, quæ humilium deinde personarum exaltationem, velut symbolum, præcessit.

[1] *Dignitatis magna spes.*

[2] *Ex humili magnus.*

Nec minus portentum futurorum erat, quod C. Julio Cæsari adversus Pompejanos in Hispania militanti oblatum est: siquidem repertam loco castrorum palmam, velut omen victoriæ asservari jussit, *ut Xiphili ex Dione.* ex qua transplantata soboles paucissimis diebus usque adeo succrevit, ut matrem vinceret, obtegeretque; (3) tum deinde frequentibus columbis sedem nidumque inusitato more præberet: quo spectaculo motus Cæsar non alium quàm sui sanguinis Augustum ex sorore nepotem successoremque voluit, tanquam se etiam futurum majorem belli victoriis, ac pace illustriorem, quæ existimatio non fefellit. Ferunt deinde in Augusto *apud Sueton.* futuri aliquando potentissimi illud omen hominis fuisse, quod, ut primùm loqui didicerat, ranis in suburbano obstreperis imperarit (4) sistentium, quæ sub hæc nunquam coaxârint. Rem quoque admirandam Constantino urbem Romæ æmulam meditanti evenisse memorat. *Sigo. lib. 4. Imp. Occid.* In Bithynia urbem auspicaturus erat, jam fabris operisque in hanc rem conductis, qui ubi terminos circumscriberent, adfuerunt aquilæ, quæ rapros fabrorum funiculos trans fretum Byzantium dejerrent, [5] Quocirca, velut Numine abductus, eò sequitur, locumque contemplatus, operas illuc studiumque transtulit: urbe dein nomine ipsius Constantinopoli dictâ.

VI.

[3] *Major prævis.*

[4] *Potestas rara.*

[5] *Dei voluntas in arduis explorandа & sequenda.*

Diversa Xerxis ex prodigio fortuna fuit. Is *ut Æli.* VII.

lib. 13. hist. effoſſo vetuſto Beli monumento vitream urnam reperit, ubi jacebat in oleo mortuus, urnâ non omnino plenâ: adſcriptumque juxtà in columna, malè habiturum quiſquis apertor ſepulcri fuiſſet, neque urnam impleviſſet. Igitur delato Rex oleo quamprimum urnam implere conatus eſt, ſed irrito labore (1) quicquid enim affunderet, incrementum non dabat, ut proinde fruſtratus ſpe ſuâ plenus dolore monumentum clauſerit, brevi ſibi aperiendum. Siquidem quinquaginta Myriadum exercitu adverſus Græcos temere ducto conſumptoque, reverſus, à proprio filio interemptus, concidit. Fugam quoque tanti exercitus militaris equa leporem pariens [2] adumbravit: nam ut fugax animal, inquit Valerius. *lib* 1. *ca.* 6. pavido regreſſu regnum ſuum repetere eſt coactus. Eodem tempore Sardis. *ut Herod. l.* 7. mula mulum hermaphroditum peperit, & Leones, inuſitato exemplo, ceteris omnibus intactis, exercitus Camelos lacerarunt: (3) ut intelligeret Xerxes, naturam rerum evertendam hoc in bello, fortioreſque, & hactenus intactos, ſuccubituros. Dicitur etiam puro medioque die ſol in cœlo innubi diſparuiſſe, [4] quod ille in adverſam Græcorum fortunam mala interpretatione vertit, cum Solem illi, Perſæ Lunam venerarentur. Acceſſit, quod Græcis victoriam portendebat, Platanum Laodiceæ in oleam converſam [5] eſſe *ut Pli. l.* 17. *cap.* 25. Tot tantiſque portentis graviſſimæ Perſarum cladi præluſum eſt.

[1] *Mors & infernus inexplebilis.*

[2] *Pavor, timiditas.*

[3] *Nobilium contra ruſticos victoria.*

[4] *Superbi & potentes victi.*

[5] *Ex bello pax nata.*

VIII.

Illud tamen raritate miraculi prodigia omnia ſuperare videtur: quod ante civile per Italiam bellum, L. Marc. & S. Julio Coſſ. in agro Mutinenſi Plutarchus in Sylla, ac Plinius. *lib.* 2 *&* 3. factum recenſent. Duo illic montes inter ſe viſi concurrere, magno crepitu aſſultantes, recedenteſque, flammâ fumoque inter eos, plenâ luce, in cœlum aſſurgente, [6] ſpectante ex via Æmilia, magna Romanorum equitum viatorumque multitudine, villæ in vicinia eliſæ, animalia verò multa exanimata concidêre. Quid, quod C. Volumnio & Ser. Sulpitio Coſſ. *ut Val. Max l.* 1. *c.* 6 in urbe

[6] *Fortiùs & magnorum conflictus.*

in urbe Roma, inter primos bellorum civilium motus, carnium, n modum nimbi, dissipatarum partibus pluerit, volucribus ad harum rapinam affluentibus? [1] quòd ante bellum triumvirale, *ut Plutarchus in Antonio, & Othone.* in quo Octavius Antonium oppressit; hujus statuæ largo Romæ sudore manaverint. Quòd bello inter Othonem & Vitellium flagrante, in Tiberina Insula, Julii Cæsaris statua, cœlo tranquillo, ab occidente in orientem sit conversa. [2] Quòd denique Philippo, Othone, & Friderico in Germania pro Imperio fædè contendentibus sol in tres partes divisus apparuit, demum vix uno rursum orbe coiturus: velut ad Fridericum postremò imperium deferens? (3) An non hoc est inanimatas rerum creaturas nostros dolores laboresque præsentisscere, ac de futuris curam subjicere incogitantibus?

(1) *Civilis clades.*

(2) *Mutatio imperii.*

(3) *Seditio trium pro eodem regno certantium.*

IX. *De monstris futurarum sæpe rerum signis.*

Monstra hoc loco negligenda prorsus non videntur, cùm & illa, à futurarum aut præteritarum rerum demonstratione, hominibus à Deo facta dicantur. Est vero monstrum illud, quod notabilem quandam à natura deformitatem habet toti animatarum rerum speciei extraneam. Quare à portentis differt; tum quòd illa necessario deformitatem non adferant: tum quòd in rebus etiam inanimatis reperiantur. Non tamen existimem monstra semper à Deo symbolicè ad rerum significationem aliquam nobis proponi. cùm, ut suprà monui, turbata nonnunquam imaginandi vis facultatem formatricem à scopo aberrare faciat. Deo per ejusmodi effectus totius speciei pulchritudinem magis oculis æstimationique hominum subjiciente; quòd, ut Philosophus ait, contraria juxta se posita magis eluceseant. Verùm & sæpe, vel ad terrorem, vel ad institutionem nostram, de rebus absentibus, monstra esse adhibita, nemo negaverit historiarum non prorsus imperitus.

X. Hippocentauros antiquitas celebrat, sed fide anxiâ: cùm nonnulli inter figmenta & imagines poëticas eos collocent; alii ut naturæ conceptum proponant.

nant. Chrysantes horum ideâ apud Xenophontem, *lib. 4. Cynopæd.* se delectari, his verbis ostendit. *Quò fit*, inquit, *ut maximè ex omnibus animalibus adamem Hippocentauros,* [1] *si fuerunt: qui tum hominis uterentur, ante rem consultandi prudentia, & manuum artificio; tum haberent equi & velocitatem & vires.* Plutarchus tamen in convivio Sapient. allatum, ait, infantem à Pastore ex equa ortum, cujus caput collum, manus hominum essent, & cetera equi. Quod prodigium Diocles judicavit symbolum seditionum (2) tanquam si unus populus in diversa consilia, velut naturas & indolem, abiturus esset. Ælianus quoque de Onocentaura hanc historiam recitat. *lib. 16. cap. 9. var. hist.* quæ superiori parte faciem referret humanam, mammis turgida, manibusque instructa, sed parte inferiori Asino similis colore subcinericio. Quæ in actione tergo insidens solis manibus ad apprehendendum vescendumque, [3] in cursu pedibus juxta, manibusque uteretur: captivitatem adeò impatienter sustinens, ut servitutis odio, inediâ sibi mortem conscisceret. (4) Porrò dari Onocentauros ex Isaia. *cap. 34. v. 14.* colligitur, dum, inquit, *occurrent dæmonia Onocentauris.* Major, pro libertate obtinenda vis, aliis marinis inesse monstris fertur. Siquidem *Olaus Magnus in histor. septentr. lib. 21 proœm. cap. 2.* refert pisces marinos reperiri humanâ ex parte formâ, qui si capti non statim reddantur libertati, procellas moveant, (5) similiumque mox piscium lamenta & ejulatus toto æquore cum horrore cieri, ut nautæ ac piscatores in periculum veniant.

XI. Ita Tritones, Sirenes, Nereidesque marinæ variorum historiis celebrantur. *Ludovicus Vives l. 2. de vera fide Christ.* ætate sua apud Batavos, marinum, ait, hominem visum à pluribus, & supra duos annos ibi detentum, mutum fuisse, [6] & cum jam incepisset fari, peste tactum fuisse, ideoque in mare rejectum, gaudentem se mergi, *Pausanias in Bœoticis lib. 9.* qui se Tritones vidisse memorat: hanc, inquit, præ se ferunt figuram; Capitis coma persimilis est paluştri api-

[1] *Prudentia in rebus agendis cum velocitate exequendi, sive consilium & vires.*

[2] *Seditiosa respub.*

[3] *Idem pluribus aptum.*

[4] *Servitutis odium.*

[5] *Libertas à captivis exorta.*

[6] *Mutus.*

apio reliquum corpus spumâ inhorrescit minutâ, sed eâdem, quâ lima est, duritiâ. Branchias infra aures habent, nares hominis, rictum oris latiorem & pantheræ dentes, oculi glauci mihi visi sunt: manus, digiti, ungues, quali sunt formæ superiores conchyliorum testæ. Pinnulæ sub ventre & pectore pro pedibus. Qui his tubas, velut Neptuni tubicinibus præbent, significare mihi videntur, mutos loqui (1) *Alex. ab Alexandro.* refert ex Theodoro Gaza. *lib. 3. Gen. dier. c. 8.* huic in Peloponeso spectatam in litore Nereidem fuisse decorâ facie, vultu humano, sed corpore squamis tecto, quæ in frequenti turba, mœsta crebrisque suspiriis fatigata, etiam lacrymas fuderit, (2) quibus ipse motus levarit humique reptantem juverit, dum aquis rursum læta mergeretur. (3) Amare illas, homines, & quandoq; ad fœminarum & puerorum raptum sese in litus effundere, idem nobis autor & testis est. Quod recentiori nobis historia an. 1614. Capitaneus *Ioannes Smidt*, apud *Stengelium, de monstris c. 2. §. 8.* testatur. Sub auroram sibi in nova Anglia apparuisse in litore memorat humano vultu piscem, cui eximia esset forma. Oculi, nares, genæ, os, collum & totus vultus virginem præ se ferebant venustissimam, capillis cyaneo per humeros colore defluentibus. Hoc monstrum cum primo aspectu navigantes terruisset, territum quoque recessit. Sed mox velut correcto terrore ad navem alteram appulit, omniq; in hanc nisu evadere ad homines conatum est, sed hinc fudibus contisque repulsum, aliam atque aliam obtinentibus universis conscendere tentavit; sed meritò in tam impari amore rejectum. (4)

(1) *Mutis loqui.*

(2) *Peregrinum solum triste habitanti.*

(3) *Quies domi grata.*

(4) *Amor si inter pares.*

Illis humana quidem fuit ex parte forma, rationalis tamen anima defuisse jure creditur. Sed alia hominum monstra reperta apud Jados memorantur, quibus illa non defuerit, de quibus *Plin. l. 7. cap. 2. Ælian. l. 4. hist. animal. c. 49. Vincentius Belluac. l. 31. Speculi hist. c. 11.* Apud quem *Ioan. Plancarpius* Minorita ab Innoc. Papa in Orientem missus circa An. 1245 refert, in quadam illic terra repertas fœminas humanâ specie

XII.

absolutâ; sed earum viros seorsim ultra flumen canino fuisse capite, qui venientibus Tartaris in aspera jã, hieme sese aquis immersus (1) mox in arenam volutando projicerent, quod, rursum madefacti, aliquoties iteraverint, donec gelu hæc solido constringerentur. Tum crustâ hac tanquam chalybe, obarmatis, in telâ sese hostium innoxiè, conjecerunt, & quâ dentibus, quâ unguibus, quibus utrisque mirificè valent, hostes dilaceraturnt. *Ælianus ait l.* 10 *c.* 25. Cynocephalos hos ultra Gasin Ægypti repetiri, & *l.* 4. *c.* 46. inquit Justitiæ observantes esse, & nemini hominum molestos, celerrimosque ex ferarum venatione vivere. Illic hirsuto memorat esse corpore; hic etiam pellibus, quod credibile est, vestitos. *D. Augustinus* eorundem quoq; meminit l. 16. *de Civit c.* 8. *Solinus in Polyb.* Cynomolgos c. 43. nominat. Et c. 65. quosdam etiam equinis capitibus repertos asserit. Vox illis canina magis & equina, quàm hominum. quâ tamen, ut se invicem, ita alios humana voce loquentes intelligunt. Hæc quanquam nonnulli cum *Nierembergio* l. 5. hist. c. 15. fabulis deputent, multorum tamen auctoritate firmantur. Certè mutus Cynocephalus in sede Judex hæreticorum Controversiarum Judicem scripturam mutam adumbrat; (2) Dentibus unguibusque intentatis minax, pugnatorem heterodoxum ferocem. (3) Sunt enim hæretici sine vero & proprio capite, & belluino potius, quàm humano. (4)

(1) *Ira suos autores primum ladit.*

(2) *Iudex hæreticorũ Scriptura aquus quidem, sed mutus.*

(3) *Hæretici adversus Catholicos sævi & feroces.*

(4) *Sine humano Ecclesiæ capite hæretici sunt.*

XIII.

Inter monstrosos homines Pygmæos quoque & Gigantes reperiri magno historicorum consensu & experientia constat, quamvis nonnulli dubitent, an Pygmæorum integræ nationes quæ cum gruibus certent, [5] ut *Plin. l.* 4. *c.* 11. *& l.* 7. *c.* 2. *Olaus l.* 2. *c.* 11. *Solinus in Polyph. c.* 15. aliisque tradidêre. imparium tamen inter homines bellum nobis hac imagine proponitur, & insperata Victoria, quando Pigmæos in Geraniam usque Traciæ urbem pulsos ferunt, ut *Solinus* habet, & *Olaus de Grunlandia* l. c. refert, illic incollis cũ gruibus esse decertandum. Non minus mirum, quod *Odericus lib.* 1 *de rebus Ind.* ait Pygmæos illic triũ palmarum

(5) *Bellum imparium.*

tum à se deprehensos, qui barbati infantes anno 5. ætatis jam gignerent. *Photius* verò *in Bibliotheca lib. Indicor.* ex Ctesia Pygmæos reperiri istic, qui sesquicubiti altitudinem non excedant, comâque ac viri etiam barbâ longissimâ, infra genua demissâ, vestiantur. [1] naribus tamen simos deformesque, qui sagittarii sint peritissimi, atque insignes justitiæ cultores, sub legibus & Rege Indorum vivant, corvis milvisque & aquilis venentur. (2) Quorum tria millia Rex in suo habebat comitatu. Reliqua etiam animalia, cum proportione ibidem minora reperiri, ut jumenta istic boum equorumque nostris arietibus majora non sint. Non illepidum quod *Nicephorus l. 12. c. 37.* hac in materia recenset, de binis istic visis hominibus perquam disparibus, altero Syro, qui longitudinem cubitorum quinque & palmæ unius assecutus erat, & Ægyptio altero adeò brevi, ut pedici, quam homini esset similior, cui tamen corporis exilitas nihil ademisset de prudentia homine digna, vox à Musis non abhorreret, sermo spiraret generositatem. Uterq; penè quintum & vigesimum ætatis est annum assecutus. Ad longius ævum, huic defuisse, illi obfuisse corpus visum est. Nempe mediocrium optima duratio est.

[1] *Animus corpore major.*

(2) *Prudentia, agilitas.*

XIV.

Illud magis etiam ridiculum, quod in nuptiis Dueis Bavariæ Nanus in mensam illatus sit, qui inclusus artocreæ, hac fractâ, erumpens cum armis & gladio, ac more gladiatorum saliens (3) omnibus risum & admirationem excitarit. De quo aliisque vide *P. Caspar. Schotti Physicam curios. l. 2 c. 7. Majolum, Nierenbergiũ & Aldrovandum* Solimanno anno 1541. capto Pesto in Hungaria voluptati fuit militem prægrandem Noricum Pumilioni cuipiam suo, qui ad genua non pertingeret, objicere trucidandum, si in commentario suo *Surio* credimus (4) Nimirum virtus quandoque vi opprimitur. Pugnaces tamen Pygmæos Tyri defensores nobis Scriptura S. exhibet Ezech. c. 27. v. 11. ut intelligas naturæ vim in parvis eminere maximè. Davidis laus minor futura erat, nisi ipse statura pusillus ingentem sustulisset Gigantẽ. 1. Reg. 17. Magnitudo Gigã-

(3) *Militi inepti.*

[4] *Virtus vi pressa.*

tum terrorem incussit visitatoribus terræ promissæ, cùm dicerent. *Vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere gigantum, quibus comparati quasi locusta videbamur.* Num. 13. Hi olim frequentes, præsertim ante diluvium, quædam etiam loca eorundem feraciora, utpote Sicilia, ubi diversorum proximis seculis reperta sepulchra. *Melchior Nugnez in literis Indicis* scribit; in regia urbe Pequin regni Chinensis portarum custodes gigantes esse pedum quindecim.

[1] *Moles cum virtute juvat*

(1) Sed magis stupendum quod *Fulgosus refert l. 1. c. 6.* oculatus testis, sub Carolo 7. Gallorum Rege, juxta Valentiam in Provincia Narbonensi Gigantis ossa in sepulcro reperta, cujus dimensio triginta implesset pedes, ut veterum fabulæ in multis reperiant partibus fidem. In plerisq; moles virtute major. Divus tamen Christophorus utramq; pulchro exemplo conjunxit.

XV.

De Androgynis ac barbatis fœminis, contraq; viris imberbibus, tanquam exemplo frequenti notis, hic commemorare non lubet, quanquam imagini serviant, quæ aut fœminæ cum barba robur, aut viro imberbi abjectos fœmineosque animos tribuit. (2) De caudatis hominibus *Plinius l. 7. c. 2. & Pausanias in Attic.* l. 1. Talis olim Anglia plures dedit, ob contempti Augustini Monachi Apostolici pœnam, infamè igitur signum est degenerantium.

(2) *Barba vires fortesque decet.*

Ceterum & hisce in partibus ejusmodi hominum monstra fuêre conspecta. *Lycosthenes* refert anno 1554 infantem natum absque capite, oculorum effigie in pectore expressa. Et *Aldrovandus de monst. c. 3.* memorat Bononiæ anno 1431. mulierem quandam in viculo Tortolione nuncupato enixam esse masculum omnibus membris absolutum, & mox femellam sine capite, (3) quæ parvo circà collum orificio spiritum alimentumque hauriret. Plures verò utriusque sexus bicipites nati reperiuntur. Non abs re fuerit ex Cardano l. 14. de variet. c. 77. ejus rei exemplum audire. *An.* inquit *1544. mense Jan. nata est puella* (4) *biceps, reliqua autem omnia unum corpus referebant. Chirurgus tamē gulam interiorē ac cum ea ventriculum invenit geminatum,*

[3] *Judicii expers.*

[4] *Concupiscentia duplex in homine.*

natum, sed tamen infundo coibant: ibi Pylorus unus: attamen ex eo intestina gemina exoriebantur, ut uterque ordo dupcieatus esset illorum, praterquam in recto: nam in illo rursus in unũ coibant, pulmones gemini, cor paulo altius, quàm in aliis esse solet, Ypsilon literã Græcam præferens, bifidum scilicet, sed tamen in una sede. Iecur crassum valde oblongũ, Spina dorsi duplicata, distabatq; una ab altera digiti magnitudine, unaquaque suo inserviens capiti, & usq; ad crus, quod sibi in directo erat, ferebatur. Renes duplicati, uterus & vesica minimè. Duas tentavit natura creare proles, in ipso exortu principaliũ membrorum collisa & constricta sunt omnia, præter caput. Quæ figura quædam est concupiscentiæ in homine duplicis, irascibilis & cõcupiscibilis, aptè in femina, utraq; in parte imbecilli, per caput geminũ, adũbrata.

Nec minus Lycosthenem inter varia hæc recensentem audire juverit. Anno 1538. ait: *Natus est quidam, & ad perfectam viri staturam excrevit, capite & humeris tantùm geminis: ita ut caput alterum antè, alterũ retrò esset, mira inter se similitudine, barbis etiã & oculis se referebant mutuò. Idem erat cibi appetitus, fames eadem, vox simillima: idem uxoris, quam habebat, & excernendi utriusque capitibus erat desiderium.* [1] Magis illud etiam admirandum, quod sub Henrico III. Imp. *An.* 1044. *portẽtũ visum est in una, vel potius duabus mulieribus. Duo erant capita, & quatuor brachia, cetera gemina usque ad umbilicum, inferius singula omnia, Comedat, videbat, loquebatur una: flebat, esuriebat, tacebat altera.* [2] *Ore gemino manducabat, sed uno meatu per ventrẽ ejiciebat. Vna defũcta, supervixit altera penè triennio mortuã portãs, donec & pondere molis, & nidore cadaveris deficeret.* Ita Anno 1118. *monstrũ quoddam Namurci natum est, biceps videlicet infantulus, tã sexu duplex, quàm ceteris; simplex autem compage corporis.* [3] Addit his Cornelius Gemma lib. 1. Cosmoc. c. 6. Vidisse patrem suum Lovanii anno 1536. *Gemellos ita commissos, ut capite distincti, brachiis manibusq; quatuor, ventre & sterno pectoris copularentur. Inventũ illo præsente per anatomen cor commune, cerebrũ suum cuique se-*

XVI.

(1) *Concordes.*

(2) *Discordes.*

(3) *Conjuges.*

(1) *Consulum par consentientium.*

que secretum. (1) *Neque vulgaris quæstio: an pro uno homine, an pro duobus foret genus hoc monstri philosophis appellandum? Orta est contentio varia, aliis sedem τῆς ἐντελεχείας in corde, aliis in cerebro collocantibus. Mihi quidem (salvo semper meliori judicio) forma humanæ dignitas ex rationis domicilio potius æstimanda censebitur. quanquam in corde sit fons caloris vitalis, ac facultatum animalium, & naturalium præcipuus nidus. Hoc enim ad vitam & totam animalis compositionem potius, quàm ad differentiam spectat.* Verùm ex actionum conformitate, aut discrepantia hoc potissimum cognoscendum esse sentio; cùm nihil vetet eandem animam duo informare ac regere posse corporis unius capita. Quare virum illum bicipitem sibi in omni actione consentientem; ut voluntate una, sic & anima præditum fuisse existimem: secus alteram feminam sibi dissentientem ac parte etiam præmorientem altera. Quocirca & in symbolo concordium illes; hæc discordium in figura servire poterit. In infante utriusque sexus, par conjugum thoro continenti sociatorum licebit exprimere Gemelli illi Lovanienses par Consulum eandem urbem uno corde junctisque consiliis & operis regentem scitè repræsentabunt.

XVII.

(2) *Ventris cura deditus.*

Rarius verò magisque portentosum ex Jacobo Rufo Lycosthenes exemplum hominis proponit, *anno* ait *1516. in Germania visus est justæ ætatis, qui aliud caput ex umbilico exereret, quod pro more alterius quoque cibum caperet.* 2) Ejusdem Pareus meminit, additque membris ceteris fuisse optimè constitutum, ac peregrinando magnam à curiosis stipem collegisse. præclara hominis ad ventris curam abjecti imago.

(3) *SS. Trinitatis imago.*

Philostratus etiam refert *in vita Apollonii* lib. 3. c. 4. eo tempore, quo hic Syracusas venit, mulierem non ignobilem tricipitem puellum edidisse, cujus corpus reliquum rectè compactum constitutumque fuerit. (3) ut Trismegistus in hoc puero Ægyptiacus, sive etiam imago quædam divinæ Triadis expressa utcunque videatur. Tristius est quod *Aldrovandus de Monstris* narrat in regione Novarensi, seu ut alii Pedemontana

montana anno 1587. natum esse ex vetula muliere Satyrum heptacephalon, sive monstrum septem capitum humanorum: quorum unum tamen in medio monoculum, & hircinis esset auribus, crutibus tamen ac pedibus esset bubalis, reliquo corpore hominis, septem brachiis, ut & capitibus, uni thoraci affixis. Additque Bononiæ anno 1625. apud Tebaldinum impressam de simili monstro fuisse historiam, quod ex muliere Forojulienſi, Perdonone dicta, natum sit. [1] In quo mihi idea quædam septem peccatorum capitalium, quæ inferiorem hominem bruto similem reddunt, exhiberi videtur. Luxuria verò, cum maximè excæcet hominem, & hircum suo fætore redoleat, jure uno oculo & hircinis auribus pingitur. [2]

[1] *Peccata capitalia.*

(2) *Luxuria*

XRIII.

Iutur bruta animalia & porcos, & vitulos, & agnos bicpites censet Lycosthenes. *Cera* inquit anno mundi 760. *porcus biceps, Sinuessa 3768 agnus, Saturæ 3841 vitulus* talis natus est. Illud rarius, quod anno Christi 1269. Caliſſæ intra octavum diem natalis Christi, vitulum cum duobus capitibus caninis, & septem pedibus vitulinis natum referat; ita ut caput unum in cauda, alterum in fronte obversa sibi invicem spectarentur, ambigeresque quo esset incessurum. [3] Ab illius mortui corpore canes & volucres abhorruêre. Est reip. inter se pugnantis, dissidentibus supremis capitibus forma, quam jure omnes aversantur. Ceterum porcus biceps, [4] conjuges ob luxuriam dissidentes: vitulus biceps, [5] discordes juvenes: agnus [6] verò religiosos dissentientes exprimet.

[3] *Respub. suis capitibus dissidens.*

[4] *Conjuges ob luxuriã divisi.*

[5] *Juvẽtus discors.*

XIX.

Sed & homines belluinis capitibus progenerati: ut Aldrovandus in hist. Monstr. anno 1565 refert in Hũgariâ mulierem enixam esse puellum capite elephantino, reliquo corpore perfectum, [7] & Romæ uxorẽ Cornelii Gallicani infantem, canino capite, [8] qui Deum Ægyptiorum Anubin repræsentaret, & Perusii anno Christi 1626. puer hirtâ fronte faciem bubonis [9] æmulabatur. Ad fontem Aquæ bellæ, cum mulier Catharina Sarbucata febribus vexata ad has pellendas ranam vivam alligasset palmæ manus, dum exspiraret,

[6] *Religiosi dissidentes.*

[7] *Sagax.*

[8] *Vigil.*

(9) *Melãcholicus.*

[1] *Garrulus.*

spiraret, sique ad viri congressum veniſſet, prolem ranæ capite deformem enixa eſt, [1] anno Chriſti 1517. In quibus elephantinum caput fagacem, caninum vigilem, bubonis melancholicum, ranæ garrulum poterit designare. Contra variæ beſtiæ à *Lycoſthene, Aldrovando* aliiſq; humano capite natæ feruntur. *Lycoſth.*

(2] *Impurus.*

ait in ceteris quod anno 1109. in parochia Lægienſi

(3] *Crudelis.*

porca enixa ſit porcellam capite humano, [2] anno 1290. mulier humano capite leonem [3] peperit. Sic Cardanus lib. 14. de var. rer. c. 64. meminit partus ex

(4] *Impudens.*

muliere, qui humana forma ſuperiore fuerit, & infra canis, [4] qui ad Pontificem expiationis cauſa delatus ſit. & Cornelius Gemma l. 1. Coſmocrit. refert natum ſua ætate cum accipitris capite canem eſſe. [5] Quæ ænigmatis loco natura finxiſſe poteſt videri, ut tãquã Sphinx quædã in his imaginibus ſuos hominibus mores, erroreſque proponeret. Multi enim qui humano ſpectantur vultu : toto corpore vel porci ſunt impuritate, vel canes impudentiâ, vel leones feritate, vel rapacitate canes accipitreſque æquant.

[5] *Rapax*

XX. Porro univerſim producere, qui vel abundant, vel deficiunt, vel transformantur quibuſdam turpiter membris longum ſit. Multa apud *Lycoſthenem, Aldrovandum, Pareum, P. Stengelium*, ac poſtremò apud *P. Caſp. Schottum in Phyſica illius curioſa* l. 5. reperies, quò to remitto. Illud quod ex *Stengelio* l. 5. c. 7. recenſet de homine ſine manibus brachiiſq;, horum tamen officia pedibus magna promptitudine exequẽte, & ego præſens Coloniæ ubiorum An. 1628. ſpectavi. hic rotundo corpore ab humero ad femora uſque trunci veſtiti ſpeciem præſeferens, in menſam agili ſeſe librabat ſaltu, moxque tergo nixus, excuſſis calceis, utroque pede, tanquam expeditis ad opera arteſq; diverſas manibus utebatur. Inſtrumentum in muſica organicum ſibi appoſitum ſcitè pulſare doctus, digitis pedum promptè habiliterque diſcurrentibus. Acu deinde filiſque & panno oblato, non minus expeditè ſartoris munus obibat, ſeu fila anguſto acus foramine trajicienda eſſent, ſeu conſuendus pannus. Ita & peritè cala-

sè calamo literas efformabat, & chartis pictis ludebat, miscens, ex more dispertiénsque: dedebat bibebárq; partiens cibos, potumque in vitrum ex lagena transfundens. Ita homo iste in pedibus, brachia simul manusque possidere videbatur, icon pacifici, & parvo apparatu, de suo tantùm, viventis. (1) Nam talis neque bellis, neque rapinis idoneus, sibi aliisque sedens potissimùm utilis esse solis pedibus videbatur. [1] *Pacificus & parvo contentus.*

Quòd monstrosis quandóque partubus humana Deus castigare scelera, & horrificâ figurarũ imagine à vitiis abducere conatus sit, non paucis exemplis est compertum. Novimus quæ in Germania vestium novitas luxusq; & insolentia jam à pluribus seculis dominetur, & superbiæ luxuriæq; deserviat. Ita scissis quandóque & latè pendulis, perq; brachia & femora protuberantibus, vestimentis locus fuit. quo tempore in Marchia Regiomonte anno 1555. ut *Lycosthenes ex Fincelio refert*, monstrosus equus natus est, in quo laxa propendensque ad inferiores ferè pedum talos cutis thoracis, & caligarum latis longisq; scissuris hiantium, vicem supplebat. (2) Haud multò antè in Belgio anno 1543. ipso conversionis S. Pauli die, ex honestis nobilibúsq; parentibus natus est infans, teter admodum & horribilis aspectu, flammeis & radiantibus oculis, oreq; naribúsque bovinis, quæ in cornu oblongo prominerent. Dorsum illi canis pilis hispidum: cauda sursum reflexa, nec modica, manus pedesque cygninis plantis, at unguibus obarmatis similes; Diversæ per totum corpus feratum extabant facies: Simiarum in pectore duæ, hinc & hinc juxta mamillas: tetra duo & minacia canum surgebant ad utrumque cubitum in brachiis totidemque in gennum patellis capita: felium in ventre bini juxta umbilicum oculi. [3] Hic partus in lucem, multorũ terrore editus, quatuor horis supervixit, ac tandem moriens exclamavit: *Vigilate, Dominus Deus vester adventat.* Ita *Lycosthenes* ex Peucero, Munstero, Bruschio. Magis etiã terrificum monstrum eodem seculo an. 1577. in Ungaria prope Budam repertum est, superiore illud corpore referebat XXI. (2) *Vestiũ luxus & insolentia.* (3) *Sceleratus homo.*

referebat hominem; sed asininæ illi aures; pedibus & reliqua ad umbilicum parte bovinum erat & alatũ, à cubitis brachia emergebant quatuor, quibus arreptos lapides, cum multorũ accolarum cæde, in obvios quosq; spargebat, ut defendẽdi gratiâ multitudine animatorũ hominũ illud prosecuti sint; at nõ sine magna suorũ clade stravere. (1) *ut Aldrovandus de Monstr.*

(1) *Per versus homo.* XXII.

Gravius illud, quod de alio circa ripam Nili Monstro scribit, hoc tribus capitibus, aquilæ, draconis, & vulpis horrendũ erat, cetero corpore velut humano, sed squamosâ serpentis cute obtecto, brachio manuque hominis ab uno latere, ab altero aquilino pede prominente. Erant & mammæ humanæ, sed Leonina cauda, sexus amphibius. Præter hominis pedes, tertius quoque leoninus, & anserinus quartus erat. Homines animantésq; Cæteros devorabat. (2) Ita denique Bajonæ in Aquitania, meliori tamen omine, puer natus est omnibus rectè membris cõstitutus, sed ubique oculatus. Ut centoculus in hoc Argus: non (3) fabula, sed veritas fuerit, qui priusquam post dies quindecim exspiraret, clarâ voce locutus est. Tales sunt imagines quas Deus hominibus depingit, operante, aut certè obediente naturâ, ut in his videamus, quàm pulchrum sit illam tueri formam, quam Deus ad similitudinem suam, utcunq; in corpore humano, magis tamen in anima delineavit. Quàm enim difforme, in prima figura, ita ridiculè scissâ cute spectare equũ: tam indecens, ita insolenter superbire in veste hominem, quàm triste tot ferarum in uno homine facies membráque contemplari; tam miserum ad brutalem diversa inter scelera vitam degenetare, quàm turpe inferiorem hominem animalem alatum esse, & superiorem ubique obsequentem, ad proximum persequendum atque opprimendum secum trahere; tam indignum rationalem animam irrationali appetentiæ obsequi, contráque virtutes præcipuas pugnare. Iam si, ut in tertia figura est, bestiales impetus tanquã capita ducesq; rerum agendarum sint, quid unquam rectè honestéque transigetur? Solus Argus puer nos prudenter ubique jubet esse oculatos, circumspectos, & vigi-

(2) *Concupiscentia triplicis regnum.*

(3) *Attẽtus & circumspectus in omni opere.*

& vigiles, cùm tot hostes cujusvis operi nostro insidiantur.

» Concludo hæc ex Schotti Phys. Curiof l. 5. c. 29. §. 1. ubi sic habet. Prima itaque finalis monstrorum » causa est, ut sint signa Dei, volentis incautos mortalium animos monere, aut sanare: sicut enim per somnia, per prophetarum oracula, per varia prodigia, ita & per monstra atque monstrosa præmonere solet non probos modò & cultui suo addictos, sed improbos quoque, neque singulos tãtum homines, sed integras etiam nationes & gentes. Sunt qui nullum monstrum sine præsagitione natũ existiment. &c. Ex eorum mente infans ille ore gemino, quatuor oculis, dẽtibus binis, barbâ & duabus brevissimis auriculis natus an. Dom. 308. apud Daphnen Antiochiæ suburbium Constantii Imper. temporibus (1) temp. in statum deformem verti significavit; propterea, quòd seculum succedens obscænissimis moribus fuerit deturpatum, & Imperator Constantius fraudulentis Arianorum impostoris illaqueatus, à vera pietate recesserit. Mauritii Imp. ætate an. 578. puer alius in Thracia natus sine brachiis, & ab umbilico deinceps in pisces definens. (2) Canis insuper capite Leonino (3) & Fœtus quadrupes (4) infelicem Mahometis adventum præmonstravit, quippe qui audaci illecebra & vanissimis commentis hominum mentes decipiens, terrâ marique dominari cœpit, quod monstra illa partim terrestria, partim aquatilia significasse autumant.

XXIII.

(1) *Ecclesiæ & resp. dissidens.*

(2) *Ecclesiæ mutilæ & degener.*

(3) *Custos Eccl. mutatus.*

(4) *Brutalis homo.*

» Fœtus humanus canino capite in lucem editus anno 914. mores Christianorum illius ætatis prædixit, (5) qui mutuis morsibus se lacerantes, fuêre tandem à reliquiis impiarũ hæresum Anthromorphitarum & Manichæorum defædati. Monstrũ bicorpor ex homine & cane integratum, Albaniæ in Epiro natũ an. 1233. civitatem illam caninis morsibus & clandestinis proditionibus divexandam ostendit. (6) aliud triceps apud Samnites anno 1255. tres Imp. Rom. competitores. Puer biceps & quadrimanus an. 1293. Bizantii natus, Imperii Bizantini ruinam

XXIV.

(5) *Christiani se lacerantes.*

(6) *Resp. discors.*

(1) *Resp. eversa.* (2) *Ecclesiæ schisma.* (3) *Hæresis in se varia & divisa.* (4) *Bellum inter Pontif. & Reges Christ.* [5] *Bello castigata scelera.*

„ ruinã ac perniciem. (1) Puellus quadrimanus (2) & „ quedrupes natus circa an 1387. Schisma Benedicti „ 13. qui antea Petrus Luna nominabatur, portendisse „ dicitur. Monstrum illud horrẽdum, quod an 1496. „ in Tiberi repertum fuisse scripsimus, corpore hu„ mano squamoso, capite asinino, manu dextera hu„ mana, sinistra ad instar pedis elephantini, pede dex„ tero aquilino, sinistro bubulo, ventre femineo, pe„ ctore mammis turgente, cum capite ad podicem „ barbato, alióque draconem æmulante, (3) hoc in„ quam monstrum tam varium, aut varias hæreses „ tempora illa secutas, aut perditos temporis illius „ mores denuntiavit. Alterum anno 1512. Ravennæ „ natum capite cornuto, pede rapacis avis, genu ocu„ lato, alis loco brachiorum instructũ, & sexu utróq; „ deforme, (4) excepit bellum funestum inter Iulium „ 2. Pontif. cum universa penè Italia, & Ludovicum „ 12. Gall. Regem. De hoc cum Surius in histor. anni „ 1512. verba fecisset: addit. *Interpretationem quidam „ ejusmodi esse voluerunt Superbiam, levitatem, virtu„ tum inopiam, Sodomiticam labem, amorem rerũ la„ bentium, Dei oblivionem, inexplebilem avaritiam „ gallico flagello castigatum iri.* (5) *Quod & factum est. „ Eodem enim anno Galliarum Rex Ludovicus rupto „ cum Pontifice & Maximiliano fœdere Ravennam ob„ sedit, & tandem deditione receptam urbem, contra fi„ dem datam diripuit, & magna clade affecit.*

XXV. Mitũ est quod Boëthius *lib.* 11. infert in Northumbria visum ante bellum Constantini Scotorum Regis cũ Athelstano Anglorum rege susceptum. Homo sexu virili unóq; ventre gemino pectore & capite brachiisque quaternis natus, tantâ dissensione voluntatum actionúmque inter se pugnabat, ut quod alter vellet, nollet continuò alter, nec adduci quidem possent, ut, licet ventre communi essent, cibũ tamen unà caperent; aut unà dormirent, verùm cùm alter cibum somnumve caperet, recusabat alter jejunans vigilansve, neq; rarò contumeliosis sese invicem verbis, pugnis etiam unguibúsque certatim lacerabant, denique nec simul mortui, verùm uno consumpto, alter sen-

sim

sim fœtore demortui cadaveris extinctus est. (1) Nimirum hæc erat, unius Insulæ Regum fœdè dissentientium non aliena effigies. Horrendum longúmq; relatu esset, quod monstrosis partibus nata per Germaniam Hæresis figurata sit. Uno à Friburgo Saxonũ lapide, in pago ditionis Cellensis, *Lycosthenes de prodigiis.* eo tempore quo Lutherus clausto omni ac pudore rupto ad illicitos passim thalamos, novámque carnis libertatem consecratos Deo homines provocabat, vitulus cucullatus (2) in lucem prodiit, germana Lutheri sectatoriúmque incontinentis lasciviæ idea, cujus monstri ipse Lutherus & inspector, & arbiter fuit: opinor non ignarus, hanc de se fabulam à superis dari. quanquam aliis, ut omnium perditorum mos est, vitia sua affingeret. Rarius est, quod in ducatu Mechelburgensi, jam hæresi infecto, loco Muisal, haud procul à Butzum oppido evenit. Pulpitum in templo ligneum erat vivo impositum lapide, verum antiquitate & teredine adesum, in cujus scapo excrevit humana manus omnibus suis partibus absoluta, inaversa tamen manus parte facies hominis erat, oculis, naso, ore & barba prædita: neque vita deerat, siquidem visa indies, non sine conatu ac sudore, moveri sæpius, quod monstrum ad annum Christi 1594. Ianssonius. *Tom. 9. l. 2. Merc. gal.* refert, existimatque per manum opera, per facie in oculosque humanos, fidem designari (3) ut si Deus admonitos voluisset, opera ad fidem illis novæ fidei buccinatoribus adjungenda esse: quòd illa sine operibus mortua censeatur.

(1) *Seditio fratrũ vel Principum cognatorum. Item corporis & animæ dissidium.*

(2) *Lutheri imago, & apostatarũ monachorum.*

(3) *Bona opera fidei jungenda.*

XXVI.

Verum, quam demum interpretationem habet monstrum illud Hispanicum, anno hujus seculi 28. Ambigeuitæ spectatum? *Mercur. Gallob. ann. 1629* quod nec homo, nec brutum, nec volucris, nec quadrupes erat; sed omnia inusitato prorsus spectaculo conjungebat. Avis credebatur, adeóque dejecta ex alto in terram est glandibus: 27. pedum longitudinem contineri est visa; caput bovinum, & vox mugitúsque bovem referebat: oculus in fronte humanus: aurium vice dependebant hinc atque illinc alæ: cornu-

ta in vertice eminebat vitta: tuber à tergo testudineũ in pectore lorica: gemini pro cauda enses spectabantur. (1) Hoc Ænigmate Hispani de obventuris bello calamitatibus, de regnorum divulsione, fortè & de admissis sceleribus commoneri poterant, neque enim quicquam in tam infelici horrendóque monstro amandum sperandumque objiciebatur. Concludam hæc de monstris postquàm admonuero, quædam ex his generatim tantùm malum aliquod bonumve (uti in prodigiis etiam assolet) præfigurare. Ita si Herodoto. *lib.* 8. fides habeatur apud Pedanenses qui Halicarnassum accolunt, quoties mali quippiam Amphyensibus immineret, tunc Antistiti illi sacrorum Minervæ grandis subitò barba enascebatur. *Polydor. Virgil lib.* 13. *hist. Angl* (2) In his opinor, exemplis Dei erga nos elucescit cura, quos tam novis rerum figuris sapienter instruit, ut vanus omnino sit, qui hæc neget ad nos erigendos corrigendosque à Deo adhiberi.

(1) *Bellum laboriosũ, quod brevi novos & inexspectatos evẽtus habeat.*

(2) *Inexspectatum malum.*

XXVII. Non tamen contendã omnia tantùm figurata esse, cùm multis quoque exemplis constet, in scelerum quoq; pœnam prodigia monstraque à Deo immissa esse. Monstrosi illi ex Anglorum gente homines, qui truncatam velut equi caudam nati in lucem adferunt (3) majorum suorum crimen luunt, ut qui D. Thomæ Cantuarien si in Strodo ad Meducià flumen vico, scelerate illuserunt præputatâ equi, quo vehebatur, cauda. Mitius hodiedum in hac Colonien sium Diœcesi Hackenbrogen sis Dominii rustici, quotannis post Pascha, Maii fere tempore, plectuntur, ob innocentis cujusdam, ut ferunt, supplicium, gallinis, si reus non esset perniciem imprecantis, pœna consecuta est, atque etiamnum viget, ac nisi antè efferantur, aut nescio quibus latebris condantur, dicto tempore intereunt. (4) De prodigioso viri ex femore partu alibi, cùm de fabularum origine disseremus.

(3) *Ludibrium.*

(4) *Mors innocentis*

XXVIII. Ita quæ cum natura rerum pugnant ostenta plerumque infausta, hominum regnorumque inter se collisiones præsignant. Sic anno 1545. turbis bellisq; in Ger-

in Germania natis, præluſit tali Deus ſpectaculo, in Sileſia potiſſimum conſpecto. Duxit ab oriente inſtructam Urſus aciem, cui ab occaſu, cum armata etiam manu occurrit Leo. Inter exercitum utrúmque lucidiſſima emicuit ſtella. Mox inter ſe congreſſi dimicarunt acriter, ut diſtillare ex ſauciatis ſanguis, & exanima corpora decidere viderentur. Inter prælian-dum ſeſe Aquila ſuper copias Leonis de alta rupe alarum remigio libravit. Dirempto quaſi certamine, Leo inter ſuas fulſit cohortes: nullum Urſi veſtigium, ſed proſtrata jacuerunt cadavera, quâ alter conſtiterat exercitus, quibus canitie venerandi adſtiterant ſenes. Finito prælio reduxit exercitum ad occaſum Leo. Quo aliquouſque progreſſo, quidam albo & ornato vectus equo, ad puguæ locum à copiis rediit, atque in eum equum juvenem cataphractum ibi ſtantem collocavit, & verſus ortum procedentem comitatus cum ceteris ſpeciebus evanuit.(1) Sic paucis ante annis, videlicet 1332. non procul Oeniponte miræ viſæ ſunt imagines. Hinc Camelus prodibat, quem flamma minax in orbem cingeret: inde Lupus non tantùm flammeo accinctus orbe, verùm ignes quoque ore flammivomo egerens. Sequebatur hunc Leo, cui vir cataphractus in montium ſtans aditu, blandè demulcebat jubas, rurſum, ut videbatur adblandienti. Quæ, ſiquis vel gentibus familiaria, vel etiam familiis Europæ præcipuis uſitata pro inſignibus, cum illarum ætatum rebus geſtis comparet, haud difficulter propoſita cælitus ænigmata enodabit.(2)

(1) *Bella Germaniæ.*

(2) *Bella ſeptentrionis.*

XXIX.

Magis illud involutum eſt, quod apud *Schottum lib. 6. mirab. c. 1.* unà cum ante memoratis ex *Ioannis Ionſtoni claſſe 3. Thaumatographiæ* producitur, propter imaginum, quam involuit varietatem. An. 1534. die 3. Julii in oppido Germ. Schleſvvich à meridie cœlo ſereno conſpecti in aëre Leones ex locis diverſis ad conflictum concurrentes. Carapractus his aſſiſtebat haſtam quatiens. Jacuit haud procul abequite humanum caput, ſine trunco, imperatorio orna-

ornatum diademate. Modico post intervallo Apri caput aculeatum visum, & duo Dracones ignem vomentes. Unicæ deinde & amplissimæ urbis effulsit imago ad lacum positæ, classéque & terrestribus obsessæ copiis. Crux super hanc sanguinei coloris conversi paulatim in atrum. Prodit item alius equus igneo flagrans colore, imperatorium in capite diadema gestans, quem insecutus sine sessore equus est. Postea in ampla planitie duæ ardentes enituerunt arces, alto vicinæ monti, post quem grandis Aquila dimidium sui corporis exerens. Aliquot ibidem Aquilatum pulli candido nitidi colore apparuêre: item Leonis supini caput insigniti corona. Gallus gallinaceus rostro feriens fodiensque caput tantisper, donec à trunco corporis delaberetur solutum, & evanescceret, corpore diu conspicuo. Adstiterunt & alii Leones & juxta Apri caput Monoceros, paulatim in Draconem conversus, aliáque plurima inusitatæ figuræ, & magnitudinis animalia. Arsit in celsa rupe arx duobus cincta exercitibus, & visa est integra regio frequentibus oppidis, arcibus, & vicis referta. Sed mox totus tractus in quo hæc steterant igne correptus conflagravit, & ruinas vastæ terræ stagnum amplissimum obruit, extantibus tantum turribus in loco, in quo antea magna illa urbs apparuerat. Ad ripam lacus grandis camelus bibenti similis constitit. (1) Hæc ille. Quæ tanto apparatu scena eo tempore à Superis instructa est, quando adhuc bella cum Turcis vigebant, instabant cum hæreticis in Germania. Urbs illa super quam Crux, Romana jure habeatur Ecclesia, ab utróque hoste violata, Arces cum regione & oppidis, quæ igne correptæ hæreseos, in imperio periêre & submersæ sunt, præter veteres Ecclesiarum turres nihil ostentant. Quemadmodum Leones Draconésque & Apri, ex Germania & septentrione, ad hanc cladem concurrerint minimè obscurum est. Monoceros in Draconem versus, Ecclesiasticus principatus deficiens censeri potest. Imperatorium caput sine corpore

(1) *Turbatio Europæ ab hæreticis & Turcis.*

pore viderunt, qui deficientem à Carolo exercitum perfidum & hæresi jam corruptum cum Mauritio Duce conspexêre: Leonem coronatum truncavit Gallus; quando cum Metis, tres Episcopatus sustulit. Camelus ad lacum innundantem bibit, quando Turca tot terras hæresi primum mersas tenuit, adhuc ceteris nondum siti extincta imminens. Cetera Lectoris judicio in cælestibus his picturis evolvendâ relinquam.

Superior tamen imago, quæ ursum & leonem superveniente componit Aquilâ, videtur atrox illud bellum, inter Joannem Basilium ferociſſimum simul & victoriis elatiſſimum Ducem Mſchorum, tum deinde magnum Livoniæ Magiſtrum imparem quidem tanto hosti, sed cum Polonicæ ſeſe Aquilæ submitteret, defensum proponere: nisi mavis Albertum intelligere Brandeburgicum utſi inſtar omnia latè in Germania vaſtantem, cujus demum furorem Saxonicus Leo objectus preſſit, & Aquilâ interveniens Cæſarea, à Gallo confederatiſq; abſtractum, utcunque compeſcuit, donec à Brunſvicenſi victus ſuccumberet, totaque illius vis evaneſceret. Camelus & Lupus Leoni occurrentes, haberi poſſunt Turcæ & Tranſilvani Ungariæ incumbentes, quibus Ferdinandus Rex occurrit, Cæſaris Caroli ope fretus. Ut ut ſit, in his Superi emblematibus imminentes Germaniæ calamitates non vanâ conjecturâ adumbrarunt. XXX.

Sic & magnorum fatis Principum non raro Deus figuratis imaginibus, aut alio quodam ſigno præludit. Joannis Saxoniæ Ducis & Electoris mortem hæc ſymbola indicarunt. Arbor marcida atque everſa primò eminebat; deinde expeditus eques, qui truncatam ramis arborem præ ſe ferret: tum magna & atrâ crux in nube denſa: tandem ex ea horribile fulmen ingenti ſonitu excuſſum eſt. (1) Ita Schottus l. cit. Apud quem & Nierembergius lib. 1. de mirac. natur. in Europa c. 53 ait, quod in quodam Monaſterio Galliæ S. Mauritii dicto, tot in quodam ſtagno ſint piſces, quot in clauſtro Monachi, quorum ali-

(1) *Mors Principis.*

(1) *Mors religiosorum.*

quo ægrotante, supernatet & piscis quispiam infirmus, qui illi morituro præmoriatur [1] Est hoc Monasterium ad flumen Rhodanum in finibus Sequanorum, resque plurium testium, etiam oculatorum, fide constat.

XXXI. *Rarii humanæ fragilitatis exempli.*

Absolvam hoc caput hujus ætatis clarissimâ imagine, quâ Deus instruere illustris familiæ hominē, ac de fatis imminentibus erudire voluit. Utar ferè autoris P. Georgii Stengelii *de ovis Paschal. Embl. 7.* verbis. Novi ego familiariter, inquit, in Alsatia nobilissimi nominis & familiæ hominem, qui se, quietis gratia, à meridie in torum reciperet, jubebat in mensa statui crystallinum calicem vino rubro punicantem; ut à somno siccior illicò se posset haustu præsenti refrigerare. Hic mos illi erat quotidianus, aliquando igitur integris sensibus, & valetudine prorsus vegeta accubuit; ubi, nescio quæ, hominem subiit cogitatio de æternitate, quæ eum non siuit obdormiscere, cum hac cogitatione dum luctatur, atque ante oculos positum vitreum scyphum animo nolente identidem contemplatur, scyphus repentè, nullo attingente, velut ictus, sonat, & sponte sua medius dissilit, vinumque in mensam effundit, (2) territus inexspectato spectaculo dominus, tintinnabulo, quod pone stabat, dat signum. Adsunt famuli, quærūt quid velit; quibus trepidâ voce, rem uti evenerat, recenset, additque ita vitam suam quemadmodum vitrum rumpendam, animamque vini instar effundendam, solantur illi, tristem cogitationem abjicere jubent, vitium in vitro fuisse, quo ex oculis submoto, aliud vino plenum substituunt. Verum ille eâdem cogitatione defixus, ratusque bono se genio de imminenti morte admoneri, alterum hoc vitrum claro sonitu rumpi, vinumque in mensam evomere conspicit. Major ergo quàm prius hominem invadit cōsternatio, vocat famulos, vocat uxorem, mandatque, ut actutum Bruntruto advocent, animæ suæ medicum: nam de corpore actum esse, non secus ac de vitro jam altero prodigiosè utique fracto. Uxor ubi

(2) *Vitri fragilis.*

fustra

frustrà delirantis tristitiæ vanitatem esse monuisset, denique appromisit se Patrem Societatis consuetum advocari curaturam. Interim tertium, ante exploratum scyphum, ne quod vestigium læsionis esset, reponi jubet. Inanem tamen viri imaginationem arbitrata, Confessarii curam omittit, dominus verò peccatis per digitos, memoriæ causa, digerendis intentus, tertium denique (quis digitum Dei non agnoscat?) vitrum dissilire vidit. Moxque per Superos attestati vocatam conjugem, & servos, ut confessarium quantocyus accersant, modicum sibi temporis superesse quo saluti suæ prospiciat. Nondum persuasit domesticis: ita mundus omnia facilius credit, quàm sua pericula. Sic dies in vesperum extracta. Crepusculum diei, fuit & crepusculum vitæ: nam ad primam faciem mirificè cœpit pallere, segnius & vena micabat, ac vires in momenta singula deficiebant. Ergo tum demum uxor equos mittit expeditos & quanta posset contentione jubet famulum celerare. O quam occulta sunt Dei judicia! Itinere, alioquin non admodum longo, neque erroribus expósito, in media, quæ interjacet, silvula tota nocte vagatur, dum interea mediâ jam nocte herus funus fuit. O non fortuna tantum, sed & vita mortalium vitrea. Discant ex hac imagine cautius suæ saluti consulere, qui eâdem se natos sorte non ignorant, ut aliquando moriantur.

CAPUT XII.

De somniis, &, an homines per ea, tanquam figuratas imagines, instructi fuerint.

AD somnia progredimur, ut, cum receptâ veterum recentiumque opinione, alia ex his vana, alia rerum latentium significativa reperiantur, exploremus, an non symbolicis ænigmaticisque figuris Romani I. *Quâ ratione ex somniis*

de futuris per imagines eruditi sint.

ris nos somnia erudiant. Quibusdam somniis per objectas nobis imagines vera repræsentari persuasum antiquis fuit. Romani oblata de rebus publicis somnia, fidem rerum abditarum facere, ac minimè vana esse credebant, *ut Rosinus l. 2. c 2.* quocircà solenni victimarum expiatione prævià, lotoque vivo in amne corpore; aut Onirocritæ, seu interpreti somniorum, illa; aut certè Diis penatibus enarrabant, ac postridie publicè civibus vulganda præconi offerebant. Captabantur verò etiam somnia, cùm se non offerrent in delubris templorum, juxta illud Virgilii *lib. 8 Æneid.*

—— Huc dona Sacerdos
Contulit, & cæsarum ovium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit. [1]

(1) Cognitio futurorum captata.

Ut proinde sacrificio prævio victimarum pellibus incubantes somnia exspectasse videantur. Antiquissima porrò hæc divinandi de futuris ratio, neque autoritatem graviorem habet, neque laudem approbationemque majorem, quàm quæ à Josepho Patriarcha petitur, de quo Trogus Pompeius *apud Iustinum l. 37. Deportatus in Ægyptum Ioseph, cùm magnificas sibi artes solerti ingenio percepisset, brevi ipsi Regi percharus fuit, nam & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiam condidit.* quanquam C. Plinius *l. 7. c. 57.* Deucalionis filio Amphyctioni, Pausanias in Atticis Amphiarao vati, Tatianus Martyr Telmessensibus Lydiæ populis primam somniorum interpretationem tribuant. Verùm tamen non omnibus credendum somniis antiqui censuêre. Hinc de divinatione Cicero inquit, *Cum animus languore corporis, nec membris uti, nec sensibus potest, incidit in visa varia, & incerta ex reliquiis inhærentibus earum rerum, quas vigilans gesserit.* Virgilius *lib. 6. Æneid.* ut vera somnia à vanis distinguat, ita canit:

Qua vera qua falsa censeantur somnia?

Sunt gemina somni porta, quarum altera fertur
Cornea, quâ veris facilis datur exitus umbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto;
Hâc falsa ad superos mittunt insomnia Manes.

Nimirum per corneam portam immitti fingebant in

ani-

animum vera somnia, quòd pellucida cornuum natura sit, inquit Macrobius *in somnio Scipionis lib. 1. c. 3.* & visorum simulacra exprimat; per eburneam verò portam vana subire dicebant, quòd ebur solidum ac minimè sit pervium imaginibus.

II. Verùm hæc Poetarum de somniis somnia, nos in iis veritatem, siqua latere potest, scrutamur. Quocirca distinguenda cum eodem Macrobio erùt somniorũ genera, in ὄνειρον, ὅραμα, χρηματισμὸν, ἐνύπνιον, φάντασμα: quorum duo postrema nihil divini continent, siquidem ἐνύπνιον à vigilantium curis noctu recurrentibus oritur, Juxta illud *Claudian in præfat. ad Honor.*

Omnia quæ sensu volvuntur vota diurno,
Pectore sopito, reddit amica quies.

φάντασμα ab humorum qualitate provenit, cujus generis est Ephialtes (1) homini velut gravissimo cum onere incumbens, tum deinde insomnia, quibus noctambulones, non aliter sopiti, quàm vigiles circumaguntur, ridiculis sæpè exemplis quale Ruræmundæ, dum illic pro studiis agerem, ancilla ad forum dabat: quæ intempestâ nocte, tabernam mercesque venales explicabat, ac per extremos ædium parietes tenuibus extantium lignorum adminiculis nixa, summas ædes, quod vigilans nequiisset, (ad quem, nescio, laborem) conscendebat. Sed has imaginum in somno species hoc loco rejicimus. Ad illa, quæ divinationem continent, properamus. In his ὅραμα rem, prout contingit, nudè simplicitérque per imagines proprias objcit. Ita Petitius Navarchus, *ut Alexand. l. 3. c. 26.* in Ægæo navigans in somnis vidit Cn. Pompeium à Cæsare profligatum, obsoletâ amictum veste orantem ut se exspectaret. Et Q. Catulus *ut Xiphilin. in Augusto*, vidit Jovem in somno adolescenti Octavio insignia Romani deferre imperii, χρηματισμὸν oraculum est dormientibus oblatum, sive voce vivâ, sive notis. Ita Ædesio Cappadoci Philo-

(1) *Torporis imago.*

sopho, *ut Eunapius in ejus vita*, ancipiti curâ de vitæ instituto fluctuanti, oraculum versibus editum, &, ne memoria defluetet, levæ etiam manui inscriptum,

Parcarum in genibus, fatalia pensa trahentum,
Sors tibi stat vita, si degere in urbibus, inque
Catibus est animus, famâ super æthera vives, &c.

Reliquum est ultimum genus somniorum ὄνειρος dictum, quod non per species rerum proprias, sed aliis in formis ac per imagines rerum figuratas, veritatem proponit, atque hoc solum est de quo præsenti tractatione inquirimus. Cùm nos Superi pictis non erudiant in tabula imaginibus, quibus, velut in symbolis ænigmatibusque, abditarum rerum sensus communicent, habent tamen vim quandam artemque pictoriam, quâ vivaciori longè colore lineamentisque expressioribus animo figuratas hasce imagines subjiciant, quando videlicet in phantasia, sive animo etiam humano, velut in tabella, rerum figuratè significantium species clarissimas exprimunt, ceteris interea sensibus, somno obligatis. Ita evenisse celeberrimo juveni Josepho Patriarchæ pluribus exemplis tenemus, sidera illa cœlestia sibi vidit inclinata (1) & manipulos fraternos suum devenerari. (2) Ita pingues Pharao spicas bovesque, (3) ac deinde macilentos (4) conspexit. Ita in carcere pincerna regius, mustum sese in Pharaonis exprimere calicem, (5) alter pistor aves sese pascere somniavit. (6) Ita denique Nabuchodonosor statuam illam, quadruplici metallo conflatam, atque ex lapide deciduo imminutam, [7] per somnium intuitus est. Sed tam explorata hoc loco non prosequor. Ex reliquis omnium penè seculorum historiis nonnulla exhibeo cùm symbolica, tum ænigmatica.

(1) *Superiores inferiorem venerantur.*
(2) *Multi pares sui similem colunt.*
(3) *Annona copia.*
(4) *Annona caritas.*
(5) *Regius favor.*
(6) *Supplicii & pœna mortis.*
(7) *Cælestis potentia mundanam conterit.*

Ante omnia tamen observandum, non eam semper aut significandi vim figuratis ejusmodi somniis, certitudinemque veritatis subesse: tum quòd à naturalibus persæpè causis ortæ, casu magis, quàm intentione regantur: tum à Dæmone, mendaciorum fabro, non ratò ad fraudem componantur: tum denique

nique quòd perito ac gnaro interprete destituantur.

Fuerunt tamen olim atque etiamnum sunt, qui ex figuris quibuslibet penè somniorum, superstitiosa interpretatione, abditam veritatem de re futura conantur elicere, horum decreta ne omninò ignoremus, Versibus quædam ex Hadriano Junio Medico deprompta subjicio, magisque symbolographis digna expono.

Celare noli somnium quando liquidum est.
Pigrè moveri, semitam duram facit:
Actus secundat somnies si currere.
Calcare prunas, noxiam signat gravem. (1)
Botros edere notat madores imbrium.
Ficus edere, cavilla scurrarum notat. [2]
Si somnians ridebis, angor te premet;
Sed si fleas, repleberis tunc gaudiis.
Succendi ad iras, hoc acerbum est somnium.
Petra insidens stabili, bonam spem concipe. [3]
Fluvius inundans (4) *hostilem incursum notat.*
Æquor serenum mare, faustum est somnium.
Æquor natare turbidum (5) *angores notat.*
Aurum tenere somnians, (6) *voto excides.*
Claves tenens (7) *ab hoste periculum cave.*
Iactura certa est, passer evolans manu: (8)
Tenens columnam, (9) *numinis speres opem,*
Votum obtinebis, si manu accipitrem premas. (10)
Accipiter evolans malum adfert Principi. (11)
Claves tenere, (12) *stabile fœdus indicat.*
Remoram notant flagella torta vitium. (13)
Se eluere totum, (14) *exterminat curas graves.*
Latos pedes habere, (15) *portendit malum.*
Viam ingredi nolito, (16) *succiso pede.*
Inglorius eris te ustulatum somnians. (17)
Curis eris liber necem si somnies.
Volare successum rei latum notat. (18)
Præsagiunt pugnas hostiles, basia.

(1) *Scelus admittere.* (2) *Obtrectatores pati.* (3) *Spem concipere ac fiduciam niti.* (4) *Hostilis incursus.* [5] *Angi animo.* (6) *Voto frustrari.* (7) *Periculū ab hoste* (8) *Spes frustrata.* [9] *Fiducia in Deū* (10) *Voti cōpos.* V. (11) *Infortunium Principis.* (12) *Cōcordia, Pax fœdus.*

Lib. I. K 4

(13) *Impedimentum.* (14) *Curas deponere.* (15, 16) *Infelix iter.* (17) *Inglorius.* (18) *Successus felix.*

(1) *Nuntius mali.* *Est ominosa res atros videre equos.* (1)
(2 *Nuntius boni.* *Albos equos videre,* (2) *faustius nuntius.*
Signant periculum ab haste vesparum agmina.
(3) *Honor, gloria, fama.* VI. *Videre lumen,* (3) *res loco in claro notat.*
Pelagus quietum cernere, (4) *est omen bonum.*
Fremitus maris (5) *negotii turbas notat.*
[4] *Pax, quies.* *Magnam fovet spem regiâ indutus stolâ.* (6)
(5) *Bellum, inquies.* *Disrupta vestis* (7) *curarum fascem eximit.*
Præcisa zona, (8) *celeriter expedit viam.*
Damna in negotiis coma abrasa indicat. (9)
(6) *Spes magna.* *Discrimen ingens crinium casus notat.* (10)
Tentus manu ensis augurat prælium.
(7) *Cura amota.* *Confringere enses,* (11) *hostium stragiis nota est.*
Tonitrua somni nuntiorum dicta sunt.
(8) *Festinatio.* *Qui se senem videt,* (12) *manet eum dignitas.*

Addunt alii speculum per somnum intueri, (13) aut in aqua contemplari [14] faciem, inter mortuos cernere fratres aut sorores, (15) vitam denotare longam. Capillitio privari caput, (16) aut somniare nuptias, (17) mortem indicare propinquorum. Idemque extractum dentem aut amissum signare oculum.

[9] *Dānū leve.*
(10) *Periculum ingens.*
(11) *Hostiū strages.*
(12) *Dignitas, autoritas.* VII.
(13.14.15) *Vita lōga.*
(16.17.18) *Mors propinquorū.*
(19) *Mors.*
(20) *Longa vita.*
(21.22.) *Lucrum.*
VIII.
[23] *Iactura.*
(24) *Injuria.*

(18) Leporem vidisse mortem portendere. (19) Ferrum tractare, longam vitam. (20) Apes captare, lucrum, (21) uri & boves arare. (22) Aves intrare domum, [23] jacturam. Musças videre, [24] injuriam. Serpentes interimere, (25) victoriam. Oleo perfundi. [26] felicitatem. Fornaces ardentes, peregrinationem; domorum incendia, infamiam. Manus mundare, molestiam. Agnos pascere, dolorem; vela cernere, malum præfigurare.

Hæc tamen facilè ridebunt ei, qui naturales somniorum causas expenderint, quæ vel incorporeæ sunt, atque ex curis, cogitatis affectionibusque amoris aut odii præteritis pendent, aut certè corporeæ, vel extrinsecæ nobis; ut cibus potusque est, is comprimis qui caput petit, atramque bilem generat, vel intrinsecæ, ut sunt humores corporis. Ita sanguinei jocos, amœna loca, sanguinem, purpuram, volatusque som-

(25) *Victoria.* (26) *Felicitas. Somnia aliis alias*

que somniant. Pituosi aquas, imbres: natant, mergunturque. Bile flavâ exundantes, ignes, pugnas, victorias somniant. Melancholici, atra bile pressi, luctum, carceres, funera, timoresque fingunt. Unde ex his certa de futuris conjectari velle, omninò frivolũ. Sunt tamen in superioribus multa quæ symbolica sunt, non quidem vi somni, verùm rei ipsius naturâ. Ita muscæ contumeliosos, serpentes hostem designant, dens aut oculus amicum, lepus timidum exhibet. Verùm hæc in somno occurentia, nihil certitudinis adferunt, ut expertus ille est, qui postquam per oblatum somnium visus sibi esset in aquilam transformari, (1) interpretem de certaminis Olympici eventu scisciturus adiit, qui subitò; vicisti, inquit, ista enim ave nulla volat celerius: alter consultus. Tu verò, inquit, te victum non intelligis? aquila enim aves ceteras insectans ipsa postrema est. Ita alter visus per somnum quadrigâ vehi, (2) cùm Olympia cursor aditurus esset, conjectorem adit, qui respondit victorem fore; hoc enim celeritatem & vim equorum designare; alius omnia secus interpretatus. Vincaris, inquit, necesse est, an enim non intelligis ante te quatuor cucurille? De Pompejo accepimus somnio motum esse ut decretorio fataliqúe sibi prælio cum Cæsare decerneret. Sedente enim sibi in theatro plausum à toto dari populo (3) imaginatione nocturnâ finxerat, quod malè ad spem eventumque victoriæ deflectebat, & Darius ante postremum cum Alexandro conflictum per somnum viderat exercitum Macedonum flagrantem [4] & Alexandrum Persicâ indutum veste Babylonem templúque subire, ac mox evanescere. [5] cùm ille per flammas Macedonum exitium, per vestem Persicam Alexandrum suæ potestatis factum intelligens, perelitari fortunam ausus, interiit, Alexandri militibus ardore pugnandi gloriaque succensis, Alexandro triumphantis specie in luxu Persico Babylonem subeunte. Julius Cæsar *ut Plutarchus in Cæsare*, pridie quàm interiit, noctu sibi visus est supra nubes volare, ac

objiciunt imagines, pro cõplexionum naturaliũ varietate.

Eadem imago oppositas quãdoq; explicationes parit.

[1] *Victoria.*

(2) *Triũphus.*

IX.

(3) *Mũdus fallax.*

[4] *Fortis ardensque miles.*

[5] *Mundi vanitas. Regum fulget inanis.*

(1) *Ambitio multos præcipitat.*

ac Jovi manum jungere,(1)& Cambyses frater Smerdis ex solio existimans se vertice cœlum attingere, morti, non honoribus spectatis prælusêre, suo propediem Jovi ejusque cœlo inserendi. Ita Xerxen. *ut Herod. l.7.* exercitum in Græciam ducentem fefellit somnium, in quo se oleâ coronari videret, cujus ramis orbis universus obumbraretur. (2) quâ cum illi ad imperium stabiliendum pax suaderetur, ipse ratus victoriam triumphumque de hoste portendi, malo consilio bellum adiit.

(2) *Pax bello præferenda.*

Ex quibus somniorum vanitatem facilè coargues. Quod tamen non impedit, quò minus inter symbola, aut ænigmata ejusmodi per somnum objectæ imagines censeri debeant, solum evincitur, peritum iis interpretem defuisse. Neque enim illa à Josepho exposita somnia ejusmodi sunt, ut vanam aliorum interpretum conjectationem non admittant, habentq; illud ipsum symbola, atque ænigmata non pauca, ut plurium, ac subinde oppositarum sententiarum expositionem patiantur, quæ quo in loco in symbolica hac disciplina habenda sint, alibi videbimus. Illud monemus interea curiosum somniorum hominem, certa ab illis de complexione, valetudine, morbisque hominum argumenta non ratò à mediis peti. Unde Galenus *l.2. epidem. com.3.* ex insomniis humores in corpore redundantes peccantesque facilè cognosci asserit. Et Rhases *in 3.c. ad Alma. 204. Siquis*, inquit, *se volare somniarit, & invadere sicut accipiter; & capere, sicciatis monstrabitur recessus, atque humorum levitas atque subtilitas. Si quis se quasi ab aliquo aggravari somniat, repletione laborare ostenditur.* Et paulò post: *qui autem in somnis videt, quod quasi incedat per hortos bonum habentes odorem, aqualitas humorum significatur, & à putredine quod sint remoti. Per loca verò angusta, si quis se ambulare conspicit, instrumenta anhelitus gravem pati agritudinem demonstrant, quæ ipsi tantam aeris quantitatem attrahere vetant, quanta ei est necessaria.* Sunt igitur somnia symbola quædam Physica earum affectionũ,

Medici certa ex somniis discunt.

quæ

quæ in somniante reperiuntur, ac plerumque veluti effectus suum principium causasque designant. Cetera ferè ut diximus incerta, quæ ex naturalibus iis somniis eruuntur, tamen frustrà non adduximus, siquidem iis symbolographus ex vulgi sententia, licet superstitiosâ & erroneâ, non secùs quam reliquis antiquorum fabulis, aut etiam figuris hieroglyphicis ad animi sui sententiam, in ænigmate præsertim exponendam, uti poterit.

XI. *Somnia à causis extrinsecis liberis orta, sæpè occultam veritatem significant.*

Hactenus de somniis ex ipsa ferè natura subnascentibus; nunc de iis agendum, quæ à causis extrinsecis oriuntur: quarum duplices occurrunt, aliæ necessariæ, liberæ aliæ. Necessaria causa nonnunquam est aër circumfusus, qui suas cum homine affectiones communicat; tum cœlestium astrorum in hæc inferiora vis atque influxus: nam ut illorum præsertim virtute, alia in hoc mundo corpora in lapides & metalla, alia in plantas herbasq; molliores transformantur; ita negari ejus omnino vis in microcosmo homine non poterit. Quòd enim idem, integrâ licet valetudine, modò tristia adversaq; somniet, qui paulò ante lætis faustisque imaginibus oblectabatur, eur immeritò sideribus mutatoque cœlo affingas? Verùm cùm sidera ex intentione non agant, sed cæco more has phantasiæ imagines moderentur, nihilo plus quàm somnia ex affectione animi, corporisque proveniencia significabunt. De somniis igitur à causa libera procreatis, id est Deo vel angelo, in nostram imaginandi facultatem virtute suâ influente, restat inquirendum. Et verò in his formandis certum est, temerè casuque non influere, verùm ubi ejusmodi in animis figuras adumbrant, has inanes ac significationes vacuas non esse, ac licet ipse cacodæmon per subjectas phantasiæ imagines non rarò illudat, alienasque à vero species inculcet; idoneas tamen submittit adsea, quæ vult repræsentanda, ut proinde non ipsæ rerum figuræ; sed res exhibitæ falsæ ac decepto-riæ sint. Ita Xerxem fortasse oleâ coronabat, ut victoriæ cogitationem ac spem subjiceret; ubi Rex

non

non malè imaginem interpretatus, ex dæmonis etiam intentione fuit; in re tamen deceptus, pro victoria ignominiam turpiter victi incurrit. Sed & novitiis quibusdam somniatoribus ex Anabaptistarum fece, quos enthusiastas vocant, ita Dæmon non rarò imposuit, quorum deliria hic piget ex recentibus historiis repetere, una urbs Westphalorum Monasterium, una Holandorum Amstelrodamum plura ante sæculum ejusmodi somnia, quam ex caminis fumos vidit. Ceterùm, ut dixi symbolorum aut ænigmatum vicem obtinent; cùm etiamsi de rebus falsis, verè tamen repræsentent, & imaginum figuratam naturam non amittant. Quocirca exemplis nunc denique sine discrimine assumptis, nec de autore magnopere solliciti, rem propositam illustrabimus. Etenim à Deo quandoque sanctisque Angelis nos per imagines in somno erudiri, nemo dubitat, & Deus ipse Joelis capite 2. postquam promisisset suum se spiritum super omnem carnem effusurum, addit: *Senes vestri somnia somniabunt* [tanquam periti sapientesq; eorum interpretes] *& juvenes visiones videbunt*, sine ænigmate fortasse, ut faciliùs, rudes ceteroquin animi, comprehendant.

XII. *Per somnium omni Imaginum genere erudiri possumus.*

Variæ omninò sunt imagines somniantium, totidem videlicet, quot vigilantium, esse possunt, nam quibus hi symbolicè ænigmaticèque erudiri solent; possunt & illi: quare non tantum politica, historica, fabulosa, physica; verum & hieroglyphica & grammaticalia arithmeticaque objici, exemplis comperimus. Ita Alexander Mag. cum Tyrum urbem mensibus septem trrrâ mariq́ue ingentibus copiis operibusque circumsedisset, noctu illi per somnum Satyrus oblatus est, qui officiosè alluderet. hunc Alexander diu hac illacque subterfugientem consectatus, denique obtinuisse est visus (1) Consultus interpres expenso nomine, Satyrus inquit, σὰ τύρος est [quod *Tua Tyrus*, latino nobis sermone redditur] Fontis etiamnum, ait Plutarchus *in Alexand.* memoria est, ubi spectatus in somno Satyrus. Idem Rex eodem

(1) *Occupatio urbis Tyri.*

dem loci temporisque Herculem sibi è mœnibus Tyriorum manus offerentem invitantemque viderat, (1) non obscuro schemate urbis intercipiendæ. Non dissimile superiori est, quod Constanti Heraclii Imperatoris filio evenisse memorat *Cedrenus in vita Constantis*, ubi cum Abulanaro hostium duce classe decertaturus esset. Etenim per somnium se *Thessalonicæ* versari credidit, (2) quod cùm ipse ad victoriam referret, consultus interpres post consideratam vocem, hæc inquit designat: θὲς ἄλλῳ νίκην: *alteri cede victoriam*. Vera locutum eventus docuit. Multi parentes de futura suarum prolium sorte edocti sunt.

(1) *Ex fortitudine victoria.*

(2) *Spes victoriæ delusa.*

XIII.

Astyages, *ut Herod. l.* 1. ex ventre filiæ suæ vitem per somnum assurgere vidit, quæ totam Asiam obumbraret (3) Ira Mauritii Imperatoris patens, *ut Evagrius l.* 5. *cap.* 21. tempore conceptionis de cubili suo vitem amplissimam maturis uvis fecundam pullulare conspexit, (4) felici uterque eventu; cùm ex illa Cytus Rex Persarum Medorumque summus extiterit; ex hac celeberrimus orientis Imperator. Infelicius spectaculum Hecubæ Trojanorum Reginæ fuit, quæ prægnans facem, *ut Sabel. l.* 1. *cap.* 1. sibi parere visa fuit, unde Europa Asiaque flammas arsura conciperet: (5) nec multò post in lucem profudit Paridem, infelicem Helenæ raptorem & patriæ eversorem. (6) Mater Attilæ Hunnorum Regis, *ut Bonfin. l.* 3. *dec.* 1. per somnum Martem vidit filio suo deferre gladium, quem ille postea in totius Europæ excidium vertit. Socrates in somniis Platonis discipuli eximiam sapientiam prævidit, *ut Pausan. in atticis*, nam pridie quàm à patre adolescens in ipsius disciplinam traderetur, candidum cygnum per quietem suum in sinum advolare, dulcique aerem concentu implere admiratus est. [7] quod somnium, ut puerum conspexit, non ignarus futurorum exposuit.

(3; 4) *Imperator nascituris. Natalis felix.*

(5) *Natalis orbi infelix.*

(6) *Natalis bellicosi Tyranni.*

(7) *Sapientia Philosophorum.*

XIV.

Recentius, neque admirandum minus, *ut Saxo Gram. l.* 1. quod Hadingo Danorum Regi per somnum obvenisse memorant. Defunctæ conjugis speciem quiescenti objecta, ita cecinit:

Bellua

Belluà nata tibi est, rabiem domitura ferarum,
Quæq; truci rapidos atteret ore lupos. [1]

Et post pauca subjunxit:

Fac caveas ex te nocuus tibi prodiit ales,
Felle ferox bubo voce canorus olor. (*) (2)

Consulti Onirocritæ, per belluam filium, per avem filiam designarunt, & illum quidem hostibus, hanc patri metuendam. Nec fefellit vaticinium, siquidem filia, Ulvilda nomine, privato cuidam Huthormo denupta, maritum in parentis cædem concitavit, præfata se Reginam, quàm Regis filiam haberi malle, verùm is in ipso facinore ab Hadingi stipatoribus occupatus malè interiit. Demosthenes Oratorum Græciæ princeps, *ut Plut in Demost.* infelicem exitum sibi per quietem imminere præsensit, eo tempore, quo Athenis per Antipatrum Regem occupatis, ipse supplex Calauriæ in Neptuni delubro lateret. Visus enim est sibi in Tragœdia exhibenda adversus Archiam certare; sed apparatu & sumtuum inopiâ coactum denique cedere [3] neque multò post Archias Dux Antipatri adfuit, ac suadere Demostheni contendit, se ut ad Antipatrum sequatur. Verùm Demosthenes ad somnium alludens; nec histrio, inquit, me movisti; nec movebis promissor. mox extracto clam ex calamo ad stomachum veneno expiravit.

XV. Philemon Comicus *ut Ælian. in l. de provid.* morti jam centenarius propinquus erat, cùm in somnis novem è domo Virgines excedere videt: [4] nec multò post Comœdiæ scribendæ intentus, ultimum actum vitæ egit, Musas abeuntes secutus. Socrates moriendum sibi existimavit, postquam in somnis hunc versum Homericum excepisset, *Laërt. in vita.*

Ad Phthiam venies simulac lux tertia surget. [5]

Tertiâ sibi post luce moriendum putavit: nam licet amici suaderent, ut Phthiam, quæ erat Achillis patria, confugeret: ipse tamen φθίημ ἀπὸ τοῦ φθινέθαι deduxit

(1) *Bellicosus.*

(*) *Exprimatur in imagine bubo olorino collo.*

(2) *Perfidia.*

(3) *Victum succumbere.*

[4] *Mors docti.*

[5) *Mors sapientiæ.*

deduxit, ac tertio post die, hausta in carcere cicuta interiit.

Ericus 3. Danorum Rex, *ut Saxo lib. 14.* ex freto Scleſvicensi Selandiam petiturus, cùm navem subiisset, Navarchum audivit somnium exponentem, quo credidisset equo se insolenti inter montium juga vectari, abripique, ac denique inter opaca vallium relictum, (1) noctuarum unguibus laniari: quod Rex de navi, velut ligneo quodam equo, cujus præcipiti impetu ad interitum rapiendus esset, interpretatus, hominem deseruit, atque in aliam transgressus navem, pereunte dein alterâ, servatus est. Tragicomicum est, quod Petrarcha accidisse Patavii, ad vetus D. Justinæ templum, memorat. Somniaverat nonnemo à marmoreo sese leone morderi ictu letali: quod dum eo loco transiret, sociisque cum risu nocturnum ludibrium exponeret, ecce, inquit, leonem [erat is in templi vestibulo lapideus] cujus morsum noctu horrui, simulque inserta in oris hiatum manu: experiundum, ait, num dentes figat; cùm tactus in recessu marmoris scorpio vulnus letale dexteræ inflixit. [2] Quis jam mortem non metuat, si hæc etiam locis securissimis occurrat?

[1] *Naufragium imminens.*

[2] *Inopinatum malum.*

Cornelius Gesnerus, *ut Iosias Simlerus in ejus vita,* cùm in somnis à serpente morderi visus esset, [3] pestilentiâ se interiturum, paucis ante luem mortemq; mensibus, non vanè est auguratus. Polycarpus. D. Joannis Apostoli discipulus, *ut Vulgosus l. 1. c. 5.* cùm per quietem pulvinar nocturnum cui incumbebat flammas concepisse videret, [4] flammis sibi pro Christo moriendum prædixit. Olavus Rex Norvegiæ sanctissimus, *ut Crantzius l. 4. Metr. c. 8.* à Canuto Danorum Rege ad necem quæsitus, suis in Castris non imparatus, hoc per somnum spectaculo fruebatur. Scalam de terra ad cœlum usque penetrare videbat, seque per illam in altum conniti, ac denique ad ipsas cœli januas pertingere, quas cùm sibi recludendas sperat, (5) supervenit qui somnum visionemq; discussit,

XVI.

[3] *Pestis mortifera.*

[4] *Mors in rege.*

(5) *Mors ad vitam aditus.*

sit. Utinam Rex, inquit, tantisper moratus esses, dum exspectatum mihi locum penetrare licuisset; sed enim Canuto ad hanc rem opus erat, qui brevi post adfuit, victorque Olavum in acie trucidavit. Ridiculum pene est somnium, quod filia Polycratis Samiorum Tyranni, mortalium in vita felicissimi spectavit, *ut Herodot.* 1. hæc per quietem vidit parentem in aera sublimem elevari, quem deinde Jupiter lavabat. Sol de cœlo inungebat. (1) Quis non felicissimum tam fortunato homini illud Deorum obsequium existimaret? territa tamen spectaculo filia, jam abiturientem ad Oretem Cambysis Præfectum detinere conata est. Sed hic ultimum vitæ fortunatæ actum clausurus infeliciter, abiit, atque in crucem sublatus, Jove pluente, & Sole irradiante perfusus est.

(1) *Mors in patibulo.*

XVII. Obscurius, magisque etiam ænigmaticum illud est, quod Cimoni Atheniensi, *ut Plut in ejus vita*, contra Persas expeditionem molienti objectum schema est. Canis irata ipsum allatrare est visa, & vocem deinde ex humana, & canino latratu confusam edere.

Vade mihique, meis catulisque, (2) futurus amicus.

(2) *Hosti per mortē conciliamur.*

Hoc tamen ænigmatum evolutor Astaphilus Possidoniates ad mortem Cimonis interpretatione convertit: Siquidem canis, inquit, homini, quem allatrat, inimica est, inimico autem tuo nihil carius esse poterit, quam mors tua. Morieris igitur, sic enim Medo hosti, ejusque subditis, gratus & amicus eris, nec vanus augur fuit: nam Cimon haud multò post in obsidione Citii periit. Ptolomæum Ceraunii, Ægyptium Regem, *ut Plut de tarda Dei vindicta*, amici per quietem à Seleuco Asiæ Rege in judicium trahi videbat, lupis & vulturibus judicatibus, carnesque partientibus (3) nec multò post à Galatis interfectus inter cetera cadavera vulturibus ac lupis præda fuit. Nimirum Superi magnorum nobis casuum fortunam non rarò in vita explicant, non inanibus rerum futurarum ideis, sed nimium præsentium securis, adeoque imperitis, de ventura sorte, conjectoribus: & quanquā malorum

(3) *Mors publica in campis.*

lorum plerumque ; sæpe tamen & bonorum imminentium commonefaciunt. Pompejus Columna à Prospero patruo ad Cæsarem Maximilianum I. in Belgium mittendus, amicis licet vehementer improbantibus, nocturno viso est confirmatus, *ut Iovius in ejus vita.* Nam vidit per quietem sese in palæstram deduci, atque illic fesso, victorique pampineam coronam, cum Julianæ uvæ racemis, imponi à Virgine gigantea, (1) certaminis judice. Nec aberravit imago, cum Cæsari deinde gratissimus, & Romanæ sedi commendatus, dignus Ecclesiæ visus fuerit, qui purpureum Cardinalium galerum ferret. Rollo Dacus, *ut Polydorus lib. 5. histor.* qui Normannos ex Anglia in Galliam transtulit, se elephantiasi correptum somniabat, ac peragrato Gallici littoris oceano, fonte illic cujusdam montis purgatum, cujus deinde verticem incolumis attigerit, ad pedem montis varias aves flumine lotas nidulari (2) conspexit. Elephantiasin nonnemo onirocrita vanam Deorum superstitionem, quâ etiamnum tenebatur, est interpretatus, quam deinde baptismatis fonte eluere t. Aves flumine lotæ, erant Normanni ab oceano illuc sedem translaturi. Antigonus Rex *ut Plutarchus in Demetrio*, cùm per somnum visus sibi esset, auream sementem latissimo campo dividere, ac supervenire postea Mithridatem Ariobarzanis filium, qui subnatam demeteret segetem, (3) hunc cædi destinabat ; sed Demetrius Antigoni filius æqualis sociusque Mithridatis, quamvis parenti fidem silentiumque jurasset, tamen Mithridatem, hastâ in terram inversâ, his verbis exaratis, monuit. *Fuge Mithridates.* Subduxit ille se in Capadociam, unde armis deinde Antigonum agressus, regnum in ponto celeberrimum auspicatus est. Hujus felicitas alieno somnio constitit. Marci Antonini Philosophi proprio *ut Dion Nicæus*, hic enim priusquam Imperator designatus esset, humeros se eburneos manusque in somno habere credidit, dignus qui postea eburneâ Imperatorum sellâ aut statuâ donaretur. (4)

(1) *Honores raros consequi.* XVIII.

(2) *Ethnicus Princeps cum suis baptizatus.*

(3) *Alienas opes occupare.*

(4) *Honores novos mereri.*

XIX. Quanquam remota hæc mihi nimium imago videatur, quæque vix interpretem alium præter vatem admittat, cujusmodi & illa est, quam per soporem habuit, *ut Cicero in lib. de divinit. 2.* qui ex lecti cubicularis fascia pendulum ovum conspexerat: de quo rogatus conjector; monuit thesaurum eodem loci, sub lecti sponda abditum, quem & reperit, ovi specie latentem, felix somniator, auro inter argentum ceu vitello inter albumen reperto. (1) qui cum deinde conjectori gratitudinis ergo argenteos aliquot nummos submitteret, aurum repertum dissimulans. Nihilne, inquit ille, de vitello? Quæ quidem similitudo quanquam remota adeoque ænigmatica sit; est tamen perquam idonea. Ratior tamen illa, ac toto diversa genere, quæ Hippocrati Coo Medico per fictas personas visio objecta est, hic, Abderitis postulantibus, Democrito insaniâ, ut putabant, laboranti, remedium allaturus, viam parabat: cum Æsculapium serpentibus, pyxidibusque mediis vallatum adesse conspicit, quem pro subsidio compellarum, respondere credidit: Nihil in præsens illo opus esse, hanc tantum comitem Deam acciperet, conversus mulierem augustâ staturâ radiantibus micantem oculis intuetur, quæ Αλήθειαν se diceret, prævia ad Democritum comes. alia deinde se obtulit, Δόξαν vocabant, quæ audaciori vultu Abderitarum se esse sociam asserebat. (2) Unde intellexit Hippocrates. *in Epistola ad Philipæmen.* rebus se mediis sen Æsculapii ope apud Democritum non egere, in cujus rei testimoniū veritatem acceperit à Deo comitem, cùm opinio morbi tantum Abderitas teneat. Ita Hippocrates ipse exponit. Verùm cur non intelligamus Abderitas, Democriti disciplinæ parum capaces, malè arbitratos insanire Philosophum; (3) cùm solâ opinione sapientiæ ipsi ducti, Democritus contra veritate instructus fuerit?

(1) *Thesaurus.*

(2) *Morbus simulatus.*

(3) *Sapientia pro stultitia habita.*

XX. Nimirum vix aliquam imaginem licet à Geniis immaterialibus in animo nostro adumbratam, in determinatæ finitæque significationis reperies, quam inscriptio-

inscriptione omni demptâ ad plura designanda non inflectas, de quo alibi disertius. Hic sufficerit aliquot cùm symbola, tum ænigmata sublimiori pleraque ingenio, nec mortali penicillo depicta considerasse, quibus tantum memorat *Suetonius in vita*, studii fideique adhibuisse Cæsarem Augustum, ut ex nocturno visu quotannis, neglectâ imperatoriâ dignitate, à populo stipem mendicaret, cavamque manum assem portigentibus tendere. [1] Sed tam superstitiosas harum imaginum exploratores non requiro, nec aliter somnio, quam depicto in tabula ænigmati, sensum fidemque applicandam moneo, in quo utì sæpe inventorem solum ejus significandi vis non latet; ita in objectis etiam per somnum imaginibus veritas plerumque Superis explorata tantum est, dum, suo denique eventu, res occultæ apud homines lucem accipiant, atque ænigmati imitatione à nobis effingendo, serviant. Quanquam nec illa plerumque obscuritate Deus homini objiciat somnia, ut ignorari eorum vim sensumque velit: cùm ad eruditionem virtutisque persuasionem illa fere adhibeat; ut iccirco etiam Joëlis c. 2. 28. postquam dixisset super omnem se carnem spiritum suum effusurum, illud velut singulare favoris sui in illos argumentum adjecerit: *Senes vestri somnia somniabunt, & juvenes visiones videbunt.* Quocirca illa quæ ad sapientiam pietatemque te aliosque ducunt somnia, à Deo esse intelliges; quæ ad vanitatem à malignis geniis subjici, non dubitabis, uti & illa quibus prodigiosè somniantibus illuditur. Ita Genucio Cippo Romano post spectatam taurorum pugnam vi somnii enata de fronte cornua asserunt. [2] quanquam Val Max. *lib.* 5. c 6. id porta egredienti evenisse dicat, responsumque oraculo Regem fore; si in urbem revertisset Verum exilio se damnasse, & cum effigie ærea memoriam sui in porta reliquisse.

(1) *Superstitio.*

(2) *Cogitationis veneres turpitudo.*

CAPUT. XIII.

De ritibus ac ceremoniis sacris figuratè significantibus.

LAtius sese hæc disciplina extendit, ac inter quotidianos hominum usus præclarè versatur, monet, erudit. Sacræ profanæque actiones nostræ, in religiosa civilique vita symbolis Divûm hominumque institutis, aut reguntur, aut regunt. Expende ritus in sacris omnium gentium usurpatos; & non temerè adhibitos; sed prudenti judicio ex symbolographia petitos, mysteriorumque plenos reperies. longum esset per Ægyptiorum, Græcorum, Romanorumque sacra vagari, & symbolicam in illis rituum vim expendere. Mihi hic satis fuerit, ex veteri Hebræorum, tum recenti Christianorum consuetudine nonnulla exempli tantum gratiâ attigisse, in re, ut opinor, clarissima. Et primò quidem non absque ratione in veteri lege excluditur à sacrificio homo, licet de semine Aaron, qui maculam haberet, qui cæcus, qui claudus, qui parvo, grandi vel torto naso esset, qui fracto pede vel manu, qui gibbosus, qui lippus; qui albuginem ferret in oculo, qui jugem scabiem, qui impetiginem in corpore. Nam ut S Gregorius *1 part pastor. c. ult.* symbolicè exponit. *Cæcus est qui in tenebris præsentis vitæ pressus, quo gressum operis porrigat, nescit:* (1) *claudus, qui videt quidem;* (2) *sed per infirmitatem mentis quæ videt, perfectè implere non valet. Naso est parvo* (3) *cui parva est discretio, nasus grandis & tortus est discretionis subtilitas immoderata, qua dum, plusquam decet, excreverit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. Est fracto pede, qui bonorum operum exsors vacat.* Sanctus verò Cyrillus, *Gibbosus*, lib. 2. de adorat, inquit, *est, quem terrena sollicitudo deprimit, ne unquam superna respiciat;* [5] *lippus est*, [6] *cujus sensum & mentem*

[1] *Ignorans ethnicus.*
(2) *Malus Christianus qui ex cognitis nõ operatur.*
(3) *Discretio exigua.*
[4] *Discretio immoderata.*

(5) *Terrena sapiens.* (6) *In virtute deficiens.*

mentem natura exacuit; sed conversationis pravitas confundit: albuginem habet, qui candorem justitiæ, vel sapientiæ sibi tribuens, à luce superna cognitionis se per arrogantiam excludit. lugem habet scabiem, cui carnis petulantia dominatur; (1) impetiginem, cui avaritia: hernioſus est, qui in abditis, id est, in mente pondus turpitudinis gestat. In quam sententiam alibi etiam Cyrillus. *lib.* 12, *de erat.* & Theodoretus. *quæst.* 30. disserunt.

(1) *Venus, libido.*

II.

Sed hæc mystica Theologia Hebræorum in habitu, ac cæremoniis sacrorum longè etiam clarius eminuit. *Vestimenta Sacerdotis,* (2) ait & D. Gregor. 1. *part. pastor. loc. cit. quid aliud, quàm recta opera virtutum debemus accipere, prophetâ attestante, qui ait, Sacerdotes tui induantur justitiam?* Ex hujus aliorumq; Ecclesiæ Doctorum sententia de vestium Sacerdotalium mysterio constat Tunicam longam candidamque (3) vitæ puræ integritatisque commonefeciſſe. deinde pallium superhumerale, ut vocant, mirabili opere intertextum, (4) docebat, præter integritatem variis etiam virtutum operibus Sacerdotem exornandum. Tunica vero hyacinthina cærulei coloris ad talos defluens (5) heroicam & cælestium geniorum æmulam vitam designabat, tintinnabula septuaginta duo quæ inter malogranata, in extrema tunicæ fimbria dependebant, (6) illustria vitæ exempla sacrorum Antistitum repræsentant, ut non minus verbo, quàm opere omnium in se oculos animumque imitandi cupidum convertant.

(2) *Virtutes.*

(3) *Innocentia vitæ.*

(4) *Virtutum opera*

(5) *Vita cœlestis & sancta.*

(6) *Exempla illustria vitæ.*

Accedit epomis seu pallium superhumerale alterum, ex auro, hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymitario, variorum quasi elementorum speciem referens. (7) ut intelligeret Sacerdos suis, velut Atlantis, humeris orbem reclinari, ut pro sceleribus illius abolendis, pro necessitate levanda, pro obtinendis beneficiis Deo ipse liter. Additur rationale ex eadem materia ante pectus, in quo duodecim lapides pretioſi nomina 12. tribuum Israël complectens, singula lapidibus singulis.

III.

(7) *Onus honoris Sacerdotalis.*

quatuor in eo ordines lapidum, ternas singuli continentes gemmas. Inscriptum *Urim & Tummim*, latinè *Doctrina & veritas*: (1) quo Pontifex indutus oracula Deo consulto audiebat. Rationale hoc tropologicè quatuor gemmarum ordinibus totidem proponit Cardinalium virtutum ordines, in quibus Prudentia velut Dux Principatum obtineat, ut S. Hieronymus ap Fabiol. existimat, tres lapides in ordinibus singulis totidem, ut Beda putat, virtutes sunt Theologicæ; quod sine his morales suam apud Deum amittant gratiam. Allegoricè per Sacerdotem Christus, per gemmas [2] duodecim Apostoli, Tertulliano volente, designantur: in Christo enim, & Apostolis Doctrina, & veritas. Denique capiti tiara adhibebatur byssina cui lamina aurea ad frontem sacerdotis, promissa affigebatur, cum inscriptione *Sanctum Domino*. (3) quibus Pontifex tropologicè admonebatur, omnes sensus (quorum præcipuè caput sedes est) Deo consecrandos. laminâ verò juxta Bedam & Originem cognitio ac professio fidei Crucisque Christi designabatur. de quibus enucleatius fusiusque differentem lege Cornelium à Lapide, *in Exodum c. 28. & Leviticum, ubi rituum Symbologiam latè persequitur.* in sacris commentariis. mihi in re præsenti satis est breviter digitum intendisse.

(1) *Virtutes cardinales & Theologica in sacerdote.*

[2] *Apostoli duodecim.*

(3) *Sensus Sacerdotum Deo consecrandi.*

IV. Aliud vestium sacrorum exemplum symbolicum ex Romana Ecclesia toto orbe cognita subjungam. In hac usurpatur Epomis seu amictus superhumeralis, Tunica linea, quam Albam seu Poderim vocant, Zona sive Cingulum, Manipulus, Stola, Casula seu Planeta. Et Diaconis usitata vestis Dalmatica. cui addunt Episcopi Tunicellam, calceorum genus Sandalia, Chirothecas. Mitram, & Baculum pastoralem seu pedum, singula Mysteriorum plena. Amictus, veteri ephod. (4) sive epomidi, respondens, labores bonorum operum, ut Beda *lib. 3. de Tabernac.* inquit, designat, quæ Sacerdos coram Deo velut humeris deferat, munitus his etiam velut armis salutis; uti oratio inter vestiendum consueta docet. Alba ad talos projecta,

(4) *Bona opera Sacerdotum*

projecta, (1) continentiam, ad finem vitæ in Sacerdote necessariam, explicat, ut idem Beda. vel, ut Sacerdotis habet oratio, emundationem à crimine, Cingulum, (2) quo Alba constringitur, ne per terram diffluat, astrictionem lascivientis carnis, ne adversus continentiam peccet, Stola, (3) ut Hugo de S. Victore, *in speculo Eccl. c.* 6. fortitudinem in prosperis & adversis, puta, per virtutem Crucis, in cujus signum pectori sæpe decussatim adhibetur. Cæterùm oratio Ecclesiastica, immortalitatis stolam appellat, quæ per crucem nobis à Christo reddita est.

[1] *Continentia sacerdotum.*

[2] *Mortificatio carnis sacerdotum.*

[3] *Fortitudo sacerdotum vel immortalitas Sãctorum.*

Manipulus in sinistra suspensus, (4) uti Christi vincula allegoricè, ita tropologicè hujus vitæ, in qua tanquam captivi attinemur, dolores & ærumnas repræsentat. ut Rabanus Maurus, *lib.* 1. *de institut. cleric.* qui olim mappulam, quâ oculos nareſque detergerent, usurpatam refert. Casula superior ornatiorque habitus, [5] jugum Christi in charitate ferendum designat, Dalmatica, (6) in figuram Crucis disposita, monet eum, qui induitur, gloriari debere cum Apostolo in Cruce Domini. Sandalia [7] in pedibus Episcoporum, illud Pauli ad Ephesios denotant, ut calceati sint pedes in præparationem Evangelii pacis. Chirothecæ, (8) velut operimentum hædinarum pellium, in quibus Jacob benedictionem à patre obtinuit, novum hominem Episcopum jubent induere. Tunicella (9) vestis nuptialis argumentum est. Pallium ex lana candida contextum, quod quatuor circum insignitur crucibus, & tribus acubus configitur, (10) disciplinam, juxta Durandum, *in rationali lib.* 2. *c.* 17. signat, quâ & seipsos & subditos, seriò clementerque, prout res exigit, moderari ac constringere tenentur: lana enim asperitatem, candor benignitatem insinuat. Mitra bicornis scientiam Pontificis illustrioem, (11) atque ex utriusque Testamenti sacris literis instructam esse jubet: ut sic potens exhortari in sana doctrina suos, & adversarios arguere. Baculus pastoralis (12) indicat potestatem à Christo traditam, qui Apostolos cum baculo ad prædicandum

[4] *Vincula Christi. Vincula carnis & ærumna.*

V.

[5] *Jugum Christi.*

[6] *Gloriatio in cruce.*

[7] *Prædicatio Evangelii.*

[8] *Innovatio mētis in Episcopis.*

[9] *Ornatus Virtutum in Episcopo.*

[10] *Disciplina Episcoporū.*

[11] *Scientia Scriptura in Episcopo.*

[12] *Potestas Episcopalis.*

Jacobg Tada

misit, uti Moysen olim Deus cum virga ad Pharaonem. de quibus Durandum consule.

VI. Rara illa est cæremonia, quam in pallio Archiepiscopali tum conficiendo, tum submittendo Romanus usurpat Pontifex. In D. Agnetis festo ac templo, dum Agnus Dei in sacrificio imploratur, duo agni candidi aræ imponuntur, qui deinde à Basilicæ D. Petri subdiaconis, pascuis adhibentur, harum lana, velut consecrata, lanæ palliis conficiendis destinatæ admiscetur. Confecta denique pallia in principum Apostolorum ædem, ac sepulcrum certis precibus expiantur, quæ postremò Archiepiscopis per legatos submittuntur, ea festinationis imperatâ lege, ne, uno in loco ultra noctem hæreant. Quibus sanè argumentis symbolicis innocentia, (1) atque ovium suarum cura Principibus Ecclesiásticis inculcatur. Longum esset ea persequi, scribendo symbola quæ Ecclesia in ritibus abdidit, uti enim in iis etiam vestibus patientis Christi, in albo habitu delusi, in purpureo coronati, memoriam recolit; ita in cæremoniis plerisque hoc agit, ut ejus recordationem animis nostris subjiciat. ipsa adeo religiosorum hominum capita, aut capillum in coronæ speciem detonsum, aut quadrangularem pileum, ad spineæ coronæ Crucisque repræsentationem præferunt; ipse habitus vel in candore animi puritudinem: vel in nigredine pœnitudinem, aut à mundi gaudiis discessionem: vel in asperitate vitæ duritiam, aliasque virtutum religiosarum imagines exhibet.

(1) *Innocentia Episcoporum.*

VII. Sacrificiorum olim varios, tam apud Iudæos, quàm gentes ritus symbolicæ significationis gratiâ institutos legimus. Ita Num. 28. præceptum est: quotidie offeres holocaustum juge, puta agnum manè & agnum vespere, qui torâ nocte in altari cremetur, cum decima parte ephi similæ, quæ conspersa sit oleo quartæ partis hin; & simul libabis vini quartam partem hin, tam manè, quàm vesperè. [2] Per quam oblationem Deus juge sacrificium altaris N. T. quod orbe toto, à manè usque ad vesperam, &

(2) *Sacrificium juge.*

ab

ab hac ad matutinum rursum tempus offertur, verus scilicet Dei agnus qui tollit peccata mundi. Quantam verò puritatem honestatemque in Sacerdotibus suis Deus requirat ex Lev 21. facile patet. v. 17. *Homo, inquit, de semine tuo* (Aaron) *per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus, si parvo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem &c.* (1) Ita præcipitur Lev. 22 v. 22. *Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota solvens, vel sponte offerens: tam de bobus, quàm de ovibus immaculatum offeret &c. Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem &c. si contritis, vel tusis, vel fractis, ablatisque testiculis est, non offeretis Domino.* (2)

(1) *Sacerdos sine macula.*

(2) *Hostia sine macula.*

Apud gentiles variæ offerebantur victimæ ritibus etiam diversis *ut Ravisius in Theatro* l. 1. cap. 12. &c. Nec solos fructus, aut pecudes; sed etiam homines Diis immolabant. Ita Athenienses propter interfectũ Androgeum, Regis Cretæ filium, bello victi, quotannis septem mares, totidemque filias Jovi sacrificandas in Cretam mittere cogebantur. (3) Sic & Dianæ Tauricæ humanas mactabant victimas. Et Phœnices in bello ac pestilentia amicissimos Saturno homines. (4) Phaselitæ populi falsos Diis piaculos immolabant, Cares offerebant vilissimam canis victimam, (5) Unde de oblatione vili dictum: *carica victima.* Mortuos olim honorabant vivi tonsis capillis, tumuloque impositis, tum rebus simul carioribus defuncto in eandem pyram congestis, (6) quibus, si in bello occubuissent, etiam captivos addebant. Apud Lyndum oppidum Rhodiorum sacrificium, in honorem Herculis, probris & convitiis peragebatur. [7] Unde *Hercule Lyndio sacrificare*, est devovere ac convitiari. Salii Sacerdotes Marti Deo suo salientes sacra peragebant. Cureres in honorem Cybeles quassabant cymbala ac tympana. (8) Apud Babylonios festum Saceas nomine quinque agi diebus solitum, quibus

VIII.

(3) *Crudelis pietas.*

(4) *Hostia pretiosa.*

(5) *Hostia viles.*

(6) *Amor ad mortẽ.*

(7) *Religio impia.*

(8) *Servitus Dei lata.*

(1) *Servit' anima.* servi Dominis imperabant. (1) Hæc inter plura alia Ravisius.

IX. Ægyptiis solenne est festum transigere in honorem Serapidis, sive Solis diem, quem vocant diem lætitiæ. (2) *Natalis Christi.* (2), quod lux gratissima, & tenebræ omnibus ingratæ sint ut Plut in Iside & Osir. Contra Æthiopes Strabo memorat l. 17. n. 88. solem aversari orientē, atq; eo emergente, in paludibus sese abdere, ut ejus ardorem devitent. (3) *Iudai & gentes.* Indignum est, quod Angylas patrare asserit *Solinus in Polyh pag.* 97. dum hos solos inferos, à quibus videlicet sibi metuunt, sacrificiis ait colere. (4) *Venefici, Impii.* Mexicani ex captivis aliquos solent deligere, quos per mensem circiter omni honore, velut Deos extollunt ac venerantur; omniaque pro voto ad delicias illorum suppeditant, sed ita lautè enutritos habitosque denique mactant, & solennibus in epulis devorant (5) *Voluptas brevis.* ut ex novi Orbis historia constat. Nec dissimilia Strabo lib. 2. n. 50. De Albanis refert: hos olim in sacris, velut furore quodam percitos, bacchantem maximè hominem catenâ vinctum, lautéque per annum educatum, (6) *Gula noxia.* denique cum ceteris victimis unguento delibutum, sacrificasse. Consultius Persas præcipuo festo Diis sacrificasse memorat *Agathias lib. 2* quo serpentes, & venenata quæque animalia conficiebant, rati, bonis Diis hac se ratione benè litare: malis verò subducere instrumenta nocendi (7) *Cupiditates oppressa.* Nec abs re factum; quòd conjuges, dum Junoni nuptialem mactarent victimam, fel illi auferrent, ut submotis odiis & asperitate amor & concordia hos conciliaret. (8) *Amor & pax cōjugalis.*

X. Minus habet laudis Sinitarum apud Indos sacrificium. qui, ut Maffeius lib. 6. hist. cùm aliquas Diis suis mactarunt victimas, extremas auriculas ungueſque altilium præputant, illudque his in disco offerunt, cetera ipsi inter tripudia læti devorant. (9) *Parcè Deo offerre.* Sed Persiarum Sacrificium, quod Strabo lib. 15. recenset parcius etiam Diis admetitur: nam carnes hostiarum sibi servant, animam Deo offerunt. (10) *Deo offerre animam.* Paulò honestius Athenienses, ut *Plutarchus tom. 2 opusc.* Novē-

bri

bri mense, cùm jam mustum deferbuisset, apertis doliis, amicisque ac servis accersitis, primum libabant Jovi poculum, ac deinde inter se patriti hausus, precabantur, hanc vini libationem omnibus salutarem. Quæ festa ipsis Pithœgia fuere appellata. (1) Hoc nō illepidum est, quod de Tirynthiis *Athenæus lib. 6. Deipnos.* refert. Ad res serias hos fuisse nimiâ ridendi profusione penè inhabiles, ideóque consulto oraculo Delphico jussi sunt, pro remedio mali, Neptuno bovem sine risu mactare: quod si fecissent, liberos deinde fore; secus, ubi nec hoc quidem pietatis opus sine risu absolverint. Ergo mandatum, ut procul omnes pueri ridiculi facesserent. Evênit tamen, ut quispiam adolescens immisceret sese, cúmque prohiberetur: num, inquit, timetis ne evertam vobis pelvim? talis autem, pro excipiendo cruore, nulla in bove super flumen mactando adhibebatur. Unde excusso risu hoc dictum à Tirynthiis exceptum est. (2) Tanta vis est malæ consuetudinis.

(1) *Primitia Deo debit.*

(2) *Consuetudo pro naturæ est.*

CAPUT XIV.

De ritibus actionibusque profanis, etiam figurantibus.

I.

NOn minùs in vita civili profanáque, quàm in Ecclesiastica & sacra, humanæ actiones & institutæ, symbolicæ disciplinæ elegantia, exornantur, celebertimæ quæque solennesque pompæ, hoc velut oculorum animorúmque pastu ad amorem admirationémque condiuntur. Quid certaminum illorum olympicorum athletas tantâ contentione atque æmulatione vincendi inflammavit, præter illa virtutis honorisque insignia, quæ victoribus, symbolicis prorsus actionibus, impendebantur? Manibus *ut Pausan in Plut. 2 quæst. conu. 5.* suorũ civium multis passuum millibus ferebantur, velut terrâ terreníque, egregiâ virtute, excelsiores, neglecto portarum aditu, stratis eos urbis muris in civitatem curru transportabant:

bant: quòd illam, sine muris, urbem sat tutam existimarent, quæ tantis viris defenderetur. Palmæ in manu (1) coronæ in capite, nota victorum ornamenta, & argumenta fortitudinis. Magni olim principes symbolicis in primis argumentis, in nova honoris delatione oblectati sunt. Persarum Reges, antequam imperium adirent, sacris initiabantur *ut Alex. lib. 1. c. 28.* ut à religionis cura justum tranquillumque regimen auspicandum scirent. Cyri deinde habitum induebãt, ut virtutis simul æmulatione succenderentur, caricas verò, terebynthum, & lactis potum gustabant, ut frugalis vitæ admonerentur. Reges Ægyptii animalium symbolis à vulgo secreti, in capite imaginem (2) Leonis, Tauri, Draconis sive etiam ignis arborisve tulêre, prout quisque virtutem sibi gratissimam ante reliquas in principatu vellet profiteri. Germanis olim familiare pronuntiatos reges scutis excipere. (3) atque in altum extollere, quòd bellicâ imprimis virtute eximios cæloque dignos cupiant. Non omittam, quod de Clearcho Heracliensium Tyranno Alexander suprà memorat: eum, felicitate nimiâ insolentem, auream sibi aquilam, tanquam Jovis filio, præferri voluisse, [4] ac prætet coronam purpuramque, egregio cultu cothurnos, tragicorum Regum more, pro insigni circumtulisse, velut eo ornatu argumenta sui generis demonstraret. Sed rectius ego laudabiliusque Bohemos, multis à cœpto genetis Principatu seculis, calceos è ligno in solenni inaugurationis pompa novello Principi prætulisse reperio. [5] quæ historia quoniam alia etiam involuit symbola, ex Sylvio, *in histor. Bohem.* paulò altius repetenda est.

(1) *Fortitudo.*

(2) *Principatus insignia.*

(3) *Bellica virtus honorata.*

(4) *Generis nobilitas.*

(5) *Genus humile illustratum*

II.

III. Libussa *Croci ducis secundi Bohemorum filia à patris morte regnum æquo satis imperio administrabat. Verùm ubi Bohemos fœminæ principatum aversari cerneret, eò maximè quòd in judicio pauperem à nobili homine oppressum vindicasset; consilium ipsa dedit, ut equum, qui vehi solebat stratum in libero campo solverent, & apud quemcunque cursu subsisteret, illum se pro marito, ipsos pro Rege habituros, id se (erat enim fatidica) certò scire,*

Regem

Regem futurum Deorum numine, qui super ferrea mūsa comederet. Parent illi, equus decem millia passuum liberè percurrit, tandem ad Bielum flumen eorum Primislao rustico constitit. Bohemi eum ducem salutant. Primislaus solutis bobus (quos in aerem sublatos abijsse è conspectu fabulantur) & stimulo humi defixo inversoque vomere cibum sumpsit. Et stimulus quidem mox fronduit & tres coryli ramos emisit, quorum duo statim aruerunt, tertius in arborem proceram excrevit. vates interpretabatur tres eum filios susceptum, quorū duo immaturâ morte essent perituri, tertium nobilem editurum sobolem, quòd si agrum totum ante vocationē aravisset, stirpem eius perpetuò fuisse regnaturā. Dum verò in vomere cibos capientem vident, ferream hanc esse mensam intelligunt, hoc facto magnoperè confirmati Equum inde conscendit calceis indutus ligneis è quercu. quos in arce Vissegradensi servari & posteris ostēdi voluit, ut recordati rusticum generis autorē fuisse, ab omni insolentia sibi tēperarent. Servati diu calcei, & multis seculis in pompa coronationis à Sacerdotibus Vissegradensibus regibus prælati. Ductâ inde Libussâ in matrimonium, Pragam urbem muro cinxit, leges condidit, uxoris sapientiâ clarus. Quâ mortua solus imperio potit', à Valasca Virgine gravia bella sustinuit. Illius villæ incola, in qua hæc gesta narrantur, liberi sunt, nec tributū aliud, quàm modium nucum quotannis Regi pendunt.

Hæc autoris penè verbis, illius certè fide recensui. Quæ me res ad aliam non absimilem historiam advertit, quâ prætet eundem Sylvium. *c.* 10. *Europæ* Sabellius, *li.* 3. *Enn.* 10. Carinthios sibi ducem memorabili ritu consecrare memorat. *Est patens vallis ad Vi-* IV.
sum oppidum, durant in vasta planicie vestigia urbis adhuc vijenda, nomen loci abolevit vetustas, nec procul hinc est marmoreus lapis & patentibus pratis erectus: hūc, cum dux creandus est, rusticus hereditario jure occupat ad dextra bovem habens fœtam nigri coloris; ad levam equa illi sistitur strigosa, macieq; insigni (1) frequens circa populus, agrestiumq; turba ingens. Dux indefuturus ex adverso movet, purpuratorum multitudine

(1) Res rustica à Principe promovenda.

dine septus præcedunt Principatus signa, omnesq; in toto comitatu egregiè culti, præter futurum ducem. Is agresti habitu pileoque tectus, calceos & pastoralem baculum gerens, (1) pastorem agit magis, quàm principem. Hunt venientem intuitus qui lapidem obtinet, Illyricâ voce, (Sunt enim Carinthiani Illyrii genere.) Quis est hic, exclamat, qui tam superbè incedit? respondet circumfusa multitudo principem regionis adventare. Tum ille. Iustusne tu dexi? salutem patriæ quærens? libera conditionis? dignusne honore es? Christianæ fidei cultor? auctor? Reclamatur. Est quidem, & erit. Rursus idem. Quæro, quæ me jure hac à sede dimovebit. Ait Comes Goritiæ ducalis aulæ Magister. Sexaginta denariis hic abs te locus emitur: jumenta hac tua erunt ad bovem & equam manū intendens) vestimenta, quæ Dux exuet, habebis, eris tu cum tota domo liber. Quibus dictis, rusticus malam percutit (2) jubetque simul æquum judicem esse, præmioque inde abducto loco cedit. Tum lapidem Dux occupat, nudum gladium vibrans. (3) populum affatur, pollicetur se æquum judicem futurum: ferunt & aquam agresti pileo delatam potare in futuræ sobrietatis argumentum: (4) inde operari sacris in sacello D. Mariæ vicino. Quibus peractis humili veste depositâ, paludamentum induit, splendideque convivatur cum proceribus: postremò in apertum egressus pro tribunali sedens jus dicit populo. Fama est an salutis DCCXC. imperante Carolo Magno, ducē gentis, Ingonem nomine, ingens convivium provincialibus præparasse, & agrestibus quidem ad conspectum suum intromissis in vasis aureis atque argenteis, nobilibus verò ac magistratibus procul ab oculis collocatis fictilibus ministrari jussisse (5) Interrogatū cur ita faceret: respondisse: non tam mundos esse, qui urbes & alia palatia, quàm qui agros & humiles casas colerent. Rusticis, qui Christi Evangelium accepissent, cādidas & nitidas esse animas baptismatis undâ purificatas: nobilibus ac potentibus, qui spurcitias idolorum sequerentur, sordidas ac nigerrimas. Se ergo pro animarum qualitate instruxisse convivium. Castigati eâ re nobiles, brevi tempore jubente Vergilio & Annone luxuriæ sibi

(1) Princeps suorum pastor esse debet.

(2) A rusticis Principi libertas oritur.

(3) Princeps defensor suorum & Iustitiæ vindex.

(4) Princeps sobrius.

(5) Vita rustica innocentior antica est.

sibus Episcopis Christi fidem accepêre Hinc honos Investiendi Principis rusticis datus. En historiam symbolicis factis plenam, eoque suâ raritate admirandam. Hic solennes variarum Electionum ritus adducere longum ac penè supervacaneum; quot uno in Romano Imperatore designando coronandoque occurrunt symbola? Coronam tantum si cogites, hæc in Germania olim dabatur argentea, (1) mundiciei claritatisque symbolum, ut qui virtute ac honore ceteros excellere debeat. Mediolani in Italia ferrea, (2) fortitudinis in rebelles hostesque convertendæ argumentum. Romæ deniique à summo Pontifice aurea; (3) ut intelligat Imperator reliquis Regibus ac principibus in religione & æquitate tantum debere excellere, quantum metallis omnibus excellentius aurum est, ut Ant. Ricciardus. *Comment. Symbol. titulo Coronat.* observavit. Neque symbolicæ hæ tantum actiones in ornandis Principibus viris usitatæ atque obviæ reperiuntur: verùm in omnem sese vitam, moresque politicos transfundunt. Vulgata sunt illa luctus symbola, quæ ad principum amicorumque mortem adhibentur. V.

(1) *Claritas à virtute in Principe.*
(2) *Fortitudo Principis.*
(3) *Religio & Iustitia principis.*

His aliquando ad suorum Procerum insignem terrorem Domitianus Imperator usus fertur. Viros ille senatorii & equestris ordinis totâ urbe præcipuos ad convivium accierat. *ut Xiphilinus in Domitiano.* ædes cænaculumque atrato vestierat panno; adeoque nec laquearia, nec pavimentum nigro tristique habitu vacare voluerat. Huc noctu, sine comitatu induci quemque, vicinúmque columnæ, sepulchri ritu erectæ collocari fecit; lychnucho, velut in monumentis dubiam parcámque lucem affundente; ad quem, ne quid abesset horrori, suum singuli nomen legebant, ut si ad fatalem orci cœnam, cum vita absolvendam, convenissent. Subinde adolescentes Maurorum specie ingressi, horribili saltu convivas circumeunt, ac postremo illorum ante pedes consistunt, cetera deinde ad mortuorum exsequias præludia consecuta, quemlibet de vita magis, quàm epulis VI.

habuêre solicitum,(1) Funebris orator ipse Domitianus aderat. Sed qui denique, ubi omnia terrore complesset, Rhadamanthæum hoc judicium comico exitu ridiculáque ludificatione absolvit. En, ut ad solam rituum imaginem animus hæret, occupaturque. Certè omnis natio maximum his semper pondus inesse sensit, quamvis alii aliis ritibus caperentur, prout ingenio atque affectionibus diversis præditi sunt.

(1) *Memoria novissimorum peccatores continet.*

VII. Ægyptiis olim tanta suorum erat Regum observantia, (*ut Alexander l.3.cap.7.*) & morientium desiderium, ut capita luto deturparent, ac nudatis pectoribus duos & septuaginta dies, insigni luctu, abstinentiâ à vino, omnique animantium esu, suum dolorem testarentur, non verbis, sed efficacioribus longè argumentis, signorum. Id quod Indis quibusdam in suorũ nativitate familiare, qui secus omnia in morte disponunt, pluribus lætitiæ symbolis instructi, ut tot

VIII. laboribus hujus vitæ defuncto applaudant. Quorum institutum placuisse videtur Patavino Jurisconsulto Ludovico Cortusio *ut Drexlius in Prodromo æternitatis c.1.§.15.* qui anno Christi 1418. vitâ abiturus, lamentationes ac lachrimas suis ultimâ voluntate interdixit, voluitque adesse ad funus aulœdos, citharœdos, & omnis generis musicos, qui candidatum clerum ultra citráque funus comitarentur, lætisque concinentium vocibus exequiale carmen plauderent. Innuptis verò puellis duodecim, prasinâ aut viridi amictis cyclade, feretum imponi jussit, suâ etiam voce musiam auctoris, singulis honestum officii præmium ex ære constitutum. Ita Patavii ad templum S. Sophiæ delatus est, centum funalibus colluentibus, toto stipante clero religiosisque omnibus, iis, qui nigro essent habitu exclusis, ne quod luctus, in communi gaudio, signum occurreret. (2) Alii vitam nostram Tragœdiam esse putant, hic de ea lusit comœdiam. Ubi & illius in mentem venit, quod, *ex Dione Goltzius ac Rosin lib.3.cap.18. scribit de* Romanorum apotheosi, quâ demortuos ferè Cæsares Cælo

(2) *Mors ad vitam meliorem aditus.*

IX. Diisque

Diisque accensebant. Post funus enim sumptuosè ac- IX.
curatum, cerea Imperatoris imago in palatii vestibu-
lo super lectum eburneum proposita, ad cujus læ-
vam Senatus, pullo in habitu ad dexteram in albis
(is enim tunc erat habitus mulierum lugentium) ma-
tronæ illustres per dies omninò septem frequētes assi-
debant, medicis quotidie velut ad spirantem invisen-
tibus, morbúmque sensim aggravescere denunciantibus. Tandem, velut vitâ functum equestris & sena-
toria juventus, per viam sacram, in vetus forum de-
ferebant: ubi solitus imperium magistratus depo-
nere. Hic purpureo impositus strato, juxta egregiæ
formæ puer, qui muscas velut à dormiente pavonis
cauda excuteret, (1) hic, post flebiles puerorum mu- (1) *Mors*
liebresque nænias, ad campum Martium processio il- *hujus vitæ*
lustri longóque prorsus ordine est instituta, antefere- *curis &*
bantur omnes veterum Romanorum, qui à Romulo *molestiis*
usque insigni memoria claruissent statuæ. Deinde *absolvit.*
provinciarum Nationúmque Romanis subjectarum
æneæ simulacra: denique Romana urbs suis ordini-
bus distributa, poesta quæ ad parentandum compa-
rata, certaturi equites, peditésque armati, postremò
altare ferebatur inauratum, ornatum ebore & lapillis
Indicis. His præmissis, Imperator, qui in locum suc-
cesserat defuncti, Cæsaris laudes pro rostris auspica-
batur, magnâ frequentique cùm lugentium, tum di-
cta probantium acclamatione. Mœst inter equitum
manus, senatorúmque ordines funus, sive imago
Cæsaris, in campum Martium delata est, ac in ta-
bernaculo rogum intus complexo, supráque Phari
turris specie assurgente, est collocata, imperatorio cur-
ru in fastigio addito. Inde certatim ab omnibus aro-
mata fumentáque omnis generis circum affusa: &
imperator exosculatâ cum propinquis imagine, inter
Magistratus & senatores ceteros, velut pro theatro,
assidebat, dum funebres ludi à militibus, currúsque
personatorum Princìpum, juxta suis cursibus absol-
verētur, quibus jam peractis ab Imperatore primùm,
atque à ceteris deinde ignes in rogum congesti, simul

aquilaq; è fastigio soluta in cælum dimittebatur (1) velut Principis animam ad superos delatura. Vides, opinor, quantum schematicis symbolicisque rebus tribuerint Romani.

(1) *Anima bona morientium ad cælum trãsiunt.*

X.

Ridicula prorsus cæremonia est, quâ Moschi Tartarorum Legatum ad se venientem excipiunt, *ut Sigismundus ab Herberst. in Moschovia*, equini lactis potum afferunt, unde si quid ex legati avidè bibentis labris, in equum aut terram defluat, orator Moschus linguâ exertâ lambit (2) servitutem suam hoc argumento professus. Regibus Persarum, *ut Plutarchus in Alexand.* ex Nilo & Istro allatus haustus, Susis, inter thesauros, velut pignus imperii, quo se dominos utriusque fluminis testarentur, conditus est. Ita ferè Sultanus Ægyptiorum, *ut Iovius lib. 33. hist.* priusquam imperium capiat, ad Euphraten equum potatum ducit, (3) quo se facto illius dominium possidere fatetur. Et quoniam aquarum meminimus, rarissimæ apud Venetos consuetudinis meminisse etiam oportet, quâ solenni velut inauguratione quotannis Oceani imperium capessunt.

(2) *Abiecta servitus.*

(3) *Imperium maris.*

XI.

Hanc historiam Kirchmannus *de annulo cap. 19.* ipse, ut inquit, spectator, ex Sabellio *Decad. 1. lib. 7.* tamen originis cognoscendæ gratiâ, recitat. Ego paucis expedio. Dux Venetorum Ascensionis Dominicæ festo, inter Urbis Proceres Legatos nobilitatémque insigni ordine pompâque stipantem ad maris Adriatici præcipuum portum egreditur, ubi instructâ classe ceteri, ipse navi quinqueremi inauratâ (Bucentaurum vocant) excipitur, atque in altum inter varias applaudentium voces provectus, denique subsistit, ac verbis conceptis solennique ceremonia, post invocatos superos, detractum manu annulum oceano offert immergitque, illum sibi æternùm fœdere desponsans. (4) Quo ritu absoluto urinatores certatim sese mari immergunt, spoliumque velut non indigenti Oceano subtrahunt. Origo hujus consuetudinis ab Alexandro Pontifice ejus nominis III. fluxit. Ille enim Frideticum Ænobarbum Imperatorem Romæ

(4) *Imperium & captæ possessio maris.*

XII.

perti-

pertimescens, ignoto sese habitu servilis personæ, Româ Venetias contulerat, ubi incognitus in monasterio publicæ charitatis sordida cultnæ ministeria obibat, dum proditus Ziano Venetorum id temporis Duci, non modò amicum, sed & defensorem reperit. Pace enim cum Imperatore nequicquam à Ziano tentatâ, cùm Fridericus 75. navium classem ad Venetias occupandas destinasset, Zianus Deo armisque juxtà fisus, obviámque profusus, non modò victoriam, verùm & ipsum hostium Ducem Ottonem Imperatoris filium intercepit. Quocirca reduci Ziano postquam gratulatus victoriam Pontifex esset, æternum illi ac successoribus maris Adriatici imperium precatus, simul annulum his verbis aureum obtulit: *Accipe, Zianie, ac me autore, ipsum mare hoc tibi pignore obnoxium reddito, quod tu tuique successores quotannis festo die observabitis, ut posteritas intelligat, mare vobis vestroq; imperio, ut uxorem viro subjectum esse.*

XIII. Finio postquam illùd de Florentinis Italiæ populis adjecero, hi quòd à Carolo magno Francorũ Rege in urbem libertatemque restituti essent, Guilhelmo Scotorum Regis fratre suffragante, ad edendam beneficii memoriam lilium Francicum, sed rubenti colore pro insignibus accepêre; leonem verò, ad honorem Scotorum quotannis ludis solennibus coronare, ac publico aere plures leones sumptu consuevêre, oraculo persuasi, liberos fore, dum hunc morem tenuerint. *Ita Hector Boëtius lib.* 10. Indicum ex navigatione & mercimoniis maritimis potissimum vivant, aureâ gaudent anchorâ, quâ proinde instar caducei in legationibus utuntur (1) ut *Philostratus* habet *in vita Apoll. l.* 3. *c.* 3. Iidem se in doliis ventos pluviásq; habere, eodem teste, autumant? (2) Finnis hac in re penè similes; qui, *ut Olaus mag. l.* 3. *c.* 15. refert, negotiatoribus ex portu solaturis venales offerre ventos (3) in trinodi loco solent, eâ præceptione additâ, ut si placidos ventos desiderent, primum nodum solvant, si vehementiores alterum, si vehementissimos denique, ultimum. Rectius illi, qui Deum ventorum invocabant

(1) *Auri vis magna*
(2) *Vinivis.*
(3) *Favor humanus.*

cabant olim, quàm qui sic sibi eosdem conciliarent. De Africanis *Plin. l. 38. c.* 2. ait: nemo destinat aliquid nisi præfatus Africum (1) ita apud Christianos à Spiritus S. invocatione plerique opus solent auspicari. Gymnosophistis idem ait *lib. 7, c. 2.* in more apud Indos positum esse, ut orientem manè solem immobilibus oculis secuti, per diem totum ad occasum usque contemplentur, in ferventibus arenis alternis nixi pedibus (2) iis similes, qui tam sacra, quàm profana opera, velut in Dei præsentis intuitu, peragunt.

(1) *Favor divinus.*

(2) *Præsentia Dei.*

XIV. Celebrantur Gallorum Soldutii, Regis observationi usque adeò devoti, ut nemo illorum pro Rege mortem expavisceret, nemo sequi morientem tergiversaretur. (3) Tales ait *Nicol. Damascen. l.* 116. Adiatomum Regem habuisse sexcentos, quos Galli Solidurios vocabant. Magna erga Regem fides amórque. Romæ olim sub Tiberio capitale fuit imaginem Augusti Cæsaris non observasse, (4) aut servum, aut ejus simulacrum flagellasse, vestimenta mutasse: annulo vel nummo impressam Tiberii effigiem latrinæ, aut lupanari intulisse. (5) Unde Paulus Prætotius, cum in convivio ebrius matulam apprehendisset, Maro accusavit hominem, quod imaginem Cæsaris obscœnis admovisset, periissétque, nisi servus repentè subduxisset à digito annulum, *ut Sueton. in Tiber. c.* 58. Meles Rex Sardiorum primus, eam habuit filio Leoni reverentiam, ut illum per muros urbis recens natum circumferret spectandum omnibus: compertúmque est muros illa parte fuisse inexpugnabiles, tantúmq; penetrasse illo Persas loco, qui Leonis præsentiâ lustratus non fuerat, (6) *ut Herod. l.* 1. observavit. Parthorum Reges tantum sui æstimatione elatos fuisse *Possidon. l.* 5. refert, ut si quem amicorum ad cœnem invitarint, huic humi posito sublimi in loco recumbentes ipsi, cibos velut cani sub mensam projicerent. (7) Cui affine est, quòd Cyriorum Regum conjuges, rhedam conscensuræ, per mulierum Syriarum dorsum enitantur [8] ut habet *Athen. l.* 6.

(3) *Amor fidesque, anima debita.*

(4) *Cultus divina imaginis.*

(5) *Castitas.*

(6) *Infantis Christi potentia.*

(7) *Dæmonis imperium.*

(8) *Servitus turpis.*

Non

XV.

Non minus illud insanum quòd Persarum fictitius Rex, in festo, ut ajunt, saccarum, munus susci-pit. Hic è vili captivorum sorte elevatus repente collocatur in throno, omníque potestate basilicè epulandi scortandíque pro voto donatur; (1) sed ludo hoc finito, beatus ille Rex affigitur cruci, dignóque mactatur supplicio. Rectius Persarum veri Reges, *ut Plutarch. in Atax.* oxygalam, sive acidi lactis vulgarem potionem hauriebant, quâ significarent, Regibus amara juxtà & dulcia acceptanda esse, (2) Sic apud Arianos Persarum finitimos, nobiliores sponsi ad sponsalia à Rege tum primùm admittuntur, quando ex capite hostili allato linguam, unà cum Rege, minutatim sectam farináque commixtam, ederint, *ut Strabo lib.* 11. *num.* 10. notavit (3) Mulieribus Argivis honor præ viris quotannis festo die est habitus, quo ὑβριστικὰ celebrabant, & mulieres tanquam viri chlamydatæ, viri contra tanquã mulieres in pallis incedebant, (4) quod cum Telesilla Duce, viris succumbentibus, adversus Cleomenem Lacedæmoniorum Regem, urbem defendissent, *ut Plutarch. in Arigivis.*

(1) *Felicitas improborum exitu infelix.*

(2) *Amara dulcibus mixta.*

(3) *Laboris fructus.*

(4) *Mulier virilis, & vir muliebris.*

XVI.

Minus consilii habuisse visa est, mulier prophetissa apud Bœotos oraculum sciscitantes: cùm enim respondisset: rebus usuros prosperis, si impiè agerent, dignam responso mercedem tulit, quando ab ipsius vatis cæde impietatem exorsi, illam in rogum conjecerunt, mentò cremandam, sive mala fide oraculum edidisset; quòd rogus pro pœna futurus esset: sive bona; quòd juxta oraculum egissent, [5] Ita *Strabo l.* 8. Ita indignus rationali homine cultus est, quo *Olaus Mag. l.* 3. *cap.* 2. memorat septentrionales quosdam pro Numine toto die adorare, sive avis, sive serpens, aut piscis brutumve fuerit, quod primo diluculo visum fuit. (6) Digniore cultu veteres Romani eandem Venerem, tanquam nuptiarum & funerum præsidem (sub Libitinæ nomine sepulchris præfectam) coluerunt: quod eadem nobis vitæ prima dies sit ac mortis [7] *Plut. in Rom.* Et certè

[5] *Cõsiliũ malum consultorẽ pessimum.*

(6) *Religio stulta.*

(7) *Vita cũ morte jun-cta.*

mortis ad benè vivendum prodest meminisse. Unde & Ægyptii juxta *Herod. l. 2.* inter pocula sceletũ circumferebant, sive ossei hominis, sine carne effigiem, quo & Manerotis alumni Isidis præmaturâ morte sublati, & sui quondam exitus è vita meminissent. (1)

(1) *Mortis memoria.* XVII.

Rarum hoc, quod apud Tauros *Nicol. Damascenus in Tauris* fieri memorat: ubi tanto mortuos affectu plangunt, ut Rex etiam amicum mortuum aut parte, aut totâ aure abscissâ lugeat, tanquam, carissimam sui partem amissam esse, testatus (2) Mitior observãtia Panœborum erga defunctos Reges est, quando, ut idem *Damasc. in Panœbis* defuncti Regis caput amputarum inaurant, atque inter sacra collocant quod Christiani Sanctorum reliquiis honorificè tribuunt.

(2) *Mors amici deplorata.*

(3) *Mors honorata.*

(3) Magis novum, quod Pythagoræi vivis adhuc, sed à philosophia deficientibus, cenotaphia, tanquam mortuis sapientiæ instituerent, ut significarent mortem animæ corporis lecho anteferendam esse (4) *ut Orig. lib. 1. in Celsum.* Multa omninò in hoc genere symbolicarum actionum occurrent, diversarum gentium historias evolventi. Sic Romanæ antiquitates his plenæ sunt, ut in prima parte Palæstræ Orat. videre licet, ubi in solis ritibus sponsalitiis non pauca symbolis significatis plena reperies.

(4) *Mors anima.*

CAPUT XV.

In usu vitâque hominum familiari figuratas imagines singulari quadam vi efficaciâque adhibitas reperiri.

I.

NOn tantùm ad rituum usum, sed quotidianam etiam vivendi agendique consuetudinem elegantissimo condimento hic symbolorum usus deducitur. Mirum quantum in hoc eloquentiæ Japones collocent. Exemplo id tradam aulicorum Bungi Regis, qui S. P. FRANCISCUM XAVERIUM instructo apparatu rerum verborúmque jussit excipere,

pere, hac ferè ratione, salutabant, *ut Horatius Tursellinus in eius vita libro 4. capite 11.* In primo aulæ aditu, puer rarę indolis, & primo ætatis vigore plenus: fortunatum, ait, ejus in Regiam adventum Regi perinde charum jucundúmque fore: ut tempestivus imber sit, per æstatem segeti sitienti [1] Aulam deinde interiorem subeunti aulicorum Procerum filii occurrebant, qui cùm gentis more ter eum inflexo ad terram capite devenerati essent; unus hæc verba addidit. Felix tuus adventus, Sacerdos sancte, adeò gratus Regi erit, ut infantis dulcissimi risus, matri ubera præbenti. Tertia in aulæ parte Regis frater cum nobilitate præcipua, obviam factus, negavit diem ullum Regiæ illuxisse lætiorem, Regémque tanti viri adventu beatiorem se judicare, quàm si tribus & triginta Sinatum thesauris auctus esset. En ut sermonis ornatum in his velut symbologiæ gemmis collocent.

[1] *Gratũ beneficiũ.*

II.

Verùm, ut varietatem hujus in communi vita usus intelligas: observandum. Solo illa nonnunquam sermone velut adductam similitudinem usurpari symbola, ut in propositis exemplis vides: nonnunquam solis tantùm factis exhiberi: uti ille Philosophus, qui rogatus, quid vita esset, sese in gyrum vertit, ac subitò è conspectu subduxit. Nonnunquam ad facta cõjungi verba, tanquam lemma, aut expositio ad figuram propositam; ejusmodi exempla aliquot reperies inter dicta-facta Comparatorum in Argutiis nostris politicis. Hoc genere usus est legatus Carthaginensium ad Tauromenitas missus, qui Timoleonte Corinthium hostem receperant: *ut Plutar. in Timoleonte.* dum post multas minas planam manum exhibuit, quâ deinde inversâ, (2) paria, inquit, hæc urbs exspectet, nisi nos audierit. Tum Andromachus oppidi dynasta simili gestu respondit, & abire quantocyus jussit, nisi suæ hæc navi evenire cupiant. Quâ ferè ratione Themistoclem per Nicoclem parentem revocatũ à Reip. administratione Plutarchus *in Themistocle*, etiam memorat. Hic enim, dum ad maris littus obambularent,

2) *Eversio verum.*

(1) *Rect. populi senex negligitur.*

vetres neglectásque illic triremes filio ostendit, (1) monuitque pari sorte observari à populo Rectores ac Duces suos, quos, cùm amplius ex iis fructum non sperent, abjiciant.

III.

Ira salubri admonitione vanitatem puellæ extraneæ Parisiensis Orator correxit, *ut P. Adrian. Poirters in larva mundi*, etenim dum ab urbe remotior, fortè ad populum dixisset: Puella hospitis urbem repetentem orabat, sibi ne gravaretur redux Parisiis speculum aliquod deferre, quod cùm se facturum recepisset: fidem deinde ita præstitit, ut formosæ adolescentis vita functæ calvariam deportaret, (2) ac loco speculi stupenti horrentíque deponeret, ac moneret, fuisse hanc talem, qualis ipsa nunc esset: fore illam talem, qualis hæc modò esset. Admisit, adeòque usa est feliciter, ut abdicatâ brevi post vanitate, Deo se totam consecraverit. Huic non absimilis illa Jacobini ingeniosa amici correctio, qui ut mortis illum commonefaceret, acceptos ab eo Gallinarum pullos, velut domum asportandos, ad sepulchrum detulit, (3) monuitque deinde, rationem facti postulatus, aliam se ejus domum certiorem nullam agnoscere.

(2) *Imago vanitatis.*

(3) *Domus certa.*

IV.

Spectare huc etiam illa novitii Eremicolæ historia videtur, qui gravis animi cœptæ jam vitæ tædio fluctuantis, *ut Poirters libro eod.* dum audit, vidétque præ cellæ foribus avieulæ dulciter concinentis modulos, ô aurea exclamat libertatis possessio! quantum vel in brutis volucribus gaudii jucunditatisque habet, quantò hæc lætior feliciórque avis est, quàm quæ vinculis cancellisque attinetur, captiva sine libertate, sine voce, sine lætia! utinam illâ hodie felicitate potiter, quæ me hoc squalore ac carcere exemptum pristinæ amœnitati restitueret! Dum illa secũ commentatur, advertit ex improviso delapsum cælo milvium modulantem aviculam rapaci ungue comprehendere, ac discerpere trepidantem, læto plausu in funestam stridulámque næniam converso, (4) tum verò attonitus animo, ac mutatâ cum sensu voce; Ergo tam amœnam liberámque vitam hic subitò exitus

(4) *Libertas multis exitio.*

exitus opprimit? poteras fortasse ab hoc insidiatore tutam intra cortem vitam agere, quæ in ista tua libertate periisti. Itáne in te ego meâ falsus opinione sum, quâ felicem te volucrem, malè consultus augur prædicabam? quid si par me, captivitate solutum, casus excipiat? Enimverò præstiterit arctius vivere de salute securum, quàm incertum adeò vitæ salutisque licentius evagari. Dixit; atque hoc voluctis schemate eruditus, intra claustra se continuit.

V. Sciebat Gilimer Vandalorum Rex, quanta esset symbologiæ vis ad inflectendos hominum animos. Quocirca à Belisario Carthagine ejectus, *ut Procop. lib. 4. Vandalor.* ac prælio victus, cùm in prærupto monte Papuano juxta Hipponem à Phara Belisarii Duce, arctissimâ obsidione pressus, extrema formidaret, non dissimulavit; sed misso ad Pharam legato, citharam, pro leniendis mœroribus; spongiam, pro tergendis lacrymis; panem, quem se post amissam Cartaginem spectasse negabat, submisse ad famis solatium petiit, [1] quæ res hosti ipsi commiserationem incussit, iis, quæ petebantur, submissis Regi, in triumphum brevi Romanorum abituro: Constantinopolim ad Justinianum ductus, identidem repetebat: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.*

(1) *Extremæ calamitatis imago.*

VI. Est verò insignis etiam hisce in symbolis irridendi vis, quod in Narsete Imperatoris Duce clarissimo manifestum, *ut Sigonius de imper. occid.* cui dum Sophia Imperatrix per offensa, uti erat Eunuchus, per ludibrium denuntiasset: inclusuram se illum Gynæceo, & ad fusum columque amandaturam, (2) quod erat, fortè ceteroquin Duci, muliebrem exprobrare ignaviam, tanta hanc rem indignatione Narses excepit; ut responderet, talem se illi viroque Imperatori telam exorsurum, quam uterque non retexat: simulque Alboinum Longobardorum Regem in Italiam provocavit, qui deinde, pacato invitoque jam Narsete, Italiæ tamen possessionem occupavit, unde tanto molimine Gothi depulsi fuerant. Lanea, *ut*

[2] *Muliebris abjectio.*

(1) *Mollities:* *Ælian. l. 12. var. histor.* apud Cretenses corona, [1] quâ velut molles ac fœminei notabantur, loco supplicii adulteris fuit.

VII. Tamberlanes Scytharum Imperator crudelissimus, ut terrorem urbibus obsessis incuteret, *ut Cuspinianus*; primo die niveâ tentorii vela [2] in conspectu hostium expandebat, quibus se clementem deditiis fore pollicebatur, altero die, sanguinea explicabat, [3] quibus pertinaciam cruore suo expiaturos urbis incolas minitaretur: tertiâ demum luce atri coloris velis utebatur, [4] quibus excidium & perniciem ultimam omnibus intentaret. Dissimili symbolo in re penè usus simili Tarquinius superbus fertur, *ut Iulius Frontinus Stratag. lib.* 1. Ad hunc enim cùm filius post devictos Gabios, Legatum destinasset à Rege postulatum: quid Gabiorum Principibus agendum? Nihil respondit, verùm is ut in horto forte obambulabat, summa papaverum capita, virgâ quam manibus tenebat demessuit[5] Nuntius sine responso ad filium reversus, ea quæ patrem agentem vidisset, retulit, quæ illi argumento erant, rectiùs se nihil ex patris sententia facturum, quàm si procerum capita demetteret.

(2) *Clementia.*

(3) *Cades.*

[4] *Excidium fatale.*

[5] *Decollatio Principum.*

VIII. Mirificam hæc etiam symbola vim habent ad exponendos corrigendosque aliorum errores: ut Parochum pinguioris beneficii apperentem homo non inelegantis ingenii correxit; dum ex illo, velut pro consilio postularet. Nunquid paupere, quam haberet, uxore relictâ, ditiorem liceret ducere? cui dum Parochus subitò redderet, Minimè id licitum. Cur ru ergo, alter sujicit, pauperem Ecclesiam deseris, ut Archidiaconatum habeas? Ita correctus presbyter tenui beneficio acquievit. Hac etiam subtili arguendi ratione in corrigendo Davide adultero usus est Propheta Nathan 2. *Reg. c.* 12. Enimvero hanc parabolam comminiscitur. Divitem esse hominē armento gregibusq; abundantem, qui tamen in convivium epulasque peregrino instruendas, propriis ovibus præteritis, unam solamque pauperis homuncionis oviculam, quam

sua

ua in domo, sub mensa atque in sinu etiam aluisset, et vim subductam mactatamque hospiti apposuisset, cujus hominis duritiem inclementiamque, cùm Rex mognopere detestaretur, ac morte dignum proclamaret, adjiceretque, forę ut in quadruplum refundere damnum cogeretur. Tum emblematico velut schemate illustrato, subjecit Nathan, hunc tam inhumanum hominem esse Regem ipsum, qui toto dives regno, totque uxoribus stipatus, unam illam Uriæ addictam Bethsabeam cum vita immeritò eripuerit. Quâ ratione usque adeò Regem convicit, ut præter ruborem, sceleris plenam agnitionem confessionemque extorserit.

Dissimile quidem, verùm ad correctionem aliorum, aut certè confusionem valuit, quod Burchardus Montmorentius illustris Galliæ miles usurpavit. Hic sub Philippo I. Rege Dux ipse aliorum, & Philippi assecla, fortè aulam ingressus, monili aureo figuris emblematicis insigni subibat, cervina illud capita eâ lege componebant, ut major ex medio canis ante Ducis pectus penderet [1] Mirabantur simul & spectabant non pauci novum habitum; Rex etiam illius causam originemque est scisciatus. Cui Montmorentius, proximi in illo prælii effigiem memoriamque circumferri, ubi tanquam cervi profugerint passim omnes, se velut ad custodiam Regis persistente, Regi illa viri virtus (arrogantia aliis visa esset) adeò placuit, cum ingenio, ut ne facti inventique recordatio intercideret, militari hoc insigni ordinem instituerit. IX.

[1] *Fidelis inter desertores, vel, Fortis inter timidos.*

Non imprudens, quamvis à Morione profectum facinus, quod *Mederus in acroam.* refert. Fridericus Saxoniæ Princeps cum fratribus, de hereditate dividenda convenerat. Singuli certam sibi Saxoniæ partem vendicabant. Aderat haud procul Nicolaus Morio consultantibus, atque etiam, ut sibi liceret inter consiliarios suo adesse suffragio postulat, ubi concessum, parem sibi cum Principibus togam esse cupit, & hoc animi gratiâ indultum. Illâ obtentâ gra- X.

phicè in conſpectu ceterorum incedit, & qui placeat interrogat. Plaudunt, & magnificè illo habitu ornatum aſſerunt. Subinde egreſſus, totam forfice veſtem à capite ad calcem multis partibus diſſecat, atque hac ſpecie in conſeſſum Principum ſe regerens: Ut modò placeat? ſciſcitatur. Indignante Friderico, an verberibus inſolentiam hanc caſtigandam aſſerente: Digniora, inquit, mi Princeps, verberibus agis, qui Saxoniam tam fœdè laceram, quam integram habere mavis. [1] Quis hanc á ſtulto ſapientiam exſpectet? Quanquam & olitor quandoque opportuna locutus eſt. Alii Fridericum hac imagine à Morione inſtructum aſſerunt, cùm in Principum proteſtantium concilio de ſchiſmate ſuo, contra Imperatorem & orthodoxos ſtabiliendo conſultaret. (2) Utrobique locum habuit. Huc etiam referri poterit lepida Hircani II. Joſephi Judæorum Principis filii illuſio. Hic *ut Ioſeph lib. 14. c. 4. antiq.* refert, à Patre Alexandriam ad Ptolomæ. Epiphan. miſſus, ut de filio recens nato gratularetur, Sed (ut erat vile illis Judæorum nomen) adhibitus menſæ, reliquis convivis ludibrio fuit, oſſa ad orbem illius congerentibus, Tryphon morio expoſiturus impleturuſque fabulam ad Ptolomæum verſus. Hircanus ait, in menſa agit, quod Pater ipſius in tota Syria: nihil præter oſſa relinquunt, nudant omnia. (3) Ptolomæus ſubridens. Unde, inquit, Hircane tanta oſſium congeries? Tum ille arguté, idem ſymbolum in adverſarios retorquens, reſpondit: Ego, ut homo carnes tantum comedi, illi, ut canes etiam oſſa abſumſerunt. In diverſa cauſa, inter viros Principes, in Gallia evenit, *Lobetius de peccat. l. 3. emb 2.* ut D. Ludovicus litem ſymbolicè decideret, non minori ſignificandi virtute. Nam ubi Flandriæ Comes cùm Matre coram Rege lite diſceptaret, Rex eâ ſententiâ cauſam abſolvit, ut juberet Comitem leoni, quem in ſuis præferebat inſignibus, fine unguibus deinde & lingua proponere, quod erat condemnare illum delicti adverſus Matrem, quam voce & opere malè offendiſſet. (4)

XI.

(1) *Regnorum diviſio dignitatem tollit.*

(2) *Religio diviſa ipſius exitiū eſt.*

(3) *Avarus & avidus Princeps.*

(4) *Arma ladēti ſubtrahenda.*

Matius

Marius Regulus Dux Rom. triumphaturus, non inscitè suam de honoris & vitæ mortalis vanitate exposuit in imagine (Physica simul & ethica) sententiam *ut Barri. in anno Sancto part. 4.* Siquidem ex cera fingi collocatique inter faces collucentes simulacrum voluit, quod inter hunc ignem illuxit ac sensim unà consumptum est. [1] D. Antonius ad corrigendum Venatoris errorem, qui lusu otioque Monachorum offensus subsistiterat, monuit, ut quem ferebat arcum intenderet, laxaretque. (2) Sed cum sæpius deinde jussisset intendere, venator tergiversatus, ita destrui arcum respondit. Tum Antonius, si quandoque arcum feriari cupias, cur id nobis deneges? Nec parum ad suadendum ponderis, hæ figuræ adfetunt. Germanus Princeps, ut nec voluptatem quidem sine dolore atque offensione conscientiæ delibari posse ostenderet, *ut Zenthner in verme conscientiæ*, patinam calidissimo plenam melle urso proposuit, cùm avidissimè fera involaret, sensit aduri fauces, identidem tamen repetens, gustato semel melle quamvis læsa, avocari non poterat. (3) Ita prudens histrio, ut exponeret, quibus curarum aculeis opum avari pungerentur, Ratisbonæ coram Matthia Imperatore, in theatro omni auri argentique apparatu instructissimo, urnam, velut ad sortes, offerens, spectatores advocat: qui confertim advolant, sed admissi singuli manus ex urna cum rubore ac dolore retrahunt. (4) in latentem inibi echinum impingentes; at fraude dissimulatâ, ut plures in illam traherent.

XII.

[1] *Honoris & vitæ hujus vanitas.*

(2) *Otium laudabile.*

(3) *Voluptas placet, etiamsi ladat.*

[4] *Sors multos fallit.*

Religiosus Abbas, ut vetulas à Monasterio lotrices amoveret, *ut P. Engelgrave in Luc. Evangel.* ne quam pervetæ carnis cupiditati opportunitatem faceret; cùm rationibus ægrè suaderet. obtinuit exemplo. Salsas in cœna carnes suis apposuit, haustu parcè subministrato. Noctu igitur, absolutâ psalmodiâ, cùm non pauci sitis vehementia ad hauriendâ turbidam adigerentur, sciscitatur deinde Abbas quæ causa tam absurdæ appetentiæ? Sitis, inquiebant, improba (5) Tum ille hac usus imagine docuit cupiditatibus

XIII.

(5) *Cupiditas indigna suadet*

tatibus omnem etiam occasionem, quantum licet, subducendam, cæcâ homines appetitione ferri, nisi caveatur opportunitatibus. Persuasit & obtinuit. Cócludam Caroli IV. Imperatoris sententiá symbolicâ, qui cùm Neapolin ingrederetur, populique istius libertate jam diu offensus esset, ubi solutum præ urbis portis equum loco insignium offendisset, expositorque monuisset, libertatis Neapolitanæ imaginem esse. Freno, inquit, egere videtur, adjiciam. [1] Nec fefellit: nam arcem urbi imposuit: quam iccirco quòd urbi imperaret, atque in officio contineret, frenum dixêre. Plura historiarum studiosus reperiet, quæ ut energiam singularem, ità gratiam quoque non vulgarem obtinent.

(1) *Servitus imposita.*

CAPUT. XVI.

Voces sermonemque humanum imagines nonnumquam ænigmaticas continere.

I. INtellexisti, opinor, mentis sententiam variè per imagines explicari, rerumque significatarum naturam symbolis exhiberi. Nunc reliquum videtur ut ostendam ipsa etiam verba sermonemque vocalem hominum ejusmodi schematibus adumbrari posse: Nam ut verba vocesque signa rerum sunt, ita vicariam aliquando res præstant operam & signa fiunt verborum ad rem diversam significandam adhibendorum Sic dum animaturus ad mortem alterum es, pingatur *sus*, *tinea*, *mus*, *& mors*. (2) quod erit conjunctim explicatum, *Sustineamus mortem*, Siquis *mustelam* petierit, *mus* ei in *tela* mittatur, & ænigmaticè satisfeceris. Si te morari in Corsica amico significatum volueris, *cor* illi cum *sica* depingas. Si *corallium* promiseris, *cor* illi pictum exhibe & *allium*. Quæ symbolorum ratio etiam in ambiguæ significationis verbis locum habet, ut interroganti, quæ pri-

(2) *Contẽptus mortis.*

ma sit ad cœlum via? fides depingatur, aut etiam submittatur, & responsum erit. Illi cui taurum ænigmaticè pollicitus es, sidus cœleste adumbratum mitte.

Obscuriore hæc erunt in retrogradis quoque, ut II.
si *murum* à te promissum exspectanti, *murem* exhibeas. Si Atlantis à te descriptionem postulanti, tu saltantem proponas, aut ipse saltes: *Atlas* enim retrogrado ordine *salta* legitur: vel si Romæ à te imaginem exigenti, tu Amoris offeras, quod *Roma* inversa lectione *amor* sit. Ita *spes* fugiens *spes* erit à te aversa. Multò etiam obscuriores erunt anagrammatismi, aut actione aut penicillo per rem significatam expressi. Ità pro *Roma* tibi *Maro*, pro *remo mures* dabuntur, *annus nanus* erit, *navus vanus* &c.

Sed & literâ quandoque detractâ & per numeros III.
aut signum aliud suppletâ, ejusmodi ænigmata conficientur, ut cum *Dapes* exprimere volueris, quingentas (quem numerum D. conficit) *apes* pingas, aut contra adjectâ literâ. Sic pro *C. apris* unum proponas *Caprum*; pro *Loculis L. oculos*, per *Claves* intelligas *C. L. aves*; per *uvas* missas *vasa quinque* postules. Similis ferè in hoc carmine ad amicum imago proponi poterat.

Mitto tibi navem *prora puppique carentem.*

Nam N. & M. literas auferendas indicabat, ut intelligeres *ave* sibi dici, & nuntiari ab amico salutem. Ita non ineptè luserit, qui *magnum* hominem ad alterum pro agno destinans scripserit, ad ejus simplicitatem simulque ad vocem *agnus* exprimendam: Mitto tibi *agnum* si caput abstuleris. Ita & picas petenti dabis spicas, verùm capite truncatas. Hæc ludendi ratio logogriphica penè est: ac per illud præcipuè à scriptis verbisque tantum propositis logogriphis differt. quòd aut actione aliquâ, aut imagine proponatur, exemplo rariori gratioríque.

Placent verò illæ ante ceteras imagines, quæ illius, IV.
quam suadent sententiæ contrarium primâ sui fronte exhibere videntur. Ita filius parentem consulat, quæ

sibi

sibi maximè inter aliorum consortia peregrè observanda judicet? pro literis? in imagine, hinc vites, inde pocula adumbrata, (1) accipiat, existimabit hic primo intuitu sibi vinum ac pocula inter socios indulgeri, verùm sententia rei pictæ hæc erit; *vites pocula*, ubi lusus ab ambigua vocabuli *vites* usurpatione deducitur.

(1) *Sobrietas.*

Memorati hoc loco illud jure potest, quod in aula Pontificis Clementis VII. Bononiensis *ut Silvester in symbol. heroic. l. 4. ex Paulo Iovio.* eques symbolum amabat. Is, ut erat poëseos non ignarus in achate gemma, ex redimiculo pilei suspensa, imaginem festi Pentecostes ferebat. Pietatem id consilii dedisse homini Poëtæ videri poterat, ut linguas de cœlo igneas exspectaret, caneretque.

Est Deus in nobis agitante calescimus illo.

Arcausam facti à Pontifice rogatus, diversâ prorsus explicatione usus, quam ducebat ex voce Pentecoste, quæ Italis pœnitere significat. Nam hoc se uti cœpisse symbolo, respondit, ex quo, magnis frustra impensis, ad nobilis nubilisque virginis nuptias aspirasset. Quæ res adeò inopinata Pontifici viro aliàs gravissimo accidit, ut obortus illum risus à cœna nondum finita abegerit.

V. Hannibal Carus vir eruditus rustico prædiviti ad nobilitatem aspiranti, sibique ac posteris insigne aliquod familiæ poscenti, hæc tria convenire existimavit, grana frumenti, seu legetem, vitem, & unam pyrum, quæ juncta nominibus Italicè redduntur: *Gran vitupero*, id est, vituperium grande, ut sanè erat, hominem stivæ assuetum prensare nobilitatem. Fertur Isabella Castellæ Regina Ferdinandi Regis uxor fortè, in via, quam sibi viroque malè auspicatam credebat, herbam *malvam* conspexisse, simulque admonuisse Regem: num audiret, quid germen illum *malva* [2] inclamaret? idem namque est, quod malè vadit, sive cedit res, ille absterritus omine iter cœptum abrupit, quo sensu etiam Didacus à Gusman rebus malè cedentibus, *malvâ* usus est. Alius amico quærenti, cur amicitiæ obnuntiaret?

[2] *Infelix iter.*

pro

pro responso misit unionem gemmam & pronubum annulum, sed fractum. (1) Cumque unio Italis *perla*, annulus nuptialis *fede* designat. Sensus erat: *perla fede rotta* id est, per fidem à te ruptam, factum ut te deserérem.

(1) *Fides violata.*

VI. Ita lusum ænigmatico symbolo in aula Hispani Regis, ubi nobilis procus Virginem è regio gynæceo moniturus, ut ne alteri rivali assentiretur, Avem *Anadino* in redimiculo sustulit; ut si diceret, *Anna dic nolo*. In quo genere idem Silvester loc. cit. Italici proci exemplum memorat, quod tantùm propè insaniæ, quantùm ingenii complectitur. Virginis nomen erat *Margarita*. Igitur gemmam ei cognominem galero affixit, appositâ ex corio *soleâ* cum litera T. interposita, unde hæc Italicè facta est sententia: *Margarita Te sola di cor amò* Te (scilicet) solam ex corde amo. nam solea ex corio, *sola di coramo* Italicè dicitur. Tum rivalis amatoris, retentâ gemmâ & litera T, soleam auream fecit: simul adjiciens symbolo honestiori gratiâ, simul alterius significatione vincens; cùm sensus fieret *Margarita Te sol' adoro*, id est. Te solam adoro. Vicit hic quidem ingenio, sed ab alio se virtute superari passus est. Verum ejusmodi symbola vix ut probem inter viros resque graves adducor; cùm plus felicitatis in repetiendo, quam sapientis doctrinæ, solidæque eruditionis contineant, ne tamen suis exemplis ignorarentur, adjicienda censui.

Plus compendii & emolumenti ab illis esse signis poterit, qualia olim Ægyptiis placuêre, quibus res ipsas significabant. sic hodiedum quoque per ω & Ω Deum, principium & finem rerum omnium, per T crucem salutis signum, per Y Pythagoræ, bivium hujus vitæ, per M. D. mille quingenta exprimimus. Sic in calendariis Astronomi per ♉ Taurum, per ♊ Geminos, per ♄ Saturnum, per ♃ Jovem, per ♂ Martem, per ♀ Venerem, per ♈ arietem, per ♋ cancrum, per ♌ Leonem, &c. magno, ad expositionem mentis, compendio proponunt. Et

his quidem similibusque inter se signis nationes omnes, quantavis diversitate linguarum præditæ, communicare scripto animi sui sensa haud difficulter, rudi saltem, ut sic loquar, Minervâ, possent, si de iis per interpretes mutuos semel foret constitutum.

Finis Libri Primi.

Liber II.

Figuratarum imaginum fontes ex diversis fingendi rationibus ductos continet.

CAPUT XVII.

An historiæ, parabolæ, ac fabulæ figuratas imagines complectantur?

RErum gestarum exemplum multis nihil figurarum continer videtur: nam, & calamo, & penicillo exhibita nobis historia, tantùm imago esse rerum præteritarum ad posteritatis memoriam creditur, adeòque vi suâ alterius rei significationem nullam inferre. Verum tamen & historiam imaginem esse rerum talem, ad quam posteritas mores suos possit componere, quis rectè negaverit? Quocirca & à Græcis παράδειγμα quasi manifestatio appellatur. Hæc sanè historiæ affectio indicatur, cùm exemplum dicitur, ad quod videlicet mores suos animi mortalium fingant. Quin & Rhetorum ac Philosophorum perspicaciores similitudini exemplum subjiciunt.

Historiæ imago esse, ad quam posteri suos mores fingant & componant.

Diomedes enim, *Dion. l. 11.* ὁμοιώσεως tres species

facit: εἰκόνα, παραβολὴν, ἢ παράδειγμα. Easdem prorsus Marius Victorinus constituit; quamquam hic imaginem latiori, quàm Rhetores in figuris usurpatione accipiat. Sed Aristotelem adeamus, *l. 2. orat. inst. c. 39. vulgo 20.* qui de exemplo, ceteris quemore suo, nos eruditè instruet. παραδειγμάτων δ' εἰδη δύο ἐστίν· ἓν μὲν γὰρ ἐστι παραδείγματος εἶδος, τὸ λέγειν πράγματα προγεγενημένα· ἓν δὲ τὸ αὐτὸν ποιεῖν. τότε δὲ, ἓν μὲν παραβολὴ, ἓν δὲ λόγοι οἷον οἱ Αἰσωπειοι, καὶ Λιβυκοὶ. Exemplorum formæ duæ sunt; una quidem est res gestas proponere, altera easdem fingere. Hoc verò, vel fit per parabolam, vel per fabulas Æsopicas, & Libycas. Subjungit deinde unum rei factæ, & plura ficta exempla. Etenim Darii & Xerxis historiâ, post occupatam Ægyptum Græciam quoque invadentium, rectè ostendi tradit, non permittendum Græcis, ut Persarum Reges Ægyptum occupent: Nam & Græciæ turpe metuendum. Parabolæ loco adfert ad ostendendum sorte Magistratum eligi non debere. Perinde enim facturos asserit, ac qui sorte, vel gladiatores pro certamine, vel gubernatorem pro navis directione adsciscerent. cujus rei cùm nullum exemplum sit, est tamen fingit, ut alterius sortitionis absurditatem, velut in imagine, exponat. Ex quo illorum error deregitur, qui τὸ παραβολὴν hoc loco pro quavis similitudine accipiunt, miranturq; Aristotelem illam exemplo, ceu generi speciem, subjungere. Verùm recte Ricciobonus hic animadvertit *in paraphr ad Aristotelem l. 2. c. 20.* Parabola, de qua præsenti in re Aristoteles, est exemplum ex verisimilitudine, ut proinde non quævis; sed ficta tantùm ad exempli formam similitudo, exemplo generatim sumpto, cui species addatur, quod ex verbis suprà adductis manifestum erit.

Exempla vel sunt rerum gestarum, vel fictarum.

II. *Exempla rei fictæ, aut verisimilitudinem habet, ut parabola sit: aut non habent ut sunt apologi.*

Fabularum porrò, quas apologos dicunt, exempla subjicit; sed unum Stesichori contra Phalarin est. Hic enim, cùm electo jam Imperatori, Himerenses præsidia militum tribuenda censerent: Equus inquit

inquit, cervum sua carpentem pabula ulterius, apud hominem pro subsidio intercessit, qui respondit, modò se portaret telis armatum, frenumque pati non recusaret, (1) facile hostem junctâ ope superaturos. Equus ubi admisisset, pro pœna, quam ab hoste sumere decreverat, servitutem deinde hominis passus est. Ita Æsopus Samiis, Principem avarum exosis, ac de alio surrogando cogitantibus hac fabulâ dissuasit. Vulpes in foveam lapsa, cùm muscas caninas magnâ illic patientiâ toleraret, Erinaceus præteriens miseratus, operam ad illas excutiendas obtulit, verùm illa his verbis recusavit. Sine: nam hæ jam plenæ sunt; ubi enim has abegeris, famelicæ aliæ succedent, & quod reliquum est sanguinis extrahent. (2) ita, subjicit, vobis futurum, ubi egeni Principes diviti successerint. Unde cum Ricciobono facilè intelliges, Fabulam à parabola discerni; quod sit exemplum fictum præter verisimilitudinem. Discrimen tamen inter vera fictaque exempla haud parvum reperitur: Siquidem illa, cùm sunt rerum ab hominibus gestarum res gestas ante omnia repræsentant; ut iccirco non satis constet, an figuratè, ad rei à se diversæ significationem, adhibeantur? in fabulis ac fictionibus magis id, primò intuitu, liquet. unde hoc nomine, in figuratis imaginibus, exempla rei fictæ veris præferuntur.

(1) *Servitus coacta.*

(2) *Mali unius aversio sæpe alterius occasio est.*

Exempla rei fictæ præstant vero in Imaginibus figur.

Deinde exempla rerum gestarum in eo ferè genere virtutum vitiorumve erudiunt, in quo nata primùm sunt. Ita Darius & Xerxes post Ægyptum occuparam invadentes Græciam, Græcos admonent, non facilè indulgendum Regibus Persarum, ut Ægyptum occupent; ita enim periclitati rursus Græciam posse, ubi in eodem genere actionum persistitur: nam per occupationem Græciæ, ostenditur Græciam occupari posse, quod nos in figurata imagine vitiosum esse infrà trademus. Quare si hoc exemplo uti decreveris in arte iconographica, translatione opus erit, quâ ad aliud morum genus in homine transeas. ut si cui ostendas malæ societatis viciniam

III.

Exempla rei gestæ non erudiunt in figur. imaginibus, nisi metaphoricè transferantur.

devitandam esse, ne ab illa occupatus in communionem sceleris veniat. In Mutio Scævola, exempl. gratiâ, idem clariùs proponetur. Hunc si dexteram rogo intrepidè ingerentem proponas, suadeasque, hoc exemplo fortitudinis, Martyri, fortiter pro Christo ignes aliasve etiam pœnas subeundas esse; idem prorsus Martyri suades, quod in Mutio observasti, adeòque translatione, ad divetsum actionum genus, non uteris. Si tamen adolescenti, libidinis ignibus æstuanti, hoc exemplo constantiam, in iis perfetendis, vincendisque suaseris; jam poëtam agis, atque aliquâ figuratâ imagine dignum, exemplo rerum gestarum, proposuisti. Ex quibus, opinor, intelliges, nos primi exempli significatum, quod ex arte poëtica non habet, verùm naturâ tantum suâ, ab iconologia nostra amandare, quin iccirco quoque fictiones ante res gestas, hac in arte, ducere: quòd illæ priori facultate repræsentandi destituantur, ac solùm figuratè significent, ex primo aspectu notæ; cum historiæ incertum sæpe intuentis animum relinquant; figuratènè, an propriè ab autore usurpentur?

IV. Quo circa, ut exemplorum copiam aliquam in hâc facultate suggeram, non facilè adducor: tũ quo infinita res sit, atque ubique in libris obvia: tum quòd jam antè id præstitum à Caussino nostro insigni delectu videam; sive rationis expertium, sive compotum exempa postules: quem tamen historicè id non minùs, quàm poëticè executum animadverto. Ne que enim hanc, à me paucis nunc traditam, atque infrà stabiliendam magis, legem observavit, ut translatâ significandi virtute exemplis ubique uteretur; sed in eodem non rarò actionum genere perstitit, ut apodosis à protasi diversa non esset. Ex principio lib. I exempla petamus. Memorat ex Plinio Sagunti infaustem natum Matris uterum repetiisse, eo anno, quo Hannibale urbs occupata & eversa fuit. Hæc protasis est. Addit apodosin: omnes in uterum maternum reversuros, si miserias vitæ prævidérent. Sic de infanti Rascatino in utero plorante argumentatur. Ita Sic-

Caussinus in suis emblematis sæpe historicè exemplis vel gesta usus.

los fratres, parentes è flammis eripientes, pietatis; Alexandrum, thus profusè Deûm focis ingerentem, liberalitatis in superos typum facit. Quod est in eodem genere actionum, sine translatione, persistere. quæ cuivis etiam rudi hac significandi ratione obvia sunt; quia ad hanc illationem faciendam res ipsa cognita necessariam viam præstat. nempe Alexander in superos liberalis fuit, vicissimque illos liberales expertus est, igitur & nos in superos liberales esse convenit. Unde, uti omnis ingeniosæ inventionis, & poëseos est expers, nec locum doctæ conjecturæ præbet; ita ab hac imaginum poësi est removenda. Quæ verò cum translatione eodem libro idem autor usurpat; ut dum Augustum cum aquilis ludentem (1) adolescenti blanditias fastidienti, atque ad generosa animum cogitata transferenti adhibet: dum eundem quoque ranis silentium imperantem (2) in protasi exhibet, atque in apodosi regum filiis applicat, qui improbis & loquacibus terrori sunt, ea in exemplis probo; quia Aquilæ nutritio, ad generosæ mentis cogitationes, ranæ loquacitas, ad improbitatem malorum transfertur; ad quam significationem res non ex natura sua; sed ingeniosâ simbolistæ inventione adhibetur. Hâc igitur cautione adhibitâ; tum etiam illâ, quòd obscuriora exemplà nequaquam consectanda sint, ut alibi de materia imaginum ostendemus, ad Causinum historiarum curiosum ablego.

[1] *Adolescens generosa sectatur.*

[2] *Loquacitas vexatur.*

De fabulosa imaginum poësi, in qua autores ac studia multorum desiderantur, paulò nobis agendum fusiùs; ut quæ hujus omnino loci propria, neq; alio fine reperta est, quàm ut per veritatem in imagine velut propositam nos instruat. In his Græci involucris potissimam sapientiæ partem collocarunt. In hac Romani Latiniq; omnes non parcè olim versati sunt, ut proinde utrorumque nobis bibliothecæ excutiendæ sint, tum, cui quique fictionum generi maximè inhæserint, videndum. Atque ut rem ordine aggrediamur. Primò quidem de minùs obscuro fictionum genere à Romanis jam olim, in numis præ

sertim, usurpato, principium ducemus; inde ad diversas fabularum & poëticos exercitationes transituri.

CAPUT XVIII.

De fingendi artificio à Romanis, in figurandis imaginibus, usurpato.

1. OMne fingendi artificium aliquâ rerum convenientiâ niti debet, ut in liberali disciplina locum reperiat. Quòd ab omni retro erudita ætate, quæque aliquod in sapientia ac scientiarum palæstra nomen meruit, observatum video. Obscuriùs tamen illud, remotiùsque ab hominum sensu Græci, quàm Latini conati sunt. Etenim fabulosam illam poësim, quam ænigmatis atque implexis figurarum ambagibus plenam exhibent, tam remota rerum similitudine, ad imaginem aliquam veritatis aptant, ut à Sphinge omnia profecta videri possint, & Oedipo opus sit, ad lucem tam densis tenebris inferendam. Diem magis amarunt Latini imaginum artifices; & minùs sæpe haberi elegantes, quam aperti maluêre, pro nationum videlicet ingenio. nam illi, aut animo tecti, mille artes recessúsque ad fraudem tegebant, ita rationem iisdem latebris implicatam impeditamque amabant: hi explicatioris animi, virtutique contra fraudem astumque faventes, propalam magis; ut orationem, sic mentem ferebant. Romani hæc ferè fingendi ratio: ut res, tam naturali, quàm ethicæ cognitioni substratas, v. g. regionum, fluviorum, ventorum, virtutum quoque ac vitiorum, nomina, per imaginem oculis objicienda, specie aliquâ hominis fictâ, velut in theatro, spectandam proponerent: eo vestium corporisque habitu, iis signis atque instrumentis actionum, quibus à cæteris distingui, suâque actionum diversitate ab eruditis internosci possent. Quâ arte, ut viam Romanam (quam Trajanam ab autore vocabant)

Græcorum fictio ac poësis longè obscurior, quàm Latinorum.

bant) figurâ icone exprimerent; Matronam lapidibus insidentem finxêre, quæ alterâ manu ferulam atque arundinem, alterâ rotam, quæ videlicet quadrigarum erat sæpe viam obtentium, sustinebat. (1) Eidem ut Portum Ostiensem in Tiberi adumbrarent, Portumnum Deum portubus apud illos præfectum exhibebant, alerâ manu piscem, quo se maris Deum ostendebat, alterâ clavem, vel etiam ramum præferentem; quo se aperire navigantibus aditum, pacemque ac quietem à maritimis jactationibus offerre ostendebat. (2) Has verò similésque veterum imagines cùm ad perfectam figuratarum imaginum & cognitionem, & constructionem magnopere interfit non ignorare, præterire minimè debui. Ex Goltzio, superiori me libro non paucas dedisse memini: nunc ordine id agam copiosius ex *Iacobi Bisi* Numismatis, & *Antonii Augustini* Archiepisc. Tarraconensis in Numismata Dialogis, *Ioannis* item *Pierii* hieroglyphicis, *Ioannis Bochii* inauguratione PP. Alberti & Isabellæ magno ingenio judicioque, tum ex veterum disciplina, tum arte propriâ in hac imaginum fictione versantis, cui alterius haud multum imparis, *Cæsaris Ripæ* laborem adhibui: denique & *Ioannis Paep*, quâ ex veterum officina ad artem memoriæ facilitandam complures imagines congessit. In quibus illa antiquitatis potissimùm monumenta, ut digniora suis expositionibus brevissimè, idque ex Augustini ferè sententia, illustravi. Cetera ut planiora transii; in quibus ipse titulus, virtutis, aut vitii nomen facilè symbolorum expositioni viam rationemque aperiet.

(1) *Via Romana.*

(2) *Portus maritimus.*

III. *In emblematũ, aut anigmatũ cõceptu ac formatione, primò fingenda aptè personæ habenda ratio.*

Neque omninò difficile erit imitatione similia effingere: ubi observatum ex ipsa exemplorum varietate, & natura fuerit, quibus potissimùm fontibus hæ imagines nascantur, quòd ut facilè assequaris, ante omnia id conari iconographos animadvertes, ut personam ferè hominis, illi, quàm cogitas, rei significandæ maximè aptam reperiant, neque tam de nomine, quàm re exprimẽda laborent. Ita invenies Virtutem, licet nomine femineum quid præferat, tamen viri

imagine; contrà Honorem femineâ exhibitum specie. Nam, uti ad virtutem animi virile robur, secùs quàm in honore accipiendo referendoque exhibetur; sic in corporibus idem est adumbrandum. Has verò personas, aut tuopte licebit ingenio fingere, aut ex rerum seu gestarum, seu fictarum antiquitate desumere, ut si Herculem viribus corporis pollentem; aut Gigantem aliquem, tuo in cerebro natum, pro insigni animi robore ac virtute exponenda usurpes. Alterum est, ut habitum corporis illis moribus, quos symbolicè adumbrare decrevisti, idoneum aptumque effingas, atque, ut membrorum situm gestúsque taceam, qui rem emblematicam mirificè extollunt; ipsi etiam vestium colores, modò exprimi queant (ut in theatro, & vivis personis possunt,) figuris imprimis serviunt. Quibus aptè usurpandis, præter illa, quæ suprà docui, Alciati versus ex embl. 117. opportuni erunt.

Secundò habitus corporis aptè exprimendus.

Colorum varia significandi facultas in habitu observanda.

Index mœstitiæ pullus color &c.

Ubi nigro colore, tristitiam ac funera docet significari; albo, fidem, integritatem, ac puritatem animi: viridi, spem; flavo, cupiditatem, & amorem; rubro, ferociam & cædem in militibus, in pueris verecundiam: cæruleo, nautas & astrologos, quòd mare ac cœlum sit cæruleum: gilvo seu rufo, vilis conditionis homines; fulvo, meticulosos, ac religiosos & zelotypos; violaceo, suâ sorte contentos. hæc Alciatus. Quatuor colores quibus factiones ludorum Circensium utebantur totidem anni partes referebant. Prasini, viridi colore, ver: Russati; roseo æstatem; Albati albo pruinosum autumnum; Veneti cæruleo, gelidam hiemem (1) ut habet Ricciardus. Verùm hic & Personarum habenda est ratio, & moris gentium: nam Romanæ mulieres in funebribus albatæ incedebant, attratis viris: extra funus in viris, hic color olim erat reorum, adeóque infamis. Ceterùm aureus color, lætitiam, & Dei amorem; auro intertextus, virtutes diversas: varius, juventutis inconstantiam denotat.

(1) *Anni partes quatuor:*

Tertium

IV. *Tertiò, symbola cuique personæ cõvenientia tribuantur.*

Tertium est, ut symbola cuique personæ tribuas convenientia, inter quæ illud primum esse debet, dextræque plerumque inseri (nisi in capite aut pectore aliquod signum emineret) quod figuram à ceteris rebus, personisque distinguat, atque illi propriam faciat, cujus imago est. antè enim natura, & rei cujusque substantia constituenda est, quàm adjunctis aliis, & communibus rerum qualitatibus exornetur. Quo semel, ut necesse est, observato, multorum iconographorum, tam veterum, quàm recentium errores, & deprehendes facilè, & corriges, ita Pietas in numis Drusi caput velata ac coronata, signo illo distinctivo caret, quod illi in numis D. Bruti per aculam thuris additur: siquidem illud agendum ante omnia erat: ut noto usitatóque symbolo sese eruditis oculis manifestaret, ita Paci olea; bilanx Æquitati; Abundantiæ cornucopiæ offerendum, aut cette virtus induenda pelle Leoninâ, Fraus vulpinâ, Famæ dandæ alæ, Fortunæ rota: quibus deinde cetera ad expromendam mentis sententiam spectantia adjungi poterunt. Nunc exempla aliorum ordine digesta inspiciamus, quæ & hic & alibi de industria copiosè studioséque congessi; ut multorum, qui libris hisce carent, inopiæ subvenirem; aliorum etiam labores levarem, aviditatémque pascerem.

CAPUT XIX.

Regionum, Fluviorum, Ventorum, Temporum, & Artium imagines.

Regionum & terrarum imagines.

1. *Europa.*

EUROPA in numis L. Valerii Aciſculi, tauro insidens reperitur: quod ex fabulis Græcorum de Jove tractum est. *Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis de veterum numismatis Dial. 3.* Vel monochromate adumbrata, & tauro vecta, cornu

dextrâ, sinistrâ alcyonis nidum sustinens; Europam pacatam significat, apud *Ioannem Bochium in inauguratione PP. Alberti & Isabellæ.* *Vel* puella veste *sumptuosâ*, insideat gemino cornucopiæ, dextrâ, templum gerens; sinistrâ, hinc jacentia humi sceptra & coronas: inde arma, equos, & boves ostendat. *Cæsar Ripa.*

Hispania. HISPANIA in numis Galbæ Imp. matrona habitu militari, cum scuto; tela duo sinistrâ gerens, dextrâ binas spicas complexa, indicat militarem gentis animum; quam Livius lib. 28. diutius, cæteris nationibus, restitisse asserit: & copiam provenientis illic tritici *Vel* in numis Hadriani Imp. Hispani, femina sedet pacificæ oleæ ramum præferens, cuniculo (quod animal in Hispania frequens) ad pedes sito. *Augustinus.* *In iisdem* simulacrum triceps hastæ innixum, quo *Pierius* in Hieroglyphicis lib. 52. cap. 24. Hispaniam intelligit, ubi tricipitis Geryonis regnum fingitur.

Gallia. GALLIA habitu quoque militari femina, hastam aut sceptrum lævâ sustinet. *Augustinus.* Gallis virgata sagula, torques aureos, gesa seu hastulas duas, & oblonga scuta tribuit *Maro*, quæ Galliæ distinguendæ adhiberi possunt.

Germania GERMANIA, in Hadriani numis, matrona erecta est, hastam dextrâ tenens, lævâ scutum. *In* numis Domitiani, femina seminuda clypeis insidet, juxta tropæum; adstat vastâ mole captivus, manibus post tergum revinctis, quod argumentum est eo tempore Germanos cladem à Romanis sustinuisse. *Augustinus.*

II.

Pannonia. PANNONIA, in numis Decii Augusti, Matronæ duæ (nã duplex hæc provincia, superior, & inferior) cohortis insignia sinistris complexæ, dextris in cœlum elevatis, quasi deditionem peterent. *In* numis L. Ælii femina est pannis suffulta, contra regionis frigus, turribus caput revincta, quia urbibus frequens est, dextrâ hastam cum vexillo, sinistrâ, in lacinia vestis pilas sustinet. *Augustinus.*

Dacia. DACIA, in numis Decii Aug. matrona vestibus com-

compta, dextrâ hastam, in vertice, asini aut alterius animantis caput gerit, sinistrâ vestis sinum diducit. *In* alio numo, signiferi formâ cuditur, pelle Leonis, aut asini caput obtegentis. *Augustinus.*

ITALIA, in Titi Vespasiani, & Commodi seu Anton. Pii numis, Virgo est orbis terræ globo insidens, unâ manu sceptrum, alterâ cornucopiæ gerens, capite turribus ac muris coronato. *Augustinus.* *Italia.*

ROMA in Vespasiani Cæsaris, aliorúmque numis habitu virtutis ac Minervæ, cum parazonio, exprimitur; eo tamen discrimine, quòd victoriam manu sustineat. *Septem* quoque collibus juxta flumen, Tiberim scilicet, insidet *Eadem* Lupæ specie. Romulum ac Remum lactantis, exhibetur. *Alibi* spectatur ficus ruminalis (à ruma seu mamma sic dicta) sub qua lactasse parvos fertur. *Alibi* picus Martius visitur, quod Romulum Martis filium fingerent, cui hæc avis sacra est. *Sæpe* ad Romam significandam caput tantum armatum proponitur; cùm Roma sit velut orbis caput. *Augustinus.* *Roma.*

SICILIA, in Numis tribus cruribus divaricatis repræsentatur, quibus tria Insulæ promontoria, tres angulos formantia, designantur. *In* aliis numis, feminæ forma, cum spicis apparet, quo fertilitas loci indicetur. *Augustinus.* *Sicilia.*

AFRICA, in Hadriani Cæs. & aliorum numis matrona sedens scorpionem dextrâ stringit: ad pedes calathus est herbis plenus: capiti, loco calanticæ, impositum est caput elephanti, proboscide, dentibus & aure oblongâ eminente: quia hæc regio elephantorum ferax est. *Augustinus.* *Africa.*

MAURITANIA, in numis Hadriani Cæs. femina militari habitu, dextrâ equum strigosum, ac macilentum, cursui aptum, ducens; sinistrâ virgam habet, quæ illis pro calcaribus ad equum impellendum usitata. *Idem.* *Mauritania.*

ASIA, in Hadriani Cæs. numis, matrona est sinistrâ navis gubernaculum attollens, dextrâ serpentem retinens. *Alibi* incurvo vasi cornu copiæ immittit, in si- III. *Asia.*

nu pilas ferens (quæ vectigal denotant) puppiq; nâvis pedem imponens, quo indicatur per mare adeundam esse. *Augustinus. vel* Puella coronata floribus & fructibus; veste aureâ gemmeâq; : varios ramos dextrâ, sinistrâ thuribulum gerit, *Cæsar.*

Iudæa. JUDÆA, in numis Vespasiani & Titi filii, matrona ad palmæ radicem; quòd Phœniciæ vicina sit, à palmis frequentibus nomen sortita. *In* arcu triumphali Romæ, candelabrum septiceps Hierosolymam exprimit. *Augustinus.*

Ægyptus. ÆGYPTUS in Hadriani Imp. numis matrona sistrum manu tenens, quod erat instrumentum musicum Ægyptiis sacerdotibus usitatum, in sacris Isidis, Harpocratis, & Onocephali; quæ numina etiam in numis exhibentur, & ille quidem, ut Silentii Deus, indice ori admoto: hic capite asini sistrum quatiens, ut in Valentiniani numis. *Quin* & Ibis avis spectatur Ciconiæ similis, quòd clysteris usum, suo ipsa rostro alvum sibi purgans, ostenderit, & serpentes necarit, pro numine culta. *Augustinus. Apud Ioannem Bochium* fingitur matrona pedibus crocodilum premens, interque pyramides locata, manu papyrum tenens.

Alexandria. ALEXANDRIA (ita scribitur in numis M. Lepidi) per faciem matronæ turritæ proponitur. *In* numis Hadriani, matrona sedens, cum modiis tritici, spicas manu gerit. *Alibi* sistrum dextrâ, sinistrâ scapham præferens. *Augustinus.*

Arabia. ARABIA, in numis Trajani, heroïs persona, alterâ manu parazonium, alterâ ramum arboris odoriferæ sustinet; *alibi* capsulam longiorem tenet, cum ramo, ad pedes dromedarius, seu camelus illis usitatum animal. *Augustinus.*

Armenia. ARMENIA, in numis M. & L. Antoninorum, matrona insidens armis, in quibus arcus & sagittæ, pileus in capite, qualem Veneti Duces ferunt. *Augustinus.*

Cappadocia. CAPPADOCIA, mulier, in Hadriani Cæs. numis, turribus coronata: pilam, tamquam vectigalis provincia, manu unâ tenet, alterâ vexillum erigit. *Augustinus.*

INDIA,

INDIA, mulier fusca, gemmis & margaritis cultissima, tigridi insidens, circulum meridianum manu tenet, cum circino astronomico; utrimque Æthiopes, hic capiti umbellam tendit, ille ventum ei flabello suscitat. *Ioan. Bochius.* IV. *India.*

MESOPOTAMIA, in Trajani numis, inter duos fluvios Tigrim & Euphratem, sedet capite mitrata. *Augustinus.* *Mesopotamia.*

AMERICA puella nuda, fusca, terribili vultu; velum descendat ab humero ad genua, quo tegatur, coronata variis plumis; dextrâ sagittam, sinistrâ arcum gerat, cum pharetra lateri accinctâ, & capite humano humi jacente, telóque transfixo. *Cæsar Ripa.* *America.*

BRASILIA, crinaceum intuetur, calcans Zodiacum Brasilum, astante viro & feminâ, plumis, ut solent, ornatis. *I. Bochius.* *Brasilia.*

Fluviorum imagines.

FLUVII, universim in numis spectantur, senis specie urnæ incubantis, quæ angusto ore aquam fundat; caput arundine redimitur, quam etiam manu præfert. Senex est, quòd ab orbe condito originem fluvii ducant. Hydria, fontes seu capita fluviorum denotat. *Aliquando* visuntur cornucopiæ manu tenere ob frugum, quam causant, ubertatem. *cornibus* quoque adumbrantur; quia flumina crebrò secantur velut in cornua, unde cum Acheloo in tauri speciem converso Hercules pugnasse fingitur. *Augustinus.* V.

TIBERIS, in Vaticano palatio Romæ, spectatur cum cornucopiæ, lupamque juxta habet lactantem gemínos. *Ioannes Paep de arte memoriæ.* *Tiberis.*

ACHELOUS (ut & alii fluvii) ut hispidus senex, algâ arundinibúsque viridi in habitu cinctus, super effusum urceum inclinatus, & uno tantum præ ceteris, cornu in fronte pingitur, altero sub Hercule amisso. *Io. Bochius.* *Achelous.*

ERIDANUS fluminum Rex taurinâ facie pingitur. *Bochius.* *Eridanus.*

Atheſis. ATHESIS argenteis comis auro immixtis in Padum ſe exoneret; circum Nymphæ plures cum urnis ſuis, fluviolos denotantes. *Bochius.*

VI.

Danubius. DANUBIUS ſenex, velo caput obtegens, ſiniſtrâ urnam effuſam ſuſtinet. *in* Trajani Cæſ. numis, velatus, quòd fortè illo tempore ipſius origo, & fons primus obſcurus eſſet. *Auguſtinus.*

Iberus. IBERUS, Hiſpaniæ fluvius, viri forma ore aquam evomentis exhibetur, quæ imago in Hiſpaniæ numo reperta eſt. *Idem.*

Mæander. MÆANDER, tauri ſpecie, ad cujus pedes veſtimenti fimbriæ fluerent: nam ut hæ per terram, ſic & fluvii profluunt, tauri vero ſpecie, ob cornua, quæ fluxu crebro refluxúque, per agros, veluti aſſimilat, proponitur. *Auguſtinus.*

Moſa. MOSA, cum ſerto hederaceo & ſalmone, pingitur. *Bochius.*

Nilus. NILUS, in Hadriani Cæſ. numis, cum crocodilo, & quandóque Hippopotamo exhibetur, *vel* ſphingis ſpecie, quæ capite virgo, corpore leo eſt; quam brachio ſenex tenet, quo indicant, Nilum creſcere dum ſol in leone eſt, decreſcere dum in virgine exiſtit. *Auguſtinus.*

Rhenus. RHENUS pampinis redimitus acipenſere vehitur. *Bochius.*

Scaldis. SCALDIS in cetarii generis thynno equitat. *Idem.*

Tagus. TAGUS aureas arenas ex urna profundit. *Idem.*

Tigris. TIGRIS, in Trajani Aug. numo, ab animali tigri, cujus velocitatem exprimit, cognoſcitur; cui ſi fluvius jungatur, Euphratem deſignat, neque enim aliâ hic formâ apud veteres repertus eſt. *Auguſtinus.*

Padus. PADUS taurinâ facie pingebatur. *Ioannes Paep.*

Oceanus. OCEANUS cum curru ſtatuitur, quem quatuor balenæ trahant. Tritones cum buccinis præcedunt, circumſtant Nymphæ. *Paep.*

Vento-

Ventorum imagines.

VII. *Venti.*

VENTI pinguntur alati, tumescentibus buccis spirantes. *Ioannes Paep.*

Auster.

AUSTER alis madidis, vultu caliginoso, barbâ nimbosâ; pennis & capillis rorantibus exhibetur, *Ioannes Paep. Vel*, atro capite, velatus, materiam fumantem præferens; manu aquas spargit; *Ioannes Bochius.*

Boreas.

BOREAS, pro pedibus anguium habet caudas, barbam insuper, & alas nive conspersas. *I. Paep. Vel*, hispidus senex, folle armatus, seu flabro aërem agitante, spinis aridis coronatur. *I. Bochius.*

Eurus.

EURUS niger pingitur, & supra caput sol aureus splendet. *Paep.* nigras addit alas, cum sole rubicundo. *Bochius.*

Zephyrus.

ZEPHYRUS facie juvenili & pulchrâ, tempora habet pulcherrimis floribus redimita. *I. Paep.* Interdum alas habet, *vel* flabellum plumaceum gestat. *aut* leniter buccas inflat. *Ioannes Bochius.*

Temporum imagines.

VIII. *Tempus.*

TEMPUS, habet compedes, cum alis deplumibus, & horologio ad pedes fracto. Applicatur rei temporem non consumendæ. *vel* gremio veritatem fovet, quam tempus pandit. *vel* Saturnus falcem manu, clepsammidion capite gerens. *Bochius. Vel* senex versicolore vestitu, variis floribus spiciisque coronatus; dextrâ serpentem caudam ore mordentem, alatúmque; sinistrâ Zodiaci circulum gerit. *Cæsar.*

Æternitas.

ÆTERNITAS, veste viridi, hastam lævâ, genium dextra, basiliscum aureum in capite gestat. Ita in nummis reperitur, addita hac inscriptione Clod. Sept. Alb. Aug. Virg. His ego nec metas rerum, nec tempora pono, *vel*. Mulier triceps sindone amicta, anguem circulatem, orbem, solem, lunamque gremio, basiliscum capite, hastam gerit dextra, cui appensa scheda

cum hac inscriptione: *manet immota, vel* cæruleâ, aureis stellis distinctâ veste. *I. Bochius.* Vide infrà de Virtutibus.

Ætas aurea.

ÆTAS AUREA. Puella formosa, in olivæ umbra & medio alvearium, unde mel effluat, quiescens, capillis aureis naturaliter sparsis, veste aureâ, cornucopiæ floribus, fructibúsque plenum præferat dextrâ. *Cæsar.*

Ætas argentea.

ÆTAS ARGTENEA. Puella forma ptiori paulò inferior, veste & ornatu capitis argenteo, minoribus ocreis induta, & sinistrâ spicas gerens, aratro dextrâ innitatur. *Idem.*

Ætas aerea

ÆTAS ÆREA. Puella superba, armata, galeatáque, hastam dextrâ tenet. *Idem.*

Ætas ferrea.

ÆTAS FERREA. Puella armata, ore aperto, in casside caput lupi videtur, vestitu coloris ferruginei, dextrâ ensem vibret, sinistrâ scutum monstro horribili insignitum ferens. *Idem.*

IX.

Æquinoctium vernum.

ÆQUINOCTIUM VERNUM. Juvenis veste apertâ textâque, ad infimum albâ, sinistrorsum nigrâ: cingulo stellis pictis ornato in modum arcus. Dextrâ stateram teneat, sinistrâ flores, pedibus alas vesti concolores. *Idem.*

Æquinoctium autumnale.

ÆQUINOCTIUM AUTUMNALE. Vir similem vestitum priori gerit, & alatus cingulóque præcinctus, uvas sinistrâ, dextrâ bilancem complectatur. *Idem.*

Solstitium æstivum.

SOLSTITIUM ÆSTIVUM. Juvenis veste rubrâ, brachia & pedes nudus, coronatus spicis, circulo stellis ornato coronæ superposito; dextrâ globum, quartâ parte nigrum, sinistrâ cancrum sustentat, pedibus singulis affixæ sunt alæ duæ, quarum nigra est altera. *Idem.*

Solstitium hibernum

SOLSTITIUM HIBERNUM. Vir peliceâ veste, pedibus circulum stellis insignem premat, globum dextrâ, parte quartâ luminosum, sinistro brachio capram teneat, pedibus alæ quatuor appictæ, quarum una est alba. *Idem.*

Ver.

VER. Puella veste floribus plenâ, iisdemque coronata, sinistrâ aviculam, cui colludit, flores dextrâ præfert. *Idem.*

ÆSTAS.

ÆSTAS. Puella robusta, veste flavâ, cum cornu è spicis, dextrâ facem accensam gerit. *Idem.* *Æstas.*

AUTUMNUS. Puella virilis, veste prolixâ, uvísque coronata, cornu copiæ fructibus plenum ostendit. *Idem.* *Autumnus.*

HIEMS. Senex canus, pellibus, vel crasso panno vestitus, ad ignem sedet. *Idem.* Alii scitè per Puerum floribus coronatum *Ver.* per Juvenem robustum Æthiopem spicis cinctum, *Æstatem*: per Virum Bacchi cum pampinis revinctum *Autumnum*: per seniculum incurvum, cum baculo *Hiemem* intelligunt. Ita *Otto Venius.* *Hiems.*

DIES ARTIFICIALIS. Puer insignis, alatus, coronatus floribus, vel heliotropio; dextrâ circulum, in quo stellæ, sinistrâ facem accensam, veste albâ amictus, sustinet. *Idem.* X. *Dies artificialis.*

DIES NATURALIS. Puer etiam præclarus, alatus & coronatus, utille, dextrâ simílem circulum, & sinistrâ facem accensam gerens, sed veste partim albâ, partim nigrâ; curru vehitur; quem trahant equi amicti concolores. *Idem.* *Dies naturalis.*

NOX. Puella veste cærulea, stellis plenâ, coronata papavere, alataque: manu papaver complectitur. *Idem.* *Nox.*

HORÆ. Tres virgunculæ lepidæ ad cœli fores excubandi servant vices. *Prima est Aurora* veste rubicundâ, clepsammidion, quod fluere incipiat, tenens. I. *Bochius, vel* Puella vultu liberali, capillis anterioribus aureis, posterioribus nigris; habitu rubro, & alata; dextrâ solem, sinistrâ flores, sese explicantes, gerit. *Cæsar. Secunda meridies* candida, sciotericum: *Tertia Vespera* spadicea, horologium ponderibus devolutis, tenet. I. *Bochius. vel*, alata, capillis anterioribus nigris, veste versicolore, hesperum dextrâ, sinistra noctuam sustentet *Cæsar.* *Horæ.*

CREPUSCULUM DIEI. Puellus fuscus, aliísque eiusdem coloris, volatum fingat, caput ornante stellâ; sinistrâ vas ingens unde aquarum guttulæ decidant, dextrâ facem accensam teneat: splendeat à posteriori *Crepusculum diei.*

ſteriori parte lumen, hirundine per aëra volante. *Caſar.*

Crepuſculum noctis. CREPUSCULUM NOCTIS. Puer colore & veſte nigra, alatus, ad occidentem volans; ſtellam in capite, ſiniſtra noctuam oſtendens; telum jaciat dextra. *Caſar.*

XI. Artium ac ſcientiarum imagines.

Diſciplina. DISCIPLINA, cum circino & freno pingitur. *I. Bochius*

Scientia. SCIENTIA, Puella alas in capite, dextrâ ſpeculum, ſiniſtrâ globum cum triangulo habet. *Caſar.*

Grammatica. GRAMMATICA, Puella parva, quæ in dextra α & ω tabellæ inſcriptas præferat cum ferula, ſiniſtrâ pſittacum ſuſtineat.

Syntaxis. SYNTAXIS, regulam unâ manu Lesbiam teneat, pſittacum alterâ.

Poëſis. Poëſis, Mulier, habitu ſtellis pleno; laureata, cogitabunda, & enthuſiaſmo inflammata, nudis diſtentiſque uberibus, quam genii tres cum lyra, fiſtula, tubaque circum volitent; cygno ad pedes ſito. *Bochius, vel* cæruleâ veſte aureo diademate coronata, alatâque & ornata ſtellis; citharâ ludat. *Caſar.*

Poëſis lyrica. Poëſis LYRICA. Puella agilis habitu verſicolore, lyram ſiniſtrâ teneat, & pulſet, cum inſcriptione: *brevi complectar omnia cantu. Caſar.*

Poëſis Paſtoralis. Poëſis PASTORALIS. Juvenis veſte ſimplici, baculum manu, ocreas pede nudo geſtat, cum charta, cui inſcribitur. *Paſtor carmina ludo. Idem.*

Satyrica. SATYRICA. Vir nudus, audaci facie, linguam exſerat, unâ manu thyrſum, alterâ chartam complectitur, in qua notatum: *irridens cuſpide figo. Idem.*

Heroica. HEROICA. Vir majeſtate plenus, ſumptuoſâ veſte, & lauro coronatus: tubam dextrâ, ſiniſtrâ chartam prehendat, in qua ſit ſcriptum: *non niſi grandia canto. Idem.*

Elegia. ELEGIA. Puella claudicans, ſeu altero pede brevior, lauro coronata, veſte nigrâ, ſparſis capillis cum citharâ.

Co-

XII.

COMOEDIA. Mulier veste versicolore dextrâ coronam, musicum instrumentum sinistrâ, & larvam in capite gerens, cum hac epigraphe. *describo mores hominum. Cæsar.* *Comœdia.*

TRAGOEDIA. Puella ocreata veste nigrâ, dextrâ gladium sanguinolentum præferens, juxtà, vestes regias humi jacentes. *Cæsar.* *Tragœdia.*

HISTORICA, purpureo & viridi amictu, tabellam ex hasta pensilem gestat, in qua illud Ciceronis expressum: *Testis temporum, lux veritatis vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis. Bochius. vel.* Puella alata, amictu candido, retrospiciens; basi innixa quiescat, & calamum dextrâ continet, sinistrâ librum quem pulpito imponit, scribitque, *Cæsar.* *Historia.*

RHETORICA, Puella cultu vestium insigni, sinistrâ librum apertum, dextrâ sceptrum complectitur: in fimbria vestis hæc inscriptio: *ornatus persuasio. Cæsar.* *Rhetorica.*

INVENTIO, Puella vultu liberali, in capite alata; ad pedes ursa lambit fœtum imperfectum. *Cæsar.* *Inventio.*

ELOQUENTIA, ex janthina veste, nuda exserit brachia; hastile dextrâ, fulmen sinistrâ gerit. *Bochius. Vel,* amictu rubro, aut purpureo, cassidem aureâ coronâ insignem, & dextra fulgur, sinistra verò librum apertum præfert, *vel* pingatur Amphion canorè excitans saxa. *Cæsar.* *Eloquentia.*

XIII.

PHILOSOPHIA, Puella veste subtili, dextra librũ, sinistra sceptrum tenet: in pectore magnum *T.* in fine vestis. *P.* & inter utramque literam scalæ pinguntur. *Cæsar.* *Philosophia.*

LOGICA, Puella facie velata, candidâ veste, claves dextrâ, sinistra pilum acutum præferat. *vel* utraque conetur solvere nodum. *Cæsar.* *Logica.*

PHYSICA, Puella dextra sphæram, sinistrâ clepsydram sustinet. *Idem.* *Physica.*

MATHESIS, Puella veste alba, alas in capite, in dextra circinum, horologium solare in sinistra, in veste notas mathematicas habet. *Idem.* *Mathesis.*

ARITHMETICA, mensæ assidens numulariæ, in cujus *Arithmetica.*

jus fine lemma: *par impar. Bochius. vel* ferreo stylo tabellæ albæ, *par impar* inscribens. *Cæsar.*

Astrologia. ASTROLOGIA, cæruleâ veste, & serto stellifero ornata, humeris alas; sphæram cœlestem dextrâ, lævâ sceptrum ostentat. *Bochius.*

Geometria. GEOMETRIA, circinum dextrâ, siniſtrâ triangulum sustinet, *Cæsar.*

Theorica. THEORICA, habitu flavo vestita, triangulum dextrâ portet, pedibus duos calcans globos. *Cæsar.*

Musica. MUSICA, Puella veste variâ, in dextra tubam, cui luscinia: & citharam, cui cicada insideat, siniſtrâ præfert.

Medicina. MEDICINA, pingitur cum baculo, cui serpens spiratim involutus sit. *Bochius.*

Ethica. ETHICA, puella perpendiculum dextrâ, siniſtrâ leonem frenet, *vel* contrà. *Cæsar.*

Theologia. THEOLOGIA, Puella binâ facie, unâ cœlum, alterâ terram aspiciat, insidensque globo cœlesti; dextrâ pectori admotâ, fimbriam siniſtrâ sustineat, juxtà humi sit rota.

XIV. Artium aliquot illiberalium imagines.

Ars nautica. ARS NAUTICA, Puella alata, & anchoræ innitens pyxidem in manu nauticam gerat.

Mercatura. MERCATURA, Puella cum loculis, caduceo, & alis Mercurii.

Pictura. PICTURA, honestâ veste, dextrâ penicillum, siniſtrâ bacillum cum pictoria concha gerens. *Cæsar.*

Piscatio. PISCATIO, Puella veste cæruleâ, cum hamo, ex qua pisces pendeat interceptus, alterâ manu anserem sustinet.

Venatio. VENATIO, Diana succincto habitu, cum arcu & canibus: semiluna in capite spectetur. Reliquas artes ad hanc facilè rationem formaveris.

CAPUT

CAPUT XX.

Virtutum Vitiorumque, tum aliarum his affinium rerum imagines.

A.

I.

Abundantia.

ABVNDANTIA, signatur apud veteres cornucopiæ nummos effundente; nam hoc loco crumena illis erat, & oleo admetiendo serviebat, *August.* *vel* manipulum spicarum, & cornucopiæ præfert. *Boëthius, vel,* habitu magnifico gemmisque ornata, ædibus splendidissimis astans, cum cornu Amaltheæ; comitem habet *Gloriam, Luxum, Contemptũ, Ferocitatem, Bellũ, Pœnitentiam, Temeritatem, & Pauperatem,* quæ omnia vide suis titulis. *Idem, vel,* splendidâ veste, utramque manum fiscellæ admovet, spicis frugibúsque plenæ. *Idem. vel;* amictu flavo, & rubro, spicas dextrâ clavum navalem regit sinistrâ: scilicet & mari & terrâ imperans. *Idem. Viridi* & auro intertextâ veste eandem ornat. *Cæsar.*

Adversitas.

ADVERSITAS, gilvi coloris amictu; inversum cornu Amaltheæ dextrâ, læva corvum tenet. *Bochius.*

Abstinentia.

ABSTINENTIA. Puella dextra sibi os claudens, sinistra discum cibis plenum prætendit: cum hac epigraphe: *non utor, nec abutor.* *Cæsar.*

Æquitas.

ÆQVITAS. Virgo erecta, quæ dextra bilancem pondere æquatam tenet, læva scipionem aut virgam, ut hac velut mensura æquet omnia. *Vel* discincta quasi stringi nolens; *vel* cincta veste, tanquam ad leges composita & adstricta. *Vel.* generosi equi symbolum, cui Reges Neapolitani allusêre in numis, qui caballini dicti, cum inscriptione. *Æquitas regni.* an iccirco quòd Dominum sæpe subditi, ut equi effrenes sessorem, exeutientes, freno cohibendi fuerint? an, quòd penes nobilitatem equestrem æquitatis esset administratio? incertum, posterioribus certè sæculis conveniat, quibus Hispaniæ Rex possessor, equũ Pontifici, quòdam æquitatis jure, solvere cogitur. *Augustinus.*

II.

Æternitas. *ÆTERNITAS*, in numis Titi Imp. spectatur forma virginis, longo capillitio, sed galea tecto, & prolixa veste, altera manu cornucopiæ gerit hastæ innixa, altero pede orbem calcat. Virgo, æternitatis incorruptionem? longa coma & veste, longitudinem; copiæ cornu, felicitatem bonorum; ut hasta, pœnam improborum, notat. Orbem, id est, peritura & fluxa pedibus calcat. *Augustinus. In* Domitiani numis, altera manu caput radiatum, solis nempe, altera muliebre cum luna sustinet; quod scilicet omne tempus æternitas comprehendat. *Idem.* Visitur etiam velo oblongo caput involuta, ut ostendatur principium æternitatis nos latere. *Idem. Vel* hac manu orbem terræ, hac cœlum sustinet; quòd utrumque suo ambitu complectatur. *Idem. Vel* globo cœlesti insidet, sinistra hastam complexa, dextra velut ad imperium exporrecta; ut sub se, tãquam Imperatrice, res omnes creatas ostendat. *Idem. In* Philippi Augusti numis, jungitur cum elephante, diuturnæ vitæ animante, cui puer director insidet; quòd numquam senescat æternitas. *Idem. Vel* Phœnix ex se renascens, cum illa sociatur, perennitatis symbolum. *Idem. In* numis Alexandri Severi, Pierius notat, lib. 44. c. 17. simulacrum dextra lunam sustuliſſe; quod Luna semper renascens quoddam perpetuitatis esset symbolum. *Vel.* in Faustinæ numis, Matrona stans, amiculo lato capite humerorum tenus amicta. *Ioannes Paep.* Vide suprà in Temporibus.

Adolescentia. *ADOLESCENTIA.* Puellula facie pulchra & ridente, veste coloris varii, & floribus coronata. *Cæsar.*

Amabilitas. *AMABILITAS.* Virgo hilari vultu, veste candida, floribus inspersa, serto coronata myrteo, cor humanum, cui rosa infixa est, gerit. *Bechius. Vel* Puella floribus redimita, & instructa telo albo: rosam gerit dextra. *Cæsar.*

Ambitio. *AMBITIO*, vestibus succincta, nuda pedibus, & oculis velata, inversas coronas manibus apprehendat. *Cæsar.*

Amicitia. *AMICITIA* Myrto coronata cum malo punico: nam

nam harum arbusculæ ita se amant; ut per terram earum radices perreptantes se invicem complectantur; quia propinqua earum insitio, non parum facit ad feracitatem. *Bochius ex Pierio.*

III.

AMOR DEI. Sinistram aperto admovens pectori cum inflammato corde, dextræ indicem in cœlum elevans. *Bochius. vel.* Puer cœlum aspiciens, quod sinistra ostendat, dextra verò pectus, *Cæsar.* *Amor Dei.*

AMOR DIVINVS. Alatus capite coronam, cui superstat sol, manu arcum & sagittam inauratam gerat. *Bochius.* *Amor divinus.*

AMOR INVICTVS. Cupido adamantem cordi impositum tenet. Brachio è nubibus eidem ictum minante cum lemmate: *nulli cedit amor. Bochius. vel.* Puella duas anchoras per cor humanum decussatas juxta se habeat, etitque firmitudo amoris. *Idem. vel.* oblonga & candida veste, serto rosisque utriusque coloris redimita, dextra accensam facem, læva arcum gestat, pendente ex humeris pharetra. *Idem. vel* curru vehitur, quem geminæ trahant cornices, mutuis osculis indulgentes, *Idem.* *Amor invictus.*

AMOR VIRTVTIS. puer nudus, alacer, coronatus, lauro tres manibus coronas præferet. *Cæsar.* *Amor virtutis:*

AMOR seu CVPIDO. modò cum arcu & sagittis, modò cum facibus, aut laqueis, & cæcus velatusque pingitur. vide quæ de Diis in Emblematis notavimus. *Amor seu cupido.*

AMNESTIA, armata virgo exuit arma. Nam injusti est, ait Cicero pro Marcello, periculo liberatum arma portò gestare. *Bochius.* *amnestia.* Zapa pistanus

ANIMA BEATA. puella gratiosa in vultu velum transparens, alata, in capite stella, veste lucente. *Serviet* pro anima damnata contrarium. *Cæsar.* *Anima beata.*

IV.

ANNONA, in numis, cum tritici & frumenti modio, cum cornucopiæ, spicis, navibus, & Dea Cerere. *vel* cum anchora aut navis gubernaculo, & cum infante propè astante, qui frumentum mensuraret, subigebatur. *Visa* etiã cum ramis oleæ. Et pro tritici spicis frequentius, papaverum ferre capita, quod in panem *Annona.*

olim densata, ut *Dioscorides lib. 4. c. 55. & M. Maro l. 1. Georg.* ubi *cereale papaver* nominat *Augustinus. vel* in Titi Vespasiani numo, dextra sigillum, id est, parvam statuæ figurã, tum libellam; altera vero cornucopiæ gerit, navi, cũ calatho, & spicis, apposita. *Idem.*

Anxietas. *ANXIETAS*, lupum auribus apprehendit. *Bochius.*

Astræa. *ASTREA*, aligera, regulam in manu Lesbiam tenet. *Bochius.*

Arianismus. *ARIANISMVS*, Mulier armis rubiginosis, veste nigra talari, serpentibus plena, capillitio longo cum lacertis, faculam manu prætendit. *Cæsar.*

Avaritia. *AVARITIA.* Puella macilenta, tristibus, laceris, nigris crinibus, cum hac in fronte epigraphe: πλέονος. manuque bursam tenens, retro stantem puerum, macrum lacerumque, rejiciat, *Cæsar.*

Aucupiũ. *AVCVPIVM.*, Genius accipitrem in pugno, in galericulo plumas gestat. *Bochius.*

Audacia. *AVDACIA.* Vir undique armatus lemmate: *per tela per ensos*, Scuto inscriptum: *una salus nullam sperare salutem*, dextra gladium vibrat. *Bochius.*

Autoritas. *AVCTORITAS.* Matrona gravis vultu expeditam manum cum autoritate attollens: sceptrum ex querno ligno cœlatum ramis superioribus ita complexis, ut oculi speciem reddant imperii firmitatem, denotat Claves, quæ cum laureo serto ambiunt caput, securitatem. Equus in basi cœlatus ejusdem symbolum. *Vel* aurea vestem induta, sceptrum dextra, sinistra duas claves sustinet, *Bochius. vel* insidens sedi magnificæ, egregio vestitu, dextra claves, sceptrum sinistra gerat: hinc libris in terra jacentibus; illinc armis. *Cæsar.*

B.

V.

Beatitudo prima evangelica. *BEATITVDO PRIMA EVANGELICA.* Puella brevi, paupere facie parum inclinata & cœlum intuens. habeat chartæ inscriptum: *Regnum cœlorum paupertati venale. Bochius.*

Secunda. *SECVNDA* Brachiis angnellum complexa, quem demulceat, addita hac inscriptione: *Mansueti hereditabunt terram. Bochius.*

TERTIA.

TERTIA. Supplex & gemens puella, cui eadem ratione ut primis, idonea ex Evangelio inscriptio additur. *Tertia.*

QVARTA. Puella bilancem æqualem sustinens, dæmunculum, qui eandem deprimere conatur, gladio repellit. *Quarta.*

QVINTA. Panem frangens & distribuens parvulis. *Quinta.*

SEXTA. Lacrymis rigans cor, quod manu gestat. *Sexta.*

SEPTIMA. Manu tamum olivæ, pedibus arma conculcans. *Septima.*

OCTAVA. crucem gerens dextra, filios trucidatos intuetur. *Vide Bochium.* *Octava.*

BELLONA. Galeata, capillis passis, sanguinolenta, flagellum dextra sustinet, clypeum lævâ, in quo lupus. *Bochius.* *Bellona.*

BELLIGENII. septem, primus, secundus, tertius, quartus, arma diversa ostentant: quintus, ardentem facem. sextus, spicas inanes tritici: septimus bulgam vacuam exhibet. *Bochius.* *Belligenii.*

BENEVOLENTIA. candido habitu liliis coronata, astante & blandiente cane. *Bochius.* *Benevolentia.*

BENIGNITAS. amictu cæruleo, stellis aureis ornato, utraque manu lac parvulis circumstantibus ex uberibus exprimit. *Bochius.* *Benignitas.*

BLASPHEMIA Senex macer, pallidus ore aperto, terram versus, quam baculo percutiat. *Cæsar.* *Blasphemia.*

BONITAS, Cœlum suspiciens passis manibus, gremio pelicanum fovet, pullos fuso de præcordiis sanguine nutrientem. *vel* cærulea veste & serto ex ruta confecto, castimoniæ & antidoti hieroglyphico (nam serpentes fugat) conspicua, astante pelicano. *Bochius.* *Bonitas.*

C. VI.

CALAMITAS, pedibus hominum cervices calcat. *Io. Paeb. vel* amictu pullo mulier cannæ innixa spicarum ruptarum falcem brachio tenet. *Bochius.* *Calamitas.*

CALUMNIA, apud Apellem Mulier ornata, vultu inflamato, iram spirans, lævâ facem ardentem, dextrâ *Calumnia.*

trâ adolescentem frustra deprecantem per capillo trahens. Præcedebat pallidus vir, lascivusque fixo o tutu contuens: ponè duæ aliæ erant mulieres calum niam dirigentes. *Perfidia, & fraus: Pœnitentia* subi bat everso capite flens, & *Veritatem* venientem in tuebatur, *I. Paep. vel.* Puella indignabunda, finistr torrem accensum, dextrâ puerum manus ad cœlu tendentem apprehendat, *Cæsar.*

Cades. *CÆDES*, Mulier veste ferruginea, dextram dextr lævam lævo lateri injiciens (ansato gestu) intueatu in scuto cadavera in sanguine volutata. *Bochius.*

Candor. *CANDOR*, Adolescens liliis coronatus, candidum manu lilium præfert. *Bochius.*

Captivitas. *CAPTIVITAS.* Manus pedesque vincta caten *vel* passis capillis, discalceata, cum servili ad collu unco. *Bochius.*

Charitas annonæ. *CARITAS ANNONÆ.* Mulier macilenta, sordid veste, salicis ramum dextrâ, punicum sinistrâ com plectitur, astante vacca macilenta. *Bochius.*

Charitas. *CHARITAS*, Mulier rubro habitu, flamma in c pite, dextra cor ardens, sinistra puerum amplectitu *Cæsar.*

VII. *Clementia* *CLEMENTIA.* & moderatio. In Vitelli Aug. n mis, Matrona sedens, lauri ramum dextra, sinistra b culum sustinet; ut quietem perpetuumque vigore cum authoritate designet. *In* Hadriani Aug. num hastæ annexa, ut quâ ad severitatem non utatur; de tra patinam velut ad largiendum præfert, *Augustin vel* Leone vecta (domito puta) telum è manu vel abjiciens. *vel* in Leone citrium ramum gestet. oleam præfert, armorum acervo ad pedes strato. aceervum armorum calcat, oleæ innixa, ex qua fasc consulares pendeant, *Bochius*

Concordia. *CONCORDIA*, pene eadem specie visitur qua h mana fides, dextris scilicet nexis. *vel* duplex eti cornucopiæ. *vel* Matrona sedens dexterâ sacra pateram, sinistrâ cornucopiæ sustinet. *vel* Matr na stans hastæ innititur, tanquam à bello otium esset, *vel* aræ accensæ vicina; quòd Concordia pie ter

tem in superos alat. *In* Fontei Capitonis & P. Lepidi numis, lancera cordibus plenam habet, quo nomen Concordiæ proximè explicatur. *Augustinus. vel*, dextra eraterem, læva cornucopiæ, *interdum* & sceptrum tenet: facie decora. *hæc* in Neronis Cæs. numis, duabus dextris copulatis, cum stella exprimitur. *Ioannes Paep. vel* duo Turtures sceptrum nonnihil diffissum duobus lauri ramis colligare conentur; cum inscriptione: *revincta virebunt. vel* malum punicum dextrâ, corniculam sinistrâ, virginis ipsa personam sustinens, portabit. *vel* cum jaculorum fasciculo colligato, cui par columbarum insideat. *vel* dextra malum punicum in patera; cornucopiæ sinistra, cui cornix insideat, gestabit, addita hac epigraphe: *velle ac nolle ambobus idem, Bochius. vel.* Puella olivâ coronata, dextra sagittas. albo fune colligatas, cornucopiæ gestet sinistra. *Cæsar.*

VIII. *Cognitio rerum*].

COGNITIO RERVM. Puella assidens libro aperto, quem monstret, sinistra facem prætendit. *Cæsar.* Vide supra de Artibus.

Cœlum.

COELVM, Jovis filius, veste cærulea stellis plenâ, serto sapphirino redimitus, & in vase flammis pleno cor non consumendum exhibens. *Bochius.*

Compunctio.

COMPVNCTIO, Mulier indura cilicio, ore aperto, cœlum plorans suspicit, indice dextræ cœlum versus elato, spinis coronatur. *Cæsar.*

Conscientia.

CONSCIENTIA, Puella decora facie, superiori veste alba, inferiore nigra, limam gerat dextra: in pectore cor appareat à serpente morsum. *Cæsar.*

Cõservatio.

CONSERVATIO, Aureo amictu, & oliva corona-ta, dextra fasciculum milii, sinistra circulum gestet. *Bochius.*

Consecratio sive Apotheosis.

CONSECRATIO sive *APOTHEOSIS.* in Antonini Pii numis, per aquilam pilæ seu orbi insidentem, aliquando cum fulmine, aliquando cubicularem lectum attollens, interdum ipsum etiam Imperatorem inter alas sustines. *Pierius lib. 19. cap. 4.* Pavo consecrationem fœminarum designabat. *Vnde* in Faustinæ Augustæ, Antonini conjugis, numis erat:

Pavo in harum consecratione, ut in virorum Aquila; è tecti fastigio, in cœlum emittebatur. *Plerius in lib. 24. cap. 9. Ita* caput muliebre lunæ insidens cornibus sursum versis, ex oppositâ vero parte Pavo rotatâ caudâ reperitur, cum hac inscriptione: *D. Maximæ. Pierius ibidem. Et* in numis aliis D. Paulinæ, Pavo insidentem dorso mulierem occipitio velatam sustollit, *ibidem.*

Cholera. CHOLERA, Juvenis macilentus, seminudus, flavi coloris, manu vibrat gladium. *Cæsar.*

IX. *Concordia maritalis.* CONCORDIA MARITALIS, Mulier & Vir colligati catena aurea, ex qua cor pendeat; quod uterque manu tangat: ambo veste purpurea amicti. *Cæsar.*

Conjugiũ castum. CONJUGIUM CASTUM. Mulier animal ex mustelarum genere (armelinum vocant Itali) contrectans, & amiculum exhibens. *Bochius.*

Conjugiũ concordãs. CONJUGIUM CONCORDANS, punicum malum manu exhibet. *Idem.*

Conjugiũ fecundũ. CONJUGIUM FECUNDUM, Leporem cum lepusculis gremio fovet. *Bochius.*

Consilium CONSILIUM, Senex torquem aureum è collo, & ex illo cor pendulum gerens, dextra librum, sinistra noctuam præfert *Bochius.*

Constantia. CONSTANTIA, In numis Claudii Imperatoris, modò stans militari in habitu sago induta, ac paludamento in tergum rejecto, capite galeam, lævâ sceptrum ostentat? modò sedens ac inermis indicem dextræ manus, uti & illa stans facit, faciem versus intendit: specie affirmantis. Illa militiæ: hæc domi in bene cœptis constantiam signat. *Augustinus. vel.* Adolescens brachiis nudis, dextrâ coronam amplectens, sinistrâ gladium, & eundem igni imponat. *vel* alba & rubra veste dextram elevet, sinistra hastam complexus in basi quiescat. *Cæsar.*

Consuetudo. CONSUETUDO, Senex barba cana, baculo incumbens cum epigraphe: *vires acquirit eundo*: in humero fasces, variorum instrumentorum. *Cæsar.*

CON-

CONTENTUS VIVENS, coronatus oliva, brachiis & pedibus nudus, veste alba & flava, pectore gemmâ ornato: dextrâ, pannum aureum, sinistrâ flores continet. *Cæsar.* *Contentus vivens.*

CONTINENTIA, Puella stans simplici habitu, sinistrâ teneat armenium murem. *Cæsar.* *Continentia.*

CONTRITIO, Puella gratiosa stans, pugno continens pectus, brachioque sinistro extenso flens cœlum aspiciat. *Idem.* *Contritio.*

CRAPULA, Mulier malè induta, stomacho nudo, capite ad oculos malè tracto, oreque aperto, manibus caput Leonis comprehendat: juxta humi partes carneæ, placentæque jaceant. *Cæsar.* *Crapula.*

CRUDELITAS, armata, tigri in casside formata, gladium dextra caput humanum adhuc cruentum læva sustinet. *Bochius,* *Crudelitas.*

CUPIDITAS, Puella pectore nuda, alata, & oculis velatis. *Cæsar.* *Cupiditas.*

CURIOSITAS, Puella alata, capillis, capite, manibusque arrectis; veste tum rubra tum cærulea, auribus, raniſque pictis signata. *Cæsar.* *Curiositas.*

D. X.

DESIDERIUM, Puella pectore nuda, velo varii coloris, & in corde flamma appareat. *Cæsar.* *Desiderium.*

DESIDERIUM DEI, Puer alatus, veste rubra & flava, sinistra pectori admota, elatis in cœlum oculis, extensa è latere dextra, è pectore flamma protendatur. *Cæsar* *Desiderium Dei.*

DETRACTIO, Mulier sedens, veste fusca & laceta, linguam exserens, pedibus tubam premat, dextra gladium vibratis, in capite velum gestet, quo sinistra oculos paulùm obtegat, *Cæsar.* *Detractio.*

DEVOTIO in Deum, alata, cœlum intuens, inflammatoque vertice aram una, pectus altera tangat. *Bochius. vel* veste pretiosa cœlum suspiciens, dextra lumen accensum teneat. *Cæsar.* *Devotio.*

DISCORDIA. Crines viperis implicitos habet, supino capite, labris liventibus, oculis strabis, putridis, humefactis; lacrymis fluentibus; manu utrâque *Discordia.*

que in continenti gladium ad pectus ferens, tenuibus & obliquis cruribus, pedibus verò reti, & caligine involutis. *Ioannes Paep. vel* scisso crine, & concreto ore, fuso sanguine, oculis, contusis lacrymabunda, dentibus rubiginosis, lingua tabo fluente, veste lacera: facie serpentibus obsessa: dextra facem quatit. *Paep. ex Petronio. vel* Mulier cum accensa face, & ventoso folle. *vel* habitu versicolore, igniarium cum silice manu tenens, & ignis semina eliciens (secundum Lud. Aristum) pedes implicatos reti (secundum Aristidem) habet. *vel* duobus in fronte cornibus pingitur. *Bochius. vel* Puella Furia sit infernalis, veste coloris varii, telis sanguinolentis cincta, capilitio sparso; & serpentibus immixtis horribilis, dextra cum silice chalibem, sinistra fomites complectatur. *Cæsar.*

Diligentia. *DILIGENTIA.*, Puella veste rubra, calcar unâ sustineat, altera horologium. *Cæsar.*

Divinitas. *DIVINITAS*, Puella veste alba, flammam in capite, utraque manu globos tenet, unde flammæ erumpento *Cæsar.*

Doctrina. *DOCTRINA*, Puella habitu aureo, Puero candelam accendenti sinistra ardentem flammam prætendat: dextra eidem viam certam in loco tenebricoso ostendat. *Cæsar.*

Dolor. *DOLOR*, Vir seminudus cujus pedes catenæ constringant, pectus à serpente mordeatur. *Cæsar.* facem addit fumantem, & absinthii ramum in manu *Bochius.*.

Dominii sui. *DOMINIVM SVI*, Vir insidens Leoni, dextrâ stimulans, sinistrâ eundem freno moderatur. *Cæsar.*

E.

XI. *Ecclesia.* *ECCLESIA*, crucem brachio, sertum liliis rosisque contextum manu tenet: coronata diademate Pontificali, adjacentibus utrimque Mosaicis tabulis. *vel* Ex Hebraico Dei nomine columba aureo vinculo ad Virginem stellis coronatam descendat, quæ utrâque vinculum apprehendit. *vel* Matrona gravis

gravis vultu, quæ sinistrâ innitatur sacrarum literarum codici (cui inscriptum; *Gredo;*) Pontificiam tiaram sustentans, dextrâ crucem gestet, cui hinc Idololatria, inde Hæresis sit alligata. *Bochius.* Columbam supernè imminentem Tiaræ, & binas claves pendulas addit. *Cæsar.*

ELEEMOSYNA, facie obvelata, totoque tecta corpore accensam in capite lucernam gestet, & manibus sub veste absconditis stipem egentibus infantibus eroget. *Bochius.* *Eleemosyna.*

ELEMENTUM IGNIS, Puella manibus vas igne plenum tenet, hinc salamandra, inde phœnix, sol, aut vivax puer, capite velum rubrum instar flammæ compositum gestet. *Cæsar.* *Elementū ignis.*

AER, Puella veste alba & flava, utrâque manu circulum, in quo sit iris picta, sustenter. *Cæsar.* *Aër.*

AQUA, Puella veste cærulea, instar undæ complicita, cannæ innixa, torallino corque de collo pendente, pectori duas conchas uberum instar appictas, capiti verò navim aut piscem impositum gestet. *Cæs.* *Aqua.*

TERRA, Puella vestem plenam floribus, in capite turrim, dextrâ cornucopiæ exhibeat: ad pedes varia sint animalia. *Idem.* *Terra.*

ENDYMION Lunæ amasius, stellis in amictu cæruleo pictis illustris, sphærâ manu gestat. *Bochius.* *Endymiō.*

ERROR, Adolescens virum pictum in scuto præferens, obvolutis oculis in trivio viam baculo explorat. *Bochius.* *Error.*

EUBULIA, amictu rubro, ornata collum aureâ catenâ, è qua pendeat cor humanum, aureum librum dextrâ, noctuam gerit sinistrâ. *Bochius.* *Eubulia.*

EVENTUS BONUS, specie Adolescentis, dextra pateram, sinistra spicam cum papavere tenentis. *I. Paep. vel* Juvenis hilari aspectu, pateram cum stella in capite defert, addito cornu Amaltheæ spicis tritici seis pleno, & papavere cereali, *Bochius.* *Eventus bonus.*

EXILIUM, Vir habitu peregrini, baculum dextra; sinistra falconem gestat. *Cæsar.* *Exilium.*

F.

XII. *Fauua.* FAMA, Mulier panno subtili induta, succinctaq; tubam inflat, velociter hàc illac alata discursans, *vel* Monstrum alatum mille linguas, oculos & aures habens, in domorum culminibus degens. *I. Paep.* ex Virgilio, *vel* alas & vestem, oculis, auribus & oribus undique refertam gerens, duas simul tubas inflat, hanc sursum, illam deorsum, *vel* habitu succincto & circum crura fluitante, auream manu tubam cum oleæ ramo gerit. *vel* hac tubam, illa schedam secundi Austri flatibus sursum delatam exhibet. *Bochius. vel* Puella veste ex velo subtili, usque ad genua, & auribus, naribus, oribus plena, discurrit alata, & dextra tubam præfert. *Cæsar.*

Fama bona. FAMA BONA. Puella tubam dextra, sinistra olivam, torquem pectore aureum, & corde aliisque albis pendulis insignitum gestat. *Cæsar. vel* tigridi insidens, habitu rubro, serico amicta, buccinam inauratam manu tenet, de qua cæruleum vexillum (cui insigne, aut nomen ejus appinges, quem celebras) pendeat. *Bochius.*

Fama mala. FAMA MALA, Vespertilionis alis induitur, *I. Paep. vel* ad pedes jaceat famæ bonæ cum buccina & labaro nigro. *Bochius.*

Fames. FAMES, Macie tabida, in cespitem gramineum morsura, *Bochius. vel* ossa rodens exsangis vetula.

Fatum. FATUM, Forma virili, candida veste ad talos demissa, cœlestem manu sphæram, & super ea stellam, cum catena aurea, humum usque è sphæra dependente, præferat. *Bochius.*

Favor. FAVOR. Adolescens alatus, cœcus, vultu timidus, pedibus rotæ insistens: comitante Adulatione, ponè verò Invidia. *I. Paep.*

Faustitas. FAUSTITAS, Virgo tenens icunculam auream, Pluti scilicet divitiarum Dei, & cornucopiæ sinistra. *Bochius.*

Felicitas. FELICITAS. Matrona dextra caduceum, sinistra cornucopiæ sustinens, & illo quidem cœlestia, hoc terrena bona figurantur, loco cornucopiæ, nunc oleæ,

oleæ, nunc, ut in numo Antonini Pii, lauri ramum gerit, quod in pace ac victoria perpetua sit felicitas, *vel* sceptrum tenet alibi, *vel* ut in Commodi Cæs. numo, duplex cornucopiæ in medio caduceum complectitur. *Augustinus, vel*, ut Juliæ Mammeæ Numisma habet, fœmina solio insidens, dextra caduceū, sinistra cornucopiæ præfert, *vel* alto in solio conspicua & coronata ponitur, ad quam multi frustra conantur ascēdere. *l. Paep vel* gemellos sinu fovet, duobus aliis pusionibus exsultim lusitantibus *Bochius*.

FECUNDITAS, binis juxta liberis, tertium ulnis gerit, *vel* etiam quartum ut in numis quibusdam, *vel*, Mulier sedens mammas lactanti præbet, *vel*, ut in numis Juliæ Mammeæ, stat Matrona, sinistra cornucopiæ tenens, dextra infanti blanditur. *Augustinus. vel*, Matrona sinapi floribus coronat, pollet venalem proponere, quam gremio fovet, gallinam pullos excludentem, & leporem ad pedes jacentem. *vel* cornucopiæ è quo spicæ, & gemelli collo renus emineant, aliis grandiusculis Matri ad pedes blandientibus. *Bochius*. *Fecunditas.*

FIDES HUMANA, In numis veterum, per dextras implicatas exposita est, *vel* sub dextris flores, spicas, aut caduceum reperies, quibus fructus ostenditur, ex Fide, Pace, atque Concordia existere solitus, *vel*, ut numis Heliogabali, fœmina sedens turturem fidei symbolum una manu, hastam altera sustinet, cui *fides exercitus*, inscribitur. In Domitiani Aug. numo 1. Mulier stans spicas binas una manu, altera lancem fructibus & cordibus plenam gerit, cum epigraphe: *Fidei publicæ*. *Augustinus. vel*, in veste catellos depictos, & præfert sceptrum, cujus in apice manus implexæ. *Bochius vel* Puella veste candida, dextra sigillum, clavem sinistra gerit; juxtà astante cane. *Cæsar*. *Fides humana.*

FIDES seu RELIGIO, oblongam crucem tenens uno pede Ethnicum Imperatorem calcat, altero Hæreticum pseudoevangelii sui librum attollentem. *Bochius. vel* Puella habitu albo, dextra crucem, sinistra *Fides, Religio.*

calicem, quem fixo obtutu aspiciat, *vel* legem Mosaicam teneat, *vel* una claves, altera Pyramidem, hac epigraphe: *Super hanc petram*, complectatur. *Cæsar.*

Festivitas. FESTIVITAS, Virgunçula cum cithara & Musicis imstrumentis. *Bochius.*

XIII. *Fiducia.* FIDUCIA, Manu sceptrum gestat, in cujus apice duæ manus implexæ, cum candido ad pedes catello, spectantur. *Bochius.*

Ferocitas. FEROCITAS, equino pullo effreni insidet puella. *Bochius.*

Flagellum Dei. FLAGELLUM DEI, Vir rubra veste, dextrâ flagellum, sinistra fulmen vibret. *Cæsar.*

Fortitudo. FORTITUDO, querno serto coronata, astante camelo, qui indefessi laboris est: clavam manu, rictumque Leoninum in capite gestat, *vel* Cupido vexillum militare prosperæ fortunæ submittit, lævâ ferocissimo Leoni caput mulcet, juxtà navis in mediis procellis cum inscriptione: *Nec bona fors tumidum, nec mala fors timidum. Bochius.*

Fortuna. FORTUNA, in omnibus fere numis, dextra navis clavum, sinistra fert cornucopiæ. *vel*, in numis Græcis Antonini Lecto incumbēs, dextra capite turritam coronam, Græcis τυχη Φερέπολις dicebatur, lecto insidebat, quòd securè possessores quiescere faceret, *In* alijs numis, rati passis velis insistebat, quasi prospero cursu ventisque delatæ. Hæc imago etiam *Fortuna reduci*, uti alia sedens *manenti* inscripta visebatur. Sed de hac infrà pluribus. *Augustinus. vel* in cubica sede, cum duabus anchoris, *vel* globo insistenti ventus comas in frontem diffudit, cum velo lunato, & ventis turgido. *vel* cum rota partim nigra, partim alba, vento agitata. *Bochius.*

Fraus. FRAUS, vultu benigno, ceteris membris pilosis & squammosis serpentem referentibus, varioque colore infectis describitur. *I. Paep. vel* larvam manu gestet. *vel* bifrons, hinc anus, illinc juvencula manipulum florum, ex quo se coluber exerat, dextra præferat. *Bochius. vel* bifrons ut antè, vestitu flavo, pedibus aqui-

aquilinis; cauda scorpionis, bina corda in dextra, larvam in sinistra ostendens. *Cæsar.*

FREQUENTIA. serto coronata formicis pleno, papavera manu gerat. *Bochius.* *Frequentia.*

FURIA, Vetula capillo horrido, nigroque, veste nigra etiam, & uniformi, dextra scuticam, sinistra facem prætendat. *Cæsar* *Furia.*

FUROR. vultu terribili, & sanguine conspersa, qui armis, gladiis, galeisque insidens fremeret, revinctus post terga catenis, *I. Paep. vel*, vir armatus, minax ensem ferens dextra, scutum sinistrâ, in quo Leo depingebatur. *Alciatus*, *vel* Juvenis minax, lauro coronatus, cinctus hedera, alatus in capite binis alis, fremat obverso in cœlum vultu. *Cæsar.* *Furor.*

FURTUM. Juvenis pelliceo tectus caput tegmine, una lucernam versatilem, altera scalas è funibus confectas sustinet, ad pedes cultro jacente. *Cæsar.* *Furtum.*

G. XIV.

GAUDIUM, viridi puella veste, floridoserto coronata, thyrsum gestat. *Bochius.* *Gaudium.*

GRATIA DEI, Puella venusta, coronata auro gemmisque, dextra librum cum olivæ ramo, sinistra clypeum aueum complectitur. *Cæsar.* *Gratia Dei.*

GLORIA, imaginem auream corollam cum palma gestantem fert dextra, læva sphæram cum signis zodiaci. *Bochius. vel* Adolescens galeatus hastam sinistra, dextra sceptrum gestat, cassidem premens pede dextro. *Vel*, brachiis & uberibus nuda, aligera, & coronata diademate Puella, buccinam dextra, cornu Amaltheæ gerit sinistra. *vel* lauream, gramineam, quernam & auream corollam, virtutis militaris præmia gestabit, cum sphæra & signis zodiaci. *Bochius. vel*, Puella fronte auro cincta, & veste coronaque itidem aurea insignis, dextra palmam, zodiacum vel tubam læva sustinet. *Cæsar.* *Gloria.*

GRATITUDO, Lupinorum manipulum dextra, sinistra ciconiam gestet. *Bochius. vel* Puella una Luscinian, altera manu ramum ligni seu fabarum complectitur, quo Luscinæ campum, in quo sunt alitæ, impinguant. *Cæsar.* *Gratitudo.*

H.

XV. *Hæresis.* HÆRESIS, Adolescens armatus sclopo, è quo liber dependet, veste coloribus partibusque variis consuta. *Bochius. vel* extenuata vetula, macie horrenda, capillitio sine ordine sparso, fumum ex ore jaciens, læva gestabit librum, unde serpentes varii erumpant, dextra etiam varios serpentes complectitur, *Cæsar.*

Hilaritas. HILARITAS, Matrona inter pueros, juxta pedes collocatos, in numis spectatur, alter puerorum palmæ ramum offert, altero vestis laciniam sustinente: ipsa cornucopiæ gestat. *In* numo Faustinæ M. Antonini Conjugis pueri desunt, matrona verò dextra palmam in terram demissam, læva cornucopiæ præfert. *Augustinus. vel* radiis aureis circumdata, manibus speculum tenet. *Bochius.*

Honor. HONOR, in M. Aurelii Antonini numis, toga pacifica lata, clavo & habitu senatorio insignis, sinu vestis splendidæ, varias habente plicas, attamen pellucida cornucopiæ ferebat; ut cum utilitate laudabilem honorem conjunctum ostenderet. *Augustinus vel*, Virgo dextra hastam habet erectam, ex eaque parte ad ventrem usque nuda, cornucopiæ fert sinistra, capite flava, coma ornato, galeam pede proculcat. *I. Paep.* Purpurea veste, laureo serto redimita depingitur *ab Alciato, vel*, Adolescens venustus, laureatus hastæque innixus, cujus aureus collum torques, armillæ brachia ornent, altero pede galeam calcat cum epigraphe: *In omne aurum. vel* curru ab elephantis vehetur, cui a tergo diadema imponet Gloria: *Bochius Vel* Juveni purpurato, laureato, hastam dextra gerenti, præter catenas aureas in collo brachiisque, insuper cornucopiæ in sinistra additur *à Cæsare.*

Hostilitas. HOSTILITAS, passis capillis urticarum manipulum dextra basilisceum sinistra sustinet. *Bochius.*

Humanitas. HUMANITAS, in scuto elephantum gerit, cui Æthiops insidens canem contrectat, faciem ejus lambentem: quod utrumque animal homini amicum habeatur. *Bochius.*

HUMI-

HUMILITAS, Puella veste ex sacco candido, oculis in terram defixis, agnellum brachia inter, saccũ humeris, corbem pane plenum manu gestabit. *Cæsar.* *Humilitas*

HYPOCRISIS, Vestita pellibus ovinis, facie, manibus, pedibúsque leprosis, manu cannam cum suis foliis præfert. *Bochius.* *Hypocrisis.*

HYMENÆUS, floribus & amaraco coronatus, croceis soccis induitur, & sinistra flammeum, facem dextra complectitur. *I. Paep.* *Hymenæus.*

I. XVI.

JACTANTIA, Puella superba, vel habitu gemmis pavoniis texto, dextram elevet, sinistra tubam tenente, *Cæsar.* *Iactantia.*

IDOLOLATRIA, Puella cœca, taurum supplex incensat. *Cæsar.* *Idololatria.*

IGNORANTIA, deformis Puella, cœca, sumptuosè vestita, papavere coronata, nudis pedibus inter utricas incedit. *Idem.* *Ignorantia.*

IMITATIO, Puella instar simiæ vestita, dextra penicillum, sinistra larvam præfert. *Cæsar.* *Imitatio.*

IMMORTALITAS, Puella alata, dextrâ lateri firmiter admotâ, sinistram circulo ferendo occupet. *Cæsar.* *Immortalitas.*

IMPERIUM, Mulier, tribunitio baculo, signo aquilæ & serto laureo ornata. *vel* Septem planetis serti loco redimita, cæruleo in pectore amictu, quem zodiacus ambiat, veste altera usque ad genua cymatili & undosa, tertia ad pedes demissa, montibus civitatibusque depictis insigni: sceptrum dextra, clavum sinistra navalem sustinet. *Bochius.* *Imperium*

IMPERIUM ORBIS, per Julii Cæsaris equum, pedibus propè humanis, unguliſque in modum digitorum scissis, designatur. *Bochius.* *Imperium orbis.*

INDUCIÆ, per virginem caduceum gestantem, duasque manus sese in clypeo complectentes designantur. *Bochius.* *Inducia.*

INDULGENTIA, in numis Antonini, sinistra sceptrum longius à se remotum tenens (quasi rigor justitiæ semovendus ab indulgente sit) dextra pate- *Indulgentia.*

ram exporrectam, velut liberali, offert. *In* Gordiani numis, stat inter leonem & taurum, feroces demulcendo mitigans, edomansque. *In* numis Severi Aug. & Caracallæ, Matrona Leone vecta, crotalum aut cymbalum tenet, ad Cybeles Deæ speciem, juxta flumen, quo scilicet statuæ Deæ Cybeles ablui solebant, quæ pro tellure accepta indulgenter filios alit, patiturque. *Augustinus. Vel*, ulmo nixa, quam vitis cum uvis ambiat. *Bochius.*

Industria. INDUSTRIA, Casside armata puella, pedibus nuda, veste magnificâ; gladium dextra, arcum sinistra prætendit. *Cæsar.*

XVII.

Infamia. INFAMIA. Puella leprosa, alis nigris, veste ad cingulum, plumis referta, cetera flava, cornu inflatum inscriptione, fronti annotata. *Turpe. Cæsar.*

Infortunium. INFORTUNIUM, Puella pallida, macilenta, caput, brachia, manus, pedesq; nuda cornucopiæ immensum, sed vacuum dextra, corvum sinistra gerat, veste obscura, in qua depingatur domus suffossæ. *Cæs.*

Impietas. IMPIETAS; Puella ferox, veste viridi, sinistra hippopotamū; facem dextra sustinet, qua subjectum

Ingratitudo. pelicanum cum suis combuat. *Cæsar.* INGRATITUDO, Puella veste viridi ex hedera, serpentem sinu, flammas ore, manu utraque viperas continet. *Bochius.*

Inimicitia. INIMICITIA, Puella veste nigra, flammis plena, teneat anguillam dextra; cane feleque juxtà pugnantibus. *Cæsar.*

Innocentia. INNOCENTIA, veste succincta alba, coronata capillitio fluente aureo, ocreas indura, in capite agnū & par columbarum sibi junctarum gerit, cum lemmate: *dabuntur arma postea. Bochius.*

Injuria. INJURIA, Puella terribilis, veste rubra, ore spumante, linguam exserat, fascem spinarum dextra ostendat, pedibus calcans bilancem. *Cæsar.*

Injustitia. INJUSTITIA, Puella veste alba, sanguine oppleta, dextro oculo privata, sinistra schyphum aureū, quem intueatur, dextra gladium præferat, pileo turcico ornata, humi jacente libra cum tabulis Mosaicis. *Cæsar.*

INOBE-

INOBEDIENTIA, Puella veste rubra, caput plumis ornata pavoniis, dextra elata, pedibus frenum caleet, humi aspis aurem unam ad terram premens, alteram cauda claudat. *Cæsar.* *Inobedientia.*

INQUIETUDO ANIMI, Puella tristis stans, veste varia volanteque, dextra cor, cui horologium arenarium insistat, longam chartam sinistra complectatur, *Cæsar.* XVIII. *Inquietudo animi.*

INSIDIÆ, Puella armata, rete dextra, sinistra jacula gestet habitu vulpe insignito: humi serpens ex herba caput porrigat. *Cæsar.* *Insidiæ.*

INTELLECTUS, Juvenis aurea veste, coronatus auro vel sinapi: è capite flamma egrediatur; sceptrum dextra ostendat, sinistra Aquilam. *Cæsar.* *Intellectus*

INVIDIA, Pallida, macilenta, torvis oculis, dentibus rubiginosis, lingua venenata, virenti pectore depingitur. *Ioannes Paep vel* coma colubrina cor exedens. *vel* vetula, oculis retortis, canibus in veste pictis, capillisque serpentibus immixtis horrida, dextra cor teneat, quod ore rodat, serpente ad uber sinistrum sito. *Cæsar.* *Invidia.*

INVOCATIO, Puella veste rara, dextra & ore flammam contineat. *Cæsar.* *Invocatio.*

IRA, Puella maxillis tumida, oculis rubris, naribus apertis, humerisque elatis iracundiam spirans, armata casside flammam exhibente eidem appictam, obscura veste, gladium dextra, sinistra facem accensam præfert. *Cæsar.* cassidi ursum addit. *Pierius.* *Ira.*

JUDEX, Senex veste gravi, bacillum dextra sustineat serpente circumvoluto spectabilem: hinc aperti libri cum Aquila, illinc horologium & lapis lydius; corde pendente ex collo, in quo puram imaginem intueatur. *Cæsar.* *Iudex.*

IURISDICTIO, Veste purpurea, fasces consulares penes se habeat, *Bochius.* *Iurisdictio.*

JUSTITIA in numis Tiberii Cæs. ea forma est, qua Chrysippus, teste Gellio, finxit. Virgo integra, sine cultu & fuco nimio, severa & vivida, fronte rosis coronata, ut virtutum Regina, & odore velut suo *Iustitia.*

fragrantissima. *In* numis Antonini Pii & Alexandri Severi sedentis specie, sinistra manu virgam, dextra paterã, illam imperii, hãc diuturnitatis notam sustinet. *Aug.* Justitia & Injuria in Cypseli arca sic habebãtur. Mulier formosa aliam deformem obstricto collo trahebat, ac fuste malè multabat. I *Paep. vel.* Insidẽs bovi virgo, qui ab Aarone pro justis offerebatur, dextra libram tenebat, sinistra vulturem: quia hic cadaveribus contentus, animatis non nocet. *vel* papavere coronata, fasces, securiculam, & libram sinistra ostendit, stante ad pedes vulture, quem ab Hercule justitiæ symbolum habitũ Herodotus testatur. *vel* lyram cũ cornucopiæ gerit, *vel* monili è collo pendẽte, in quo oculus sit insignis. *Bochius. vel* oculis velatis aureo candidove amictu, diademate coronata aureo, unde pendeat oculus: dextra gladium, sinistra bilancem præferat. *Cæsar.* Vide suprà *Æquitas.*

Iuventus, sive Hebe. IUVENTUS, sive HEBE in M. Aurelii Cæs. numis Matrona junior, patera affundens foco altaris aromata, cui Deæ, juvenes ex ephebis excedẽtes sacrificare thure solebant. *August Vel* Puella alacris, veste & corona aurea, manu calices florum ostentat. *Cæsar.*

L.

XIX. *Labor.* LABOR Coronatus lauro, bovis exuvias pro amictu, gruis alas pedésq; pro indefesso tolerantiæ symbolo habebat astante ligone. *Bochius.*

Lacrymatio. LACRYMATIO passis capillis, serrum apii detrahit, fruticem fabæ gestans, cui hirundo insideat. *Bochius.*

Lætitia. LÆTITIA Virgunculla floribus coronata, in numis visitur; quòd hæc ætas lætior *Interdum* cotollam dextra, & sinistra virgam, sceptrumve, aut clavum globo impositũ sustinebat, ut in numis Crispinæ Aug. *Interdum* & anchoram, ut in Philippi numis & Taciti Impp. *visa* etiam dextra patinam offerre. *Augustinus. vel* depictis candida veste floribus insignis, una manu crystallinum vas vino helvolo plenum gestat, altera pateram. *Bochius. vel* Puella venusta & grandis, alba veste, pictisque foliis & floribus rubris flavisque

visque decora, floribus etiam coronata, & saltui indulgens; vas crystallinum rubro plenum vino dextra, craterem sinistra aureum præferat. *Cæsar.*

LASCIVIA tribus Satyris pleno hausto se invitantibus exprimitur *I. Paep. Vel* Puella veste sumptuosa, sinistra speculum quod intueatur, dextra comas captet *Cæsar.* *Lascivia.*

LASSITUDO Puella macie confecta, subtili veste pectore detecto, sinistra baculo innixa, dextra flabello sibi ventulum faciat: *Cæsar.* *Lassitudo.*

LIBERALITAS Sinistra cornucopiæ, quadratam dextra tabellam punctis, instar pilarum utrimque pictis, signatam exhibet; quæ videtur congiarii militibus pendendi signum fuisse. *Augustinus. vel* fundes è cornucopiæ numorum copiam. *vel* Leo frugifera ex arbore ungulis suis concussa pabulum præbet reliquis animalibus. *Bochius. vel* Puella veste alba, aquilam capiti insidentem, & circulum gerat dextra, floresque spargat, sinistra cornucopiæ præferat. *Cæsar.* *Liberalitas.*

LIBERTAS in Heliogabali numis, Matrona pileum dextra, cornucopiæ sinistra gestans, quasi ex libertate rerum omnium copia constet. *vel* dextra pileum quo servi manumissi donabantur, & virgam (vindictam dicebant) quâ percussus à Prætore aut Consule servus in libertatem vindicabatur, ut in numis Sergii Galbæ. *in* alio numo libertas quasi ferite parata, diducta manus vola; nam, ut in pandectis est, ictu palmæ etiam manumissio datur. *In* Caracallæ numis, præter virgam & pileum stellam ante se gerebat. *Pierius lib. 40. c 3. vel* Juvenis honesto amictu, frenum manibus fractum gerens, & aciei mucronis inambulans, *vel* jugum fractum cum pileo ostentat *Bochius.* Vel Puella candenti veste, dextra sceptrum & pileum sinistra præfert. *Cæsar.* *Libertas.*

LIBERUM ARBITRIUM Juvenis laureo coronatus, aurea veste, sceptrum prætendit dextra, notatum hac litera: Y. *Cæsar.* *Liberum arbitrium*

Lis. LIS, Puella amictu versicolore, dextra vas sustinet, unde aquam igni infundat. *Cæsar.*

Lubentia. LUBENTIA, candida veste flaváque succincta, nuda brachiis, aliàs pedibus, dextra malum aureum, sinistra manipulum florum, monile gerit in pectore. *Bochius.*

Luctus. LUCTUS, veste lugubri adolescens. *Idem.*

Luxus. LUXUS, Comi Dei habitu ex Philostrato pingitur. *Idem.*

Lympha. LYMPHA, Habitu coloni Veneti, piscem in capite gestet cum harpagio, id est, vase foramino so aquali, hortis irrigandis apto. *Bochius.*

M.

XX.

Magnanimitas. MAGNANIMITAS, rictum Leonis pro galea, sceptrum manu aureum gerit. *vel* aquilam solis radios irretorto vultu intuentem manu præferens, globum terræ calcat. *Bochius. vel* Matrona veste aurea militari, coronata diademate imperiali. Leoni insidens, dextra sceptrum, sinistra cornucopiæ aurum effundens sustinet. *Cæsar.*

Magnificentia. MAGNIFICENTIA, rictu Leonis pro cassidè tecta, è cornu Amaltheæ pecuniam populo spargit, dextra ovalem circulum tenet, in eoque lineas arcis exstruendæ, seu Ichnographiam. *Bochius.*

Majestas. MAIESTAS, Mulier cum fulmine, & ramo lauri, *vel* cum orbis globo & sella curuli, gloria & acclamatione latera stipante. *Bochius.*

Maledicentia. MALEDICENTIA, Puella deformis veste pullâ seu viridi, linguam exserens, utraque manu accensas faces complectatur. *Cæsar.*

Mansuetudo. MANSUETUDO, Tenellum ulnis agnum fovet, oleagineo coronata serto. *vel* demulcet agnum in posteriores pedes arrectum. *Bochius.*

Matrimonium. MATRIMONIUM, Homo compedibus vinctus, collum jugo submittit. *I. Pæp. vel* Juvenis veste pulchra, annulum dextra aureum, humeris jugum ferret. *Cæsar.*

Melancholia. MELANCHOLIA, Vetulà malè vestita, sedens, saxo genibus innitatur, & manu mentum fulciat. *Cæsar.*

MEMO-

MEMORIA, fulva veste, digito fronti apposito, indagantis specie, librum manu evolvebat. *Bochius.* *vel* Puella veste nigra, capite arculâ gemmis plenam, dextra sibi vellicet aurem, canem ferat sinistra. *Cæsar.* *Memoria.*

MATURITAS, solis filia, coronata spicis, aristas vesti affictas, quæ lutea sit, melopeponem dextra, sinistra racemos profert vinaceos. *Bochius.* *Maturitas.*

MENDACIUM, Puella deformis veste candenti & nigra, larvis linguisque conspicua, manu lucernam lumen occultantem præferat. *Cæsar.* *Mendacium.*

MIMICA, Puella veste honesta, larvam una manu, alas altera gerat. *Cæsar.* *Mimica.*

MISERIA, Scutum ferat, in quo Mulier pingatur, stramineo insidens fasciculo, cujus ulcera lingant canes. *Bochius.* *Miseria.*

MOLESTIA reti involuta spinas nudipes calcat. *Id.* *Molestia.*

MOMUS macilentus, pallidus, ore hians, ad terram despectans, quam baculo percutiebat *I. Paep.* *Momus.*

MONARCHIA, Cyrus habitu militari, cujus sub pedibus Xerxem, Asiam navibus Europæ conjungentem, Themistocles superat. *vel* Julius Cæsar cum lituo & stella, sub his pugna Pharsalica depingebatur. *Bochius.* *Monarchia.*

MONETA, Dea olim templum Romæ habuit. *In* numis Domitiani dextra bilancem ostentat, sinistra cornucopiæ, ut cum æquitate ubertatem jungat. *In* numis Diocletiani aliorúmq; tres matronæ tria metalli genera; aurum, argentum, æs ferebant triplici A. A. A. designata, quæ metalla cum flando & feriundo aptarentur, F. F. apposita erant, interdum forfices, incus, & mallei jungebantur. *Augustinus.* *Moneta.*

MUNIFICENTIA significabatur, per Antoninum pium, elephanti specie propositâ fortè quòd ludos populo commissis elephantis dederit: alia enim ratio adhibenda vix apparet. *Augustinus.* *Munificentia.*

MUNDUS serpente caudam suam admordente repræsentabatur *I. Paep.* *vel* longo vir amictu, capite sphæram terrestrem auream sustinet. *Bochius.* *Mundus.*

MUNDI CONTEMPTUS, armat⁹ vir, coronâ con- *Mundi cõtemptus.*

conculcans cœlum intuetur, hastam dextra, palmam sinistra complexus. *Cæsar.*

XXI.

Natura. N

NATURA Mammosa, accurrentibus hinc inde infantibus lac præbet. *Bochius.*

Necessitas. NECESSITAS, malleum dextra, fasciculum clavorum sinistra gerit, *Bochius.*

Negligentia. NEGLIGENTIA, Puella deformis, jacens, capillis spartis, veste lacera, manu gestat horologium inversum non fluens. *Cæsar.*

Nobilitas. NOBILITAS, In numis Commodi & Getæ Imp. Matrona est, sinistra manu Palladium, id est, statuam parvam armatæ Palladis, quam cum Naute Æneas à Diomede & Ulysse ereptam post Trojæ eversionem recuperavit, Albámque transtulit. Unde Romam delata, à Proceribus ex Trojanis originem trahentibus pro nobilitatis signo usurpata est. *August. vel* Puella veste decora, oblonga, stellam in capite, dextra sceptrum præferat. *Cæsar.*

O

Occasio. OCCASIO, picta in veste, variis coloribus, aut seminuda, capillis frontem operiat, pedibus alatis rotæ insistat, occipitio calva: dextra novaculam gestet. *Cæsar* globum pro rota ponit *Bochius*, *vel* Mulier nudipes, comitem habens pœnitentiam fronte capillata, post calva, pedibus alata, rotæ vel pilæ insistat. *I. Paep*

Obedientia. OBEDIENTIA, Veste picta, diversi generis juga & fasces consulares manibus gerit, *Bochius. vel* Puella modesta, candenti veste, cœlum aspiciens, dextra crucifixum, sinistra sceptrum, cui inscriptum sit: *Suave*, præferat; radio de cælo descendente. *Bochius.*

Oeconomia. OECONOMIA. Matrona caput oliva redimita, temone lateri adhærente, arattrum sinistra, dextra bacillum sustinet. *Cæsar.*

Opulentia. OPULENTIA, Vasis auro argentóq; plenis circũdata, sceptrum gerit, astante lanigera pecude. *Bochius.*

Observatio. OBSERVATIO, Puella veste nigra, nube caput circũdante, manib⁹ caput asini apprehendit. *Cæsar.*

ORA-

ORATIO, Puella veste viridi, & alba, genu flectēs, flamma ex ore prominente, cor sinistra, è quo flamma similiter erumpat, sustinens, dextra incensēt cœlum intuendo. *Cæsar.* *Oratio.*

ORBITAS, Armata gladio infantem nudum pede prehensum dissectura truci vultu ēxprimitur. *Bochius.* *Orbitas.*

OTIUM, Puer jacens, malè vestitus, manus complicet; & humi jaceant multa rubiginosa. *Cæsar.* *Otium.*

P XXII.

PAUPERTAS, fractum manu cor gerat, astante Patientia, Modestia & Humilitate. *vel* lacera veste stramentis insidens, junctis manibus pedibusque nodum dentibus tentat solvere. *Bochius.* *Paupertas.*

PATIENTIA Saxo insidens Puella, veste paupercula, manus vincta cœlum aspiciat. *Cæsar.* *Patientia.*

PAX, In numis Imperatorum, accensa face armorum cumulum inflammat, juxta illud psal. 45. *arcum conteret & confringet, arma & scuta comburet igni* In plurimis est Virgo, altera ramum oleæ, manu altera, vel cornucopiæ vel caduceum præferens, quodomnia hæc pace defensa bello violentur. *In* Claudii Impp. numis, virgo caduceum ad terram demittit, ut serpentem furiosum (quo bellum designatur) componat, velatis manu oculis, ne anguem intueantur, quem Pierius fugientis specie designatum notavit. *In* alio ejusdem Imp præter caduceum & Palladium, quæ manu tenet, pedibus calcat serpentem. *Pierius lib. 15. cap. 46. In* Græcis Locrensium numis, sedentis specie alata, visitur, caduceum gestans, sedet, ut quietem in pace jucundam denotet, alata est, ut cœlestem sese esse designet, & facilè ab hominibus discedere, cum inscriptione: EIPHNH, latinè pax, quo alluditur ad nomen Irene Imper. quæ pacem orbi & Ecclesiæ adversus Leonem virum Imper. & Iconomachos molita est. *Augustus.* Pacis Genii septem. 1. Marsupium auro turgidum. 2. manipulum frumento plenum. 3. viridem ramum. 4. capite pampinis redimito spumantem vino pateram offerat, *Pax.* *Pacis Genii.*

5. cor-

5. Cornucopiæ variis frugibus plenum. 6. Tenellum hædulum gestet. 7. Apum alveario incumbat. *vel* gestet hac manu oleam, illa caduceum, composito ad pedes armorum acervo, atque fortissimo Leone cum agno cubante, *vel* redimita serto spiceo, cum claudicante opum Deo Pluto ad dextram; sinu frugibus pleno, oleanigenam læva corollam gestet, *vel.* Lepida Virguncula ramum oleæ dextra, faculam læva, qua armorum struem accendat. Vulcanus ex armis vomeres conficiens, pacis proximam spem ostendit. *Bochius.* Puellæ vestem albam, lupo & agno juxta se invicem cubantibus in ea depictis induit. *Cæsar.*

Peccatum. *PECCATVM.* Juvenis cœcus veste nigra, serpente cinctus, alio cor rodente, variis viis gradiatur. *Cæsar.*

Parsimonia. *PARSIMONIA.* Puella vilis, habitu simplici, dextra circinum, bursam læva præferat, cum hac epigraphe in charta: *In melius servat. Cæsar.*

Perfidia. *PERFIDIA.* Puella veste nigra, utraque manu serpentem tenet. *Cæsar.*

Persecutio. *PERSECVTIO.* Puella alata, veste subnigra, pedibus crocodilum calcans, simulat jaculari. *Cæsar.*

Perseverantia. *PERSEVERANTIA.* Puella veste alba & nigra, manibus ramum lauri ostentet. *Idem.*

Pertinacia. *PERTINACIA,* Puella veste nigra, caput galea plumbea armata, cingatur undique hedera. *Cæsar.*

XXIII.

Pestis. *PESTIS,* Puella pallens, nigra veste, & in latere aperta, unde sanguinolentum induvium appareat: fronte velata, brachiis & pedibus nuda, turpe gerat dextra flagellum. *Cæsar.*

Pietas. *PIETAS.* In numis Drusi velo caput operta, supra quod ornamentum diadematis specie gerebat. *In* numo Decimi Bruti capillata exhibetur. *In* Caligulæ, sedens proponitur, dextra cratetem seu arculam thuriferariam ferens. *In* aliis numis, altaribus vel precantis habitu, vel cum arcula thuris jungitur. *Alibi* inter sacrificantium instrumenta; ut erat secespita, culter victimis secandis aptus, vasculum, quod pro sanguine excipiendo erat, & aspersorium unde aqua affun-

affundebatur. *Aliquando* & puer ministrans (Camillos vocabant) juxta aderat. *Quintus* Metellus Pius, Ciconiam pietatis symbolum feminæ adjunxit. *Antoninus* Pius, feminam parvulos amplexantem proposuit. *Pompeius* duos apud Catanenses celeberrimos juvenes Philonomum & Calliam amavit, qui nato illic ab Ætna vicino monte incendio, dum reliqui opibus subducendis intendunt, his neglectis, utrumq; parentem senem humeris extulêre, hos igitur proprio parenti in Neptuni habitu proposito adjunxit, quod se Neptuni sobolem per adulationem quorundam nõ invitus crederet, cujus sese defensorem bello maritimo profitebatur. *August. vel* Puella modesta, alata, & veste rubra: flammâ capiti imminente, dextra effundat cornucopiæ; & sinistra ciconiam ostendat. *Cæsar.*

PHLEGMATICUS, Vir crassus, sedens, brachiis in sinum complicatis, veste nigra, capite ad oculos velato, humum aspiciat. *Cæsar.* *Phlegmaticus.*

PLACABILITAS, dextra lupum & agnum eodem sub jugo, ramum oleæ læva sustinet. *Bochius.* *Placabilitas.*

PHILOSOPHI olim utebantur togâ talari, promissa barba, tiara insignes, altera manu sphæram, altera librum complexi. *Ita Clemens in biblioth.* *Philosophi.*

PLANETÆ, Sol radiis coronatus cum hasta, in manu sinistra, radium dextra porrigit: Leone juxta posito. *Vel* Mulier negligenter vestita, radiante capite; zodiacum à dextro humero sinistrum versus obliquè gestat, & sceptrum dextra. *Bochius.* *Planetæ.*

XXIV.

LUNA tenui veste, accensam facem læva, verbenam dextra, prope cancrum gerat, *vel* superiori veste lactea, inferiori cærulea lunarem capite, terrestrem sphæram sinu profert. *Bochius.* *Luna.*

MARS Vultu ferox, hastam sinistra, basim dextra auream tenet, cum figura cubica: juxta scorpius locetur. *Idem.* *Mars.*

MERCURIUS alas capite pedibúsque, caduceum gerat dextra: juxta Virgo. *Idem.* *Mercurius.*

SATURNUS Senex cum falce, serpentem stringens: juxta aquarius. *Idem.* *Saturnus.*

Venus. VENUS Adolescentula venustissima cum serto rosáque juxta libram collocetur. *Idem.*

Iupiter. JUPITER ætate virili, olea coronatus juxta sagittarium cum aquila & fulmine ponatur. *Idem.*

Possessio tuta. POSSESSIO TUTA in clypeo prædium, cui

Potentia. virgo brachio incumbat. *Idem.*

POTENTIA, cum diademate, sceptrum dextra, pomum aureum læva gestat; sceptris confertim vesti affictis, *vel* brachium è nube exsertum, gladiumque cum scuto proferet: nam *omnis potestas à Deo, per me Reges regnant, ut David. Bochius.*

Preces. PRECES, claudæ, mœsto vultu, strabis oculis, ab Homero finguntur. *l. Paep.*

Plausus. PLAUSUS. Adolescens elatis manibus crotalo sive crepitaculo & æneis annulis tinniens. *Bochius.*

Prosperitas. PROSPERITAS Virgo, & oppida & regiones reti trahens. *Bochius.*

Providentia. PROVIDENTIA globum virgâ aut digito mõstrat, tanquam à se gubernari ostẽdens: ut in Hadriani & Trajani numis. *Antoninus* Imp. fulmen cũ aquila, *aut* ut alii, columba exhibuit, quæ sceptrum rostro teneret. *Alii* caducei felicitatis aut cornucopiæ uberitatis signum tribuunt. *Alii* columnæ innitentem. *Alii* orbem dextrâ sustinentem adumbrant. *In* numis Antonini Pii læva contum, dextra radium tenet, quo ante se positam versat pilam *Pier. l. 39. c. 19. In* numis Constantii reperitur templum *Pier. l. 49. c. 23* cætera *August. vel* bifrons, conchæ seu naviculæ insidens, dextra gubernaculum, sinistra geminas claves complectitur *Bochius. vel* veste flava & bifrons, ut antè, dextra circinum sustinet *Cæsar.*

Providentia Divina. PROVIDENTIA Divina, hastam læva, sceptrũ dextra gerit, cum mundo ad pedes, cui aquila insidet. *vel* hastata cum clypeo, insistens globo in quo aquila depingatur. *Bochius.*

Prudentia. PRUDENTIA, Mulier coronata, sceptrum moti ramo circumdatum læva tenet, globo dextram admovens genibus impositio, astante ad latus grue, quæ lapidem unguibus gerat. *vel,* serto coronata ex arbor

bore more, sagittam dextra, cui echinus circumplicatur, & speculum sinistra gerit. *Bochius.* Puella bifrons, veste, affictis mori foliis, insigni, dextra baculum serpente circumvoluto monstret, speculum inspiciens. *Cæsar.*

PRODIGALITAS, Puella, veste & corona sumptuosa bursas effundat. *Cæsar.* *Prodigalitas.*

PUDICITIA in numis, Matrona sedens velato capite, lacinia vestis, dextra velum seu calanticam, sinistra sceptrum habet: *Nempe domi ac sub veste tutius latet, ut cupiditati imperet.* In numis Sabinæ Aug. operto capite indicem jugulo admovet, *Pierius lib.* 40. *c.* 21. *Pudicitia.*

PUGNA Veste maculosa serpente cincta, tubam inflat, & in ea flammam. *Bochius.* *Pugna.*

PERTURBATIO, Vario amictu, cum folle pingitur. *Bochius.* *Perturbatio.*

Q XXV.

QUERIMONIA manibus brachiisq; complicatis, cum bubone capiti insidente describitur. *Bochius.* *Querimonia.*

QVIES, Saxo cubico insidens, manu gerit perpendiculum. *Idem.* *Quies.*

R

RAPINA, Lupina pelle vestita, aprato capiti rictu dextra pugionem, læva bulgam exhibet. *Bochius.* *Rapina.*

RATIO, Scutum in quo virgo Leonem, cui insidet freno regit. *Bochius.* *Ratio.*

REBELLIO, calcans jugum, acinacem dextra, sinistra ancile gerit. *Idem.* *Rebellio.*

RECONCILIATIO. Pingitur cum palma & scuto, in quo ara depicta manus junctas; cum caduceo sustinet. *Idem.* *Reconciliatio.*

REDEMPTIO, Serto coronata querno, columbam candidam, quam tenet, dimittit. *Idem.* *Redemptio.*

RELIGIO, in M. Aurelii Imp. & Decii Junioris Aug. numis, in habitu ac imagine Mercurii proponebatur, quod Per Mercurium uti per Religionem, ima summis conciliarentur: isque linguæ ac cordi humano præfectus esset, quibus maxime exercetur in Su- *Religio.*

perosreligio *Augusti*. *vel* armata Mulier, pro hastâ crucem ferens, ad latus elephas, galerus Cardinal. & mitra Episcopalis pedibus adjacet, & capiti columba radians insistit. *Vel* genibus flexis angulari lapidi, brâchio crucis signo innixa, altera manu librum apertum gerit, cui inscriptum sit *Verbum Dei*. *Bochius vel* Puella veste talari alba, & paludamento cæruleo stellis consito, coronata floribus, in pectore solem & longam manu crucem præfert. *Cæsar*.

Remorsus conscientia. REMORSUS CONSCIENTIÆ, Puella venusta, superiori veste alba, interiori nigra, in dextra luna, & cor à serpente rosum appareat. *Bochius*.

Reformatio. REFORMATIO Matrona veste brevi & simplici dextra sorfices vel cultrum furtivum, sinistra librum gestat, in cujus una facie: *Argue*, in altera: *Obsecra*, scribatur. *Cæsar*.

Reprehensio. REPREHENSIO, Puella horrida & armata, corpus caputque ignem dextra cornu, quod insonet, sinistra præferat. *Cæsar*.

Risus. RISUS Lepidus puer, plumis versicoloribus coronatus, amictu versicolore floribúsque ornato, ridiculam læva manu larvam ostendat. *Bochius*.

Ros. ROS gramineo serto coronatus puer, lunarem manu orbem tenet: Nam plenilunia rore fecundiora. *Plutarchus*.

XXVI.

S

Salus. SALUS in numis veterum serpentem dextra sustinens, aut altaribus serpenti impositò dicatis adsistens. Serpens enim Æsculapio ac saluti sacer; quòd innovetur quotannis pelle depositâ, velut ægroti morbo. *Nonnunquam* sedens, quasi ferens quietem pingitur. *Stans* etiam velut robur firmatâ valetudine reducens. *In* numis Hadriani una manu lancem, altera clavum tenet, orbem pede calcans, inscriptum: *Salus publica*, ut si hæc, illo imperante, orbi reddita esset *Virgo* in numis, quæ serpenti cibum præbet, non tam salutis, quàm Lanuvinæ virginis imago est, quæ cibum quotannis Draconi præbebat, à quo nisi casta esset, interimebatur, aliàs salva. Vide

Propert.

Propert. lib. 4 eleg. 8 Augustinus. vel Mulieris forma in solio sedentis paterámq; tenentis, juxtá quam ara, cui anguis caput attollens involutus erat. *I. Paep. vel* Mulier aræ adsistens, pateram dextra serpente circũplicatam, hastam læva tenet, *vel* in solio sedens phareträm dextra, aram tangens sinistra serpente etiam circumplrcatam, cum epigraphe: *Non aliunde salus. Bochius.*

SALUTATIO in clypeo gerit elephantem, qui proboscide flores contra lunam ejaculatur. *Bochius.* *Salutatio.*

SATURITAS Virgo pateram manu tenens, cãpram mulget distentis lacte uberibus. *Bochius.* *Saturitas.*

SANGUINEUS Juvenis alacer, rubicundus, coronatus floribus, citharam pulset sibíq; fingat sonum placere: hinc liber musicus, inde caper statuetur tenens ore racemum. *Cæsar.* *Sanguineus.*

SAPIENTIA Puella veste coloris Turcici, dextra accensam lampadem, sinistra librum apertum sustineat. *Cæsar.* *Sapientia.*

SECURITAS in numis passim, Matrona sedens capite in sinistram inclinato, dextra sceptrum præfert, *Augusti. In* Neronis tamen numo, læva radium, dextra occipitium tenet, aræ vicina *Pier. l. 43. c. 6. In* Gordiani numo, stans cum sceptro columnæ innititur. *Augustinus. In* Neronis, tropæum sinistra sustinet. *Alibi* ara foco succensa additur; quia Superos piè colenti maxima est securitas. *In* Othonis Cæsar. numis, erecta coronam lauream dextra, sceptrum sinistra ferebat, *palmam* in M. Antonini præferebat, quod post triumphatum hostem Resp. secura refloreret. *Aliam* descriptionem vide *apud Pierium l. 43. c 6. & l. 30. c 9. Vel* capite in cubitum, columnæ innixum, inclinato, dextra palmam, vultu hilari, ostentat. *Vel* tenellæ habitu Nymphæ, sinistra columnæ innixa, è qua pendeat vespertilio: in capite columbam laureum ramum ferentem, dextra jaculum sustineat, & filice coronetur. *vel* cum navis gubernaculo pingitur, *vel* dextra clavæ Herculis innititur. *Bochius.* *Securitas.*

Seditio. SEDITIO, Quernam in capite coronam disrumpit, manibus singulis pugiones gestat, media inter felem & canem. *Bochius.*

Serenitas. SERENITAS. Virgo cæruleo vultu, columbam candidam capite gestat. *vel* cæruleo & candido vultu columbam præfert, *Bochius.*

Servitus. SERVITUS Puella macilenta, veste lacera, capite brachiis & pedibus nuda, humeris jugum, alas pedibus aut compedes gerat. *Cæsar.*

Simultas. SIMULTAS, armata stricto ense, scorpium matinum & crocodilum inter collocetur. *Bochius.*

Silentium. SILENTIUM, Juvenis ore velato, vel indice presso, veste auribus oculisque plena induitur. *Cæsar.*

Sors. SORS Puella cœca, amictu versicolore, dextra coronam auream bursamque, & laqueum sinistra gerat. *Cæsar.*

Spes. SPES. in numis veterum Virginis Juvenculæ specie (quod hæc ætas bonæ sit spei) hilari vultu vestéq; demissa, pellucida ac distincta, quæ vento facilè rapiatur, herbam tribus foliculis pullulantē sustinet; quia in herba spes frugum est: sinistra laciniam vestis attollens summis pedum articulis niti videtur, quòd facili impulsu subverratur. *August. In* numo Tiberii Claudii læva pallam sustinet, dextra lilium præfert. *Pier. l. 35. c. 9. vel* alata anchoræ innititur, *vel* floris calyculum, cum numis. & triumphale sertum manu prehendit. *Bochius. vel* Puella veste viridi, coronata ramo florido, & anchoræ innixa, dextra lilium gestat, sinistra spargens frumentum. *Cæsar.*

Sterilitas. STERILITAS, macilenta, tristis, manu ramum salicis ostendit. *Bochius.*

Syncevitas. SYNCERITAS amictu niveo liliis redimita, in veste aureas lacinias gerit, hasta, speculo, & reliquo ornatu munda. *Bochius. vel* Puella veste aurea, cor sinistra, columbam dextra complectitur. *Cæsar.*

T

XXVII. *Tellus.* TELLUS instar Matris Berecynthiæ turribus coronata, cornu Amaltheæ penes se habet, inferiori veste coloris ferruginei, superiore viridi induta. *Bochius.*

TEMÉ-

TEMERITAS, per Gigantes exprimitur, qui montibus superimpositis bellum Diis inferebant. *Temeritas.*

TEMPERANTIA, Puella capillis pendētibus, veste alba vel purpurea; vinum aquæ immisceat, *vel* palmam præferat dextra, sinistra frenum. *Cæsar, vel* serto ex caprifico stellione seu terrestri locusta, frenóque dignoscitur. *Bochius.* *Temperantia.*

TERROR, in Agamemnonis clypeo Leonis capite fuit expressus. *I. Paep.* *Terror.*

TIMOR, Vir pelle amictus cervina, leporem penes se, ad pedes alas habet, *Bochius.* *Timor.*

TRANQUILLITAS, in Antonini Pii numis, dextra clavum navalem, sinistra spicas sustinet, ut si mare ac terra tranquillitate parta naves frugesque admitterent. *Augustinus. vel* Virgo in scuto navem fluctuantem, cujus malo flamma adhæreat, manu gerit, nidis halcyonis mediis in fluctibus natantibus. *Bochius.* *Tranquillitas.*

TRIBULATIO, cor humanum super incude malleo tundit. *Idem. vel* Puella veste nigra, sparsis capillis, cogitabunda, dextra malleos tres, sinistra cor gerit. *Cæsar.* *Tribulatio.*

TRISTITIA, pectus suum aperiens, cor intuetur serpentibus involutum. *Bochius.* *Tristitia.*

V XXVIII.

VASTITAS Flavo & cæruleo amictu, in scuto incendia & mundationes gestat. *Bochius.* *Vastitas.*

VERITAS, ab Hippocrate describitur Mulier venusta, veste atque oculis maximè nitens. *Vel* eadem alphabeto describebatur hoc modo: ut caput ex α & ω; collum ex ϑ & ψ constaret, & sic deinceps *I. Paep. vel* Puella velo cincta subtilissimo, mali sertum persici gestat, *vel* amica, veste candenti virguncula, solares manu radios complexa, cujus capiti columba insideat, Divinæ typus Veritatis; *vel* malum persicū pectori admovens cum unico folio, quæ cor & linguam humanam referunt, læva horologium arenarium sustinet, quia veritas temporis filia. *Vel* cū speculo monilibus circumdato delineatur. *Bochius. vel* Puella *Veritas.*

veste alba & divite, capillis aureis, dextra speculum, sinistra vel bilancem, vel solem gerit. *Cæsar.*

Veritas. UBERTAS, inter vimineos calathos sedens plenos frugibus, floridæ genistæ (gratissimi apibus pabuli) ramum præfert. *Bochius.*

Velocitas. VELOCITAS, Delphino vehitur. *Bochius.*

Victoria. VICTORIA, passim in numis alata virgo, dextra lauream coronam, læva palmam complexa reperitur, hæc fortitudinem, ut quæ ponderi non cedat, illa præmium honoris explicat perpetuò virentis. *In* Severi ac Commodi numis clypeo insidet, alterũq; victotis clypeũ sinistra ostẽtat. *Alibi* bigis aut quadrigis præfecta est, ut Circensiũ ludorum victoriã denoret. *Alibi* in prora navis, aut juxta tropæum, in quo clavus, anchora, remique navalem victoriam designabant. *Augustinus. Vel* facie decora virgo, lauream dextra coronam, læva palmam gerit: accipiter in capite, gallus ad pedes locetur: nam utrumque victoriæ hieroglyphicum est, *vel* globum pede calcat cum palma & corolla laurea. *Vel* Leone vehitur cum laureo ferro, & ramo. *Vel* malum punicum dextra, cassidem cum caduceo sustinet. *Vel* sine alis depingitur, etsi laureata palmam præferat; scilicet ne avolaret, *teste Pausania in Atticis Corinthi*, & Romani Harioli cum fulmen victoriæ alas assumpsisset, perpetuam eam fore divinarunt. *Vel* in clypeo tres accipitres rostris in volatu concurrentes: alas inter & caudam scriptum gerant: *Æternum victores*, quod Datii symb. *ait Pierius* hoc nomine: νικητικότατος, id est, *victoriosissimus*, inter alas notato, *Bochius. Vel* armata virgo vultu hilari, sed pulverulento, manibus cruenta spolia gerit; *vel* etiam victoribus captivos dividit. *Vel* virgo pexo crine, nudo pede, strophio cincta, papillas habens rectas, fluitante veste, *l. Pap.* vel ut in Aug. Cæs. numis videre est, dextra signum, sinistra vexillum tenens globo insistebat *l. Pap. Vel* læva palmam, dextra cornucopiæ gerit. *Cæsar.*

VESTA

VESTA, seu TELLUS sellæ insidens, dextra pateram sustinebat, sinistra contum terræ infigens. *Pierius lib* 43. *c.* 4. *In* numo Faustinæ Augustæ Cybele turrita sellæ leonibus fultæ insidens orbem intra manum & genua continebat. *Pierius lib. 1. c.* 31. Vide fabulas Deor. *Vesta, seu Tellus.*

VIGILANTIA, librum dextra, sinistra virgam cum accensa tenet lucerna, *vel* caput armetur galea, cui grus insideat, dextra gladio, sinistra face, cum ansere juxtà posito. *Bochius. vel* Puella veste alba, gallum dextra, facem accensam virgamque sinistra præferat, lapide pedi alligato. *Cæsar.* XXIX. *Vigilantia.*

VINDICTA, armata pugionem dextra gerat, indicem lævæ digitum mordens, astante saucio leone. *Bochius.* *Vindicta.*

VIRGINITAS. Puellâ floribus coronata, veste alba, cithara ludens, sequatur agnum in prato virenti. *Cæsar.* *Virginitas*

VIRTUS Amazonis galeatæ specie cum lancea & parazonio, id est, lato gladio, cui acies desit, quod defendere potius, quam offendere ac pungere virtutis sit pede altero galeam calcat & globum: ut in variis numis Impp. *In* Galbæ numis Minervæ non dissimilis erat. *In* aliis Imp. ejusdem cum victoriæ signo speratur. *In* Vitelli numismatis, cum militari habitu erat, ex parte altera Honoris effigies: illa virilis, hæc seminea *In* Augmento Pierii legimus virtutem galeati juvenis specie propositam, qui hastam sinistra, sceptrum dextra præferret, tum sub pede dextro, ut erat ocreatus, testudinem premeret, ac Honorem muliebri sibi specie oppositum intueretur. *M. Marcellus* cum utrique seorsim templum ædificare constituisset, intercessere augures, qui uno templo jungi voluêre, ita ut per Virtutis basilicam ad Honoris sacellum transitus esset. *Virtus* in Valentiniani numo dextra vexillū, sinistra orbem terræ sustinet, lævoq; pede nācipiū calcat. *In* Gordiani Imp. nūo, Hercules pro Virtute ponitur. *In* Maximiani, idē cornū cervum arripit *Aug. vel* alata peregrino habitu Matronæ *Virtus.*

tronæ specie, quadro saxo insidentis columnæ lævo nixa cubito, dextra serpentem tenet. *vel* Mas barbatus stans clavæ innixus, Leonis pelle brachio obvoluto *vel* reperitur etiam ubi hastam dextra stringens corollam oleagineam sinistra sustinet, eodemque pede testudinem calcat. *vel* Matrona saxo quadrato uno pede insistens, anguem dextra, sceptrum læva ostentat. *vel* rupem asperam præruptamque ascendit, cum bovis cranio, atq; oleæ ramo; hastam manu tenet, quam rupi infigere videtur. *vel* curru niveis equis tracto vehebatur, coronam auream capiti imponente, à tergo, victoria. *vel* significabis virtutem per Olympum mediam aëris regionem superantem, quem torrentibus & præcipitiis impeditum horreant multi ascendere, alii superasse lætentur, in cujus superficie ad aram virtutis & honoris athletæ sacrificent cum epigraphe: *Supra hiemes bore&que minas. Bochius vel* Puella modesta floribus coronata, dextra laurum gerat, sinistra hastam, vesti inscribatur *medio tutissima*, vel *in medio stat, Cæsar.*

XXX. *Virtus militaris.* VIRTUS MILITARIS, Mulier Gorgone ante pectus cincta, clypeum læva, hastam dextra complectitur: cassidi, plumas inter, sphinx insidet, cũ ferro oleagineo, gryphes utrimque cælati spectentur, in hastæ cuspide gallus, & circumplicatus serpens: in basi iconia militiæ symbolum collocetur. *vel* Romanum signum cum aquila gestet. *Bochius.*

Vita activa. VITA ACTIVA, Puer longo capillitio, innixus altaro, & magno rectus pileo, onus aliquod humeris imponit, cum hac vesti adscripta epigraphe *anathema profratribus meis. Cæsar.*

Vita contemplativa. VITA CONTEMPLATIVA, Puella elatis in cœlum oculis manibusq;, humili facie, alas gerat capite, radio descendente è cœlo. *Cæsar.*

Vitium. VITIUM. Puer turpis, parvus, veste nigra: amplectatur hydram, *Bochius.*

Vnanimitas. UNANIMITAS. cum fasciculo jaculorum colligato, ac duobus Amalthææ cornibus sibi impexis, in quibus cornix appareat. *Bochius.*

VOLUN-

VOLUNTAS, Puella cœca, alata, coronata regio diademate, manus extendit quasi quærat aliquid. *Cæsar.* *Voluntas.*

VOLUPTAS, Mulier venusta, lasciva, fucata, straba, distorta pedibus, mutila manibus, colore pallida; quæ Amore alloquente electa novo se ad pulchritudinem ornatu induat. *I. Paep* *Voluptas.*

ZELUS, Vir sacerdotali veste, flagellum dextra, accensam lampadem sinistra præferat. *Cæsar.* *Zelus.*

CONCLUSIO. XXXI.

Dedi universim illa, quæ mihi in hac fingendi ratione, aut calamo, aut lectore digna visa sunt, non quòd omnia figuratis imaginibus idonea censeam; sed ne, mutilo labore, illam iconographiam negligerem, quæ ab antiquis usurpata, arte minus, quàm usu probari debet. Cùm nullis olim legibus ejuscemodi figuras conderent, neque magnopere dispicerent; propriis, an figuratis tropicisque imaginibus animi conceptum promerent. Nec sanè Bochio, aut Cæsari, ea cura perpetua fuit. *Quædam veterum imagines, quæ signo symbolico carent, à perito Iconographo sunt corrigenda.*

Ille enim cum e. g. Adolescentem in veste lugubri exhibet, ac per illum *Luctum intelligit*, hic cum verulam, malè cultam, saxo innixam, caputque manu fulcientem proponit, ut Melancholiam hoc schemate adumbret: quis poëtin aliquam, figurata dignam imagine, his inesse typis dixerit, siquidem nullo signo ostenditur poëticè illa potius, quàm naturali ac propria adhiberi significandi ratione; qua lugentem illud schema juvenem; hoc mœstam verulam designet. Quare ut persona utraque ad humanos affectus translata videretur; bubo utrique, funesta scilicet ac tristis avis: vel alia quæpiam figuratæ imaginis nota, adjungenda fuerat. Quæ quidem notæ ejusmodi esse debent, ne ex instituto, aut natura personis comperant, ut si laboris figurandi gratia, palam homini rustico tribueres; hoc enim si feceris, præter laborantem rusticum aliud nihil expones. Quocirca alibi, magis ad rem nostram opportunè, Bochius Labori bovis exuvias & gruis alas pedesq; , à laboriosis

sis & vigilantibus traductas animantibus partes, attribuit. Quæ monui, ut ſicubi hæc ſigna deeſſent, tu opportè facilè, cum opus, ingenio ſufficeres. Ego operâ, illud eâdem, quâ cetera, præſtitiſſem, niſi integra ſuis quæque autoribus maluiſſem relinquere.

Ceterùm, an fictæ perſonæ ad affectuum diverſorum rationem exponendam (quòd tum in hac, tum fabuloſa Græcorum poëſi controverſum videri poſſet) rectè adhibeantur? libro ſequenti, definiemus.

CAPUT XXI.

Fabulas Poetarum apud Græcos natas, figuratis imaginibus abundare.

I. *Res creatæ ob utilitatem ſuam Deorum olim à quibus provenire creditæ, nomen acceperūt.*

UT de Fabulatum, inter Græcos, origine ac ratione paulò nobis certiora conſtent, neque aliàs de fabulis fabulas condere videamur; veterum nobis hac in re monumenta ac ſententiæ explorandæ erunt. Atque imprimis *Ciceronem de natur. Deor. l. 2.* hac de re diſſerentem audiſſe juverit. *Multa*, inquit, *alia natura Deorum ex magnis beneficiis eorum, non ſine cauſa, & à Græcis ſapientibus, & à majoribus noſtris conſtituta nominataq; ſunt, quidquid enim magnam utilitatem generi adferet humano, id non ſine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itaque tū illud quod erat à Deo natum, nomine ipſius Dei nuncupabant: ut cum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum: ex quo illud Terētii, Sine Cerere & Libero friget Venus. Tum autem res ipſa, in qua vis ineſt major aliqua, ſic appellatur, ut ea ipſa vis nominetur Deus; ut Fides & Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus proximè à M. Æmilio Scauro Vides Virtutis, vides Honoris templum, bello Liguſtico à Q. Maximo dedicatū. Quid Opis? quid Concordia? Libertatis? Victoriæ? quarum omnium rerū quia vis erat tanta, ut ſine Deo regi non poſſent, ipſæ res Deorum nomen obtinuit. Quo ex genere Cupidinis, & Voluptatis, & Lubentinæ Veneris vocabula conſecrata ſunt.*

Viri heroes ob beneficia divis annumerati.

sunt. Suscepit autem vita hominum consuetudoq; communis, ut beneficiis excellentes viros in cœlum fama, ac voluntate tollerent, hinc Hercules, hinc Castor & Pollux. hinc Æsculapius, hinc Liber. Hinc etiam Romulus, quem quidem eundem esse Quirinum putant: quorum cùm manerent animi, atq; aeternitate fruerētur, Dij ritè sunt habiti, cùm & optimi essent, & aterni. Alia quoq; ex ratione, & quidem physica, magna fluxit multitudo Deorum. Nam vetus hac opinio Græciam opplevit: exsectum Cœlum à filio Saturno, vinctum autem Saturnū à filio Iove. Physica ratio non inelegans inclusa est in impias fabulas; cœlestia enim, altissimam athereamq; naturam, id est, igneam, quæ per sese omnia gigneret, vacare voluerunt, eâ parte corporis, quæ conjunctione alterius egeret ad procreandum. Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum, & conversionem spatiorum ac tēporum contineret, qui Deus Græcè idipsum nomen habet. Χρόνος enim dicitur, quia est idem χρόνος ac temporis spatium. Saturnus autem est appellatus, quod Saturetur annis, ex se natos comesse fingitur solitus, quia consumit ætas temporum spatia, annisq; præteritis insaturabiliter expletur: vinctus est autem à Iove, ne immoderatos cursus haberet atq; ut eum siderum vinculis alligaret. Sed ipse Iupiter, id est, juvans pater à Poëtis, pater divumq; hominumq; appellatur, quem conversis casibus appellamus à juvando Iovem. Hunc Ennius nūcupat, ita dicēs.

II. Ad Physicas rerum causas exprimendas Dij quoq; eorumque varia actiones cōficta.

Aspice hoc sublime cadens, quem invocant omnes Iovē.

III.

Hūc etiam augures nostri, cùm dicunt, Iove fulgente, tonante, dicunt enim cœlo fulgente tonante. Aërautem, ut Stoici disputant, interjectus inter mare & cœlum, Iunonis nomine consecratur, quæ est soror & conjunx Iovis, quod & similitudo est atheris, & cum eo summa conjūctio. Hæc Cicero. qui pergit, & Neptuno, velut à nando dicto, aquas; Diti seu Pluto Proserpinæ, id est seminis raptori terras tribuit, ac post aliorum Numinum figmenta deniq; sic concludit. *Videtisne, igitur, ut à physicis rebus bene atq; utiliter invētis, tracta ratio sit ad cōmentitios & fictos Deos; Quæ res genuit falsas opiniones, erroresq; turbulentos, & superstitiones penè aniles. Forma enim*

Fabularū alia veritatem ethicam.

alia physicam involvunte.

enim nobis Deorum ætates, & vestitus, ornatusq; noti sunt genera præterea, conjugia, cognationes, omniaq; traducta ad similitudinem imbecillitatis humanæ: accepimus enim Deorum cupiditates, ægritudines, iracundiam nec verò, ut fabulæ ferunt, Dij bellis præliisq; caruerũt. Ex qua Ciceronis sententia, tum fabularum origo, tũ earum quædam divisio in ethicas, quæ virtutes vitiaque hominum Deorumq; : & physicas, quæ res naturales complectantur, facilè colligitur. Denique & distinctio earum, quæ cum ratione aliquo veritatis significatæ fundamento junguntur : atque illarum quæ errore vulgi ac fabulandi quadam licentia jactari miscerique cum aliis ratione fictis cœpêre, ut proinde, sicut imperiti sit, omnia velle, velut futilia commenta, nullo abditæ veritatis sensu instructa, repudiare : sic quoque admittere universa, tanquam arcanæ sapientiæ & mysteriorum plena, sit parum intelligentis. Cum verò Plato in Alcibiade sentit, omnem poësin esse ænigmatum plenam, in qua rerum veritas quibusdam verborum involucris ac lenociniis proponatur, de iis ita sentit fictionibus, quæ à perito ac sapiente viro non à vulgo imperito proficiscantur.

Fabulæ à peritioribus confictæ occultãt veritatem continent: non semper illæ quas vulgus imperitum dedit.

IV.

Veterum sapientes, ne suas disciplinas passim vulgarent & ut gratiã illis æstimationẽq; conciliarent, eas sub fabulis significq; occultarunt

Certè studio id vereres egisse sapientes, ne concepta ab illis rerum cognitio, vulgo manifesta esset, licet scripto aut oratione proposita constaret, nemo est, nisi antiquitatis ignarus, qui dubiter: hoc Ægyptii Hieroglyphicis, Hæbræi omni penè figuratarum imaginum genere, Græci fabulis potissimùm atq; ænigmatis conati sunt, neq; alio testimonio opus, nisi ut scripta nobis tacentibus loquantur. Quanquam & alio illud fine præcipuos fabularum autores Poëtas *Maximus Tyrius* aggressos memoret *Auribus*, inquit, *humanis insidias quasdam sunt commenti, ij quidem rẽ ipsa Philosophi, nomine autem poëta: rem invidiosam ad eam artem revocarunt, qua populum admodum demulceat.*

Ita enim medici salubre consilium dulci aliquo liquore aspergunt, ne deterreatur æger saporis aut succi acrioris amaritie: eodem planè modo de Philosophia illa

illa veteri sentiendum, quæ sententiis suis figmentorum ac carminum, tanquam veste cultuq; magnifico tectis, priscorum hominum animos cepit ac delinivit: nèq; secus id quidem quàm dissimulata disciplina modestia, ad institutionem & morum feritatem cicurandam, illexit. Nec est autem quòd in dubium revoces, utri melius de divinis tractarint, Philosophine an Poëtæ? quin potiùs studium utrumque, tanquam inito fœdere, mutuò sese complecti deprehendas, ut eadem non diversa putes; cùm enim Philosophum ais, Poëtam intelligis: & cùm Poëtam, Philosophum quoque comprehendis. Hæc Platonicus ille, re ac nomine Maximus; cui non dissimilia Aristoteles lib. 1. Metaphys. dum Phylomythen, id est, fabularum amatorem, aliquâ ratione Philosophum esse asserit; quod fabula ex mirabilibus constituatur. Unde Christianus ille *Philosophus Albertus Magnus*, *Fabulas*, ait *in Met. tract. 2. Poeta fingit, ut excitet homines ad admirandum; admiratio excitat ad inquirendum, ut sciatur causa ejus de quo mirantur.* Quare sicubi, aut Cicero, aut Seneca, aut quisquam alius illos fabularum artifices aversatus sit, nihil in his præter aniles ineptias & alienas à veritatis imagine fictiones damnarunt, quæ nullo ingenio conditæ, nulloque emolumento vulgatæ, stultorum juxta ac sapientium esse possunt. Certè, cum doctissimo *Alciate interprete* Claudio Mino *in embl. 4* loquor. *inepti, & planè ἄμυσοι sunt, qui in poeticis narrationibus & figmentis explicandis, ipsas tantùm voces nudaque vocabula, aut etiam simpliciter γνώμας considerant, nec ea potiùs eliciunt, quæ sensum aliquem abstrusiorem contineant; ut qui in picturis dijudicandis colores aliquos, aut operum lineas quasdam conspiciunt: aut, ut qui mercibus involutis appositas imaginum tesserulas admirantur, nec quid intus lateat, aut inclusum esse possit, animadvertunt. Habet enim divinũ hoc studium, nescio quid latens & reconditũ, quod & què omnibus pervium non sit, & apertum; sed ei tãtùm*

Philosophia olim cum Poësi conjuncta.

Ingenium cui sit, cui mens divinior. ut Horat.

Ad

V. *Fabulæ non tantùm ad scientiam, sed etiam virtutem eruditunt.*

Ad diversam fabularum vim, significationemq; quod attinet *Natalem Comitem Mythol lib.* 1. doctè copioseque hac in re versatum audiamus. *Aliæ fabulæ naturæ secreta continent; ut illa quod Venus è spuma sit genita, quod Phœbus Cyclopas occiderit, quodq; illi fulmina Iovi fabricarint. Aliæ fortunæ inconstantiam declarant, noscq; ad eam forti animo ferendam instruunt; ut ea quæ de Phœbo dicta sunt, quod armenta paverit Admeti. Aliæ ab impuris opinionibus, & à crudelitate, atq; ab omni perfidia, & impura libidine nos retrahunt; ut Lycaonis fabula. Aliæ, ad deterrendos homines à rebus turpibus, sunt inventæ; ut Ixionis supplicium apud Inferos. Aliæ cohortantur ad strenuitatem; ut ea quæ tradita sunt de Hercule. Aliæ ex avaritia sordibus nos erigunt; ut sitis Tantali. Aliæ ad deprimendam temeritatem confinguntur; ut calamitas Bellerophontis & cæcitas Marsyæ. Aliæ ad virtutes nos alliciunt, ad integritatem vitæ, ad fidem, ad æquitatem, ad religionem, ut mirifica Elysiorum camporum amœnitas. Aliæ ab omnibus deniq; flagitiis revocant; ut severissimi Triumviri apud Inferos, singulorum animas defunctorum judicantes; & gravissima consceleratorum supplicia. Equidem existimo quasi suavissimum humanæ vitæ condimentum existere fabularum inventionem. Hanc tantam è fabulis utilitatem capere minimè possunt ij, qui aliora fabularum sensa non inspexerint.* Hæc in hac sententiam ex natali suffecerint: modò illa è fabulis, velut putridum ex sano corpore membrum resecemus, quæ à parum castis poëtis libidinum contagia subjiciuntur. Quanquam aliarum rerum ortus progressusque hac ferè humanæ propagationis imagine expresserint, proposito, quàm schemate, meliore.

VI. Cæterùm in his fabulis ad solam veritatis figuratè significandæ imaginem inventis verisimilitudo historica non requiritur, qualis in scenicis fabulis (de quibus multa *Aristoteles de re poëtica*) postulatur, nam Cicero de illis *lib.* 1. *de Invent. Fabula est in qua neq; vera, neq; verisimiles res contineantur*: cujusmodi est, *Angues ingentes alites; invecti jugo.* Veri tamè re-

præ-

præsentatio semper est necessaria, ne inutilis habeatur. Hinc *Plutarchus. Quemadmodū Iris nihil est aliud quàm relucentia solis refracti in nubibus; ita fabula quædā est veri repræsentatio.* Ex quibus tamen non cōcludes ejusceomodi rerum fabulam esse debere, quæ, aut factæ nunquam sint, aut fieri nequeant. Quid remotius à verisimilitudine quàm Bacchum ex femore Jovis natum prodiisse: huic tamen fictioni perquam similis est prodigiosus ille viri in Belgio partus Eligii Rosseel ex Diœcesi Brugarum in Vladzeel; qui cùm uxori Elisabethæ partus doloribus gravitèr ingemēti illuderet: uxoris imprecatione Deique voluntate tumefacto sensim gravidoque ex masculâ prole femore, eosdem sentire ac gemere dolores coactus est; ac tandem parens, filium, sui nominis, baptismo, ac paulò post cælo obtulit, anno partæ salutis 1352. Anniversarius defuncti (post gravem in lorica ferrea Eligii pœnitentiam) dies, quotannis in Ecclesia Vladzeensi festo S. Thomæ recolitur. Res à me ex *Alberti Comitis de Berg* ejus loci Domino, & literis apud illum variorum testimonio signatis, excepta est, historiæque fidem meretur. Alibi etiam de monstris paria ferè dedimus. Ut facilè appareat in fabulis, neque historicam requiri veritatem, neque rei prorsus impossibilis commentum; illud tantum spectari, ut figurata veritatis imago habeatur, quod, nisi desit veri, & historiæ similitudo, minus præstatur tum enim audientis sive intuentis animus inter historiæ ac fabulæ suspicionem medius incertusque fluctuat: de figurata imagine nihil statuere ac cognoscere potest. Reliquum videtur, ut in re obscura atque ænigmatica præcipuarum fabularum inter Græcos sensa investigemus. *Clementem Alexandrinum, Fulgentium Albricum, Palaphatum, Pierium Valerianum, Cœlium Calcaginum, & Rhodiginum, Gyraldum, Natalem, & Ricciardum. &c.* atque illius fide plures hac de re consului ne autoritate destitutus lector fluctuaret.

Fabulam verisimilis esse debet, sed veri repræsentativa ut Imaginis Poesi serviat.

Historia admiranda fabulæ simillima.

Non insciè hanc veterum Poësin fingendo imitatus est hujus ætatis Poëta, qui solem, illustri quadri- VII.

gæ impositum, duodecim Nymphis, velut horis totidem, vectum in theatrum produxit: eo Nympharum habitu, ut alis quidem sagittisque omnes, celeritatis notâ insignes pareique irent, sed mole corporis prorsus dispares, aliæ omnino pusillæ, aliæ contra staturâ proceræ, mediæ aliæ: His obvius Mercurius ex singulis, quænam essent, sciscitando didicit: minimæ sese Orationis horas dixere, mediocres, negotiorum: maximè proceræ prandiorum, ludorum, computationum. Et verò potuerunt suis quæque signis symbolisque, orationi, negotiis, ac ludo propriis, has personas, ad Emblematis absolutionem, facilè exprimere.

CAPUT XXII.

Figuratæ veterum fabularum imagines exponuntur.

1. SATURNUS apud veteres Mythologos calvus barbatusq; senex, modò nudo, modò obvelato capite fingebatur: cujus dextetam falx armaret, sinistra ferret serpentem, qui mordicus caudam attinendo circuli figuram repræsentaret. Nec quicquam horum mysterio caruit. Per sensum tempus designabant; inter res cæteras hujus orbis antiquissimum (1): nam reliquis intereuntibus, tempus manet. Modò obvolutum, modò detectum caput (2) ostendebat, multa tempore velari, ac velut oblivione obtegi; multa aperiri etiam tempore, quæ diu latuerunt. Falx illi, velut ad res nascentes præputandas, tribuitur, (3) cum omnia tempore occidant. Serpens orbicularis additur. (4) quod rebus pereuntibus, & tempora nova, & res aliæ in orbem, veluti perpetuâ revolutione, succedant. *Ita partim Fulgent. in suo Mythologico, partim l. 1. Natal. Comes, & Ricci. de Saturno.*

(1) *Tempus antiquissimum rerum.*

(2) *Tempus multa velat, multa revelat.*

(3) *Tempore omnia occidunt.*

(4) *Dies, menses, anni redeunt in orbem.*

Dicitur *Vrani, Poli* vel *Cæli* filius; quod tempus à cœlo gignatur. Ita *Gyraldus* de mensibus. Quatuor illum

lum liberos habuisse, *Iovem* ac *Iunonem*, *Plutonem* ac *Neptunum* memorant, qui totius inter se orbis imperium diviserint (1) quia Physicâ interpretatione ex quatuor elementis sub cœlo orbis componitur. Ceteras verò proles iccirco *Saturnum* devorasse fingunt: [2] quia, præter hæc elementa, reliqua creata, in tempore nata, tempore consumuntur. *Ita communiter Mythologi.*

(1) *Orbis elementis regitur.*

[2] *Senilis torpor.*

Stellam quoque inter planetas supremam ejus donarunt nomine; quod ejus sideris vis frigida senili ingenio habituque non inscitè exprimeretur.

Regem etiam faciunt, qui à Jove filio Græciâ regnoque pulsus ad *Janum* Italiæ Regem venerit, gratus hospes, atque in partem regni admissus, postquam agricolendi rationem eam gentem docuisset. Unde & falce, tanquam fertilitatis messiumq; inventor, donatur. (3) Cujus deinde falcem in Sicilia occultatam ferunt, quod hæc regio frugum sit fertilissima. Cæterum aurei iccirco seculi repertor dicitur, quòd homines à bello ad pacis artes traduxerit, adeòque rerum omnium beaverit opulentiâ. Ita communiter omnes.

[3] *Fertilitatis autor.*

II.

Platonici verò qui mundum ab animâ quadâ contineri ac regi existimabant regnum Saturni rationale imperium intellectus, regnum Jovis, (4) regnum animæ sensibilis dicebant. Quia verò plures vident ad bonum sensibile converti, aut regna, nisi per vitam activam non posse administrari, finxerunt Saturnum à Jove regno pulsum. *ita Ficinus in 4. de legibus Plat. Farra in Theologiâ Orphicâ. Picus & Cartarius apud Ricciardum*, quorum aliqui per Saturnum intelligentiam Cœlestem, alii vitam contemplativam intelligunt, uti per Jovem activam. (5) Unde & regnum Saturni aureum, Jovis argenteo propositum, significat bonum intelligibile, in vita contemplativa, præferri sensibili in activa. Eadem de causa dexteræ auri Saturnum præsse, sinistræ Jovem fingunt. *Georg. Venetus in Armonicâ mundi.* & supremus inter planetas fingitur, (6) quia intelligentia, bona excellit cetera.

[4] *Rationis & appetitus imperium.*

(5) *Vitâ contemplativa & activa.*

[6] *Intelligentia excellit inter bona.*

Transisse etiam ex Græcia in Italiam, quia huc inde translata est. Saturnum per annum laneo vinculo cõstringi, & ante festum sibi diem solvi, (1) significat fœtus in utero, vel fruges in terra, antè velut nodis ac vinculis adstringi, dum tempore laxentur. *Ricciard.* Physicè etiam significat tardum istius planetæ motum: *ut Lucian. in dialog. de astrolog.*

(1) *Partus prolis, vel frugum.*

Saturnum in tartarò à Jove detineri, significat ipsius stellam obscuram vix observari; à Jove verò vinctum esse, designat (ab appositione & conjunctione Jovis, 2) vim malignam hujus stellæ infringi ac mitigari: *Natalis in Mytholog. l. 2. c. 2.*

(2) *Bono malum opprimitur.*

III.

JUPITER.

Elementum ignis significat, *ut Fulgentius in Mythol.* vel ut alii, superiorem aëris regionem, uti Juno inferiorem. (3) & hæc quidem soror dicitur, quia eodem patre ac tempore nata: & conjunx, quia vicina & mollioris naturæ, cum eodem ad rerum generationes concurrit.

(3) *Ignis & Aër.*

Jupiter, ut Rex, in throno eburneo, sceptrum sinistrâ, dextrâ fulmen, Gigantes pedibus substernens, Aquilâ juxtà Ganymedem elevante (4) (*ut Albricus de imaginibus Deorum*) significat; Deum judicem improbos sententiâ mortis fulminantem, dignos ad cœlum extollentem.

(4) *Deus Judex probor. & improb.*

Jupiter Meragenes Parcarum dux, (5) significat, illum moderari fata. Ricci. in Voce Jupiter.

(5) *Deus morti præest.*

Jovis Trojani statua, cum tribus in fronte oculis (6) significat, Jovem cœlum, mare, & terras curare. *Idem ibid.* Fortè & quædam imago Trinitatis est, ac visus omnia intuentis; præterita scilicet, præsentia, & futura.

(6) *Deus omnia cognoscit. Imago S. Trinitatis.*

Jovis simulacrum in Creta sine auribus esse, (7) significat, illum esse judicem incorruptum, qui omnia sciat, ideòque nec auribus egeat, munerum verò corruptelam & excusationes non audiat. *Valerian. lib. 33. & Calcagninus de rebus Ægypt.*

(7) *Index incorruptus.*

Jovem inter tympanorum & cymbalorum strepitus esse servatũ, (8) significat, juxta Pythagoricos, ætheream

(8) *Harmonia cœlestis.*

thereamregionem, ob motus celeritatem, harmoniã efficere. *Natalis suprà.*

IV.

Jovem ab apibus nutritum inter Meliſſæ & Amaltheæ Nymphas, (1) ſignificat, elementa ſe invicẽ gignere: ut apes, quæ Mas & fœmina non ſunt. *Natalis ib.* (1) *Elementorum generatio.*

Jovem dejeciſſe Saturnum patrem regno, poteſtatemque gignendi ſuſtuliſſe, (2) ſignificat, ætheream regionem non corrumpi, ut cetera, tempore: ac deinde, alia elementa (quæ velut Saturno genita & ſubjecta) mundumque poſt hunc alium non futurum. *Natalis ib.* (2) *Cœli incorruptibiles. Venus tantũ orbis.*

Per Jovis caput omnia in lucem prodire, ut eſt apud Orpheum, (3) ſignificat, omnia creata per Dei ſapientiam ab ipſo tanquam capite ac fonte procedere. *Georg. Venetus Armon. fol. 37.* [3] *Dei Sapientia omnium origo.*

Jupiter in throno ſedens, ſiniſtrâ in ſphæram ſubjecta (quæ duo in medio capita ſe invicem reſpicientia complectitur) incumbens, juxtaque armata Pallas (4) ſignificat, Principis in orbe regendo *Providentiam* & prudens conſilium. Duo autem capita, quorum alterum coronatum ſemilunâ, alterum ſole erat, quod diu noctuque vigilanti Principi attendendum eſſet. *Erizzus apud Ricciardum in voce Iupiter.* [4] *Deus noctu diuque omnia gubernat.*

Jovem cum aliis Diis convivium Oceani adiiſſe (5) eſt ſolẽ cũ ſtellis terræ humoribꝰ paſci. *Erizzus ib.* (5) *Sol & ſidera humores Maris attrahunt.*

Jupiter in templi porticu collocatus cum haſta, vel ſceptro in manu ſiniſtra, & fulgure in dextra, (6) ſignificat Jovis ſtabilem virtutem tam in regendo, quàm puniendo. ſuperiori corporis parte nudus. & tectus infrà, (7) indicat ſe tantùm cœleſtibus, non mortalibus, conſpicuum. *Iulius Iacobonius apud Riccard.* [6] *Deus & regit & corrigit puniens.* (7) *Deus cœleſtibus patet: latet mortales.*

Jupiter apud Thebanos arietis pelle, indutus (quâ illum quotannis togâ, ariete mactato, honorabant.) [8] (*ut Herodot. l. 11.*) ſignificat, quem vis ſceleratum ſuum ſibi fabricari idolum, ſuis conforme moribus: immundos quidem arietem, aut caprum, voluptarios ſuem &c. *Vide Cauſſin l. 2. de Diis.*

V.

[8] *Impius ſuo ſibi ingenio Deũ fingit.*

Jupiter Centauros in nubibus depingens (9) *ut Philoſtr. in vita Apollon. l 11. c. 10.*) ſignificat, viros prin- (9) *Labor & occupatio indigna viro.*

principes inutilibus sese nugis occupantes, qualis Domitianus, qui captandis muscis intentus erat.

Ganymedem à Jovis aquila in cœlum raptum, significat, illum à Jove sub aquilæ signis auspiciisque pugnando interceptum, (1) *ut Fulgentius l.* 1. vel Deum lætari virtute & prudentiâ, tanquam pulchritudine animæ, ornatis, illosque in cœlum extollere. ut *Acchilles Bochius*, & alii.

(1) *Congressus impar. Virtutes Deo placent.*

Jupiter in dextra fulgur tenens, & sinistram applicans vasi cui inscriptum καλὸν : & Saturnus contrà habens falcem, ac sinistra tangens vas, cui inscriptum κακὸν : & inter utrumque hærens puer injiciens dextram in dextrum vas, sinistram in sinistrum, tanquam prompturus ex utroque aliquid : (2) significat, dolorem voluptatibus ; aut amara dulcibus, & adversa prosperis conjungi. *Achilles Bochius symb.* 8.

(2) *Voluptas hujus vitæ mixta doloribus, vel prospera adversis.*

Jupiter Custos, in cujus sinu Domitianus Imperator (3) qualem ipse insigni templo veneratus est, significat, tutissimum esse, qui in Dei protectione acquiescat; cui æquum sit, ut Reges se committant: qui, ut protectores Nationum, Deum sibi protectorem habeant. *Sueton. in Domitiano.*

VI.

(3) *Deo protegente Reges tuti.*

Jovem deglutisse uxorem Metim, gravidumque, Palladem ex capite peperisse, (4) significat, ex consilio (quod per Metim intelligitur.) nasci Sapientiam, *Natalis l.* 2. *c.* 1

(4) *Consilio sapientia nascitur.*

Jovem in varias formas commutatum, ut serviret libidini, (5) est, hominem huic vitio deditum bestiarum affectus & figuras animo induere ; sed dum ad custoditam Danen in aurum mutatus illabitur, (6) significat aurum perrumpere omnia, *Natalis ib. ex Horat.* Homerus dum in sua Iliade Jovem solum vigilantem, ceteris Diis dormientibus, inducit, (7) ostendit, illum qui præest, ceteris quiescentibus, vigilem esse debere. *ut Ricciardus.* Idem dum Jovem asserit, hanc Diis ceteris, potentiæ, virtutisque ostentandæ gratiâ, potestatem fecisse, ut catena fieret, quâ ipse in cœlo, reliqui omnes in terra apprehenderent, atque illa pars censeretur dignior, quæ aliam ad se per-

(5) *Libidine homo fit bestia.*

(6) *Auro potissimũ cõciliatur amor.*

(7) *Principis vigilãtia.*

pertraxisset, (1) ostendit summum Numen inferiora ad se facile omnia victrici manu attrahere. Quin imago quædam est incarnationis Dei ad se omnia trahentis *ut Tirinus & alii scriptura interp.* per hanc verò catenam (2) *Iul. Camillus* intelligit liberum in homine arbitrium. *Natalis* avaritiam & ambitionem, per quæ Deus cœlo extrahi nequeat; ego amorem dixerim, qui in Deo, quàm homine potentior. *Cœlus* pater Saturni tria vasa in cœlo condiderat à Themide & Prometheo raris muneribus repleta. Ex his unum, quod erat plenum sapientiæ, Saturnus sibi vendicatum Palladi custodiendum tradidit: alia duo Jovi concessit, unum voluptate simul & doloribus plenum Venus asservabat; alterum labore ac virtute Juno custodiebat [3] Hæc triplicis vitæ inter homines, contemplativæ ac solitariæ, voluptariæ deinde ac sensualis, activæ denique ac civilis quædam imago sunt. *Farra apud Ricciard. loc. cit.*

[1] *Deus omnipotentia major.*

(2) *Liberum arbitrium. Amor Dei.*

[3] *Vita cõtemplativa sensualis.*

NEPTUNUS. VII.

Aquæ elementum significat, vel potius, vim effectivam ejus: uti Amphitrite vim illius generativam. [4] *ut Georg. Venetus in Armon.* ait. Denique potissimum spiritum, vel mentem divinam, quæ per omnia maria diffusa est. uti eandem virtutem in æthere Jupiter; in aëre Juno designat. *ut Natalis l. 2. c. 8. & Ricciard. in voce Neptuni.* Neptunum quinque partubus fecundum esse, atque ex iis denos filios, semper geminos, protulisse: [5] significat, ab eo potissimum quinque corporum, lapidum, metallorum, plantarum, animalium, tum ratione carentium, tum utentium, formas componi: nam omnium rerum semen, vel liquidum, vel liquore macerandum, generationi aptatur. Deinde res quælibet duabus partibus, ceu gemellis, materiâ scilicet & formâ componitur. Ita *Ficinus in Critiâ.*

[4] *Mare & vis ejus generativa.*

(5) *Aqua ad quinq; corporum compositionem concurrit.*

Neptuni filii crudeles designant piscium interse, genusque suum inclementiam (6) & voracitatem. *Natalis l. 2. c. 8.*

[6] *Pisces pisci, homo homini lupus.*

Neptunus medio corpore nudo super aquas emi-

nens, equis vehitur, quos ex terra percussa excitasse fingitur, (1) quod illorum usum mortales docuisse feratur, curru vehitur accinctus Tritonibus, quod undis naves, uti rotis currûs, cum strepitu propellantur. *Natalis l. 2. c. 8.* Neptunus cum Pallade certasse memoratur Athenis pro principatu illic obtinendo, atque illum equum, hanc olivam produxisse; (2) illum belli, hanc pacis symbolum; illum negotiationis, hanc Musarum, ac proinde penes hanc victoriam stetisse. *Plut. in vita Themistoclis.*

[1] *Moderator equorum vel naviũ peritus.*

[2] *Pax bellopotior, liberalis ars illiberali potior.*

VIII.

Tridens Neptuni, (3) vel, triplicis in aqua affectionis signum est, quod liquida piscibus serviat, fecunda agris, potabilis hominibus: *ut Fulgentius* meminit, vel (quod parum ab eodem sensu abest) triplicis in Neptuno potestatis argumentum in pisces, quos alit, in terram, quam nutrit; & aquas ipsas, quibus præest. *Vide Ric.*

[3] *Triplex Virtus seu potestas.*

Neptunus, Ceres, & Venus juncti, designant, pisces olera & panem, (4) juxta illud Nævii: coquus edit Neptunum, Venerem & Cererem. *Ricciardus.*

[4] *Frugalis apparatus.*

Neptunum aliquando Nudum fingi: (5) significat, aquas dulces, quod sine colore & quasi nudæ sint, esse salubérrimas. *Natalis l. 2. c. 8.*

[5] *Aquæ potus salubris.*

Neptunus apud Platonicos, (6) significat, eam virtutem quæ generationibus præest. *Ficinus in Critia. Picus in Heptaplo c. 3.*

[6] *Tutor generationis.*

A Neptuno Theseum impetrasse mortem Hippolyti, (7) quem mox extinctum doluit, significat, homines sæpe à Deo petere, quæ impetrasse noceat. *Natalis ut suprà.*

[7] *Stulta hominum vota.*

IX.

PLUTO.

(8) Inferius terræ elementum designat, etiam juxta illos, qui attribuunt Plutoni divitias. *S. Fulgentius l. 1. Equicola, Erizzus, Cartarius &c.* Dicitur autem divitiarum Deus, quia teste *Diodoro Siculo* pecunias coacervare docuit, Deus verò inferorum dictus, quia in sortitione regni cum fratribus occidens, &, ut memorant, Hispaniarum tellus illi obtigit. Uti contrà Jovi oriens, & Neptuno loca maritima atque insulæ. *Cartarius fol. 237.* Pluto-

[8] *Terræ elementũ divitiæ.*

Plutonem filium esse Saturni, fratremq; Jovis ac Junonis (1) significat, omne divitiarum genus tempore nasci, & cœli aëriſque bonitate ac temperie procreari. *Natalis l. 3. c. 9.* (1) *Divitiæ à cælo & vere pendent.* vel *à Deo.*

Pacem nutricis loco habuisse, (2) dicitur: quod pax divitias maximè alat, habere claves inferorum dicitur, quòd hæ sedes clausæ, nulli ad reditum pateant. (2) *Pax opes alit.*

Rapuisse Proserpinam Cereris filiam. (3) Id est semen à frugibus natum; quod semina diutius terra obtegantur, priusquam succrescant. *Natalis ib. ex Cyc.* (3) *Semen-tis.*

Dictus & Rex mortuorum est, (4) quod primus exequias & funebrem pompam reperetit. Unde & cupressio coronatus, quod, ut illa rœcisa nunquam revirescit, sic mortui non redeant ad vitam, quin & Narcisso, mortuis grato flore ob infelicem Juvenis casum, revinctus est. *Cartarius fol. 236.* (4) *Mors, Exequiæ.*

Cerberus Plutoni triceps addicitur; quod terreat ac ominetur omni animali in terra, aëre, mariq; orto, redeuntiq; per mortẽ ad terras. (5) *Cartarius fol. 273.* X.

Tres furiæ adjunguntur, ἀλήκτω, quasi nõ cessans pausansque, nimirum furere: τισιφόνη, quasi ultio, aut pœna cædis: μεγαίρα, id est, magna contentio, vel scelum, vel cum aliis (6) hæ videlicet damnatos maximè cruciabunt. Tres eidem Harpyiæ (7) (ἅπο πᾶ ἁρπάζειν, id est, rapiendo) à Virgilio assignantur: uti & Parcæ totidem, de quibus infrà, ubi de Deabus agetur. Inter hunc comitatum *Albricius* eum depingit, hominem terribilem in sulphureo solio, dextrâ sceptrum, sinistrâ animam stringentem, quatuórque inferni flumina de throno emanantia, Cerbero, Proserpinâ reliquisque, suprà comitibus adjunctis, (8) *Vide de imagine Deorum.* (5) *Mors omnia terret.* (6) *Mors infelix dãnatorum.* (7) *Mors rapit omnia.* (8) *Lucifer. & infer. ni, eiusq; panarum imago.*

Plutus, qui à Pausania à Plutone distinguitur, à Gyraldo confunditur, apud Lacedæmonios cæcus reperitur, & claudus, ac jacens: quòd, scilicet, aliis jacentibus otiosisque obveniat, claudus autem sit, cum ad probos veniendum, cæcorum verò more bona distribuat. (9) *vel*, quod hominis rationem excæcet, XI. (9) *Opes fortuitò obveniũt, vel hominem excæcant, ad bona tardum.*

voluntatem in bono claudicare, vitam otio diffluere faciat: apud Rhodios tamen videns, & cum alis reperitur, quòd illâ specie cœlo delapsus credatur, & ad homines venisse. *Cartarius fol.* 383. & 4.

Esse verò Plutum in numero majorum Deorum, (1) significat, divitibus quamvis ficariis & latronibus, majorem quàm virtuti ac scientiæ honorem tribui. *Natal. ibid.*

(1) *Major opibus, quàm virtuti honos.*

XII.

VULCANUS.

Ignem omnium sensu designat, qui à Jove & Junone in cœlo natus, ac deniquè deturbatus in Lemnum insulam, ob deformitatem, dicitur, quod ignis fulmineus in aëre nascatur, & contritâ superiorum corporum, densitate ac frigore constrictus, elidatur in terram. (2) Lemnos autem Insula imprimis fulmini obnoxia fertur. Claudus verò fingitur, vel quod obliquè fulmen descendat; vel quod ignis in terra alitus obliquè sursum feratur: vel, quòd, ut claudus sine baculo non incedit; sic nec ignis hic, sine liquore alatur. *Cartarius fol* 88. & *seq.* Pietius, vel *ethicè*, ita Dei, quæ pede claudo venit, ut Hor. sed ferit graviter. *Valerianus, Natalis, & alii. Albricus* addit juxta decidentem è cœlo officinam fabrilem depingi solitam, ad fulmina Jovi cudenda intactam, & aquilam vicinam, ut Jovi defrat fulmina. (3)

(2) *Fulmen in aëre natum terra illiditur obliquè.*

(3) *Celeritas fulminis.* vel. *Imperator pro Deo, mundum terrens.*

Vulcanum habuisse uxorem Venerem, significat (4) ex calore & humore rerum generationes fieri, ita *Valerianus & Natalis.* vel, quòd pulchritudo *sit* potissimum effectus caloris vitalis, *ita Gregorius in Hermath. lib. 6.* Esse verò nutritum à Thetide & marinis Nymphis, (5) ignem uliginoso humore pasci. *Natalis l. 2. cap 6.*

(4) *Generatio rerũ ex calore & humore*

(5) *Ignis caliginoso humore alitur.* vel. *Venerem ali vino.*

Vulcanum Jovi cudere fulmina in lemno per famulos Brontem, qui tonitru, & Steropem qui fulgur, ac Pyracmonem, qui incudem igneam designat. (6) facilè, quid significet, intelligitur, ex loco fulminibus obnoxio, & famulorum etymis, cum tonitru fulgur, & excussio ignis cum fulmine sint conjuncta. *Vide Natalem supra.* Elegans quoque hominis ex ira tumultuan-

XIII.

(6) *Tempestas flumi-*

a vel ethice. *Irâ inflammatus.*

multuantis imago est: in quo appetitus Pyracmon, Steropes inflammatio, Brontes vox est.

Vulcanum habuisse aram cum Prometheo communem, (1) significat, illum, qui à Prometheo primũ inventus est, ignis, (& ut fingunt Poëtæ cœlo subductus] per Vulcanum deinde ad artificiosa quæque opera adhibitum, *Natalis ibid.*

(1) *Ignis ad artificiosa operantilis vel est scientia cum opere jungenda.*

Vulcanus in cella aurea Junonem vinculis adstrinxit, vindictæ causâ, (2) significat, aërem terræ vicinum torpere, nec superiorum corporum motu circumagi, & continuari. *Natalis* 16. Ethicè, Amoris divini ignis superbiam coërcet & obruit. Vulcanum irrito conatu Palladem ad conjugium sollicitasse, (3) significat, artes liberales cum mechanicis, & sapientiæ studium cum servilibus occupationibus parum in eodem convenire; sed monstrum hinc nasci. Unde, & Vulcani & Minervæ simulacra uno in templo, apud Athenienses, conjuncta, significat, studia sapientiæ, & mechanicas artes florere Athenis. *Cartarius fol.* 387. *Valerianus fol* 135.

(2) *Aer terræ vicinus crassior* vel eth. *divinus amor superbiam opprimit.*

(3) *Sapientia studiũ cum illiberalibus artibus parũ convenit.*

XIV.

Vulcani pileus cæruleus, ignem esse cælestem designat. ut Cartarius, hunc verò lauro redimitum, significat, lauro vim quandam ignis occultam inesse, nam si cum hederæ ramo confricetur, scintillas fundit. (4) *Iacobonius de Cæsorum gente cap.* 13. Ethicè Poëtarum ingenia subtilia, cœlestique igne incitata censentur, præsertim ubi Baccho incaluêre, per hederam significato.

(4) *Poetarum ingenia subtilia.*

Vulcanum securi Jovis caput aperuisse, Unde Minerva prosiluerit, significat, labore & conatu artes ac sapientiam parari. *Sanctius in Alciati. Emblem.* (5)

(5) *Labore ars & sapientia paratur.*

Vulcanum mures adversus Sennacherib, Arabum Regem, emisisse eo tempore, quo Setum Ægyptiorũ Principem obsidebat, qui arcuum chordas, clypeorumque lora ac coria consumpserint, (6) significat, ex nimio aeris calore ac siccitate hoc murium genus enatum esse, ut *Cartarius fol.* 390. Ethicè, contemptus hostis sæpe ingens damnum intulit.

(6) *Clades ingens à vili, sed contempto hoste.*

Vulcanum, Venerem, ac Martem nullum in urbe

Romæ

(1) *Ignis libido & belli. sunt multarū, urbium exitium.*

Romæ Templum habuisse, (1) significat, ignem, libidinem, ac bellum procul ab urbis tectis removendum. *Equicola lib. 9. de natura amoris.*

XV.

MARS.

(2) *Ex regnorum & opum cupiditate bellum.*

A Junone sine opera viri natus (2) significat bella ut plurimum ex desiderio regnorum & opum, quibus Juno præest, nasci. *Cartarius fol. 395.* MARS in curru equis tracto armatus pingebatur, lupo ante illum ovem deportantes (3) quòd is verè mavors, veluti mares vorans, esset, ac diceretur. *Ita Albricus de imagine Deorum.* qui addit sub ejusdem curru Romuli Remum occidentis simulacrum pingi solitum; (4) quòd hos Martis filios finxerint. Martem inter Thraces barbaras gentes, à Thraso, id est ferocitate educatum, (5) significat, gentem illam maximè bellis addictam. *Cartarius 599. & Natalis lib. 2. c. 7.*

(3. 4) *Mars fraterno etiam sanguine gaudet.*

(5) *Martē feroces animi alunt.*

Martem fortissimum & celerrimum Deorum à claudo Vulcano implicatum retibus, signif. homines militares libidini deditos ab imbecillo etiam hoste superari. *Cartarius.* Mars pectore nudo, ut quandóq; pingitur (6) significat, virum militarem fortem & intrepido esse animo debere. *Cartarius 399.*

(6) *Militem intrepidū esse convenit.*

Mars ligatus apud Lacedæmonios, significat, martialem hunc populum esse, quique hoc Deo carere nolit. *Cartarius fol. 407.*

(7) *Miles fidelis, ferox, vigilans, providus & cœpti pertinax amatur.*

Martī Canis, lupus, gallus, vultur, & picus sacrantur (7) canis fidelitatem necessariam bono militi; lupus ferocitatem & rapacitatem bellis familiarem; gallus vigilantiam, vultur præsagam providentiam; picus constantiam in labore & oppugnatione significat, nam picus durissimum lignū tamdiu rostro percutit, dū perfringat, & perforet. *Cartarius fol. 408. 9.*

XVI.

BACCHUS.

(8) *Vinum arcanum detegit.*

Nudus, (8) significat, ebrietatem & vinum occulta & celanda detegere. *Cart. in imag. Deo. fol. 414.*

(9) *Duo æquinoctia & solstitia*

Bacchus modò puer, modò Juvenis, modò vir, modò senex, (9) significat, puer quidem, solem in æquinoctio verno; juvenis, solem in solstitio æstivo; vir, solem in æquinoctio autumnali, senex solem

solem in solstitio hyemali, ita *Cartarius fol.* 419.

Bacchus juvenis lætus & exultans, (1) significat, homines moderatè bibentes, lætos, jucundos, ingeniosos esse. *Cartarius fol.* 415. *Alciatus illi, emblemate.* 25. fistulam & tympanum addidit, ut lætitiam exprimeret. Torvus verò, hispidâ barbâ, trucique vultu senex, (2) significat, homines per vinum immoderatum efferari. *Cartar. fol.* 418. Senex Bacchus calvi capitis, [3] significat, vinum accelerare senectutem. Bacchus cum Musis, à quibus nutritur, & quarum dux à Poëtis fingitur, *Alciatus* illum cũ Pallade jungit emble. 23. & cum Apolline 993. significat, [4] vinum moderatè sumptum doctorũ ingenia acuere, *ut Cartarius.*

Bacchus in veste feminea, [5] significat, ebrios molles & effeminatos esse. *Cartar. fol.* 425.

Bacchi ara cum altera Nympharum, in horarum templo, juncta; [6] Vinum aquâ salubriter temperatum designat; quòd Amphictyon Rex Athenienſis, postquàm diluendi aquâ vinum rationem suis præscripsisset, ideóque complures fœdè antea curvati, recte ingredi inciperent, Bacchо recto aram eâ ratione erexerit. *Athen. l. 2. p. 28.*

Cornua dant, [7] vel ob audaciam, vel ob iram, ad quam poti concitantur; vel, quòd veteres soliti bibere ex cornibus; vel, quod ille boves docuerit percornua subjugari aratro, atque iccirco eidem quandoque & falx additur. (8) *Cartarius fol.* 419. Quam falcem ei adjungi dicunt, quòd vites putandæ sint. Corona eidem datur à Poëtis, vel ex hederâ, ob memoriam Cissi pueri à Baccho in hederam conversi: vel ex vite, ob memoriam Staphylæ Nymphæ ab ipso in viticem conversæ, vel ex ficu ob Sycam Nympham ab ipso in ficum conversam; sed reveta, ob refrigerandi capitis virtutem; (9) significat, calida frigidis temperanda. *Cartar. fol.* 430.

Bacchum ad mare confugisse, aut junctus illi delphinus, (10) significat aquam matinam vino mixtam illud servare, *Valerianus lib.* 27.

Bacchum vi ignei fulminis à Semele matre, imma-

(1) *Vinum moderatũ hilares facit.*

(2) *Vinum immodicũ efferat.*

(3) *Senectã properat.*

(4) *Vinum moderatum ingenium excitat.*

(5) *Ebrii molles.*

(6) *Vinum aqua temperandum* XVII.

(7) *Vinum iram inflammat.*

(8) *Optima quæque labore parantur.*

(9) *Calida frigidis temperanda.*

(10) *Marina aqua vinum servum.*

turo

turo fœtu, profusum, ac deinde Jovis femori admaturitatem usque insertum, hinc natum est, quod in montis Meri Jovi consecrati specum traductus, ibid. nutritus fuerit μηρὸς enim Græcis femur designat, ut non imperitè conjecit *Pomponius Mela lib. 3. cap. 8. & Plin. l 6 c 21.* Cæterum Bacchum fulmine partum ex terrestri Semele, id est, de terra vinum nasci, sed nondum maturum & potui aptum, nisi dū (ut *Phornutus* putat) pedibus ac femore in torculari pressum sit, vel potius, ut mihi placet, insertum utribus, purgatúmque sensim fecibus fuerit *Ita ex parte Sanctius in Alciati Embl. 23. & 25.*

XVIII. (1) *Vinum furiosos efficit.*

Bacchum provehi curru à pantheris & tigribus ducto, (1) significat, vino homines tamquam currum rotas circumagi, ac velut tigrides & pantheras ferocire. *Cartarius* 432. *fol.*

(2) *Multa vinum patitur antequam vase colligatur.*

Bacchus à Gigantibus in membra discerptus, coctúsque & integer rursum gypso tinctus, (2) significat uvas à vite discerptas pressásque liquorem fundere deinde calore solis excoctum denuo Bacchum, uvis reproductis, integrari vel potius vasi collectum includi. *Cartarius.*

(3) *Evæ à Serpente delusæ imago.*

In Bacchi orgiis bacchantes cōronati serpentibus & *evax* ululare, crudásque carnes inter compositam insaniam devorare, (3) Evæ à serpente deceptæ quædam est memoria, & adumbratio. *Clem. Alex in exhort. ad Græcos.*

(4) *Ferula dignus qui vino abutitur.*

Baccho ferula dātur, quòd correptionem mereantur, qui eo malè utuntur (4) *Valerianus & Cartarius*

(5) *Autumnus.*

Bacchus aliquando autumnum anni partem significat (5) *Cartarius c. de Iano.*

(6) *Bacchi vini & ficuum repertor.*

Bacchi faciem in vindemiis musto & ficu tingi solitam (6) significat, eum vitis & fici inventorē. *Rhodiginus. l. 4. c. 15 antiq.*

(7) *Noe per Bacchum indicatur.*

XIX.

Per Bacchum Noë intellectum esse, (7) *Goropius in Indoscythicis* latè ostendit: verùm conjecturis potiùs quàm argumentis.

Quòd Bacchi Thyrsus pineo vertice terminetur significa

significat, sub Bacchi cæremoniis occulta latere; quia Nux pinea, eò, quòd concludat fructum, (1) rem & vitam occultam signat; adeóque & Cybelæ sacra est, quia vim semini intus terra tribuit, cùm foris sterilis appareat. *Goropius in Hieroglyp. l. 7. fol. 104.*

(1) *Res aut vita occulta.*

Albricus de Imaginibus Deorum sic Bacchum depingit. Erat homo nudus pectore, super tigridem, femineo vultu, capite cornuto, vitibúsque coronato, manu sinistrâ poculum complectens, dextrâ racemũ in illud exprimens, juxta illum simia, sus, & Leo; (2) quorum animalium sanguine Noe plantatam primò vitem irrigasse fabulantur, verùm designatur his potissimùm animantibus ebrios assimilari: utpote, vel ridiculos, vel sordidos, vel feroces. Bacchi vultus femineus, (3) Viros effeminari vino demonstrabat, cetera ex dictis habes.

(2) *Ebrii vel ridiculi, vel sordidi, vel feroces.*

(3) *Vir ebrius femina.*

Silenus senex ebrius, ventricosus, tremulusq; Bacchо in asino est adjunctus: (4) quia ebrietas & nervos tremere facit, & vitam in senium finemque protrudit & mentem, quâ velut corpus provehitur, instar bruti asini hebetat. *Ita Natalis & alii.*

(4) *Vino homines brutescũt, tremunt, senescunt.*

MERCURIUS. XX.

(5) Modò eloquentiam, modò negotiationem, modò artem furandi significat. Unde tam Oratoribus & Legatis, qui facũdiâ valere debent, quàm mercatoribus & furibus Deus præfigitur. Quamquam ad distinctionem eâ specie, quâ mercatoribus ac furibus præficitur, crumena illi non rarò addita fuerit. *hæc Ricciardus ex communi omnium sententia.*

(5) *Eloquentiæ, Negotiationis & ferocitatis præses.*

(6) *Eloquentia nunquam senescit.*

Mercurius juvenili erat facie, (6) quòd eloquentia, tam togata, quàm palliata numquam senescat. *Ita Mercurii galerus in capite, [7] significat, juxta Choulum apud Ricciard* pet eloquentiam nos defendi & protegi contra injurias. Item legatum secretò Principum negotia tractare debere, *juxta Fulgentium lib. 1.* vel Mercatorum negotia tecta potissimùm habenda, ut idem existimat.

(7) *Eloquentia defendit*, vel. *Negotia Principum, aut Mercatorum tecta*

Talaria in pedibus; [8] *juxta Sebast. Erizzum*, velocitatem

esse debere (8) *Sermonis* vel *negotiationis celeritas.*

locitatem sermonis, *juxta Cartar & Fulgent. l.* 1. negotiantum celeritatem designant.

(1) *Eloquentia in armis dominatur*

(2) *Eloquentia affectus immoderatos frangit, tacentes excitat.*

XXI.

(3) *Eloquentia ætas pondus addit.*

Mercurii caduceus, seu virga serpentibus implexa, [1] significat eloquentiam, prudentiam dominari armis. Vis autem soporifera, quæ huic virgæ inesse fingitur, mortuósque excitandi; (2) vis eadem eloquentiæ est, ad sopiendas mentium affectiones, & mortuos à sceleribus ad vitam homine dignam revocandi, ex communiori sententia, quamquam *juxta Fulgentium* significet aliquando per negotiationes mercatorum opes quibus dominentur aliis, parati, aliquando iisdem ab infelicitate, tanquam à serpente, vulnus infligi. *Vide in Mytholog. l.* 1.

Mercurius grandiori ætate barbatus, (3) eloquentiam significat, cum ætate conjunctam, efficacem esse. *Valerianus l.* 33.

(4) *Triplex in una scientia, vel persona rationali bonum ut in Eloquente est memoria, ingenium, elocutio, &c. vel tria in oratione causarum genera* vel *SS. Trinitatis.*

Mercurius cum tribus capitibus ideò fortè propositus, [4] quòd idem cum Ægyptio illo Trismegisto censeretur; bonus Sacerdos, bonus philosophus, bonus Rex, vel, *ut Sanctius apud Alciatum* loquitur, quia bonus physicus, ethicus, logicus, quamquam hoc privatum unius hominis sensum redoleat. vel, significat vim magnam esse ornati sermonis, in triplici nimirum causarum genere: vel in trivio ducem ostensoremque viæ cujus libet Mercurium esse, *ut Ricciard.* Sed & hæc imago quædam sanctissimæ Trinitatis est.

(5) *Homo doctus sed mollis.*

Mercurii statuis vestis longo syrmate circumposita, [5] significat hominem mollem gulæ ac luxuriæ deditum. *Valer. l.* 33.

(6) *Sol quatuor anni partes confisiens.*

Mercurii figura quadrata cum uno solum capite. [6] significat solem (quam ei significationem etiam *Erizzus* tribuit, qui alas Mercurii, Solis velocitatem indicare putat) distribuere quatuor anni tempora per quatuor mundi partes. *Cartarius. lib. de imaginibus Deorum fol.* 338.

Mercurii ad viam statuæ, juxta quas cumuli lapidum à viatoribus projecti (7) significant, hâc certius iter esse, ubi lapides assurgebant. vel, tollenda è medio

(7) *Deo duce iter auspicandum.*

dio viarum impedimenta, ne sequentes viatores offendant: Nam transituri solebant collectos è via lapides in hunc cumulum asportare. *Cartar. in titulo Mercurii, ut supra*

Eædem verò quadratæ in scholis positæ, (1) significant, Mercurium invenisse Grammaticam, Musicam, Geometriam, palæstram. Mercurius, dextram brevi obarmatus gladio, & caput galeâ chlamydéque cum brevi accinctus tunica: qualis Argum occidisse fertur. (2) significat, eloquentiam armis junctam plurimum adversus hostes, qui sæpe ratione solâ ac voce non moventur, valere. *Didymus in libro 16. Odyss.* dicit Mercurium à Junone in judicium vocatum, quòd Argo occiso primus cæde manus inquinasset, sed à Diis illum absolutum, projectis ad pedes ipsius suffragiorum tesseris niveis atrisque, eò quòd æquum fuerit Jovi obsequi. (3)

Mercurius Argum perimens solem designat, (4) cœlum (cujus stellæ sunt oculi) suâ luce obruere, ut stellæ excæcentur. *Cartarius suprà.* vel significat, astutum furem centum etiâ custodes fallere. *Fulgent l. 1.*

Mercurius nudus supra cancrum marinum consistens, galero caduceóque instructus, ac sinistrâ chelam prehendens, (5) significat, Mercatores, nec nimis præcipites, nec tardos in negotiis esse debere; sed considerate agendum. *Choulus de religione antiquorum Rom.*

Gallus Mercurio additus, vel significat Doctorum (5) ad eloquentiam aspirantium, vel etiam Mercatorum ad opes, vigilantiam. *Carì & Choul. Sup.*

Mercurius apud Ægyptios facie, partim clara & aurea, partim atra & obscura, (6) significat, eloquentiam tam ad res cœlestes, quàm ad res terrenas: illic verò illustriori gloriâ, quàm hic, adhiberi: vel eloquentiam in probis & improbis reperiri. *Farra & alii.*

Mercurium superos inferósque adire, (7) quod eâdem figurâ significabatur, est, *ut Fulgentius*, inquit, per terræ marisque, vitæ mortisque pericula mercatori pergendum.

XXII.

(1) *Mercurius 4. artium inventor.*

(2) *Eloquentia armis iuncta est potens.*

(3) *Cades ex legitimo imperio aqua.*

(4) *Sol luce sua stellat obruit, vel Astutus fur.*

(5) *Doctor vel Mercator vigilans.*

XXIII.

(6) *Eloquētia probis ac improbis servis.*

(7) *Per adversa & prospera, mare & terras mercator pergit.*

1) *Ars bona. non fallit, aut destituit.*

Mercurius hilari adolescentis specie basi quadratæ insidens, significat, artis stabilitatem (1) ingeniosè ideircò. *Alciatus* illum hac formâ cum fortuna conjunxit, ut moneret, arti magis, quàm sorti fidendum. quòd illa stabilis, hæc instabilis reperiatur; *emb. 8.*

2) *Sapientia juncta felicitas est.*

Mercurii antrum, ab Orpheo, plenum omni rerum copiâ, depictum, (2) significat felicitatem proventem ex sapientia. *Farra in tractatu Mercurii f. 6.* Mercurium cum Hercule præesse palæstris, (3) significat, prudentiam cum viribus conjungendam. *Natalis l. c. 5*

3) *Pruaentia viribus jungenda.*

Mercurii statua ante Januam locata, (4) significat, Mercurium, furum Deum, ab illa domo fures arcere. *Natalis ib.*

4) *Fur furem cavet.*

5) *Eloquentia ad reip. defensionē adhibenda*

Mercurius templum in foro collocari, (5) significat, eloquentiam in foro maximè ad salutem civium usurpandam.

XXIV.

6) *Eloquentia animos hominum trahit.*

Mercurius, sive, ut alii, Hercules gallicus, aureâ ex ore catenâ defluente, auribus aliorum implicitâ, homines ad se trahere: [6] est, eloquentiâ, & vi consilii, alios in suam adducere sententiam.

7) *Memoria.*

Mercurio lingua sociatur, tanquam Deo eloquentiæ manibus præest, tanquam DEUS Mercatorum & furum, portulaca ipsi sacra, (7) memoriam indicat, Deo eloquentiæ & mercaturæ necessariam.

8) *Eloquentia suavis.*

Mercurio fieri sacra, non vino; sed lacte, (8) significat, vinum eloquentibus inimicum esse; quòd linguâ

9) *Dulcis veritas.*

impediat, eloquentiam verò ut lac dulcem esse. unde & melle & ficu apud Ægyptios ipsi sacrificabant, (9) simulque elatâ voce clamabant. *dulcis est Veritas. Valerianus l. 53.*

10) *Musicæ peritus.*

Mercurius cum fistula & cithara, (10) significat, artis musicæ Magistrum, cujus ipse repertor creditur. aut, *ut Sambucus, Embl.* 40. arte naturam perfici, quamquam hæc significatio universalis nimium & indefinita sit.

11) *Medicus ejusque proprietates.*

Mercurius (11) *apud Ioseph Horologium l. 2. Metam. Ovidii*, significat Medicum. Virga serpente implexâ, significat illi autoritatem, cum prudentia conjunctâ, necessariam esse. Animas illum ad inferos mittere & revo-

revocare significat, illum exsuscitare, ut medicum, à morbis jam desperatos, & quandóque etiam non desperatos ad orcum mittere Talaria significant Medico celeritatem in curatione adhibendam.

Mercurius etiam legati pacifici exemplar est, (1) quia medius ipse imos summósque Deos conciliare est dictus, & pugnantes inter se serpentes virgâ interpositâ, pace, & amicitiæ complexu rursum conjunxisse. *Natal. & alii.* XXV. 1) *Legatus pacis.*

Mercurius cùm quædam Admeti Regis armenta in silva condidisset, Battо pastore conscio, & silentiũ pollicente, ut fidem hominis exploraret, mutatâ personâ ad Battum reversus, precio facilè, & fidem & silentium extorsit. in cujus perjurii causam eũ in lapidem, qui index vocabatur, cõvertisse fingitur. (2) quo significatur, perfidiam, præsertim in Deum graviter puniri ad exemplum aliorum, vide. *Ovid. 2. meta.* 2) *Perfidia ad aliorum exemplum punita.*

Albricus Philos. de imag. Deorum pleraque conjungit, atque ita Mercurium describit. Erat homo in capite, & pedibus alas habens, (3) in manu lævâ virgam soporiferam implexam serpentibus, & gladium incurvum, quem harpen dicunt. (4) fistulam syringen dextrâ ori admovebat, eloquentiam designantem, galerus in capite partim albus nigerq; (5) & utriúsque sexus, quem pro libitu assumebat: gallus juxtà, & prostratus victúsque Argus, mercatores item, quibus loculi præsecabantur. Addit nonnullos eum capite canino effinxisse, lanceámque pro sexu virili, & pro muliebri colum tribuisse; [6] quòd eloquentia apud viros juxtà feminásque dominetur. Caninum illi caput vigilantiam in quovis, sive mercatoris, sive oratoris officio, necessariam esse ostendit. XXVI. 3) *Ingenio & opere juxta prõptus.* 4) *Bella & paci idonea eloquentia* 5) *Inter adversa & prospera nos defendit eloquẽtia.* 6) *Sol ejusque proprietates, vel ethicè Ratio qua hominem illustrat.*

APOLLO.

Ex communi omnium sententia, solem designat, cujus capilli prolixi & flavi, solares sunt radii, eius sagittæ, radii æstivi, non paucos suo calore interimentes, sive etiam terræ viscera penetrantes. Juventus, est solis vigor, post ortum reditúmque idem existens, neque unquam senescens, omnia verò inferiora etiam XXVII.

vegetans alensque *Cartarius, Natalis, & alii.* Persæ tamen solem sub nomine Mithra colebant: quem Leonis vultu cum tiara & persico habitu exprimebant; quòd Sol inter sidera, uti Leo inter animalia excelleret. (1) hic utrisque manibus bovis cornua (quæ per lunam intelligebant) comprimebat, quòd luna à sole lucem hauriat. *Vide Solinum de sole l. 2. c. 9.* Eadem Rationi humanæ ethicè facilè applicabis.

(1) *Sol inter sidera excellit* vel *Ratio inter potentias hominis.*

Apollo cum lyra quatuor aut trium chordarum, gravi, acuta, media: significat, solē quatuor anni partes moderari, & distinguere (2) nam gravis hiemem, acuta æstatem, media inter utrásque, ver & autumnum (quæ tēperatæ anni sunt partes) designat, quòd si quatuor chordis lyra instruatur, non difficilis quoque futura est applicatio. *Iacobonius de prisca Cassiorum gente. cap. 3.*

(2) *Sol quatuor anni partes moderatur.*

Apollinem citharâ canere & Musas juxtà vocē, (3) ut apud Homerum est, significat, musicam expurgare animi mœrorem. *Athen. l. 14. c. 11.*

(3) *Musica mœrorem abstergit. Et Ratio.*

Apollinem novem præsidere Musis, est, reliquis solem orbibus cælestibus tamquam illustriorem, & virili efficaciâ præesse, qui orbes juxta Pythagoricos harmonico concentu modulantur (4) *Ricciardus hic ex altis auctoribus.* Nos eadem Rationi adhibemus.

(4) *Sol orbibus novem cælestibus præst.* vel *eth. Ratio novem potentiis internis, & externis.* XXVIII.

Apollinem clypeum habere rotundum, (5) significat, nostrum Solem hemisphærium simul illuminare quod instar clypei extenditur. *Cartarius fol. 62.*

(5) *Sol hemisphæriū illuminans Ratio corp⁹ nostrum.*

Apollinem habere in dextra manu Gratias, in sinistra arcum & sagittas, (6) significat, solem & salutē, & gratiam rebus inferioribus tribuere, ac simul illis nimio calore nocere *Iacobo: supra, & Georgius Venetus. cant. 5.* qui tamen illud summo soli, Deo, applicat; nec immeritò: nam ut apud Platonem est, Apollini & soli dedicatum templum, ubi ille lucem increatam significat. *Ficinus in 12. de legibus Platon.*

(6) *Solis æstus & prodest. & nocet.* Vel. *Ratio nobis ad recte & malè agēdum Dux.*

Apollo à Lacedæmoniis pictus puer nudus, quatuor auribus, & quatuor manibus. (7) sapientiam designat, ob quam aequirendam multa nobis audienda, multa facienda. *Valer. & Farra in Psiche*, & fortè

(7) *Ad sapientiam*

quatuor

aequirendam multa nobis audienda, facienda multa.

quatuor datæ, quòd vel toto anno, vel omni ætate audiendum.

Apollinem suis sagittis Pythonem interfecisse, (1) significat, Solem suis radiis de terrâ putredinem, morbos in hominibus generantem, sustulisse. *Cartarius & Natalis. 4. c 10.* vel significat vanam credulitatem, Pythonis oraculo alitam, luce manifestâ veritatis oppressam. *ut Fulgentius l. 1. Mythol.*

Apollinem patrem Æsculapii fuisse, unde Hygeja nata est (2) [id est sanitas, tanquam à medico peritissimo] significat, solem generare aërem purum, & ex illo consequi sanitatem. hinc Apollo inventor medicinæ apud Poetas dictus est. Cyclopas verò sustulisse, iccirco dicitur, quòd hi Jovi subministrassent fulmina, quibus filius Æsculapius interiit: (3) id est, nubes nebulásque fulminis altrices, aëríque puri corruptrices sustulit. *Ita Cartarius & Natalis.*

Apollinis 7 liberi ex Rhodo Nympha, (4) septem artes liberales, solis beneficio niti conservatríque designat. *Ricciardus in titulo Apollinis.*

Apollinem cum Cupidine contendisse arcu & sagittis, atque ab eo superatum esse. (5) significat, utilitatem cum delectatione contendere, sed hanc superare: potentiores enim sunt amoris radii, quàm solis, *Ioseph. Horolog.*

Apollinem pastorem esse, (6) significat, solem omnia, quæ generat, pascere. *Erizzus in numo Heliogab. fol. 652.*

Apollo, Jupiter & Minerva legibus præsidentes, (7) significant leges potentiâ, (quæ in sole præ reliquis planetis, maxima) clementiâ, & sapientiâ niti. *Ficinus in lib. de legib. Platon.*

Apollinem & Neptunum inter penates coli, (8) significat, apud Physicos, calorem & humorem duo esse principia, quibus maxime nituntur, & conservantur res humanæ. Unde fontibus igne & aquâ, tanquam rebus maximè homini necessariis, interdictum. *Iacobonius de Cæsiorum gente.*

Apollo ligatus aureâ catenâ ad simulacrum Her-

1) *Sol putredinem terra exsicat: Ratio, vitiorum sentinam.* XXIX.

2) *Sol parens sanitatis. Ratio virtutis.*

3) *Sol nubes nebulasq; dissipat. Ratio ignorantiæ*

4) *Solis beneficio 7. artes liberales vigent.*

5) *Delectatio utilitatem sæpe vincit.*

6) *Sol alit omnia inferiora: ratio omnibus potentiis præsidet.* XXX.

7) *Leges sapientiâ, potentiâ, & clementiâ nituntur.*

culis

8) *Calor & humor duo principia, conservantia rerum.*

culis apud Tyrios,(1)significat,illũ populum, Apollinem,ne abs se discederet, Herculi orbis tutori obstrinxisse. *Cartarius supra fol.62.*

1) *Deus amore fortissime stringitur.*

Apollini tres insidere Gratias,quarum una lyram; altera tibias,tertia fistulam tenet,(2) significat,in Deo omnem pulchritudinem, gaudium & amœnitatem esse *Georg.Venetus Armon.Cant.1.4.5.*

2) *In Deo omnis omnium rerũ gratia.*

Apollinem apud Syrios barbatum fingi,(3) significat,Deum nulla in re imperfectum; Sed omnibus numeris absolutum,multorum annorum, & prudentem *Natalis lib 4.c.10.*

3) *Deo nihil ad absolutam perfectionem deest.*

XXXI.

Apollini sacras esse cicadas,(4)significat, Musica delectari. *Natalis ib.* Laurum in tutela eius esse, perennitatem solis indicat; *ut Choulus fol. 158.vel,ut Natalis.* Daphnen Nympham fluminum amasse fingitur, quæ deinde in laurum sit conversa. [5] quòd laurus juxta aquas à sole maximè alatur. *Fulgent l.1.Mythol.*

4) *Musica.*

5) *Laurus aquis & sole gaudet Poeta laude & vino aluntur.*

Corvus Apollini dicatus est, quòd inter medios æstatis calores solus ab ovis fœtum excludat. Lupus eidem addictus est, quòd ex Latona in lupæ speciem versa natum fabulentur. *Gyral lib.de mensibus.* Septenarius Apollini sacer est:vel ob septem planetas,inter quos est princeps.vel,septem artes liberales, (6) quibus præsidet:vel ob septimum mensis diem, quo natus est. *Ricciardus hic ex Paulino* Porrò unitas Apollinem apud Pythagoricos designabat; (7) quòd sol solus & unus sit. *Cœlius de rebus Ægyptiacis.*

6) *Septem planeta vel septem artes lib.*

7) *Sol solus & unus, ita & Deꝰ*

Apollini quadrigam dari,[8] significat,quadripartitè ab ipso annum distribui. quatuor verò equi Erythræus quasi rubens,tres primas, rubentis diei horas signat. Æthon,velut splendens, tres diei horas sequentes; Lampos id est, coruscans, tres à medio die horas. Philogeus terræ amans,tres horas vespertinas indicat,Petrus Bongus de quaternario.& *Fulg.l.5.* Ex Ovid met.diversis aliquantò nominibus censentur, ut Eous quasi lucem ferens, Æthon,id est, splendens, qualis sol assurgens. Pyrois igneus,qualis in meridie, ac deinde Phlegon id est inflammans.

8) *Solis quadriga sunt 4.anni partes Equi 4. diei totidẽ partes.*

XXXII. Apollinem tripodẽ habere sub capite, vel pedibus, ac

ac divinationis esse Deum,(1) significat, Solem omnia obscura, luce manifestâ patefacere. Fulgent. l.1. Tripus verò illi vaticinanti suppositus est,[2] propter primum numerum perfectum Deo debitum *ut Ricciardus.*

Albricus multa horum in Apollinis imagine jungit, quam plerúmque juvenili exhibitam specie dicit, tripode super caput aureo, quod cinctum esset coronâ gemmarum duodecim, (3) in manu dextra sagittam, arcum, & pharetram, in sinistra citharam tenebat. (4) triceps monstrum sub pedibus, corpore serpentino, capite lupino, canino & Leonino. (5) juxtà viridis laurus corvus supervolitans niger. Sub lauro Musæ, Python serpens haud procul confixus jacebat inter duo Parnassi juga, imago sedens exhibebatur, juxtà Castalio fonte scaturiente, quæ ex mente *Georgii Veneti, & Ficini in Cratilo, ac de legibus Platonis*, facilè Deo summo bono adhibebis: nam ipsius divinitatem simul & Trinitatem ex tripode, æternitatem ex stabili Apollinis juventute, & viridi semper lauro colliges, corona Deum, mensium 12. omnisque temporis, & creaturarum auctorem, significat. cithara, amicis concordiam & pacem; sagittæ & arcus, inimicis bellum (6) & hostilitatem denunciant, triplex monstrum sub pedibus, triplicem concupiscentiam, carnis, oculorum, & superbiam vitæ. lupus, voracem, canis, vigilantem; superbum Leonis caput designat. Python est diabolus superatus. Duo juga Parnassi duplex (7) Christi natura est, unde Castalius fons manat derivatæ in nos per Christum gratiæ, quæ ex suprà dictis facilè assequeris.

1) *Sol obscura manifestat, & Deus occulta.*

2) *SS. Trinitatis imago.*

3) *Sol duodecim signa zodiaci conficit per annum SS. Trinitas.*

12. *Apostolici.*

4) *Sol radiis delectat & affligit.*

5) *Ratio triplicem concupiscentiam.*

6) *Deus inimicis bellum, amicis pacē offert.*

7) *Natura Christi duplex.*

ÆOLUS. XXXIII.

Ventis imperans, (8) hominem significat justum, qui animales appetitus, inclinationes, motúsque tanquam ventorum turbulentiam frenat imperio. Æolū carcere à Neptuno clausum regnare, significat, appetitum hominis inferiorem à superiore cohiberi. *Lanzinus in Camald. 9. Georg. Venetus.*

8) *Homo appetitum inordinatum cohibens.*

Effigiem eius *Albricus* exhibet stabat, inquit, homo in

mo in antro succinctus ex lino veste, sub pedibus fabra, & fabrilia instrumenta tenens, per admota ori cornua manu utrâque, sex ventos efflare videbatur. Juno [quæ regnum ei asseruisse dicitur,] à dextris adsistens coronam imponebat, à sinistris Nympha seminuda ejus conjux.

Æolum à Junone flecti, ut ventos tempestatésqi solvat, (1) est inferiorem animæ partem honoris cupiditate affectiones immoderatè laxare *Landinus supra*.

Æolum ventos in utre conclusos Ulyssi dare, [2] significat, Æolum Astrologiæ peritum, ortum ac vim ventorum docuisse Ulyssem; ut, ve'ut in potestate ventos haberet, ita iis ad opportunam navigationem uteretur. *Paleph.*

Æolus Rex ventorum cum 12. filiis, (3) significat annum & 12. eius menses. *Valerius l.14.*

JANUS.

Modò bifrons, modò, sed rariùs, quadrifrons. (4) hac ultimâ formâ quatuor anni partes (Janus enim in cælo Solem, in terra aurum, vel Principem significat) vel, ut aliqui, quatuor mundi plagas, quibus imperasse creditur, designat. Bifrons. (5) vel quòd Deus Calendarum anni principio & fine præsideat; vel, quòd sol diem in ortu, in occasu noctem aperiat, in hieme claudat, (quocirca & una facies juvenis, altera senis) vel, quòd tempus præteritum & futurum signet, quæ duo tempora maximè etiam Principi prudenti, quem Janus designat, observanda. vel denique, secundùm Platonicos, quòd duplicem in nobis appetitum, intellectualem, cælestia spectantem, & sensibilem terrena, indicaret, (6) *ut Rhodiginus lib.1.c.44.* vel, quòd Superûm & Inferûm Janitor diceretur. (7) ut Crinitus l.4. cap.10 de honesta disciplina. De ceteris lege *Cartarium & Ricciardum in Iano.*

Janus cum clave erat; (8) quòd tempus diei, vel anni, vel belli, vel pacis aperiret, & clauderet cum virga; (9) quòd terræ universæ imperaret. *Cartar. fol. 46. & alii.*

Janus biceps, sine manibus ac pedibus quadrato insistens

1) *Honoris cupiditas solvit affectiones.*
2) *Ventorum vim docere, ut declinetur & regatur.*
3) *Annus & duodecim menses.*
XXXIV.
4) *Quatuor anni partes* vel *quatuor mundi plagas*
5) *anni principium & finis* vel *ortus & occasus,* vel *præteritum & futurum.*
6) vel *appetitus intellectualis & sensibilis*
7) vel *Mors per quâ ad Superos aut Inferos transitur.*
XXXV.
8) *Belli pacisq; potestatem habens.*
9) *Imperium utriusque orbis.*

insistens lapidi (1) significat, Deum, neque manibus, neque pedibus egere; sed verbo efficere, ac regere omnia *Valer.*

1] *Deus solo verbo operatur omnia.*

Jani sub pedibus aræ duodecim, (2) vel menses anni, vel signa Zodiaci indicant. *Cartar fol.52.*

2] *Annus duodecim mensium est.*

Janus habens in dextra manu indicem cum pollice extensum, ceteris digitis in volam contractis, in sinistra pollicem indice complectens, medio in palmam inflexo [3] significat, anni dies: nam dextra eâ ratione 300. sinistra 65. indicat. *Cortarius fol.49.* Rationem numeraudi apud Rosinum invenies. Jani templum apertum, belli tempus significat, Deo veluti contra hostes profecto; clausum vero [4] pacem ostendit, quasi Deo domi residente *Alexand. l.1.c.14.*

3] *Annus. 365. dies complectitur.*

4] *Bellum, Pax.*

PAN XXXVI.

Excommuniori sententia atque ipso vocis etymo universum significat, ejus pars superior hominis ætherea cœlestemq; mundum designat, ubi omnia cum ratione administrantur: inferior pars hispida & caprina, inferiorem mundi partem herbis arboribusque hispidam, & sensuum affectionibus, generationique [ut per Hirci lasciviam indicatur] & putori ac corruptioni obnoxiam. [5] Pardi indutus pelle, varietatē, cum in cœlo siderum, tum in terra viventium indicat. Panem esse Deum Pastorum, alere demonstrat mundum creata. Silvestrem ac solitarium esse, ac proinde pinu coronari [quæ solitudine gaudet] Solum esse ac unum mundū [6] indicat. Cornutū in fronte esse, lunæ cornua designat [7] ut quæ suâ potissimùm vi in hæc inferiora influit, ac pœnus quædam cæterorum vocatur siderum, in quam virtutem suam circa hæc inferiora refundant: Prolixa ejus barba solis radios repræsentat [8] ejus cum Luna conjunctio erit mutui siderīs irradiatio. [9] Baculus quem manu gerit, rerum moderationem, [10] fistula cum septem cicutis, rotidem sphæratum cœlestium harmoniam ostendit. Ita partim *Ioseph. Horol l.1 metamor. Ovid.* & partim *Servius in Bucolicis* Virg. *Goropius & Valerianus, in suis hieroglyph.* Hæc *Albricus* ejus imagine confirmat. homo, in-

5] *Orbis cum cœlestis tum terrenus: vel homo microcosmus duplex.*

6) *Vnus mūdus in quo creatura alūtur.*

7] *Luna in hæc inferiora vis magna.*

8] *Radii solares.*

9] *Luna à sole lumen habet.*

10) *Mundi Imperium.*

mo, inquit, cornutus erat, in cujus pectore, ac pelle variæ elucebant stellæ: femora herbis & frontibus cincta: pedes caprini! fistulam ori admovebat, Amore juxta se prostrato. Quia natura Amore propagatur & conservatur.

XXXVII.

1] *Causa universalis Deus.*

Pan etiam apud Arcades solem supra mundanum, apud Philosophos causam causarum seu universalem designat, [1] *ut Georgius in Armon, canti.* ton 1. Ejus in capite cornua regnum, quod Deus habet, super omnia: pars inferior hispida, res creatæ in terrâ sunt: superior lenis, cœlestia: virga, potestas Dei super universa est,

2] *Panicus terror.*

Panem cornua inflantem, ad cujus sonum turbæ fugiant, [2] Alciatus introducit, ut significet panicum terrorem, qui subitò quandoque hominibus incutitur. *Emb. 122.*

3) *Sermo verus, falsus.*

Pan Mercurii filius apud Platonicos sermonem universum designat: sermonem quidem verum, dum vir est: falsum dum fœmina [3] *ut Ficin. in Cratilo*, vel, sermonem verum, ut homo est: ut caper, falsum. *Ita Cartar. fol. 139.*

4) *Amor omnia vincit.*

Pan cupidinem provocans, atque ab eo superatus, [4] omnia ab amore vinci repræsentat. *Ita Servi supra.* vel certè naturam Amore conservationis producere universa quò & illud de Syringe Nympha referri

5] *Amor naturam conservat.*

poterit (5) *Cartar. f 519.* quæ *Goropius* non imperitè Christo adhibet: uti & illud Panis, in lana candida, lunam amantis, id est, in carne immaculata humanam

6) *Deus incarnatus.*

naturam: [6] ut lex vetus ab eo lucem vitamque acciperet. *Ita in Hieroglyph. l. 12.* Pan Deus pastorum agrestium, [7] Christus spiritualium. *Vt lib. 6.* Pan agrius ductus; magis Christus agrestium Deus, inter asinum & bovem pastus ib.

7] *Christus Pastor universalis.*

8) *Christi nativitas.*

Pan Cœlum patrem habuit, Terram matrem, [8] Christus ex cœlesti patre, terrena matre. *Goropius loc. cit* quam licet significationem ex primo concepru inter Ethnicos nato Pan non habeat; accommodè tamen habere potest.

FAU-

FAUNUS

Sive *Satyrus* cornibus & caprinis pedibus, [1] significat, libidini deditos: ut etiam Satyri saltantes potantesque (apud Cartarium in imagine Jovis) & eruca herbâ Veneris provocativâ, coronati: ut *Alciatus significavit Emb.* 72.

1] *Libidinosus.*

Satyrus ignem complectens, (2) significat, vulgares homines Scripturam suo libitu exponentes: quâ licet pulchrâ & utili, malè ipsi, & ad suam perniciem utuntur. *Castalius pegm.* 43. Erectis enim auribus Satyrus indicat divina investigantem: ut *Goropius in Herma. l. 5. fol.* 30.

2] *Profanus S. scripturam exponens.*

PROMETHEUS XXXVIII.

Variam apud varios explicationem habet, apud Platonem *Prometheus* formans hominem [3] divinam providentiam significat, omnia creantem. *Cartar. in Prologo imaginum.* Apud *Plutarchum*, rationem, seu mentem significat; quæ corpus luteum informat, (4) & de cœlo nobis opes vitamque subministrat. *Plutar. in l. de utraque fortuna.* in quem sensum etiam *Natalis l. 4 c. 6.* loquitur; quamquam Orpheus tempus esse dicat, (5) quod rerum omnium artiumque inventor esse censetur. ib. *Budæus* verò in studio instituendo (6) hominem Philosophum: *Ioseph l. 1 Metam. Ovid.* virum Principem (7) intelligat. *Ficinus denique in Argum. Protagoræ* superiorem esse Angelorum ordinem [8] velit. Sed is de mente sensus communior verior que est omnium. *vide Rhodigin. l. 4. c. 20.*

3) *Divina providentia creatrix.*

4) *Mens sive anima.*

5] *Tempus omnia profert.*

6 *Philosophus.*

7] *Principes.*

8] *Angeli supremi.*

Filium Japeti [quem Eustatius cœlestem sphæram interpretatur] & Themidis Prometheum & Epimetheum esse [9] significat, à cœlo & æquitate bonam mentem regi: Prometheum quidem, (10) id est, providentem futura, Epimetheum (11) post mala resipiscentem. *Rhodogin. & Natalis suprà.* Prometheum ignem Minervæ & Vulcani ope ferulâ ad solem accensâ, rapuisse, in terram, eoque animasse formatum ante de luto hominem, (12) significat,

9) *Bona mens à Deo & Iustitia instruitur.*

10) *Providus futuri*

11) *Pœnitens malorum.*

12] *Anima cœlestis originis.*

cat, juxta primam *Fulgentii* sententiam. Dei sapientiâ & virtute inspiratam homini formato animam; juxta alteram, significat, naturalis sapientiæ ac naturæ beneficio Philosophiam, scientiam atque artes ceteras [1] quibus, velut igne & spiritu, vita civilis hominum animatur, non de cœlo habuisse, vide *Rhodogin. ac Natalem supra: tum Ficinum, & alios.*

1] *Sapientia & ars omnis de cœlo est.* XXXIX.

Prometheum adhibuisse homini abs se formato particulas singulorum animalium, [2] significat, ea, quæ in animalibus singulis excellunt, quæque sunt affectiones & vitia, in homine eminere universa vide *Natalem.*

2] *Homo ceterorum animalium perfectiones colligitur.*

Pandoram quidam Prometheo attribuunt; *Hesiodus* à Vulcano fingit esse fabricatam, ad cujus elegantem ornatum Dii Deæque omnes sua quisque dona contulerit. Venus formam, Pallas sapientiam, Apollo Musicam, Mercurius eloquentiam [3] vel significat animam a Deo conditam: *ut Fulgent. l. 2.* vel terram rerum omnium parentem à Deo creatam, ut est *apud Philon. de mundi opif.* Vel, *ut Valerian.* Evæ historiam repræsentat: cui illud de pyxide omnium malorum plena ab Epimethco incautè relerata facilè etiam comperit. Vel carnem significat humanam ad Dei similitudinem effornatam, & ex quatuor elementis compositam; nam & in illam, post peccatum, omnia mala culpæ & pœnæ, velut ex pyxide in orbem redundant. *Rhodig. lib. 4. cap. 20. prater quem vide Natal. & Ricci.*

3] *Anima à Deo condita* vel *caro humana.* vel *Eva.* Alii Pandorâ [*neglecta pyxide*] *Virginis aut Ecclesiæ ideam faciunt.*

Prometheum Jovi obtulisse sub pelle bovis ossa, abscondis sub altera pelle carnibus, atque iccirco sublatis ab orbe ignibus punitum, [4] significat, homines, quòd Deo, ex contemptu, offerant deteriora, merito ejus vicissim donis privari. *Vide Natalem.*

4) *Deteriora male Deo servantur & offeruntur.*

Saxo alligatum in Caucaso monte, & à Jovis aquila, jecur perpetuò renascens arrodi; eò quòd ignem cœlo sustulisset: nec, nisi ab Hercule, liberari, [5] significat, Jovem homini ob artes cum igne repertas, quibus malè ad suam perniciem abutuntur, curas infligere perpetuas, anxiamque ejus mentem in corpus velut

5] *Per artes cum igne repertas, homines sibi ipsis noxii.*

in

in carcerem damnare: ut, nisi generoso mentis conatu velut ab Hercule quodam liberentur, salvi esse nequeant. vide *Ricciardum.*

Deucalion Promethei filius post diluvium in arca salvus, homines rursum fingitur cum Pyrrha uxore, jactis post se lapidibus, excitasse [1] significat, virum prudentem, ac velut Prometheo ortum, homines duros ad cultum humanitatis & religionis instituisse. *Natalis.*

1] *Duros homines ad humanitatem excolere.*

XL.

PROTEUS.

Apud Pythagoricos hominis in bruta transformationem exprimit, [2] sed apud *Clementem Alexand. Padag. l. 3. c. 1.* elegantius inferiorem hominem; ac cupiditatem, quâ, velut in bruta, transformamur: [3] vel hominem versipellem, ut apud *Æsclepium* est, quin & *Ricciardus* existimat Reges Ægyptios, indies vestimenta mutare, & velut novâ apparere formâ solitos, signari. vel hominem politicum, & prudentem, qui omnibus servire potest. [4] ut *Cartar 257.* Vel Sophisticum, qui veritatem mille artibus velare, ut *Valeria.* Vel saltatorem mimicum [5] ad exprimendos variorum flexus ac impetus idoneum. *ut Rhodigin l. 3. c. 3.* vel certè materiam primam [6] omnes ad formas idoneam. *Alciat. denique Embl. 182.* primum secundum intelligit, cui quisque Poëtarum quam lubet formam induit.

2) *Perversi & incōstantis typus.*

3) *Brutali appetitui obsequens.*

4) *Homo versipellis & politicus.* vel *prudēs & qui omnibus omnia est.*

5) Vel, *Mimus.*

6) *Materia prima.*

Vertumnus idem cum Proteo Deus apud Romanos hoc nomine cultus, annum designat, [7] qui varias formas ac præcipuè quaternas induit, *Cartarius, fol. 268.* & Phantasiam aut mentem, [8] quæ in omnem se partem vertit flectitque *ib.* tam variè de Deo tam vario loquuntur.

7] *Annus.*

8] *Phantasia vel mens omnium imaginum capax.*

XLI.

OSIRIS & ISIS.

Dii Ægyptiorum: ille, ut memorant Rex; hæc Regina cæli (9) a quibus in religione, politia & artibus exculti feruntur. Varias habent apud eosdem significationes: nam supra cœlos ille Deum, hæc ejus sapientiã, ex quibus Horus, hoc est mundus, & natus sit, & gubernetur: in cælo, ille solem, hæc lunam signifi-

9) *Sol & Luna.*

cat,

cat, quos eæ gentes pro diis venerati sunt, hac significatione, & ille cum radiis fulgentique amiculo, & hæc cum nigris cornibus & pallâ obscuro loco pingebatur.

1] *Nilus.*
2] *Terra.*
3] *Forma & materia.*
4) *Intellectus & sapientia.*

In terris apud Ægyptios Osiris (1) Nilum fluvium, Isis (2) terram sive Cererem indicabit: aut Osiris formam rerum, Isis materiam: (3) vel, Osiris intellectū, Isis sapientiam (4) quos matrimonio copulabant; quòd nec in cœlo, luna sine sole luceret, nec in terra Ceres sine Nilo proveniret; nec materia sine formâ consisteret. & menti conveniret sapientia, quâ significatione aliæ etiam formæ exhibebantur. *Calius, & Calcagn. lib. de rebus Ægyptiis.* quorum primus dicit, Osiridem omnem vim ac principium generationis significare, secundus Osiridem etiam Dionysium, seu Bacchum, appellari asserit. Osiris capite pictus capillato, dimidiâ tantum facie apparente: & si apparet, alterâ derasâ, alterâ prolixè barbatâ, (5) *ut Annius lib. de antiq. & reb. Etruriæ.* significat, opinor, solem unam tantum mundi faciem, seu hemisphærium, simul illustrare.

5) *Sol unū tantum hemisphærium illustrat.*

XLII.

Osiridem á *Typhone* in arcam conjectum, ac deinde consciscum in partes, revixisse, significat, solem à tenebris oppressum, nec nisi per partes seu intervalla redeuntem. (6) vel, *ut Calcagn.* lunæ (solis potiùs dixerit) deliquium (7) seu Nili, à mari absorpti, defectio, *ut Rhodig. lib. 3. cap. 2.* sive etiam, designat mentem ab ignorantia obrui, (8) formam rerum per corruptionem destrui. (9) atque aliud fieri compositum. ita ex suprà dictis auctoribus, & *Ricciard.* in Osiride & Iside colligitur. *Typhon* (10) enim *ut Calcag.* suprà designat, quicquid in rebus immodicum, & ab ordine sejunctum, vel causa excessus aut deliquii est.

6] *Sol tenebris oppressus.*
7) *Solis deliquium.*
8) *Mens ignorantia pressa.*
9) *Forma destructa.*
10) *Excessus rei.*

Osiridis sepulcra ornari variâ materiâ, quæ in lunarem formam efficta sit, (11) significat, quòd luna soli propinqua nobis lucere desinat. *Calcag. suprà.* Osiridis humatio, (12) est solis hiemali tempore discessio, atque etiam fructuum sub terra conditorum sepul-

11] *Luna Soli propinqua nobis non lucet.*
12) *Hyems*

sepultura; uti reviviscentia, signum veris solisque proprioris, ac fructuum pullulatio. Unde Ægyptii Sacerdotes in festo, quod ζήτησις, seu inquisitio Osiridis amissi dicitur, cum bovem circa templum circumducebant septies, septem à solstitio æstivo, quo sol declinare incipit, menses designabant. *Idem.*

Ægyptii etiam hunc Deum suum per sceptrum oculatum in capite exhibent, (1) quòd scilicet videat, & moderetur omnia: per accipitrem quoque, acutissimi visus avem, eumdem velut omnia videntem depingebant. *Plut. in Isid. & Osiride. Vide hierogliph. Ægypt.*

1] *Deus videt & regit omnia sive intelligit & potest.*

Isidis imago muliebris (2) ut *Gyraldus l. de annis*, annum designat. ut *Valerian.* hemisphærium superius ut *Cartarius*, Deam fortunam (3) alii Thetin, aut etiam Proserpinam.

2] *Annus*

3] *Fortuna*

XLIII.

Isidis stolæ variegatæ, significant *juxta Valerian.* Materiæ, ad formas varias suscipiendas, inclinationem: (4) eadem, cum stolis nigris, lunam obductam significat.

4] *Materia prima.*

Isidis sacerdotes totum corpus capillis & pilis nudare, lineis tantum vestiri, repudiatâ lanâ; abstinere carnibus, (5) significat, impurum attingere nefas esse. *Rhodiginus lib. 3. c. 12.*

5] *Sacerdotes impuris abstinent.*

Io, vel Argi & Ismenes filia; vel Inachi fluvii fingitur; quòd modò per illam luna, modò terra, quæ velut ex aquis emergit, intelligatur. Hæc à Jove atmata nubibusque obsepta dicitur, (6) quòd terram vaporibus nebulisque obseptam ad fertilitatem, sol etiam ambiat foveatque. Ceterùm in vaccam mutata fingitur; (7) quòd terra homines, tanquam vacca, uberibus & lacte alat, quam tamen Juno Jovi sive soli subduxit & Argo centoculo, id est, nocti plurimis stellis velut oculis colluescenti custodiendam tradidit: (8) his enim terra etiam fovetur. Sed Jupiter, Argo per Mercurium occiso, (sol enim stellarum lucem sua vi opprimit) Io in libertatem asseruit, quæ denique in Ægyptum delata (quia illic terra fecundissima est) sub Isidis nomine culta dicitur. *vide Natalem l. 8.*

6] *Terra fertilitas.*

7] *Terra alit homines.*

8] *Nox terram fecundat.*

l. 8. cap. 18. & Ricciardum, qui ex Palaphato & Horologio minùs aptè exponit.

XLIV. SERAPIS.

Deus Ægyptiorum [quem cum Osiride plerique confundunt] capiti calathum infixum gerebat, cui signum tricipitis animantis adjunctum erat, capite Leonis, quod à dextra caput canis, à læva caput lupi ferret. [1] quibus solem exprimit tria tempora respicientem: præsens, quòd vigilans Leo, præteritum, quòd lupus vorax: futurum, quod sagax canis indicat. Calatus solis terram alentis naturam, *Isis* autem Serapidis uxor, *mammosa* [2] toto corpore fingitur; quòd terra omnes, velut suis uberibus, nutriat. *Ita ferè Macr. l. 1. Satur. c. 25.* Cultus verò *Serapis* [sicut *Apis*] bovis imagine apud Ægyptios est; quòd Osiris post mortem eâ specie apparuisse credatur. Duplicem tamen Apis imaginem, alteram Osiridi, alteram Isidi, tanquam Soli & Lunæ tributam coluerunt, fortè à Josepho, cui boves visi sunt, ducta origine.

1] *Tria tempora præs. prat. fut.*

2] *Terra suos incolas alit.*

3) *Iosephus fami Ægypti subveniens.*

Serapidis simulacrum cum modio in capite, [3] Josephum toti Ægypto famis tempore, suppeditato frumento, consulentem designat. *Valerianus.* Isidem in liburna navigio apud Suevos cultam, [4] ut *Tacitus* refert, significat, religionem per liburnam in Sueviam advectam esse. Aliter refert *Apuleius*: illam cymbam, seu liburnam, ad poculi effigiem, lævâ tenuisse, quâ significabat, ex Nilo, sive aquis terram bibere, ut frugifera esset. *vide Goropium in Hermath. l. 5.*

4) *Religio Suevia invecta.*

XLV. ANUBIS

Quem alii custodem, alii filium Osiridis faciunt, habebat caput ac collum caninum, & faciem, modò nigram, modò auream, sinistrâ manu caduceum, dextrâ palmæ ramum complexus: quem Mercurium apud Ægyptios fuisse asserunt, [5] significat apud illam gentem horizontem, qui in utriusque hemisphærii meditullio est. Unde & pro utroque hemisphærio usurpatur, quòd canis interdiu juxtà ac noctu videat. ceterùm moraliter rationem indicat, [6] quo cœli naturam, spatia ambitusque explicat. in qua caput canis

5) *Horizõ.*

6) *Mens cœlestia contemplans* vel. *Religiosi hominis imago.*

canis sagacitatem, & oculorum perspicaciam, caduceus pacem & quietem, palma victoriam sui & rerum mundanarum designat, quæ ei necessaria sunt, qui cũ fructu in rerum cœlestium contemplatione versari cupiet. porrò *Hermanubis*, uti *Hermes*, ad viam collocatus, (1) significat, rationem seu prudentem monitorem, viam nobis in rebus inferioribus & terrenis monstrantem, unde & *Anubi* gallus candidus, (2) cœli, Hermanubi croceus, terræ simbolum immolabatur. *Ita ex Rhodigin. l. 3. c. 12. Calcagn. l. de Ægypt. Goropius in Hermath. l. 6.*

1) *Ratio vel consilium in terrenis dirigens.*

2) *Ratio in divinis dirigens.*

Anubis triceps, hominis, canis & equi capite, fortè hinc usurpatis, quòd ut *Cartarius* in Mercurio notat, Anubis, in militia patris Osiridis, ad galeam & vexilla, signanda, canis sit usus capite: (3) ita enim expeditus ac vigilans miles adumbrabitur; nam equi caput militiam, canis vigilantiam exprimet, quamquam *Goropius supra l. 6.* doctorem hac effigie exponat: (4) humano videlicet capite, in quo ratio nos dirigens præsideat, cum cane, qui notitiam; equo, qui generosum animum repræsentet.

3) *Expeditus ac vigilans miles.*

4) *Doctor prudens vigilans & generosus.*

TYPHON. XLVI.

Quem alii Typhoëum vocant à Junone sola, ad æmulationem Jovis, sine viro paritura, terrâ percussâ productus, præter alias significationes, de quibus suprà in Osiride, significat, ventorum vim ut vaporum incendiorumque subditos motus, (5) ac incendia prorumpentia causantium. Unde sub Sicilia his malis obnoxia, sepultum & ignem ore fingunt vomere. (6) Porrò multis fingunt capitibus attingere sidera, dextrâ orientem, sinistrâ occidentem contingere, pennis toto corpore vestiri; quòd ventiquaqua versum per æthera velocissimè ferantur. (7) crura serpentibus cincta (8) ventum significant tertis sæpe noxium. Ethicè verò ambitio sum hominem, & superbè sese efferentem jactantemque: (9) aut etiam cacodæmonem toto orbe furiosè debaccantem exhibet. (10) *Georg. Vetus Problemate 405. Natalis l. 6 c 22.*

5) *Ventorũ vis motusque.*

6) *Terræ mot⁹ Æthne incendium.*

7) *Venti celerrimè feruntur.*

8) *Turbo in terra*

9) *Superb⁹ & ambitiosus.*

10) *Dæmõ orbẽ turbat.*

Horus quem plerique Osiridis & Isidis filium vo-

1) Primũ orbis Chaos.

2) Homo in ortu cæcus.

XLVII.

3) Religiosus vel cælestium cõtemplator humilis & innocens esse debet.

4) Orbem superare.

5) Silentiũ amare.

6) Paratus ad pugnã armis amoris Dei.

7) Cælesti gratia dirigi.

8) Voluntate Dei regi.

9) In silẽtio vigilare.

10) Solitarium esse & Dei vocibus intentum.

11) Veterẽ exuere hominem.

12) Proficiendum indies.

lunt, Horapollo etiam dictus, mundum, ut ferunt, sive orbem terræ significat, sine oculis natum ferunt; [1] quia rudis indigestaque sine luce moles, in primo ortu, fuit. alii per Horum intelligunt compositum ex materia & intelligibili natura: [2] id est, hominem, de quo facilè intelligatur, quomodo in primo ortũ cæcus sit, & sine usu rationis. *vide Calcagn de Ægypt.*

HARPOCRATES puer [3] basi circulari insidens (4) dextræ manus indice os comprimit, (5) in sinistro humero cum sagittis, Pharetra, (6) arcus remissus ad pedes, veste talari obtegitur; brachiis tamen capite, uti etiam extremo dextri pedis nudus, in manu sinistra facem ardentem, [7] & tria loti capita sustinet, (8) sub lævo brachio gallum complectitur, presso gutture. (9) post se noctuam habet, quæ in capite aurem asininam erectam, (10) uti & ipse in sincipite videtur ferre, (quamquam aliqui dracunculi folium huic auri persimile esse velint) serpens involutus capiti: [11] in fronte lunula est. Quæ omnia mysteriis non vacant: neque imperitè *Goropius l. 4. 5. & 6. Hierogliph.* studio ac contemplationi rerum cœlestium applicat: puer enim est, ut pueros parvosque submissione esse debere tradat eos, qui huic se dedunt studio, sedet in orbe, ut à curis rerum mundanarum quiescendum doceat, cœlestia meditanti. Silentiũ indice ori admoto postulat: simulq; aurem in capite habet, quod discẽti meditantiq; divina, magis audiendum, quam loquendum. lunula in fronte, proficiendum, dum plenum impleat orbem, monet. noctua à tergo aurita solitarium maximè Dei vocem ac sapientiam audire intelligere, tradit. serpens in capite veterem jubet exuere cum peccato hominem (uti serpens pellem veterem solet) qui divinis intendit. gallus sub brachio represso gutture vigilantiam silentio jungendam. arcus ad pedes: & in humeris pharetra, omnem rerum cœlestium speculationem ad amorem divinum esse referendum. quo & loti capita referuntur, quæ ad solem tanquam Heliotropium aguntur, uti & voluntas sapientis Deique amantis: quia tamen corpus quod corrum-

corrumpitur, animum aggravat, sinistrâ faces gerit liminis cœlestis & gratiæ, ut hoc purgetur à vitiis, & illustretur in virtutibus, necessariæ, *Ita ferè Goropius.*

Cartarius, de imaginibus Deorum, illi persicam arborem sacram esse tradit, quòd hæc arbor, cum fructus habeat humano cordi similes & linguæ folia, (1) doceat, linguam debere esse cum corde, id est, cum prudentia & veritate conjunctam. *Calius Calcagn. l. de reb. Ægyptiacis*, addit imperfectum illum ab Iside præmaturo partu in lucem editum, [2] quòd significet, nulla in re properandum nimis: nam ut in proverbio est, canis festinans cœcos parit catulos. tum deinde præsidem illum facit juventutis, (3) in oratione etiamnum rudis, cui silendum magis, quàm loquendum: ut admoto ori digito indicatur quare veteres dum sacra Harpocrati leguminibus oblatis facerent, intercinebant γλῶσσα Τύχη, γλῶσσα δαίμων, id est lingua fortuna, lingua dæmon: significantes, in lingua bene usurpata hominis felicitatem verti: nam utrumque, tam fortuna, quàm dæmon in utramque partem, bonam malamq; usurpari poterit. Idem Calius de Silentio, hunc Deum facit toto corpore otium auritumque; sed astomon sine ore, [5] lupina in pelle, laneis indutum crepidis: (6) ut quietum & audiendi avidissimum designet.

XLVIII.

1] *Verum esse. seu rectum ac simplicem.*
2] *Res præceps & immatura.*
3] *Instructor iuvētæ.*
4) *Lingua bonum & malum.*
5] *Sapiens multa videt & audit: pauca loquitur.*
6] *Vigilãs Gracitus.*

CAPUT XXIII.

De Gigantibus, Heroibus, aliisque quibusdam Diis inferioris ordinis.

GIGANTES vastæ staturæ anguinis & distortis pedibus, (7) significant. homines impios rectum nihil ac sublime cogitantes. *Petrus Crinitus lib. 2. capite 11. de honesta disciplina.* contendisse cum diis, (8) est, eos ex impietate deos negasse, *Macrob. & Gyrald.* in Hercule. montes imposuisse montibus & fulmine disjectos. (9) significat, tyrannos superbos à Deo puniri.

I.

7] *Homo impius.*
8] *Atheus.*
9) *Superbi puniti.*

Ioseph. Horol. lib. 1. Metam. Ovid. fabula hæc à turris Babylonicæ constructoribus orta ut *Franciscus Georg Armon. 1. cap. 1.*

TITANEM Saturni ac Solis fratrem, Cœli filium lum liberis Titancibus Jovis regnum invasisse, (1) significat, illos temporum siderumque imprimis peritos fuisse, *ut Pausan in Corinthiacis. Rhodig. l. 4. c. 14.*

BRIAREUS centum habens manus, (2) significat, tempus æstivum, quod variam rerum copiam mundo suppeditat, quâ deinde contra Deum homines abutuntur. ut *Gigas* centimanus (3) Hibernum tempus; quòd collecta in usum negotiaque distribuit. ab Homero sol etiam centimanus dictus est, quòd multa ipse in homines & orbem beneficia distribuat. *Valerianus l. 35.* Quanquam hunc illum rectius applices Regi, qui multos ad bene aut malè faciendum ministros habeat.

CENTAURI ex nube geniti, contra Lapithas pugnantes, inferiori parte equi, superiori homines, (4) significant, bellatores equites, & taurorum abactores: nam quòd homines primùm obscuro loco nati, equis ad bellum sint usi, huic fabulæ occasionem dedit. Ceterùm morali interpretatione homines belluino more, secundum inferiorem partem viventes, indicat; ut ferè in bello reperiuntur. vide *Natalem l. 7. c. 4.* Palæphatus fabulam ex eo natam putat; quòd Ixion Rex Thessaliæ ex Nepheles (quod est, nubes) pago juvenes equitandi gnaros adhibuerit ad tauros œstro percitos infiringendos, Lapithis imminere jamiam casurum silicem, (5) ut est apud *Virg.* significat tyrannos semper in metu impendentis mali vivere; uti Dionysius Tyrannus Damocli, sub ense disticto ad mensam opiparam accumbenti, ostendit. *Landinus. 4. Camald.*

1) *Astrologus.*

2) *Æstivũ tempus.*

3) *Hibernum tempus*, vel *Rex qui multos habet ministros.* vel *qui multa in homines beneficia distribuit.*

4] *Equites* vel *eth. Belluino more viventes.*

5) *Tyrannus semper in metu vivit.*

CHIRON.

II. Centaurus ex Saturno (se in equum subito convertente, ut Opem uxorem supervenientem falleret) & Phillyra Nympha conceptus dicitur: quia videlicet effrenis libido hominem equo lascivienti similem (6) consti-

6) *Libido.*

constituit, & degeneres quandoque fœtus procreat: ut Chiron inferioris sui parte equus extitit. (1) quamquam hoc illi, uti reliquis centauris, propter equorum usum affictum, credam. Ceterùm in silvis diu versatus, herbarumq; illic potentiam curiosè perscrutatus, præter reliquas artes, quibus excelluit, nomen medici præstantissimi tulit. unde Æsculapium in medicina, Herculem in Astrologia, Achillem in litteris motibus; ac lusu citharæ erudit. (2) Natus verò à parentibus immortalibus fingitur, quòd medicinæ perfecta cognitio vix mortali ingenio concedatur, ipse tamen deinde mortalitatem à Jove exorasse dicitur, atque in sidera post mortem translatus; (3) quòd artes ac scientiæ per intervalla intercidant, benè tamen utentibus cœlum aperiant. *vide Natal. & Ricc.*

CYCLOPES Neptuni & Amphitrites filii uno in fronte oculo, qui Vulcano in fulmine fabricando servire finguntur [4] per hos intelligunt vapores ex mari & terra ascendentes, qui in aëre tonitrua & fulgura gignunt, uti ipsa nomina *Brontes, Steropes, & Pyracmon* indicant, ceterum *Polyphemus* in antro ebrius ab Ulysse, oculo effosso, delusus, (5) significat, in ebrietatē propensos mente excæcari. *vide Nat & supr. in Vulc.*

ÆSCULAPIUS.

Apollinis ex Nympha Coronide filius, ille vim solarem [6] hæc aërem significat; nam ex sole, cum aëre puro conjuncto, salubre exsurgit in aëre temperamentum, quod in homine sanitatem causat, unde Æsculapius [7] Deus & repertor medicinæ sanitatisque prædicatur. ex quo Hygeia, id est, sanitas ut ex Apolline nata fertur. Virgâ serpente implexâ utitur, [8] & serpens quidem vigilantiam medico necessariam, virga nodosa medicæ artis difficultatem & potestatem in hominis vitam denotat. *Pausanias in Corinthiacis Æsculapium* exhibet, alterâ manu baculum tenentē, alterâ Draconis caput prementem, cane ad pedes decumbente; [9] quo significatur, medicum instar draconis vigilem, & canis fidelem requiri. *Albricus Philosophus* sedentem habitu medici facit, unguentarias

1] *Monstrosa libido est.*
2] *Magister Medicinæ Astrologiæ & Musicæ.*
3) *Scientiæ & bonæ artes viā ad cœlum pandunt.*
4] *Vapores è terra ascendentes, è quibus fulgura.*
5) *Ebrius.*
III.
6) *Sol & aer purus & sanitati prodest.*
7) *Deus autor sanitatis* vel *Medicinæ peritiss.*
8) *Medicus vigilās esse debet in difficili causa, ubi de vita hominis agitur.*
9] *Medic⁹ vigile & fidelis.*

sinu pyxides gerentem, dexterâque oblongam mulcẽtem barbam, sinistrâ virgam cum serpente amplectẽtem, [1] quod significat, medicum ætate maturum, & studio vigilantem maximè probari. Lauro illum coronari signif. Laurum medicæ arti utilem. Corvus eidem sacer futurorum præsagum esse indicat. [2] Gallum immolari Æsculapio, est vigilantiam illi gratam esse. Ita ferè *Gyrald. Synt. 7. de Æscul. Natalis lib. 4. c. 11. & alii.*

1] *Medicus senex & vigil maximè probatur.*

2] *Medico futura prævidenda.*

IV.

TIRESIAS percusso serpente ex viro in fœminam; & rursus alio percusso (nam duo concipiendi sunt, tempora, veris & autumni,) ad pristinam rediisse formam; [3] est, annum ex verno in tempus æstivum quod fructum more fœminarum pari) & rursus ex illo in vernum quasi virum demigrasse. *Ita ferè Fulgent. l. 2.* Ceterum figura Adami lapsi & resurgentis esse potest. Quod verò Judex utriusque generis sexum expertus Tiresias, inter Jovem & Junonem de amoris ardore adhibitus, novẽ amoris uncias fœminæ, viro tantùm tres adjudicaverit, [4] ideoque à Junone exæcatus, à Jove contrà rerum futurarũ cognitione donatur, significat, inter ignem & aërem judicasse plus aërem conferre, ad frugum generationẽ; nam & aër maritat in glebis, & producit in foliis; & gravidat in folliculis: ignis verò tantùm maturat in granis. Excæcatur autem annus hiemis tempore, aëre nubibus obscurato; Jupiter verò suo calore, per occultos vapores futuri germinis conceptionem subministrat. *Vide Fulgent. lib. 2.*

3] *Annus ex vere in æstatem, ex hac in hiemem versus.*

vel ethicè. *Adam post lapsum fœmina imbelli similis, post Christi incarnationem rursũ viro.*

4] *Aër plus igne ad rerum generationẽ confert.*

V.

LARES.

In pellibus caninis, cane juxtà adhibito in ædibus collocati, [5] significant, fidelem latium custodiam à Diis esse. Pilas verò iisdem in triviis suspendi, [6] signif. cum mortalibus familiariter illos velut ludere; lanei porrò masculi ad arbores iisdem suspensi, [7] significant, homines latibus [quos putabant defunctorum animas] mollia favere corpora, in quibus acquiescant. pro igne etiam Lares ponuntur, unde in numis signati, quòd hi sine igne non cuderentur. *Cartarius*

5] *Deus protector domuũ est.*

6] *Angeli hominibus familiares*

7) *Defunctis animabus conciliandæ quies.*

tarius fol. 448. & Iacobonius de Cæsiorum gente ca. 13.

GENIUS Jovis & terræ filius habitus, significabat, vereribus Dæmonem vel malum, vel bonum, qui Ideas ac imagines pro se quisque rerum persuasibiliū objicerent. [1] unde improbi malo obsequi genio, probi bono censebantur, apud quosdam Genius (2) etiam vim influentium planetarum: apud alios propriam cujusque animam, deinde numen, quod rebus procreandis præerat, designabat, *ita Ricciardus in tit. Genius ex diversis*

1) *Angelus bonus vel malus.*

2) *Vis influentium planetarū.*

Mero, lautisque epulis, ac floribus genio sacrificare, [3] signif. jucundam & lautam vitam agere. Genius quidam Lyceus Athenis in foro lupinâ specie propositus à Sycophantis pecuniâ corruptis triobolo donabatur. [4] *ut Zenob. centur. 5. Proverb 2.* significat, calumniatores lupinâ rapie in aliorum famam grassantes fædo dæmoni servitium deferre.

3) *Lauta ac lata vita.*

4) *Calūniatores dæmoni serviunt.*

ADONIS. VI.

Juvenis à Venere dilectus, [5] significat in cœlo, solem à Veneris stella perquam lucida amari: in terra significat, semen jactum. Quod cùm sex mensibus hiemalibus sub terrâ lateat, finxerunt, ex Veneris pacto Adonidem mortuum, sex mensibus apud Proserpinam futurum, sex rursum cum Venere, [6] quibus scilicet, veris & æstatis tempore, terra viret. Idem & soli sex mensibus hibernanti applicari potest. Cetera moraliter Adonidem à Venere amari, est, vel pulchritudinem, vel delectationem, aut libidinem, in ea sectari. Adonidem igitur ab apro interfici, est, solem, aut semen ab hieme; aut à senio delectationem, tolli. unde & mos mulierum deplorandi viros mortuos in festo Adonidis. *Ant. Ricciard. in titul. Adonis & variis Natalis libro 9. c. 16.*

5) *Veneris stella soli adhæret.*

6) *Sex mēsibus semē latet, sex rursum videtur.*

In Adonidis templo feras mansuefieri [7] *ut Ælia. lib. 12. cap. 23.* asserit, significat in templo veri solis, id est, sapientiæ divinæ, feros hominum animos mansuescere.

7) *Divina sapientia feros animos emollit*

CUPIDO. VII.

Sive amor purus ac divinus, ex Mercurio & Diana

1) *Desiderium sapientiæ & puritatis.*

genus ducit: (1) adeòq; significat, desiderium sapientiæ & puritatis, quia Mercurius sapientiã, Diana puritatem designat. alius impurus & carnalis ex Vulcano & Venere, (2) id est, igne seu calore & pulchritudine conceptus dicitur. *Equicola lib. de natura amoris*, unde Orpheus amorem bigenium dixit.

2) *Ex æstu carnis & pulchritudine impurus Amor.*

Anteros ex Marte & Venere est Amor continens; pugnansque, & contrarius Erotis seu Cupidini voluptatio. (3) *Equicola l.* 1. Hinc apud *Alciatum Embl.* 110. Cupidine ad arborem ligato, ejus tela & arcum comburit, quo significatur amorem cœlestem terrenum vincere. alibi *Embl.* 109. unâ caput vinctus coronâ, tres alias manibus tenet; quarum illæ prudentiam pro contẽplatione rerũ divinarũ: hæ, tres reliquas virtutes morũ, ad vitã activã potissimũ spectãtes, (4) designãt.

3) *Dei Amor Mũdi Amorem oppugnat.*

4) *Virtutes Cardinales.*

Amor natus ex Poro qui rerum affluentiam, & penia quæ indigentiam significat: [5] nihil aliud est, quàm amorem nasci ex abundantia rei, quam appetimus; & inopiâ nostrâ. *Georg Venetus Probl.* 351. *tom* 5.

5) *Amor ex abũdãtia & inopia nascitur.*

Cupido vel Amor, apud Orpheum, Diis omnibus antiquior; [6] apud Agathonem contra junior. [7] significat, ille quidem benevolentiam quâ Deus inductus, creaturas amando produxit: hic contra benevolentiam quâ vicissim illæ Deum ut patrem amplectuntur. *Ficinus cap.* 10. *orat.* 5. *convi. Platon.*

6) *Dei amor erga creaturas.*

7) *Creaturarũ amor erga Deũ.*

Cupido puer est, [8] tum quia amantes quasi amãtes facile decipiuntur; tum quia amor recens fervet maximè; denique quia inter juvenes magis quàm senes. Inter flores ac Gratias in Jovis hortis nutritus dicitur, [9] quòd delicatis amor rebus ac pulchritudine gaudeat: vernanti tempore & ætate vigeat. Nudus est, [10] tum quia candidus & apertus esse amor debet; tum quia non opes, sed persona amanda est; tum quia profusus est, & sæpe nudos facit: tum denique, quia nuditate accenditur. Cœcus est, [11] tum quia mentẽ excæcat rei amatæ intentione occupatam, nec finit pericula animadvertere: tum quia sæpe in gravissimos errores impingit. Alatus est, (12) rum quia levis & inconstans,

8) *Amans quasi amens. Amor recens fervet maximè.*

9) *Amor rebus blandis nutritur.*

10) *Amor apertus est, profusus est.*

11) *Amor pericula non videt.* 12) *Inconstans & levis hominum Amor.* vel *expeditus & celer.* vel *cæleſtis.*

constans, brevi sæpe tempore cum expleta cupiditate evanescit (ut iccirco *Propertius* constanti Amori pennas adimat) (1) vel quòd Amor amanti [uti timor] alas addat expedito ad omnia: vel denique, quòd Amor cælestia magis, quàm terrena appetere debeat. *ut Equicola lib.* 1. Arcum habet, [2] quòd Amor impurus conscientiam vulneret. Facem quoque cum arcu [3] quòd ardore præsentes accendat, absentes desiderio vulneret. Aliquando (ut *Cartarius* notavit) & fulmen eidem donatur, [4] ob amoris & ictus cum vehementiam, tum celeritatem. Ab Orpheo Amori claves tribuuntur; [5] quòd syncero amori & animi hominis secreta, & domus pateant. Hæc ferè Ricciardus ex variis de Amore & Cupiditate.

1) *Amor constans.*

2) *Amor impurus conscientiæ vulnerat.*

3) *Amor præsentes ardore, absentes desiderio vulnerat.*

4) *Amor vehementissimus.*

IX.

5) *Amor omnia aperit.*

Ex tot Amoris proprietatibus, Amorem modò faciunt Sophistam; modò Magum; modò Venatorem, & Aucupem; modò Artificem seu Machinatorẽ; modò Luctatorem & Pana superantem; (nam omnes vincit) modò Musicum cantu suo demulcentem superis ac necessitati, [6] (ut *in convivio Platon. Ficinus.*) Causa hæc fingendi est, quod Amor omnia fiat omnibus, omnemque vultum induat, colliges ex Ricciardo suprà: nam ut Sophista implicat; ut Magus fascinat; ut Artifex molitur & cogitat; ut Luctator superat; ut Musicus delectat, ut Rex animis imperat.

6) *Amor omnia officia & personas suscipit. Mille artifex.*

Eodem spectat Amorem (7) modò ægrum ac melancholicum; modò lætum & dissolutum; modò egenum in via jacere; modò superbire divitem; modò sine domo ac tecto esse, atque inter sordes ac alienas jacere fores; modò in floridis versari hortis, modò aridum macilentúmque squalere; modò habili pinguique nitere corpore, quæ in Convivio Platonis *orat.* 5. & 6. expendit Ficinus, & nonnulla *Equicol. lib.* 2. *de natura amoris.* nam Amor modò æger desiderio; modò lætus obtento; modò velut egens mendicat, nec satiatur; modò in rei amatæ possessione se credit habere omnia; modò peregrinatur in via, id est, rebus perituris inter sordes ac flagitia hæret; modò dolore

7) *Amor omnem habitum & affectū induit.*

& rebus adversis conficitur : modò amatis copiosè fruitur.

1) *Amor ferocissimos etiam subigit.*

Cupido sive Amor curtum Leonibus tractum scutica & habenis regens, (1) significat, amorem potentissimum etiã Leones frenare, & illum exprimit. *Alciat. Embl.* 105. qui eundem depingit frangentem fulmen; quòd amor vi suâ sit fulmine potentior. (2) Eundem ab apibus impetitum atque ad sinum Veneris confugientem exhibet, (3) *Embl.* 111. quòd voluptatem sequatur dolor. Eundem cum Morte exhibet embl. 154 permutantem tela, de quo infra.

2) *Amor Deũ etiã inflectit.*

3) *Dolor voluptatẽ sequitur.*

X.

Cupido cum citharœdo & Methe, seu ebrietate, (4) ut *Pausan. in Corinth. f.* 49. significat, cupiditatem amoris à lusu & ebrietate inflammari.

4) *Amor impurus ebrietate inflammatur.*

Cupido, apud Romanos, inter Herculem & Mercurium, significat, virtutem, seu fortitudinem, (5) vel, ut *Athen. l.* 13. *ca* 5. eloquentiam fortitudini conjunctam, amicitiam conciliare. Amor cum Apolline, utérque puer, (6) significat, studia juventuti maximè convenire, Amor vero medius inter sapientiam & ignorantiam, (7) significat amantem sapientiæ versari medium inter sapientiam & ignorantiam; quia hanc vult deserere, illam nondum habet, sed appetit *Ficinus orat. 7. c. 10 conv. Plat.*

5) *Fortitudo Eloquentia juncta amorem conciliat.*

6) *Amor studiorum in adolescente.*

7) *Amare sapientiam & eius initium.*

Amorem cum Fortuna conjunctim apud Ægirenses coli, (8) significat, utrumque nil habere stabile, *Valer. l.* 39. *de Fortuna.* vel, in conjuge deligenda non minus fortunâ, quàm amore opus esse. *Equicol. lib.* 4.

8) *Amor cum fortuna instabilis.* vel *fortuna Amorem conciliat.*

XI.

Amor amicitiæ erat adolescens in toga rudi, corde tamen patente, cui in fronte scriptum: *æstas & hiems*; quòd amor, in adversis & prosperis florere ut juvenis debeat. In togæ fimbria scriptum; *mors & vita*; ut sit perpetuus. In corde aperto, *longè & prope*, quòd sincerus tam absente, quàm amico præsente duret. (9) *Gyrald Syntagm. lib. de diis.*

9) *Amor verus in omni fortuna, inter absentes etiã cõstat.*

Amor pro Jove fulminator, cui Neptunus, posito tridente, se submittat, (10) significat, amorem omnia vincere, & suis etiam ignibus in undis regnare, ut ex *Europa antiq. Causini de Diis.*

10) *Amor omnia vincit.*

NAR-

NARCISSUS.

Suæ imaginis [quam in fonte conspexit] amore captus, ac in florem sui nominis, (1) qui sine fructu est, versus. (2) significat, illos, qui vel sui amore pecçant, réspue suas alienis, quamvis melioribus, cæco amore proponunt: vel, qui corporis sui pulchritudine (quæ est umbra quædam Dei atq; etiam animæ) plus quàm divinæ gratiæ atq; animæ specie; delectantur, nimirum flores illi sunt, at sine fructu. *Ficinus orat. 6 c. 17. conv. Platon. Alcint. Embl. 69.* Est verò etiam quædã imago Dei amore hominum capti atque incarnati.

ENDYMION pastor fuit, qui noctu greges, lunâ in cælo morante, pasceret, interdiu dormiret, (3) vel, Astrologus interdiu dormiens, noctu ob contemplationem siderum vigil. unde fingitur lunam amasse, ac triginta annis dormisse, interdiu scilicet, dum greges ipsius à luna pasti, ita *Fulg. l. 2. & Nat. l. 4 c. 8.*

SOMNUS nigro habitu, alatus; ac papaver manu complexus Noctis filius, (4) significat, Nocturnis tenebris ac humiditate somnũ generari, ac foveri. quòd sororem habeat Lethen, (5) significat somnum omnium rerum oblivionem inducere, vel fratrem etiam mortis esse. Hunc verò Deum à Junone induci non potuisse, ut Jovem sopiret, (6) significat, illos, qui multis imperant, difficulter somnum admittere, *lege hic Riccardum. Natalem l. 3 c. 14.*

Somnum esse Regem, qui Diis & hominibus præsideat, (7) ut Orpheus fingit, est, omnes omninò somno subiici. Ita somnus apud Corinthios *ut Pausanius in Corinth. f. 53.* Leonem sopiens: (8) etiam fortissimos ab illo vinci indicat.

Somnus animæ apud Platonem, significat, animæ ipsius cum corpore conjunctionem, *ut Clemens Alexand. l. 5 Strom.*

MORPHEUS somni minister, quoscúnque vultus domini imperio fingens Proteo & Mimo similis, (9) significat, varias per somnum rerum imagines dormientibus obiici. quod *Ovid. l. 11. Metam. expressit.*

SENTINUS qui hominibus sensum tribuere ab infantia

1) *Amor proprius corrumpit fructum operis.*

2) *Deus amore hominis homo factus.*

3) *Noctu vigilans interdiu dormiens vel Astrologus.*

XII.

4) *Somnus tenebris & humiditate fovetur.*

5) *Somnus oblivionẽ inducit, frater Mortis.*

6) *Magni Reges parum dormiunt.*

7) *Somno omnes subiecti.*

8) *Somnus fortissimos deiicit.*

9) *Imagines variæ per somnium obiiciuntur.*

fantia credebatur, cum araneâ, simio, vulture, apro, lynce pingebatur: quòd hæc animalia præ hominibus sensu polleant. [1] ut S. *Augustin de Civitat. Dei*, Juxta carmen.

Nos aper auditu præcellit, aranea tactu,
Vultur odoratu, lynx visu, simia gustu.

VITUNUS vitæ largitor alterum oculum clausum gerit, juxtáque caput infantis ac senis, accipitrem passis alis, piscem & hippotamum habet; quòd omni animanti vitam largiatur, ac sæpe, mortem nobis promerentibus, conniveat, & pœna dissimulet. (2) *Vide D. Aug. de Civ Dei.* & Plutarch. in Iside.

FAVOR à fortuna nutritur, cœcus & alatus, rotæ insistens, (3) significat, favorem sortis magis, quàm virtutis beneficio conferri; alis, ad sublimia loca contendere, ubi nec humiles illum assequantur; nec à cœco videantur. *Vide Lil. Gyrald de diis.*

MONUS ex Nocte ac Somno patte, divinorũ operũ, non artifex, sed censor ridiculus, (4) de quo in Budæi Philologo est, quod Venerem à Divis omnibus formæ gratiâ laudatam ipse reprehenderit, ob stridula, quibus uteretur sandalia, (5) significat, rudes plerúmque & sceleratos noctis filios illa reprehendere in aliis, quæ nulla sunt, ut sandalii stridorem, quæ suo ipsi ingenio assequi nequeunt, vel denique præpostero judicio ea statuere, quæ risum prudentibus moveant: ut Momus de tauro censuit, rectius actum, si cornua infra oculos gereret, quò eis certius ad oculorũ ductum uteretur. (6) *ut Lucianus.* Idem in hominis fabrica carpsit, quod deesset in pectore fenestra, quò oculis recessus illius abditi pervideri possent; (7) quod multos alia loqui, alia sentire exploratum jam esset.

1) *Sensu pollens.*
2) *Deus vita largitor, & Dissimulator, in pœna.*
3) *Fortunæ magis quã virtutem, favor sequitur.*
XIV.
4) *Ridicul⁹ & imperitus censor.*
5) *Reprehẽdere in re magna levicula.*
6) *Corrigere quæ recta sunt, &c.*
7) *Cor hominis occultum.*
8) *Montiũ incola voluptatẽ & mundi jocietatem perosus, ut cælestia cõsideret* vel *Christuum solitudine.*
XV.
9) *Dives est qui nundi opibus non indiget.*

ATLAS.

Promethei frater Rex Mauritaniæ, Astrologiæ peritissimus, à Perseo objecto Gorgonis capite in montem altissimum conversus fingitur, cùm, insidiarum metuens, hospitium peregrinis negaret. (8) Inde nata fabula; quod ex monte illo vim auri ingentem effodisset, (9) quam Perseus ex Græcia armatus supervenies

niens sustulerit, uti Jason cum Argonautis, spoliatâ Colcho, aureum sustulisse vellus dicitur: *ita Agricola lib. 1. de veteribus & novis metallis.* Porrò in montem conversum fabulantur; quia mons ab eo nomẽ Atlantis obtinuit, qui scilicet illum latentem vulgò subduxerat. Unde huic monti Virgilius viri imaginem tribuit.

Cœlum humeris sustinere fingitur; quia Astrologiæ perquam gnarus & sphæræ primus adumbrator creditur: (1) ut passim notant Mythologi, vel, quod mons iste caput nubibus, ac velut cælo, inserat.

Clypeũ Atlantem habuisse, quo objecto visum hebetaret hominum, (2) ex altitudine montis, opinor, natum, quam visu nemo assequeretur. Vel potius ex secessu, quo hominum sese oculis subduxit.

Clemens Valvasorus. apud Ricciar. appetitui, nostras mentes offuscanti, symbolicè hæc tribuit: uti & illud, quòd Atlas illam cuique obiiceret, rei imaginẽ, quam maximè cuperet, verum nunquam assequeretur, (3) ad appetitum, variis rebus per phantasiam deludentem, applicat.

Geminæ Atlantis columnæ, (4) polos in cælo geminos arcticum & antarcticum designant, quòd his mundus sustineri videatur. *ita Natalis l. 4 c. 7.*

Cadmus, Phœnicum Rex, Agenoris filius, in Creta Sororem Europam consecutus, haud procul deinde à Parnasso Thebas condidisse fertur, Rege Thebanorum Dracone, ut *Palæphatus* inquit, vel, ut alii, Latrone insigni occiso, unde nata fabula, quod Draconem serpentem sustulerit. (5) Cujus deinde dentes sparserit per agros, (6) id est socios victor disiecerit, qui collectis viribus fortiores ad arma redierint, verùm orto dissidio mutuis sese armis oppresserint, ut iccirco ænigmaticè fabulati sint, ex sparsis dentibus enatam esse armatorum aciem, (7) quæ se mutuo congressu oppresserit. (8) Cadmea tamen victoria infelix dicitur, ubi nec victor quidem lætatur; quòd Cadmo hæc clades parum profuerit, nam Amphionem ipse & Zethum æmulos concitavit, à quibus denique

1) *Astrologia* vel *cælestis Sapientia peritus.* Item *Rex summus* vel *Christus redemptor.*
2) *Solitarius tutò latens.*
3) *Appetitus rei cupitæ imagine delectatur.*
4) *Polus geminus.*
5) *Victoria metuendi hostis.*
6) *Hostis dissipatus.*
7) *Redintegrata vires.*
8) *Victoria infelix.*

níque regno deturbatus est. Hermionem sive Harmoniam, *ut Ovidius*, illi uxorem tribuunt; quòd bonam Reip. disciplinam instituerit, religione ac litteris celebris; (1) nam litteras græcas sedecim (quibus Palamedes bello Trojano ex avium volatu adjecisse fertur ξ θ φ χ) primùm ex Phœnicia in Græciam transportasse, tradunt veteres historici; unde & Cadmi nigellæ filiæ dicuntur litteræ. *vide Natalem & Ricciardum.*

1) *disciplina & literarum repertor.*

XVII.

AMPHIONEM ET ZETHUM.

2) *Musica vel eloquentiæ vis.*

Thebana mœnia ad citharæ sonum saxis confluentibus condidisse, (2) significat, eos viros extitisse Musicos, qui nulli cecinerint, nisi saxa pro muris exstruendis conferret, *Ita Palaphatus, Laudinus in* 3 *Camald.* existimat, Amphionis eloquentiâ hominibus persuasum; ut hæc mœnia conderent. ceterùm *Castalius Pegmate* 91. non malè per citharam (3) moraliter intelligit, concordiam & pacem, quâ urbes maximè extolluntur.

3) *Concordia & pace urbes vigent.*

4) *Thebarum porta septem* vel *septem artes eloquentiæ ornamentum.*

HYGINUS septem Amphioni, Poëticæ, seu Polyhymniæ, adjungit filias, (4) tanquam, tot portis constantes, Thebas expressurus, vel ethicè artes septem, quæ ornant eloquentiam.

5) *Orator aut Poeta, aut Musicus dicendus.*

ORPHEUS nunc filius Apollinis ex Calliope, nunc ex Polyhymnia fingitur; (5) & nunc quidem Oratorem, nunc Poëtam disertum signat, qui feras & silvas, ideſt, homines incultos ac duros ad excultam politámq; vitam traduxerit. *Horat. in arte Poetic. Quint. lib.* 1. *c.* 10. *& alii permulti.* quam vis *Clemens Alexand. in Adhort. ad Græcos* Orpheum Thracem, Amphionem, Thebanum, & Arionem Methymnæum viros musicos, sed deceptorios ad orgia & simulacrorũ cultum homines traduxisse existimet, cui convenit, ut *Palaphatus* habet, quòd Bacchas frondibus instructas, tanquam silvas, traxerit.

XVIII.

HERCULES.

6) *Princeps fortis & prudens Heros invictus multis objectus hostib⁹, &c.*

(6) Modò potentiam, virtutem, ac robur viri fortis significat, qui vel externos hostes, vel animi etiam affectiones ac impetus domare possit; modò sapientiam,

tiam, prudentiam, eloquentiámque designat, ut proinde imago sit absolutissimi viri Herois ac Principis, unde, opinor, etiam pro sole, (1) inter sidera excellentissimo, usurpari; & duodecim ipsius labores duodecim adhiberi Zodiaci signis, quæ sol quotannis pererrat, ut, præter diversos alios, *Gyraldus in Hercule, Cartarius. Erizzus.*

1) *Solei usque signa duodecim.*

Herculem à Jove & Alcmena nasci, (2) significat, tam virtutem, quàm sapientiam à Deo & hominis cooperatione nasci. *Ita ferè Fulgent. l. 2. & Gyrald.*

2) *Omnis virtus & sapientia à Deo.*

Herculem evomuisse lac à Junone suctum, indéque viam esse lacteam, (3) significat, solem hunc suis radiis ac calore in cœlo candorem efficere. *Gyraldus in Herc.*

3) *Soljuis radiis lacteam in cœlo viam facit.*

Herculem, Leonis indutum pelle, clavam manu ferre, (4) nudum cetera. significat, illum fortitudine suâ defensum, tam animi quam operis. *Cartarius de Imagin. Deor.* clava etiam, juxta *Gyraldum*, Philosophiam significat, quâ hostes vincimus.

4) *Fortitudo in animo simul ac opere.*

Clava Herculis in aditu Sacelli, (5) ut est, in foro Boario, Romæ, quæ canes ac muscas illic terret, quò minùs ingrediantur. quod precatus Deum Myagrum Hercules sacrificaturus dicitur, (6) *ut Solinus initio Polyhistoris*, significat, virtutem impudentiâ calumniantium hostium non retreri, neque maculari posse.

5) *Impudentes templo arcendi.*

6) *Calumniæ virtutem non maculant.*

XIX.

Herculem tot monstra domuisse, vel de virtute heroica fortitudinis, vel Regum potentia intelligitur, vel, de sapientia ac prudentia viri Philosophi, aut oratoris, quibus virtutibus aut alios moderemur, ac vincamus, aut nos ipsos. Sic hydram ab Hercule domitam esse, (7) vel significat à Principe populum, qui hydra multorum capitum dicitur, perdomitum esse, idque vel robore & armis, vel consilio ac sapientiâ. Deinde idem significare potest, sapientem Sophistas, illorum artibus illusis, veritate superasse; aut cupiditatem illum propriam, quæ etiam per hydram toties repullulantem, intelligitur, fregisse. quæ cum singulis ipsius facinoribus facilè applicentur,

7) *Princeps rebellem populum jubigens.* vel *Sophista à sapiente victi.*

centur, modò ipsius operis naturam symbolicè interpreteris; supervacaneum erit singulis pressiùs inhærere. Rapaces Stymphalidis aves superari, (1) est, avaritiâ vinci. Amazonibus victis abstulisse balteũ est, (2) femineos astus illecebráſq; subigere. Taurũ domare est, (3) illicitis promiscuísq; abstinere complexibus. ita Centauri superati, (4) sunt homines carnales: & Antæus Gigas, ex terra semper exurgens fortior, libido: & Cacus fur Gigásque unoculus (5) fraudulenta malitia, *vide Albric. Philosoph. de Imagin. Deorum.*

Leo occisus (6) aut furiosum hominẽ, aut affectionẽ animi impotentem domitam, idq; vel vi, vel sapientia, indicabit. Ita Augiæ perpurgatũ stabulum (7) urbem aut familiam; aut hominem vitiis liberatum.

Draconе superato poma aurea ex Hesperidum hortis sublata, præmia virtutum, oppressis vitiis designant. (8) Ceterum, *ut Valerianus, Alciatus & alii* hæc sapientiæ; ita *Gyraldus* cum pluribus ea simul fortitudini tribuunt.

Inter mulieres Herculem amore Omphales penſa ducere, (9) significat, virum fortem amoris gratiâ ad infima se submittere. *Eulgent. & Gyrald. suprà.*

Herculis sacro arcebantur mulieres, tanquam molliores; sed Thebanæ, tanquam fortiores, (10) admittebantur, quòd hæ deficiente funе, quo navis, [in quâ Herculis simulacrum erat] attraheretur, ex capillis suis funem illi attrahendo composuerint. [11]

Hercules clavam sinistrâ, dextrâ Dioptrâ sustinẽs, quæ hinc ardentem, inde extinctam lucernam habeat, (12) significat, viro forti mortem ac vitam juxta habendam. *Achilles Bochius Symb.* 140.

Hercules senex, catenulis ex ore defluentibus ad aures aliorum, quibus auditores traheret, (13) significat, sapientiâ atque eloquentiâ homines trahi. *Luranus & Gyraldus suprà.*

Coturnix Herculi immolata fortem sapientémq; virum reviviscere post fata signat. *vel*, insperatum auxilium

1) *Avaritia domita*
2) *Cupiditas carnalis superata*
3) *Illicitis amplexib⁹ abstinere.*
4) *Libido domita.*
5) *Fraudulenta militia correcta.*

XX.

6) *Furiosus homo, vel animi affectio, vi vel sapientia frangitur.*
7) *Vrbs, familia, vel anima vitiis expurgata.*
8) *Superatis vitiis, virtutum, præmia speres.*
9) *Vir fortis amore ad ima se submittit.*
10) *Molles ad fortia, inepti.*
11) *Mimi-*

mum, quod Deo præstas magnum est. 12) *Vir fortis nec vivere nec mori timet.* XXI. 13) *Sapientia atque eloquentia hominum animos occupat.*

auxilium miseris: nam Jolaus Iphicli filius, coturnicis odore naso adhibito, eum à morte excitasse affingitur [1] unde ferunt Herculi post mortem, à Junone datam esse Heben, Juventutis Deam cujus beneficio, suâque apud Deas intercessione, Jolaus deinde senex etiam juvenilibus annis redditus sit, Quo significatur, magnos viros jam senes post mortem famâ vitaque velut nova juvenescere. *vide Gyrald. sup. fol. 69.*

Herculem ferre in sinistra tria mala, Draconе subacto (2) significat, concupiscentiâ victâ iræ ardorem comprimi, habendi cupiditatem temperari, & voluptatis titillationes sedari *Rhodig. lib. 3 c. 21.*

Herculem omnia prius monstra domare, quàm Junonis sævitiam comprimat: (3) omnes signat humanæ vitæ cupiditates ante frangi posse, quam ventosa ambitio (quæ aëria Juno est) dometur. *Landin. in 3 Camald.*

Cerberus triceps (4) tria imprimis vitia, superbiæ, avaritiæ, libidinis designat, per quæ homines ad inferos devolvuntur, hæc cerbero educto ab Hercule; aut, ut à forti devicta, aut ut sapiente hominibus manifestata indicantur. *Georgius Venetus Probl. 92. tom. 4. & alii.*

Non pauca in Hercule tantùm historica videntur, ut Theseus cum Cerbero ab Orco (loco sic dicto) eductus [5] hunc enim Molossorum Regi ablatum: illum ab eodem vinculis liberatum esse, historicum putatur. Geryon tricorpor, tres fratres in Hispania ab eo superatos designat (6) ita ad extremos Hispaniæ fines, Abilam & Calpen montes progressus eis nomen fecit, ut Herculis columnæ dicerentur; quòd columnarum instar assurgant (7) *vide Gyraldum.*

Hercules in bivio, (8) duplicem virtutis ac vitiorum semitam viro forti apertam ostendit. *Castal. pag. 28.*

Herculeus nodus (9) arctissimas designat amicitias idem nodus in zona sponsæ à sponso solutus (10) fecunditatis speratæ argumentum, & omen est; quòd

1) *Fortis & sapiens post fata vivit* vel *insperatum auxilium.*

2) *Triplex concupiscentia subacta bonum.*

3) *Ambitio & superbia difficilius, quàm reliqua vitia superatur.*

4) *Triplex malum superbia avaritia & Libidinis domitum.*

XXII.

5) *Amicus usque ad aras.*

6) *Tres Principes conspirantes victi*

7) *Victoriæ æternum monumentum.*

8) *Libertas humana.*

9) *Indissolubilis amicitia.* 10) *Fecunditas sperata.*

Hercules 72. liberorum parens feratur. *Gyraldus folio 72. & 76.*

XXIII. Hercules unà cum Mercurio & Cupidine in Gymnasiis, [1] significat, in certaminibus præter robur prudentiam & amorem requiri. *Gyrald f. 77.*

1) *Fortitudini in pugnando amor jungēdus & prudentia.*

Herculem sustulisse cælum humeris, cùm gigantes contra Deum pugnarent, (2) significat, interfectos cereos unum hunc virtute cælos, sive religionem sustinuisse ac defendisse. *Gyraldus fol. 33.* aut intellige Astrologum fuisse, quem ab Atlante de stellis instructum ferunt. *Id.*

2) *Religionis & fidei defēsor inter illius hostes vel Astrologos.*

Quòd si per Herculem Solem intelligas, nonnulla ex dictis applicabis: aut aureis trahere catenulis, id est, radiis homines oblectare (3) in horto Hesperidum aurea mala sublegisse (4) id est, stellas vesperi lucentes ab eo extinctas; hinc & populus illi sacra fuit, intus albis, foris nigris foliis, tanquam die ac nocte, distinctis (5) *lege Gyraldum & Albricum de Hercule.*

3) *Sol radiis suis homines oblectat.*

4) *Sol stellas extinguit.*

5) *Sol diem & noctem efficit.*

THESEUS.

Post multas de Tyrannis reportatas victorias, Labyrinthum ingressus Ariadnæ filo adjutus Minotaurum sustulit (6) Quo significatur, virum fortem, ut (post externos hostes superatos) hujus mundi fallaces ac perplexas ambitionis, avaritiæ, & libidinis circuitus pervadat, ac denique concupiscentiam hominis inferioris opprimat, id fine prudentia duce, vel gubernatione Dei non posse. *Goropius in Hermath. lib. 8. Natalis l. 10. Mythol.*

XXIV.

6) *Sapientiâ divinâ duce via hujus mūdi perplexæ superantur.*

Perseus instructus talaribus, ense Mercurii ac Palladis clypeo pellucido, in quo Gorgonas intueretur, aversus (quod hæ omnes rectà spectantes in lapides converterent) missus ex Deorum consilio, unam illarum Medusam interfecit (7) Significat virum fortem, divorum ope, adversus triplicem concupiscentiam, opum, honorum, ac libidinis feliciter depugnare. quæ concupiscentia serpentino capite omnes se intuentes in lapides vertat, id est, duros & intractabiles ad virtutem efficiat.

7) *Vir fortis divina virtute concupiscentia victor.*

Phorcy-

Phorcydes autem sive Lamiæ aut Grææ, aliæ tres sorores, quæ natæ fuerunt anus, & uno oculo communi usæ, viam ostenderunt Perseo ; (1) significat, tres animæ rationalis potentias, quæ perfectæ à Deo infunduntur, neque adolescunt cum corpore, uno oculo, id est, mente ac ratione, quam sequantur usæ, viam ac modum superandæ cupiditatis ostendunt. Orci deinde, sive Plutonis galeam, (2) [quâ tectæ Gorgones invisibiles erant] abstulisse Perseum, Medusâ interfectâ, eliquisque sororibus domitis, significat, detexisse illum latebras scelerum, & occasiones peccandi amovisse. Medusæ denique caput amputasse, significat, cupiditatem victam. Minervæ verò illud dedicasse clypeo suffixum, uti & Orci galeam Mercurio. (3) significat, beneficiorum à Divis acceptorum gratam memoriam, hæc *partim ex Fulgentio lib. 1. & 3. Equicola lib. 4. partim ex Valeriano & Natali*, sed in obscura autorum sententia quibusdam nonnihi illustratis. *Zenodotus apud Erasmum* in Orci galea & *Palæphatus apud Ricciardum* historicè illud exponunt de Perseo adversus Gorgonas pugnante.

1) *Tres animæ rationalis potentiæ, viam ad vitia superandæ aperiunt viro forti.*

2) *Latebræ scelerum detectæ.*

3) *Beneficiorum à Deo acceptorum memoria.*

BELLEROPHON. XXV.

Glauci Regis Ephyræ filius à Stenobæa Prœti Regis Argivorum uxore ad incestum facinus postulatus, & quòd recusaret, sceleris innocens apud Prœtum insimulatus, ad Jobatem Regis socerum in Lyciam amandatus, variis hostibus, ut malè periret, objectus est, in periculis tamen illustrior, contra Chimæram monstrum toti Lyciæ formidandum Leonino capite ac pectore, caudâ draconis, ventre capræ missus, triumphasse fingitur Pegaso, alato equo, per Neptunum suppeditato. Quod ænigma variis cum Physicis tum Ethicis interpretationibus expositum est. *Plutarch. in claris mulier.* existimat Chimæram navem fuisse celebris in Lycia piratæ, quæ in prora insigne leonis, in carina capræ, in puppi draconis præferret : alii illum populis, his nominibus adumbratis, arma intulisse memorant, ut Solymis, tan-

quam leonibus; Amazonibus, velut capris. cum ipso Jobate insidiante, tanquam dracone, depugnasse, rectius *Palaphatus & Servius in Lib. 6. Æneid.* Chimæram Lyciæ montem habitabilem à Bellerophonte redditum asserunt. Hic ignivomus licet, variis tamen animantibus abundabat. *Vnde Lucret.*

Prima Leo, postrema draco, media ipsa chimæra.

Et clariùs *Ovid. 6. metam.*

Quoq; chimæra jugo, mediis in partibus hircum.
Pectus & ora Leæ, caudam serpentis habebat.

Per Pegasum à Neptuno oblatum, humorem à sole elevatum nonnulli intelligunt, *Pindari interpres* attributum Bellerophonti putat, quòd is moderator equorum & freni repertor fuerit.

XXVI.

1) *Castus & fortis adolescens.*

2) *Superbo & elatus sibi virtute præcipitatur.*

Ethicè Bellerophon (1) hominis virtute præditi, adeòque à Superis in omnibus adversis defensi exaltatiq; deinde (quãdo cum Pegaso in cœlum elatus, dejectúsque fingitur) superbientis rursum & elati (2) imago est. qui cum efferre se, velut Pegaso in astra, cupit, à Jove præcipitatur, ut in eo verum fuerit, qui se humiliat, exaltabitur, qui se exaltat, humiliabitur. Nec malè *Fulgent. lib. 3.* in eo casti hominis imaginem repræsentat, qui dum libidinem continentiâ superat, ratione ac prudentia velut Pegaso evectus, Amorem tanquam chimæram vincit, Amor enim capite Leo est, quia principio ferociter invadit, in medio capra, quia in occupato jam homine petulanter lascivit, in fine denique est draco, quia mordet ut coluber, (3) ac conscientiam affligit jam malè perpetratus.

3) *Amor impurus chimæra est.*

4) *Sapientia & fama laudis scriptionisque materiam Poetis suppeditat.*

Pegasus, vel sapientiam; ut *Fulgent. ibidem*, vel famam, ut cum illo *Erizzus folio 274.* significat: qui volans, fontem in Parnasso excitat ungulâ, (4) id est, materiam laudis & scriptionis fontem Poëtis ac Oratoribus ad rerum præclarè gestarum suppeditat enarrationem. Pegasum verò ex Medusæ natum sanguine (5) famam significat ex Heroum præclaris facinoribus nasci. *Fulgent. lib. 1.*

5) *Fama ex factis heroum nascitur.*

ACHILA

ACHILLES.

XXVII.

Ex Peleo & Thetide Jove nuptias conciliante natus, (1) significat hominem ex terræ atque aquæ commixtione Jove, seu igne aereque simul concurrente nasci. Ad has verò nuptias Jovem Deos omnes invitasse, significat, in hominis procreatione Deos omnes collaborare, Jovem ordinare caput, Minervam oculos, Junonem brachia, Martem pectus, Venerem renes & inguen, Mercurium pedes (2) *Fulg. l. 3. Mythol.*

1) *Homo ex elementorum conspiratione natus.*

2) *Dii omnes ad hominis compositionem conferunt.*

Achillem à matre stygiis mersum undis, solo pedis talo, quo tinctus non fuerat, manssisse vulnerabilem, ac denique à Paride Trojanorum mollissimo ac timidissimo in appetitis Polyxenæ nuptiis, periisse; significat, virum in bello contra adversarios fortem & insuperabilem, pedes tamen, id est, affectus habere proprios, quibus vinci ac superari possit, præsertim in talis Veneri dicatis, quòd venæ ex illis ad renes & femora conscendant; (3) adeòque significent Achillem seu virum fortem libidine decipi ac superari. *Fulgent. ibidem.*

3) *Homo ab hoste externo insuperabilis propriis sæpè affectibus præsertim libidini succumbit.*

Achillem in Lycomedis regia, femineo in habitu inter pensa enutritum, (4) significat, illum molliter & in luxu educatum. *Fulgent. ibidem.*

4) *Mollitos in luxu educari.*

Achillis clypeus, in quo Vulcani opera, ut Homerus inquit, terra cum oceano, & cælum cum stellis exhibebatur; (5) mundi creationem indicat, quam Homerum ex Geneſi Moysis sumpsisse existimat *Clemens Alexand. 6. stromat.*

5) *Mundi creatio & protectio.*

Patroclus Achillis armis indutus, atque ab Hectore occisus spoliatusque, cadavere Græcis relicto, (6) significat, divitis fortunas ab heredibus diripi, cadavere sacerdotibus ac terræ relicto, *Alciatus Emblemat. 48.*

6) *Divitis fortunas haredes rapiùt corpore terris relicto.*

XXVIII.

Paridi judicium inter Minervam, Junonem & Venerem de pulchritudine contendentium deferri, ac Veneri primas ab ipso dari, (7) significat, hominis arbitrio & electioni triplicem proponi vitam; Contemplativam sapientum, activam politicorum,

7) *Stultus judex ex vitiis hominū voluptariam præfert.*

&, voluptariam molliũ, stultos vero judices vi amoris impulsos, voluptatem eligere neglectis ceteris, verùm in suam deniq; perniciem. *Fulg. lib. 2. Equicola lib. 4.*

Ulysses in loco eminenti hominum mores, ut est apud Homerum, contemplans (1) significat, prudentẽ à vulgo separatum, priùs rerum agendarum naturam ratione ab affectibus sevocatâ, contemplari debere, quàm aggredi. *Iulius Camillus fol. 62.*

Ulysses auribus lanâ obturatis, Sirenas præteriens (2) illis deinde ex dolore morientibus, significat, quòd sapiens spretis voluptatibus, illarum tandem vim & impetum infringat *Fulgent. lib. 2.*

Ulysses rutò Scyllam prætervectus lupis ac canibus cinctam (3) significat, voluptatem, quam impudentes tantùm ambiunt, à sapiente contemni. *Fulg. ib.*

Glaucus Scyllam amasse dicitur, (4) id est, cœcus, sive lascivus, ut vox indicat, quia amantes cæci. *Fulgent. l. 2.*

Ulyssem habere *Penelopen* castissimâ conjugem, quæ retextâ astutè telâ, proeis eluderet, (5) significat, virũ sapientem, castitatem omni Philosophicâ ratione simul & arte tueri *Fulg. l. 2. Fab. Paulinus Hebd. l. 7. c. 7*

MIDAS.

Ab Apolline impetrans, ut quidquid tangeret, in aurum verteretur; atque iccirco fame & inopiâ ceterarum rerum pressus (6) significat, avarum divitem in copia magnam rerum penuriam pati. *Fulg. l. 2. Myth.*

Midas voti pœnitens atque ab Apolline rursum absolutus, eâ lege, ut ter caput in pactolo, qui exinde aureas cœpit arenas volvere, ablueret, significat Midam aurum antè depositum, ex quo nullus erat fructus, Pactolo per agros derivando impendisse, (7) unde magna illorum fertilitas & rerum copia. vel, significat, avarum aurum utiliter impendere damnatâ avaritiâ. *Fulg. ibid.*

Midas judex inter Marsyam tibicinem, & cantantem citharâ Apollinem, cùm perperam de iis judicasset, victoriâ Marsyæ adjudicatâ, aures ei asininas Apollo in notam stoliditatis attribuit, (8) significat, divites

1) *In secessu ab hominũ tumultu rectè de vita deliberatur.*

2) *Voluptates neglectæ facilè superantur.*

3) *Voluptas impudes à sapientia cõtemnitur.*

4) *Amãtes cæci* vel *lascivi etiã fadas amant.*

5) *Vir sapiens castitatem omni arte tuetur.*

XXIX

6) *Avarus inops.*

7) *Ex Pactolo in agros derivatur ingens fructꝰ* vel eth. *utiliter aurum agris colendis impenditur.*

8) *Divites sæpè stulti & imperiti judices.*

divites plerumq; & solo auro celebres, in judicio ac sententiis ferendis rudes, graviter hallucinari & stoliditatis notam incurrere. *vel* ignorantem pro ignorante contra peritum, censere. *Fulg. l.* 2. XXX.

ALPHEUS Fluvius Elidis in Achaia, sub terra mersus, in Sicilia rursũ, apud Syracusas emergit in fontẽ Arethusam, atque inde mare influens, undas cum marinis non permiscet (1) unde fabulantur, Alpheum ad inferos descendisse, & oblivionẽ indetraxisse, quia nimirum sub terra abditus latuit, (2) adhæc amasse Nympham venatricem Arethsam, quam per cuniculos subterraneos fugiẽtem sit assecutus. Quia verò undis suis vitiliginis maculas purgat, [3] ut *Plinus* diversis locis meminit, à voce ἀλφὸς, id est, macula nomen traxit. Arethusa porrò cum ab ἀρετὴ virtus dicta videatur, ille hominis sive animæ imago est, quæ virtutem tanquam bonum suum consectatur. Quòd verò inter mare falsum integer decurrat, (4) significat, veram virtutem cõsortio malorum nõ vitiari. Quòd ab inferis oblivionem traxisse feratur, (5) significat, animam oblivisci malorum post mortem: vel in hac vita voluptatis ex consideratione mortis, lege *Fulg. l.* 3. *à quo nonnil deflecto.*

1) *Alpheus fluvius sub terraneus.*
2) *A consideratione novissimorũ oblivio voluptatum &c*
3) *Baptismate mũdamur.*
4) *Vera virtus malorum cõsortio non corrumpitur.*
5) *Postmortem malorũ oblivio.*

ACTÆONEM Dianâ visâ, à propriis laceratũ canibus, vel, significat juvenem venationi deditum (cui Diana præsidet) omnia sua canibus absumenda impendisse, (6) *ut Palaphatus. vel* ab adulatoribus auricis dominum sæpè perdi & consumi: *ut Val. l.* 7. Actæonem verò in cervum esse conversum forte inde natum, quòd, *ut Plin. scribit* Actæoni & Cippo nata sint in fronte cornua. Idem: vel certè, quòd timidus cervi instar fuerit, [7] *ut Fulg. l.* 3. XXXI.

6) *Venator omnia canibus impendens.*
7) *Timidus & fugax*
8) *Vigil ac studiosus.*

TITHONUS Laomedontis Trojanorum Regis filius, ab Aurora amatus raptusq; fingitur; (8) quòd vigil adolescens matutino tempore laborem studiumque cum aurora auspicaretur. Memnonem ex ea suscepisse filium, dicitur, (9) quia memoria hoc tempore maximè viget ac tali labore excolitur, sive etiam, quia memoriam sui hac arte, apud posteritatem relin-

9) *Memoria matutino studio vegeta* vel *Memoriã ad posteros propagare.*

XXXIII.

1) *Æternitate dignus.*
2) *Vigilans.*
3) *Innovari.*
4) *Senex garrulus.*
5) *Igneus vapor.*
6) *Terræ motus.*

reliquerit, qua de causa longissimam ab ea vitam impetrasse fertur (1) tanquam æternitate digunus; ac denique in cicadam (2) vigilantiæ atque eloquentiæ symbolum conversus fingitur, quamquam & cicadæ veteribus exuviis tanquam serpentes exutæ (3) longi ævi sint exemplum, *Vide Servium lib. 4. Æneid.* Natalis hinc fabulam natam credit, quòd Tithonus in oriente uxorem duxerit, ac denique garrulus senex cicadæ instar (4) fuerit: ubi & Memnon regnaverit. *lib. 5. c. 3. & 4.*

XXXIII.

7) *Æstus solaris.*
8) *Incendium Græciæ.*
9) *Ambitiosus regni paterni juvenis præcipitatur.*
10) *Incontinens.*
11) *Supra vires audere.*

PHAETHON à lucēdo sic dictus, filius solis & Clymenes; (5) quia ignei vapores in aere à sole & humido aluntur. Cum Epapho Jovis & Isidis filio contēdisse de excellentia originis fertur, (6) quia elementum ignis & terræ aliquando, non sine orbis concussione, colluctantur.

Phaëthon igitur, ut sole se genitum probaret, currus paternos obtinuit; sed, territis à scorpione occurrente equis deviantibus, excussus, terram effusis ignibus succendit (7) quia omnis inflammatio cælestis à sole dependet, æstūsque tunc præsertim vehementiores sunt, quando sol ex gradu 20. libræ ad 10. scorpionis transit, cùm scilicet herbæ exarescunt, quamquam incendium Græciæ (8) cælitus missum tempore Cecropis Athenienſium Regis (de quo *Aristoteles l. de mundo. Eusebius & Orosius* meminēre) hujus fabulæ occasionem dedisse videatur. Hæc Physicè ex *Iosepho Horol. l. 2 Metam. Ovid.* Sed ad mores relata fabula, imago est ambitiosi & temerarii principis, regnum paternum immaturè ad suam ac subditorum ruinam appetentis. (9) ita *Embl. 17. Alciatus & communiter alii Clem. Alex. l. 5 strom.* iis adhibet, qui propter incontinentiam, (10) velut è curru rectæ rationis excidunt. *Goropius in Hierog. l. 11.* homini, qui res arduas supráque vires positas (11) temerè cum suo aliorumque exitio aggreditur.

XXXIV.

12) *Virtute animi seu sapientia, & corporis seu robore palmam mereri.*

Admetum Regem, ut Alceste potiretur, currui leonem ab Apolline acceptum, & aprum ab Hercule junxisse (12) significat, virtute animi & corporis Alcesten

ceſtem conjugem meruiſſe, & illam quidem virtutem, quòd in ſapientia potiſſimum conſiſtat, Apollo etiam indicat hanc, quòd in viribus Hercule. *Fulg l 1.*

Alceſten verò ſe morti pro Admeto ægrotante obtuliſſe, illumque per Apollinem ſanitati reſtitutum, hanc ab infetis per Herculem liberatam, [1] ſignificat Phyſicè *ut inquit Palaphatus*, Herculem Alceſten pro marito immolandam liberaſſe, moraliter verò, ex pietate occumbentes, non mori, ſed à morte tranſire ad vitam virtuti debitam.

1) *Ex pietate mortui à morte ad vitã tranſeunt.*

XXXV.

TYTIUS.

Jovis & Elaræ Nymphæ filius, natus [ſub terra latente matre] Gigas: Jovis fulmine & Apollinis ſagittis, ob vim Latonæ intentatam, confectus, ac per 9. extenſus jugera, vulturi ac ſerpenti renaſcens jecur diſcarnalia ſectantis, cui vel ex indomiti amoris æſtu cor affligitur, (3) vel ex conſcientia delictorum apud Inferos accerrimè mens diſcruciatur. Utrâque ſignificatione uſus eſt *Lucretius lib 3.*

2) *Hominẽ ſceleratũ propria affligit conſcientia.*

3] *Amor impurus tormentũ.*

MINOS rationalem animæ partem, ſive ſyntereſim uti Rhadamanthus & Æacus appetitum iraſcibilem & concupiſcentem deſignant, (4) ex quorum denique ſententia homines in fine vitæ condemnantur & abſolvuntur, unde hi judices morientium dicuntur. Tartara verò Phlegethon, Cocytus, Lethe, Acheron, eos indicant mœrores, quos conſcientia ſcelerum generat: ut contra campi Elyſii gaudium bonorum, nam Phlegethon ab ardore, Cocytus à gemitu, Lethe ab oblivione, Acheron à triſtitia dicitur. [5] ipſe etiam triceps Cerberus ſpecies quædam eſt triplicis potentiæ, memoriæ ſcilicet, intellectus & voluntatis, nos apud inferos velut allatrantis & ſcelera exprobrantis. (6) *Cartarius 276. & Natalis l. 3. c. 9.*

4] *Ratio noſtra appetitus & concupiſcentia, de nobis in morte judicium ferent.*

5] *Oblivio bonorum hui usvita, triſtitia apud inferos.*

6) *Memoria intellectus & voluntas dãnatos accuſabunt.*

CHARON tempus ſignificat, quod nos denique à morte ad alteram vitam transfert [7] uti illi tanquam nauta, ac ſenex ſqualidus, animas tranſportare, ad Acherontem fertur. *Cartarius cap. de Plutone.*

XXXVI.

SISYPHUS Æoli filius Latro in Attica, à Theſeo occiſus.

7] *Tempore ad mortem transferimur.*

occisus, damnatus ad volvendum lapidem in apicem montis apud inferos fingitur: verùm irrito labore, recidente semper lapide priusquam verticem contigit, imago est hominis mundani ad opes, vel honores aspirantis (1) nunquam apicem summum, in quo beatitudine ac quiete spectatâ fruatur, obtinet.

Tantalus Rex Phrygiæ pater Pelopis, avus Agamẽnonis, Deos convivio excepisse dicitur; & ut illorum divinitatem experiretur, Pelopen filium discerptum coctumque apposuisse (2) verùm aversantibus Diis, præter Cererem (quæ humerum absumpsit) redditus vitæ, membrisque: ac pro absumpto humero suffectus alius eburneus fuit.

Tantalus verò ad aquas mento tenus damnatus, sub pomo arbore fame ac siti perpetuâ conflictatur, pomis aquisque inhians fugientibus, quod licet in vindictam intempestivi crudelisque convivii sustineat, (3) ad avari tamen nominis pœnam communi sententia adhibetur, ut qui in copia plerumq; egeat. [4] Si tamen verum est; quod Callisthenes ait ex fossione metallorum ditissimum fuisse Tantalum, hæc ratio subest. *vide Fulg. l. 2.*

XXXVII

PELOPS tamen imago illorum est, qui pro superis detrimenta cum magno fœnore patiuntur, (5) ceterùm puer ille morbo invalidus; at vir deinde fortissimus à diis ad vitam revocatus fingitur eburneo, id est, forti donatus humero, tum deinde usque adeò opibus auctus; ut Pelopis talenta in proverbiis censeantur. Hic cum Oenomao Elidis Rege, pro Hippodamia filia, cursu quadrigali certans, postquam Myrtilum alterius aurigam ad currum domini subvertendum pecuniâ induxisset, dolo victor extitit; sed deinde perfidiæ præmium roganti in mare præcipitem dedit, (6) exemplo tradens, quòd fidem fallentibus nulla fides debeatur.

IXION, Phlegiæ filius, cum Deioneium socerum invitatum Lethali foveæ fraudulenter super ignes stratæ immersisset, (7) ac vix demum pœnitens à Jove expiatus, inter domesticos etiam aleretur; Junoni

1) Nemo honoribus & opibus inhians satiatur.

2) Fallitur qui superos vult fallere.

3) Per quæ quis peccat per eadem punitur.

4) Avar⁹ quamvis abundat, eget.

5) Pro superis malum nemo sustinet nisi majori bono.

6) Fidem nõmeretur qui fefellit, vel Perfidiæ præmium perfidia est

7) Perfid⁹ amicus.

noni flagitium intentans, objectas pro illa nubes cõplexus, (1) centauros genuit, quo crimine etiam exultans rotæ infernali perpetuò implexus, circumactusque ac serpentibus laniatus, flagitium luere fingitur, illorum hominum imago (ut Plutarchus in Ægide meminit) qui inanem gloriam, pro virtutis imagine, veluti nubem amplectuntur, (2) monstráq; retatibus miserè circumaguntur, quin & illorum exemplum est, qui erga benefactores suos & liberatores ingrati, maleficium pro beneficio rependunt, verum Dei vindictam non subterfugiunt. Quod verò Centauros ex nube genuisse dicatur, (3) significat, illum equitum instructis copiis, vi occupare regnum statuisse, denique Ixion rotæ damnatus, (4) significat, Tyrannum, qui regno vi obtento, tanquam in rota fortunæ, modò sursum, modò deorsum velut ad torturam volvitur *Fulg. l. 2.*

1) *Inanem gloriam pro virtute amplecti*

2) *Imaginatione illa fingere quæ non sunt.*

3) *Equitum copias instruere.*

4) *In regno tanquam rota fortunæ circũagi.*

CAPUT XXIV.

Dearum, aliarumque hujus ordinis fabularum figuræ.

VESTA.

I.

DEa, modò terram, seu vim illam, quæ herbas fructusque è terra producit, (5) modò ignem seu calidos teræ vapores, unde pleraque gignuntur, designat, ita *Cartar. Erizzus* & communiter alii. Quamquam hæc illi distinctio adhibenda sit, quòd Vesta semel pro Saturni matre, semel pro filia accipiatur, & prima quidem terra, altera ignis dicatur, quarum hæc virgo fuit, quòd ignis sterile sit elementum, (6)

5) *Terra frugifera.*

6) *Ignis sterile elementum.*

Vestæ templum rotundum, à Numa Pompilio erectum, vel, rotunditatem terræ, ut *Valerianus*, vel, cælestium orbium (7) igne ac calore suo hæc inferiora fovent um figuram exprimit, *ut Goropius in Hermath lib. 9.*

7) *Terra ac cali rotunditas.*

Vestæ

1] *Diuorũ immortalitas:*

Vestæ ignis æternus (1) in ara ipsius asservatus Deorum significat immortalitatem, ut *Cartarius fol. 222.* vel, Dei gratiam cuique ad aram dignè accedenti, paratam (2) *ut Choulus folio 182.* vel, quòd igne suo cœlum conservet omnia, ut *Goropius suprà.* porrò virginem esse Vestam (3) est, ut dixi, ab igne nihil procreari, ut *Equicola lib. 2. de natura amoris.*

2] *Dei gratia in sacrificiis præsẽs*

3) *Virgo incorrupta.*

4) *Terra regna cõtinens.*

Vestam pingi sedentem, est, terram quiescere. Sceptrum in manu habet, (4) tanquam Regna & Principatus continens. Partim velata, partim tecta [5] quò & terra, partim nuda, partim tecta sit frugibus, *Iulius Iacobenius c. 5* quamquam *Albricus* eam suprà templi pinnaculum virginis specie Jovem infantem sinu foventis exhibitam asserat, (6) *de imagin. Deor.* non inconveniens exemplum Virginis MARIÆ Deum sinu complexæ.

5] *Terra alibi sterilis, alibi frugifera.*

II.

6) *Virgo cũ infante Christo tutela tẽplorum.*

Cybele (Ops, Tellus & Rhea etiam dicitur) Vestæ ex Cœlo filia, Saturni soror & uxor, (7) significat, terrã quoq; sed jam omni genere florũ ac fructuũ ornatã, cultã urbibus ac arcibus, unde viridi pingitur cyclade floribus aspersa, turritoq; capite, pileus & baculus pastoralis (8) pascere illam pecudes significat. Apertâ manu dexterâ, [9] velut ad subsidium, sinistra pauperibus largiebatur panem, Leo juxta mansuetus & solutus, quod indicat, nullam adeò terram esse sylvestrẽ, (10) quæ studio ad frugẽ edomari nequeat. *Albricus* eam curru Leonibus tracto insedisse memorat. Cymbala & Corybantes laboratores agricolas designant [11] Ita partim *Varro apud Solinum*, partim *Gabriel Simeonis in Epith. & Equicola l. 2. Diodorus Siculus* dicit illam docuisse mortales choreas, cantũq; in tibia: cymbala itẽ, ac tympana quatere, quibus ejus effigies exornatur: [12] deinde medicã facit multorũ puerorũ [13] atq; iccircò magnã matrẽ dictã existimat: deniq; amasse puerũ Atym, ejusq; subducti amore insaniisse, sparsisq; crinibus cũ fistula ac tympano obertasse. [14]

7] *Terra omni genere florum & fructuum ornata.*

8] *Terra pecudes pascit.*

9] *Liberalis in pauperes.*

10] *Terra labore reddi frugifera potest.*

11) *Agricola.*

12) *Choreas docere.*

13) *Mederi pueris, eos alere,*

JUNO.

Inferiorem aëris regionem significat, soror & conjux

instruere. 14] *Mater filiorum amore insaniens.*

jux Jovis (1) quia superiori aëri, aut etiam igni conjuncta est. Ethicè ambitionem designat; quod ambitiosi & inflati fastu, velut aëre turgidi incedant, unde & regnorum, &, quæ in illis continentur, divitiarũ Dea dicitur, (2) quæ animos imprimis inflant. Apud Romanos eam quoque pronubam, & partuum faciebant præsidem (3) uti Dianam apud Græcos, *ut Cic. l. 2. de nat. deor.* Lucinam dictam ferunt, quòd lucus illi sacer in Esquiliis: vel, quòd lucem daret natis, unde & ciliis oculorum præerat. *Cart. c. de Iunone. Landin. 3. Camald. & Fulg. l. 2.* qui addit Junonem significare vitam activam (4) sicut Minerva contemplativam, Venus voluptariam.

Juno horas nutrices habuisse dicitur, (5) quòd assiduè secundum aliquas partes aër corrumpatur, secunda; quòd aër ex aquis tardius gignatur. Ab Oceano verò & Tethy educa- Junoni Nymphæ dicuntur adhærere; (6) quòd varia in aëre modò sereno, modò nubilo niveoque mutatio. *Cart ib. Nat. l. 2. c. 4.*

Junoni templum sine tecto & foribus exstructum fuisse, (7) significat, aërẽ ineludendum loco non esse; sed hunc omnibus debere esse communem. *Id.*

Junonẽ ex Jove peperisse Vulcanũ (8) significat aërem calefactũ procreare ignẽ. Heben procreasse, (9) est ex temperie aëris rerũ abundantiam provenire, & Martem genuisse, (10) est aëriæ ac inflatæ naturæ homines ad bellum maximè proclives fieri. *Natalis supr.*

Juno ex aurea, ut Homerus fingit, catena, de cœlo pendens, duobus ad pedem utrumq; ponderibus, ita tamen, ut pes alter altero magis deprimatur, (11) significat, quòd aër igni sociatus duobus infernè elementis aquæ & terræ misceatur, ác mox gravior deprimatur. *Fulg. l. 1. Cartar. & alii.*

Junonem Jovi irratam esse, (12) significat aurã nebulis humidam in nubes aquamq; verti. *Cartar. supra.* Illam verò Herculi adversari, & tot monstra domines bello apti. IV. [11] *Aer igni connexus infrà quæ & terræ miscetur ac deprimitur* (12) *Aër nubilis humidus in nubes & aquam vertitur, unde & fulmina.*

III.

1) *Ignis vel suprema aëris regio Ethicè ambitio & superbia.*
2] *Regnũ, divitiæ.*
3] *Partuũ præses.*
4] *Vita activa, contemplativa.*
voluptaria.
5] *Aër alius partibus corrũpitur, aliis instauratur.*
6] *Aër varie mutatur & mutat affectus.*
7] *Aër includendus uni loco non est.*
8) *Aër calefactus ignem procreat.*
9) *Ex temperie aëris rerum copia est.*
10] *Aëris natura*

1] *Nullus dignè aliis imperat nisi ante sibi.*

2] *Molles regno & sapientia studio parùm apti.*

V.

3) *Opes magna & recondita multũ possunt.*

4] *Non tã vi quam aquitate pugnandũ.*

5] *Prudẽtes plerũque superbi.*

6) *Splendida hujus vitæ species momento evanescit.*

VI.

7] *Luna cum sole ex tenebris producta.*

8) *Luna venatoribus noctu lucet & castitati favet.*

manda objicere, (3) significat virum egregium, ante inordinatas animi affectiones iræ voluptatisq; superare debere, quam regno & honoribus dignus habeatur. idem de Æneа apud Virgilium dixeris, Trojanis illam cum Pallade adversari, (2) est imperium & sapientiam apud molles locum non habere dignum.

Juno obvelatum caput panno gerens, cum sceptro in manu, (3) significat, divitias custodiri absconditas *Fulgent. l. 2. & Cartar. supra.*

Juno monetà Romæ hoc nomine colebatur, ejusque in templo moneta cudebatur, quòd Romani in magna æris inopia ejus secuti consilium cum Pyrrho justitia & fide magis, quàm armis certarint. (4) adeoque victores evaserint. Significat justitiam, æris & armorum precium ac potentiam vincere. *Svidas de moneta Rom.*

Junoni pavonem, sacrum ipsi, adjungi, significat, (5) potentes ferè superbos esse, & alienis sese oculis speciosè ornare *Fulg. l. 2.*

Iris eidem variis coloribus addita, (6) significat splendidam vitæ fortunam momento, & Iridis instar sæpè evanescere. *Fulg. ib. & Cartar. supra.*

Albricus de imag. Junonem dicit fœminam in throno collocatam; sceptrum in dextra, caput nubibus & iride cinctum, ancillam juxta ad obsequium paratam & mulierem parturientem, quia partubus præerat, pavones aves illi sacras hinc atque hinc astitisse. Significationem ex dictis facilè adjunxeris.

DIANA.

Ex Jove & Latona, cum Apolline fratre, genita, (7) significat, lunam cum sole, ex tenebris productam. Latona enim à λανθάνω lateo ortum videtur. *Natalis lib 3. c. 18.*

Dianam virginem ut venatricem cervorum, (8) depingi ac venationi præesse, est, Junã venatoribus noctu maximè suis favere radiis, quos, velut tela, mittit; ut iccirco cum sagittis etiam fingatur, vel etiam, hominem, qui lunæ temperamentum humidum sortiti sunt, maximè à re venerea lædi, & nocturnis venationibus juvari. *Natalis supra.*

Dia-

Dianam Lucinam à parturientibus invocari, [1] significat, lunam in novilunio parturientibus prodesse, humorum scilicet facilitantium copia. *Georg. Venetus Arm. fol 211.*

Diana, cui, ut nudæ, Mercurius, Jove mandante, vestem conficit, [2] significat, mutabilem hominem, cui nihil fidendum, *Iulius Camillus fol. 129.*

Dianæ vestis aliquando nigra (3) lunam designat, ex se carere lumine: aliquando alba, serenitatem indicat, uti, tubea ventos crocea pluvias, (4) *Erizzus folio 761.* quòd luna aeris mutationem his affectibus præsignet.

Lunâ alata, sive etiam in curru cervis candidis provecta ejus celeritatem indicat. *Natalis supra.*

Ad aram Dianæ Aticinæ perfuga Sacerdos cum stricto gladio collocat° [quo priorem sacerdotem interfecerat) ad propullandos irruentium impetus (5 Jut *Strabo tradit, lib. 5. p. 166.* significat hominem conscientiæ terroribus stimulatum nusquam sui esse securũ.

Diana Cyndias sub dio posita neque pluvia neque nivibus tangebatur. (6) *Polybius l. 16. fol. 252.* significat animam casti & perfecti viri, inter medias adversitates, iis non tangi: vel propius etiam D. Virginem Mariam, quæ ex communi omnium labe nihil maculæ contraxit. [7] ut piè & eleganter *Caussinus de Dijs.*

Hecate triceps, canino, equino, & medio humano [seu ut alii suillo] inter hæc capite, (8) vim triplicem lunæ, in cœlo, terra, & sub terra Proserpina (9) esse fingitur. Ita justus triplici appetitui, itasicibili, concupiscibili & rationali imperat.

Vestibus inducabatur modò albis, & lunam significabat accrescentem: modò fuscis, & decrescentem indicabat. (10) cum canistro significabat (11) profectum frugum, quem post 7. diem accrescens faceret, papaver in manu somno illam favere; (12) fax in altera, tenebris lucere significabat. Alii Hecates illam seu

1] *Novilunia parturientes facilitant.*
2) *Mutabile semper fœmina.*
3, *Luna proprio lumine caret*
4] *Pallida luna pluit, rubicunda flat, alba serenat.*

VII.

5) *Sceleratus nullibi securus nisi ad Deum recurrat.*
6] *Anima innocentis & perfecti nullis adversis tangitur.*
7) *Diva Virgo cõmuni mortalium labe intacta.*
8) *Luna in cœlo terra & sub terra operatur diversa unde ejus nomen mutat.*

9] *Iustus apetitui triplici dominatur.* 10] *Luna accrescens & decrescens.* 11) *Fruges promovere,* 12] *Luna somno favet.*

VIII. seu lunæ varietatem in vultu, moraliter ad diversas animæ humanæ velut facies applicant; (*ut Fab. Paul. Hebdom. lib. 3. c. 2.*) aut naturas; ut ajunt Platonici, rationalem, irascibilem, concupiscibilem. *vide Cartari. de Dian. & Natal. l. 3. c. 15.*

Hecate quercu coronata, multis serpentum spiris longè capillata, manuq; hastam complexa. (1) significat incantationum veneficarum amuletum. Nam veteres Hecaten hac specie ante fores collocabant. Deam veneficiorum contra venefiicia; ut Mercurium adversus fures, licet furum Deum (2) Hecate enim mulier magicæ artis perita, Circes & Medeæ parens dicitur (3) quæ fluviorum cursus sistere, transferre segetes, montes dejicere, astra de cœlo detrahere ferebatur; forsitan quòd Magi noctem & lunam amant. Significabant verò hac fabula nihil non parêre fatorum necessitati & voluntati. *Valerian. lib. 32. Natal. l. 3.*

Hecatæ in triviis sacra fieri, ac mensam instrui in noviluniis á divitibus, quam deinde pauperes clam raperent, (4) significat, bona ab aliis fere magno labore parari, ab aliis occupari & consumi.

Quod verò centum placaretur hostiis Dea, [5] vel quod insepulti, annis errare centum post mortem crederentur, hinc dicitur Hecate. vide *hic Ricciardum & auctores suprà.*

1] *Incantationum veneficarum amuletum.*
2) *Multi sibi permittunt quæ prohibent aliis.*
3] *Veneficii perita.*
4) *Opes ab aliis parantur, consumuntur ab aliis.*
5] *Hecatombe.*

IX. MINERVA.

Sive Pallas, ex capite Jovis nata (6) significat sapientiam & consilium, sive scientias & artes ex capite virorum nasci debere, quòd verò armata prodeat & jam adulta Minerva (7) significat, viri militaris consilium, non nisi maturum & absolutum in lucem prodire debere, vel, significat, viros militiæ excellentes, sapientiâ simul, ac bonis artibus debere esse instructos. Arma, [8] significant, sapientiam seipsâ munitam esse: nec quicquam metuere, non vinci, non subigi. Orci galea, quâ uti dicitur, quæq; reddit invisibiles [9] significat, consilia majorum tecta esse, ut tuta sint. Cristæ in galea [10] significant, non tueri, sed

6) *Sapientia & scientiarum sedes caput hominis.*
7] *Viri militaris consilium non nisi maturum cognosci debet*
8) *Sapientia seipsa satis mu-*
nitur. 9] *Consilia tota esse debent.* 10) *Sapientia defendit & ornat.*

sed & ornare sapientiam. Sphinx in galeâ significat, sapientem non semper aperte veritatem prodere; [1] sed aliquando sub ænigmatis tegere; noctua in galea, [2] significat, sapientiam etiam in tenebris & adversitate effugium scire. Callus in galea; (3) sapientes ac milites vigilantes esse. Clypeus, qui, ut crystallum pellucidus [4] (uti illo Perseus usus fingitur) vel significat mentem sub corpore, tanquam Clypeo pellucido latere; per quod res propositas videre, ac veritatem possit intueri. vel significat; in sapientum vita alios vitia sua contemplari; illos autem non posse inficere. Quòd si clypeum gerat cum præfixo Gorgonis capite, quo omnes in lapides versi dicuntur, (5) significat, sapientes suis hostibus terrori esse; illosque stupidos ac velut saxeos videri. Hasta [6] significat, sapientem non modò se suosque defendere; sed & hostes, dum opus, oppugnare, ac difficultates obstantes perrumpere, *vide Cartar. de Minerva & Fulgent. lib. 2.*

Minervâ sub peplo apud Ægyptios cultâ; cum inscriptione in basi: *Egò sum quicquid fuit, est, & erit: nec meum peplum quisquam mortalis unquam retexit.* [7] significat sapientiam divinam, quæ mortali ingenio est inscrutabilis. *Georg. Venet. Armon. fol. 36. Calcagn. l. de rebus Ægyptiacis.*

Pallas triplici coloris pallio, aureo, purpureo, & cæruleo, (8) significat physicam, Mathematicam & Thologicam scientiam: illas scilicet quæ ad Theoriâ spectant: nam omnis ars ac scientia quæ voce, aut ratione absolvitur; ad tria genera, logicum [quod Grãmaticam, Rhetoricam ac Dialecticam continet (ethicum est)] & denique Theoreticum, de quo diximus, revocatur; unde novenarius musarum numerus (9) deductus videtur, tribus, videlicet, triplicatis. *Petrus Bongus c. de ternario.*

Minervã semper Virginem esse, (10) significat, prudentiam nõ senescere, ut ait Heraclitus Ponticus, adstare vero ad pedes draconẽ, (11) significat, virgines per vigili curâ custodiendas. *ut Calcagn l de rebus Ægyptia aut sapientia non senescit.*

1) *Veritas sub involucris proposita.*
2] *Sapientia in adversis tuta est.*
3) *Sapientes & milites sunt vigilantes.*
4] *Mens perspicax* vel *sapientiorum speculum.*
5) *Sapientes veremur.*
6] *Sapientia defendit, & expugnat.*
8) *Sapientia divina imperscrutabilis.*
8) *Scientia speculativa, Physica, mathesis, Theologica.*
9] *Musæ novem sũt totidem scientiæ.*
10] *Prudẽ-*
11) *Virgines custodiendæ.*

1] *Sapientes libidini non succũbunt.*

Minervam contra Vulcanum virginitatem suam tuitam esse, (1) significat, non succumbere sapientes ardori libidinis. *Fulgent. l. 2. Minerva.* Erichthonium monstrosum è terra Vulcani partum in cista abscondisse, (2) significat, prudentes aliorum etiam celare dedecus. *Idem* Erichthonius verò partim homo partim serpens (3) à Vulcano, id est, libidinis ardore natus, hujus vitii deformitatem proponit.

2) *Sapientes aliorũ vetant dedecus.*

3] *Libidinis deformitas.*

XI.

Minervam apud Messenios cornicem habere in manu, (4) significat, prudentes sermonem in manibus quoddammodo ferre: ut eum pro libitu stringere, aut laxare possint. *Cartar. sup. fol.* 379.

4) *Sermo prudentis est circumspectus.*

Minervæ statua à turbine dejecta, manibus ac capite avulso, prostrata, significat, Ciceronis Romanæ eloquentiæ Principis exilium: nam illud pridie, antequam ejiceretur, factum memorat. *Iulius Obsequens in prodigiis.* [5]

5) *Eloquẽtiæ clades & oppressio.*

Minerva Athenienſium in cujus clypeo artifex Phidias ſuam tanta arte imaginem expreſſerat, ut hæc ſine illa deſtrui non poſſet: (6) ſignificat, Deum ita homini ſuam impreſſiſſe imaginem, ut altera ſine alterius clade tolli nequeat.

6) *Imago Dei homini impressa est.*

Pallas & Venus cœleſtis ſe invicem complexæ (7) ſignificat, in ſapientia ac virtute veram eſſe voluptatem. *Achilles Bochius ſymb. 10.*

7] *In sapiẽtia possessione vera voluptas.*

Minerva cum Mercurio juncta, (8] ſignificat, eloquentiam non prodeſſe ſine prudentia. *Cartarius ſuprà.*

8) *Eloquẽtia sine prudentia parũ prodest.*

Olea Minervæ ſacra, cujus & inventrix dicitur, tum quòd ſapientia oleo ac vigilantia delectetur: (9) tum quòd pacem amet, nec arma aliter, niſi pro pace impetranda gerat, vel, quòd nihil præpropere agat, ut oliva tardè ſuccreſcit. *vide Ricciardum in Minerva.*

9] *Sapientia vigilia, pace & labore delectatur.*

XII.

Musas eſſe Jovis & Mnemoſynes filias, [10) eſt, à Deo & noſtra mente ac præcipuè memoria artes provenire, eſſe illas virgines, (11) eſt imprimis, amare illas continentiam, à libidine abhorrentem. unde & Pallas, cum Muſis, à Cupidinis ſagittis immunes ferũtur, ut ſcribit *Lucianus.* Muſæ ſe invicem manibus ve-

10] *A Deo & ratione noſtra ars omnis.* 11] *Muſa caſtis animis gaudent.*

lut ad choreas (1) complexæ, sunt artes liberales inter se connexæ; coronaras palmâ esse, (2) significat, victrices esse cupiditatum & affectionum pravarum in homine. Incolæ montium sunt; vel quia sublimes sunt ac arduæ, quas vulgus iners non capit: vel quia docti à civili tumultu se abdere in solitudinem consueverunt. Alatæ sunt [3] quià docti supra vulgus grégemque animos extollunt. pennis etiam ex corona victæ caput, [4] quòd victrices Sirenum, id est, voluptatum, eas pennis exuisse memorentur, *vide Barthol Taguim l. 2. de arte insignium. Cartarium & alios.* Musæ & somnus apud Corinthios habebant communem aram, [5] significat, post somnum benè succedere studia: nam autora musis amica. *Cart. fol. 329.*

Apollo Musis præsidet. [6] quia Dies & Deus studiis favent, lumenque ille oculis, hic menti suppeditat. *idem.*

Habere illas nutricem Euphemen (7) *ut Pauf. in Bœoth.* ait, significat, honorem artes alere. Esse illas Romæ sub tutela (8) Herculis, *ut Lucianus lib. 28.* significat, fortes viros artes defendere.

1) *Artes liberales se invicem complexæ.*
2) *Musa cupiditates vincunt.*
3) *Docti vulgo hominum altiores.*
4] *Musæ voluptates enervant.*
5] *Post sónum viget studia.*
6] *Dies & Deus studiis favet.*
7) *Honor alit artes.*
8] *Fortes defendunt artes.*

CERES. XII.

Dea frugum, aut vis terræ feracis, alii æstatis Deam faciunt, hæc accensis facibus Proserpinam filiam rapta à Plutone persequitur, quæ semen terræ mandatum designat, quòd illud, ut citò germinet, ac quasi reducatur, ardentem solis calorem, simul & pluviam, per facem & luctum Cereris significata, (9) desideret. Porro serpentibus provehi fingitur, & curru alato (cujus gratiam usumque Triptolemo Eleusini Regis filio, ob liberale hospitium concessisse dicitur] quòd semen, uti serpentes, humorem amet, ac de terrâ succrescendo serpat. Porcus Cereri sacer est; quòd ut semen, luto ac terrâ delectetur. *vide Cartarium & Ricciardum de Cerere. Albricus* eam in bove collocatam asserit, [aratore scilicet] dextrâ ligonem sustinebat & calathum, pro semine, ex brachio pendulum, sinistrâ falcem & flagellum trituratorium inter arbores pomis onustas ferebat: & hinc Juno imbrem de

9] *Semen terræ mãdatum solis calore & pluvia educatur.*

nubibus, illinc sol Apollo radios segeti affundebat.

XIV.

1) *Amor cœlestis virtutis, patriæ, &c*

VENUS.

Alia Cœli filia absque matre procreata est: Urania sive cœlestis dicta (1) quæ significat amorem in Deū, patriam, viros bonos, & virtutem. Et huic Veneri nefas erat in sacris vinum affundere, quia in vino luxuria. Alia est Venus Jovis & Dionēs filia, quòd ætheris calore & materiâ humida elementari alatur, sive ex mari nata atq; in concha ad littus provecta; (2) quòd humore & ostreis potissimum Venus gaudeat. Atque hæc à Vulcano & Marte amata dicitur, quòd ignis libidinem accendat, Mars liberè exerceat. Huic currum tribuunt, modò à cygnis vectum, quòd munditiem corporis, aut etiam suavis musica, amorem conciliet; (3) modò à columbis ac passeribus ductum; quod salax hoc avium genus visum sit. Rosa eidem Veneri attribuitur, quòd sit gratus & pulcher flos ille; sed qui brevi evanescat & carpentem sæpe spinis pungat; [4] ut brevis voluptas animum sæpe vulnerat. Myrtus eidem sacra est, quòd littora aquarum amet, & humores; unde Venus nata dicitur; quòdque, ut Myrtus viret, [5] sic viridem ætatem Venus delectet. *vide Cartar. Fulg. & Natal. de Venere.*

2] *Humore & ostreis Venus alitur.*

3) *Pulchritudo & Musica amorem cōciliat.*

4] *Brevis Veneris voluptas, nec sine spinis.*

5] *Viridi ætate, Venus gaudet.*

Venus aliquando vet (6) significat, quòd hoc anni tempus procreationi rerum maximè serviat. *Cartar.* Apud Ægyptios ætatem designat, quòd hæc maximè ferveat. *Valer.*

6) *Vernū tempus.*

Venus nuda pingitur; vel, quòd amatores facilè suis facultatibus exuat; (7) vel quòd secreta etiam animi denudet, ut in Samsone: vel quòd nuditatem amet. *Fulg. l. 2.*

7) *Venus amatores denudat vel secreta animi aperit.*

XV.

Veneri tres quandoque Gratiæ adjungebantur, aliquando Pitho, seu Suadela: vel Mercurius, (8) aliquando jocus, Risus &c. quòd forma, eloquentia, lepiditas &c. amorem conciliarent. *Equicola l. 2.*

8) *Forma, eloquētia, lepiditas amorem conciliant.*

Veneris lac apud Aristophanem vinum significat, quia hoc venus alitur, *Athen. lib. 10. cap. 15.*

Venus aliquando ut puella, in concha mari innata, visebatur; aliquando ut mulier, dextrâ conchas sustinet

nens, rosisque rubris & candidis sertum in capite gerens, columbis circà volantibus. (1) juxta illam Vulcanus & Gratiæ & Cupido Apollinem sagittans, (2) à quo malè metuens ad Matrem convertebatur. Ita *Albricus de Imag.* significat Venerem humore: & tempore vernanti, calida deinde ætate & pulchritudine, ut dictum, oblectari. Sapientes etiam per insidias aggredi; apud milites passim diversari.

Venus sub pede testudinem premens, (3) significat fœminam conjugatam domi tacitam esse debere, & foris incognitam. *Ita Alciatus*

Venus apud Lacedæmonios armata colebatur; quòd Lacænæ mulieres arma sumpserint, virosq; proprios Messeniis fugatis defenderint, (4) *Valerianus*. Apud eosdē Venus Morpho pedicas in pedibus gerens, (5) quas ei quondam Tyndarus injecisse fingitur, propter filiarū opprobria Veneris causâ tolerata, significat mulieres viris suis debere in fide tori esse alligatas, vel continentiam iis necessariam. *Valer.* Veneris imago apud Paphios umbilici formâ, (6) significat mulieres incontinentes illic esse: quòd existiment mulieres luxuriæ sedem in umbilico habere. *Cartar. fol. 532.*

Venus apud Cyprios barbâ prolixâ erat, infernè veste fœminea, (7) significat amorem utriusque sexus esse. *Georg. Venet. Armon fol. 74.*

Venerem & Bacchum procreasse Priapum, (8) significat, ex cupiditate & vino oriri luxuriam. *Equicola l. 2. de natura amoris.*

Venus cum Marte retibus implicata, ac Jovi á Vulcano & sole proposita. (9) significat, nullum esse scelus tam occultum, quod divos lateat & lucem ac judicium illorum subiturum non sit. *Fulg. l 2. Cartar. & alii.* Veneris cingulum variis pictum animalibus, significat, vim, quam habet libido diversa inter se colligandi & sociandi. *Equic. supr.* Veneris templum [ut & Martis & Vulcani) Romæ non esse [10] significat, à rectis nostris debere abesse intemperantiam (uti bellum & incendium) *Equicola l. 6. de natura amoris.*

1) *Amor in vere ac æstate, tum tum juvētute & virili ætate viget.*

2] *Amor insidiatur sapientib⁹, milites vērā palam aggreditur*

XVI.

3) *Feminas domi manere convenit.*

4] *Amor irā inflāmatus metuendus est, vel Mulieres fortes.*

5] *Amor mulieris uni viro adstrictus esse debet.*

6] *Mulier incontinēs*

7) *Amor utri usque sexus.*

8) *Excupiditate & vino luxuries.*

9) *Nullum crimen Divos la-*

tet. 10) *Libido illicita procul amovenda.*

XVII.

1] *Venus diversum sexum cõjungit.*

Venus Androgyna esse confingitur. Quo significatur Veneris gratiâ diversum sociari sexum. *Equicola lib 2.* unde & sacra lunæ tanquam Veneris patronæ fiebant, in quibus viri vestes muliebres, mulieres virorum induebant: (1] *ut idem autor.*

2) *Libido perversa.*

Venus etiam straba fingitur, (2) & designat amorem libidinosum esse perversum. *Ricciardus de Venere.*

3] *Libidinosi lucem fugiunt.*

Venus nigra apud Meliastas, designat turpes lucem fugere. (3] *Valerianus.*

4) *Mulieres fortes.*

Venus calva Romæ colitur, (4) quòd fœminæ Romanæ in bello Gallico, pro funium necessitate, crines sibi tonderi sint passæ. *Equicola suprà.*

5) *Homines generantur ad mortem.*

Venus inter Parcas, (5) significat, generari homines ut moriantur, quam ob causam Venus Libitina quoque Romæ culta est. *Cartar. fol. 303.* Venus Adonim sibi charum, inter olera, mortuum sepelieus, significat cibis frigidioribus, quales lactucæ sunt, amoris æstum sopiri. *Equicola suprà.* Venus, apud Sicyonios, altera manu pomum, alterâ papaver sustinens: [6] significat, noctem, quam papaver somniferum indicat, & amorem nihil moderabile suadere. *Vide Valerianũ*, qui paulò aliter exponit, cùm per papaver fertilem naturam intelligit.

6) *Nox & Amor nihil moderatum suadent.* vel *Venus ob propagationem.*

XVIII.

6) *Plures voluptatẽ, quàm opes aut artes amant.*

Venus Paridis judicio Junoni ac Palladi in pulchritudine proposita (7] significat, plures esse, qui voluptates corporis, quam opes, aut artes ament, ac sequantur. *Nat. lib. 4. c. 13. & alii vide supra in Paride.*

8] *Amor veritatis ac sapientiæ, ante sapientiã est.*

Venus stella in cœlo solem præcedens & Lucifer dicta, [8] significat, desiderium sive amorem veritatis & sapientiæ, qui præcedere debet, ut sapientiam consequaris, eadem stella solem sequens, & Hesperus dicta, [9] significat amorem, qui, ex veritate ac sapientia jam possessa, habetur. *Ita Georg. Venet. Armon. fol. 74. Barthol. Tagius de arte insignium.* Venerem Solem sequentem; (10] cum inscriptione: *sequitur desertæ cadentem*, intelligit mulierem, in amore viri etiam mortui constantem, quem vidua sequatur.

9] *Sapientia possessa amor.*

10] *Vxor vidua in mariti mortui amore constans.*

GRATIÆ.

Tres Jovis ex Eurynome; aut solis ex Ægla dicuntur

XIX.

tur filiæ, quòd scilicet ex moribus animi, aut splendore corporis ferè sit gratia. tres, tanquam omnium temporum & perpetuæ, (1) sunt: Aglaia, quæ splendorem: Thalia, quæ viriditatem; Euphrosyne quæ lætitiam indicat; quòd beneficium debeat esse sine sordibus, splendidum; sine defectu & senio, semper virens; sine morositate, lætum: (2) ut videlicet, gratiæ nomẽ mereatur. Una gratiarum aversa, quasi à nobis discedens; aliæ duæ, vultu converso, quasi accedentes pinguntur: quòd pro una gratia aliis exhibita, plures ad nos ab aliis redeant (3) vel datorem oblivisci debere beneficii; acceptorem verò duplici fenore rependere. (4) vel, ut, *Natalis lib. 4. c. 15.* pro semine in agros profuso, Dei beneficio ad nos plura redire. [5) connexæ inter se dicuntur; quòd ex unius beneficio, alterius sequatur. Virgines sunt, & vel nudæ, (6) ut constet esse incorruptas, & ex sincero animo ac sine fuco; vel transparenti pellucida, quæ sine nodo est, veste teguntur, [7) quòd gratia facta abscondi velarique non debeat; sine vinculo etiam atque obligatione remuneratoris maneat. Talus uni Gratiarum datur; [8) quod gratia ire & redire mutuo, ut talus jactus, debeat. Myrtus datur, ut, semper virens, nunquam deficiat. Rosa, ut læta delectet. Talaria pedibus junguntur, (9) ut expedita & prompta sit: nã qui citò dat, bis dat. Verùm hæc *Alciatus* suo pedibus ingenio annexuit. Vide *Cartar. fol. 591. Iacobò de Cæs. gente cap. 3 Valer. l. 7.*

Duæ areæ Simonidis, una Gratiarum, quæ inanis est; altera præmiorum plena: (10) significant, non quemvis ad gratis dandum esse paratum: nam Simonides promittente quodam relaturum se gratiam, si æncomium perscriberet Gratiarum, inquit, aream inanem reperio, cùm accipiendum est. Ita querebatur Theocritus Gratias suas semper nudas manere, [10) quòd indotatæ à Principibus ad se redirent *vide Sanctium in Embl. Alciati 163.* Gratiarum templa in mediis plateis fieri, (11) significat, homines debere passim ad gratiam & beneficium promptos esse. *Cart. fol. 563.* Gratiæ positæ in dextra Apollinis & arcus sagittæq; in si-

1) *Gratia tres velut omnium temporum & perpetuæ.*

2) *Beneficium sive Gratia splendida, constans, læta sit.*

3) *Gratia refunditur copiose.*

4) *Datorẽ beneficii oblivisci, acceptorẽ refundere copiose decet.*

5] *Semen copiose Deus reddit in agris.*

6) *Gratia sine fuco, & incorrupta sint.*

7) *Non obligant ad restituẽdũ.*

XX.

8) *Debet tamen esse mutua.*

9) *Prõpta esse debet.*

10) *Qui gratiæ fidant, sæpe*

nil obtinẽt. 11] *Ad gratiã faciendã prompti esse debemus.*

in sinistrâ,(1)significant Deum magis pronum esse ad benefaciendum, quàm puniendum: *Idem* Gratias sive horas aperire & claudere portas cœli, significat, annum in vere & æstate aperiri; unde canistri duo, alter floribus, alter spicis plenus additur. Eædem verò cælum claudentes autumnum & hiemem [2]designant. *Cartar. fol. 558.*

1] *Deus ad benefaciēdum, quā puniendū est promptior.*

2) *Initium autumni, aut hiemi*

FORTUNA.

XXI. *s*

Quasi Fortuna à vertendo primum dicta; quòd vertat omnia, hanc Homerus Oceani filiam Tychen dictam appellat, credo ab inconstantia maris adducta fabula. Hæc, vel cæca fingitur, cæcis in curru equis trahi; ut *Ovid.* cæcis cæca triumphat equis: (3)quòd cæcè, ac temerè progrediatur & mutetur. vel in rota, modò in altum,[4]modò ad ima fertur: aut certè dextrâ flammas, sinistrâ aquam offert; [5] tanúquam bonorum malorumque inventrix omnium. Pro variis eventibus, varias sortita imagines, templa, ac nomina apud Romanos fuit. *ut notat. Alex. ab Alexand. lib. 1. c.* 13. Virilis fortunæ templum Romanæ erat, ad quod nupturæ procedebant, [6]votaque pro morbis vitiisque à corpore avertendis faciebant. erat & muliebris fortuna, post Coriolanum, à matre ac mulieribus ab urbe Roma aversum, cultra: & Calva fortuna colebatur, eo opinor titulo, quo & Venus calva: hanc sub tecto nefas nominare. Fortuna item Parva, cui Servius Tullius, Rex Romanorum iccirco, quòd ex serva natus ad regnum pervenisset, suâ ornavit prætextâ: (7) sicut ad professionem suæ humilitatis Fortunæ Seiæ templum ac simulacrum erexit, suamque velato juxtà vultu, statuam collocavit. Alia Romæ bona Fortuna, alia mala; alia equestris; alia bonæ spei, (8)alia obsequens (9) quam idem Tullus per fenestram ad se delabi ferebat; *ut Plut.* alia fortis; alia redux, sive respiciens;[10] alia convertens; (11) alia viscata, (12) seu quòd dolosè caperet, seu quod stabilis esset, atque adhærentem sibi similiter adstringeret. *Vide plures apud Alexand. l c. quarum significatio suis nominibus patet.* Fortuna laqueo suspensa, rotâ etiam ex furca pendēn-

3] *Fortuna incerta.*

4) *Inconstans.*

5) *Boni & mali invētrix.*

6] *Nupturis* fortuna virilis *favebat*: Muliebris *indignationi virorum placanda.*

7) Fortuna *humilium præclarè evectorum.*

8] *Bona spes.*

9] *Potiri votis.*

10] *Recipere amissa*

11] *Mutari* fortunā.

12) Fortuna *dolosa.*

pendente,(1) significat,ut,*Augustinus ait*, fortunam nihil esse.

Fortuna specie femineâ,pedibus globum calcans, oculis orbata,manu tamen gubernaculo incumbens, cui ex opposito Mercurius quadrato saxo, sive cubo insidet.(2)quod emblema *Alciatus ex Plutarcho. aut Galeno* exhibet *emblem.*88.significat , arte aliquem certius,quàm fortunâ niti; alteram tamen juvari ab altera.*Vide Galen Orat sua*30.*ad artes*. Fortuna tanquam nutrix Plutum gremio sustinens (3)ut est apud Xenophont significat.omnes hujus orbis divitias, in fortunæ gremio & manu,omninò incertas contineri. Fortunæ simulacrum cum Amaltheæ cornu,& cupidine juxtà stante,(4)significat,conjugia &amorē fortunâ magis & opibus,quàm virtute niti.*Equicola l.*6. *Bupalus pictor* Smyrneis Fortunæ simulacrum primus ita exhibuit : in capite polum ferebat, in manu cornucopiæ.(5) significans fortunam mundi potissimum in divitiis consistere.

Fortunæ aureæ domestica effigies, in principum aulis usurpata fuit,quam morituri ad alios transmittebant.[6] *ut habet Iul Capitolinus de Antonin. Pio.* significat omnem denique fortunam & opes deferendas, aliisque transmittendas.

Fortuna,*ut Dion.lib.*58.*habet*,Servii Tullii à Seiano sacrificante aversa,[7]significat , adversos casus homini imminere nimiâ felicitate insolenti.

Fortuna Domestica Severi Imperatoris ita filiis relicta,ut alternis diebus in alterius cubiculo esset(8) significat,fortunam obtrare incertam, ac sæpe de die in diem mutari:*nunc mihi, nunc aliis benignam , ut Horat ait.*

Fortuna à quibusdam confecta vitrea, ejus fragilitatem indicat.(9) *Alex.suprà.*

Apelles,ut indicaret fortunam nunquam stare, nec diu eodem gradu stantes tolerare, Sedentem pinxit. alii iccirco sine pedibus,verùm alatam, pinxere [10] *Idem.*

Timotheus Imperator Athen.in somnio vidit Fortunam

1) Fortuna *Veterum ludibrium*

XXII.

2) *Arte certius, quàm fortunâ nitimur.*

3. *Opes hujus orbis* fortunæ *subiiciuntur.*

4) Fortunâ & opib⁹, *magis quã virtute cõciliantur nuptiæ.*

5) Fortuna *mũdi sunt opes.*

6) Fortuna *deniq; nostra ad alios transit.*

XXIII.

7) *Nimia felicitas insperato aversa.*

8) Fortuna *indies variabilis.*

9) Fortuna *fragilis.*

10) Fortuna *inconstans.*

1) Fortuna quandoq; ignavis obvenit.

tunam in rete à se expansum urbes compellere; felicitatem ignavi imperatoris (1) significat: is tamen brevi omnibus exutus in Chalcide exulavit. Alius supplex ad aram fortunæ (2) exemplū, *apud Plutarch.* est Nicias Athenien. felicitatem significat stabilem fortis & pii viri. quòd ii, qui fortunam piè ac timidè venerarentur, plerumque felices habiti. *vid. Alex. l. 1. c. 13.*

2) Fortuna pietate nixa plerumque stabilis

XXIV.

Nemesis vim illam, seu potestatem divinam indicat, quâ improbi ac superbi puniuntur. Platonici Angelos malos bonósque agnoscentes, dicunt, hunc esse Angelum (3) in malos advertentem per furias; bonos contrà foventem per gratias, quidam à Syntereſi seu malè rectè ve factorum cõscientia (4) vix distinguũnt, ab aliis vocatur Iustitia puniens, pingitur vel cũ freno equorum, & mensura cubitali; quòd refractarios domet, ac mensurâ æquâ dimetiatur (5) vel cum alis in rota, sub pedibus abjecta; quòd celerrimè nocentes premat, omnémque mundi fortunam calcet. (6) *Ita ferè Valerianus Georg. Venetus. Ficinus in 4. de legibus Platonis, Sanctius in Alciat. Embl. 27. & 44.*

3) Angelus bonus.

4) Synteresis.

5) Deus refractarios plectit.

6) Deus sine respectu punit.

Nemesis ab Athenien sibus, post devictos apud Marathonem Persas, erecta, ex iis ipsis marmoribus, quæ collata ad erigenda contra Græcos trophæa fuerant, Coronam ferebat in capite, fraxini ramum in sinistra, phialam in dextra (7) cui *Auson.* hoc sensu carmẽ adjecit. *Græcis tropæum & Persis Nemesis*: significat superborum ultorem à tergo Deum insequi: nam fraxinus hastas, phiala effusionem sanguinis designat: corona, aliorum victoriæ præmium.

7) Superborum ultor est Deus.

XXV.

Mania Dea & mater Larium habita est, cui cum Apollo jussisset, capitibus Tarquinium sacrificare, pueri mactati sunt, sed Brutus consul capitibus allii & papaveris rectius supplicari jussit, (8) ratus ita responso Apollinis satisfieri. suspensa hujus Deæ effigies præ foribus (9) periculum ab ædibus avertere credebatur. *Ita Macrob. lib. 1.* Sacrificium Bruti significat, Deum non delectari humano sanguine, Dea præ foribus, significat, Deum nostra tueri, cùm ipsius tutelæ credita integrè fuerint.

8) Superi humano sanguine non delectantur.

9) Tutela adium optima Deus est.

Adra-

ADRASTIA apud Martianum in nuptiis Philolog. femina est, quæ urnam in Jovis aula celerrimè in orbem intorquet, ex qua decidentes sphæras Dea fatorum inpeplo sinúque excipit, ut videlicet, quod Adrastiæ, id est, providentiæ divinæ, visum fuerit, sanciat ac proloquatur. (1) unde hæc duo consilium & voluntatem divinam circa homines exprimunt. Rota item, & gubernaculum, & alæ Deæ adduntur (2) quòd orbem totum moderetur, & celerrimè exequatur, sive in præmiando, sive in puniendo omnia. Quo circa & cum Nemesi à nonnullis confunditur. *Vide in hac voce Ricciardum.*

1) *Providentia & voluntas Dei circa homines.*

2) *Hoc totum orbē facillimè moderatur*

HARPYIÆ. XXVI.

Phineo Regi excœcato à Diis, ob crudelitatem in filios exoculatos, suasu novercæ exercitam, adeò infestæ ut comedenti etiam cibum de mensa auferrent. (3) significat, avaros parentes, dum filios vitiis excœcari patiuntur, bonis magis augendis, quàm filiis in virtute educandis intentos, plerumque rapaces ac prodigos heredes sortiri, qui malè parta, malè dilapident: nam Harpyiæ rapaces ac profusos designant, virgineâ quidem facie; quòd speciem honesti præ se ferant: macilentâ tamen, id est, avidâ cupidâque mente: unguibus, id est tenacibus eorum, quæ semel rapuerunt: ventre promisso ac voraci, id est, profuso, sive etiam (quod avarorum est) nunquam saturando. Unde & avaros significant. ceterùm & volucres ac plumis circumdatæ, *ut* rapta celeriter subducant. Ipsa nomina huic etiam significationi favent: nam Aëllo tãquam alienum, Ocypete velut celeriter rapiẽs, Celæno obscurum, quo obtegat, explicatur. Harpyias illas Calais & Zetes ventorum filii superasse finguntur, quòd *Alciatus*, non malè, interpretatur integritas (4) quasi ἀπὸ τῆ καλῆ Calais; & animus quæsitor honesti, velut à ζητεῖν quærere: quæ duo & profusionem & avaritiam facilè in nobis superant. *vide Ricciardum in nominibus Phineus & Harpya, tum Sanctium in Alciat. Emble 32.*

3) *Avari parentes plerumq; rapaces & prodigis heredes sortiuntur*

4) *Integritas & honesti studium profusionem & avaritiam superant.*

GRYPHES fabulis potiùs, quàm historiæ accensendi, ut

1] *Tyranni aut milites rapaces.*

2) *à templo & sepulcris mortuorum, omnis violētia ac rapacitas abesse debet.*

3) *Vigil custodia.*

4) *Principes rapaces cū avaris subditis sæpe pugnāt.*

5) *Deus quod æquū homini decernit.*

XXVIII.

6) *Decreta Dei nobis obscura.*

7) *Tria nostra vitæ tempora, vel principium medium & finis ex Deo pendent.*

8) *Peccatū omne ex ignorātia est*

XXIX.

9) *Ex abundantia maximè*

di, ut *Plin l.10.c.49* capite aquilino; sed valde aurito: Leonino corpore; sed alis prædito (1) robur cum ferociâ, superbia, ac rapacitate conjunctum designant, sepulcris ac templorum foribus adhibentur, (2) tanquam auriti, id est, boni vigiles, qui facilè audiant, adunco rostro, ut commissa tenaciter retineant, alis prædīti, ut celeres sint contra hostes & insidias, membris leoninis, ut fortiter defendant. Tenent verò interpedes sæpè, vel taurum, vel agnum, vel serpentem. Sive ut defuncti virtutem aliquam fortitudinis temperantiæ ac prudentiæ designent, sive ut violatoribus minentur interitum, quem raptis animalibus Gryphes inferunt. *vide Iacobon de Casiorum gente cap.9.*

Gryphes in numis Galieni cum inscriptione *Apollini*, custodiam designant: quia Gryphes soli esse sacri, (3) eiúsque finguntur currum trahere. *Iacobon supra c.* 14. quòd verò eædem aves cum Arimaspis populis, uno in fronte oculo prædītis, bellare pro aurifodinis dicantur [4] *ut Plinius l.7.c.2.* significat, Principes rapaces cum subditis avaris [qui unum tantum in terrā intentum oculum gerunt] crudeliter sæpè pro opibus contendere.

PARCÆ.

Jovis & Themidis filiæ dicuntur (5) quòd omnia eveniant hominibus à Deo prout ex justitiæ præscripto merentur; vel ex Nocte & Erebo natæ, quòd obscura nobis nostra sint fata (6) quæ per Parcas intelliguntur. Tres finguntur; vel, quòd tria vitæ respiciant tempora, præteritum, Atropos immutabilis; præsens, Clotho vertens omnia; futurum, Lachesis sortiens pœnam aut præmium ex Divorum voluntate (7) vel quòd res omnis secundùm fata Divorum suum principium, medium, & finem sortiatur, per stamen, quod trahunt, & continuatio & vitæ humanæ fragilitas indicatur. *vide Cartarium, Natalem lib.3.cap.6.*

FURIÆ vel Noctis filiæ dicuntur (8) quòd omnia scelera, quorum conscientiâ exagitantur homines, ab ignorantiæ tenebris proveniant: vel Plutonis & Proserpinæ, (9) quòd ex abundantia auri, & frugum copia scelera

malitia est.

scelera potissimũ nascantur. vel, ex Saturno & Terra (1) quòd terreni homines tẽpore deniq; interlabente, atq; ad mortem deducente, præteritorũ scelerum cõscientia exagitentur. Eædẽ Evonymes natæ dicuntur per antiphrasin, uti & ipsæ vocantur Eumenides, & Atropos cũ Sororibus Parcæ, (2) appellantur: ut quæ minimè deducant ad bona, minimè parcant. Tres etiam sunt Furiæ, Tisiphone, Megæra, Alecto (3) vel quòd ex triplici potissimũ vitio, irâ, cupiditate, libidine nascantur, vel quòd tria inter homines mala cauisent, pestẽ, famem, & bellum. Finguntur alatæ, quia citò adsunt, æripedes, quòd, cũ tardè veniant, gravius percellant ac feriant, (4) tædas manibus ferre ac intẽtare feruntur, quòd torqueant exurántq; velut flammis à se occupatam conscientiã (5) ut eleganter pro Roscio Cicero. Habitare præ foribus inferni dicuntur, quòd morientibus imprimis infestæ sint. *Cartarius & Natalis de Furiis.* Cetera *vide suprà in Plutone.*

1) *Peccatores terreni & cõscientia scelerum mœsti*
2) *Titulis frons fallax.*
3) *Ex vitiis tribus potissimum, tria mala, pestis, famis & belli.*
4) *Ira Dei tarda sed graviter ferit.*
5) *Cõscientiæ pœna gravis.*

XXX.

Lamiæ [de quibus suprà in Perseo] quæ prodituræ uno oculo in fronte utebantur, eundemque domi in cista depositum habebant, (6) significant, homines ad aliena vitia oculatos, ad propria & domestica cæcos. *Plutarchus de curiositate.*

6) *In alienis vitiis oculati, in proprium cæci.*

Sphingem Palæphatus Cadmi uxorem Amazonem facit, repudiatam; quæ ex monte Sphintio Thebanos nocturnis excursionibus (7) velut ænigmatibus implicaverit, fingitur facie virgineâ, alato canis vel leonis corpore: significat conjunctum robur leonis, cum ingenii humani solertia fuisse (8) *ut Clemens Alex. l. 5. strom* Potest & duplicis naturæ in Christo vel homine etiam imago esse. (9)

7) *Insidiis circumvenire.*
8) *Ingenio, jus & fortis*
9) *Duplex natura Christi vel duplex hominis appetitus.*

Sphinges in templorum foribus apud Ægyptios collocatæ (10) significant, vel quòd mysteria sacra occulta, & velut sub ænigmate latere debeant. vel quòd Deus humanâ velut facie præditus, sit amandus; & leonino velut corpore timẽdus mortalibus (11) *Idem.* A Sphingis ænigmate de homine [quod scilicet, animal bipes tripes & quadrupes] plerósque mortales captos

10) *Ænigmata*, vel

occulta sacrorum mysteria. (11) *Misericors Deus & justus.*

captos intelligit (1) *Alciatus* non inscitè multos homines seipsos ignorare; præcipuè, qui ingenio leves, & voluptatis amatores, corde verò superbi, alijs facie, & pectore Sphingis adumbrati essent.

1) *Homo seipsum ignorans.*

XXXI.

BELIDES, à Belo avo; vel *Danaides*, à patre Danao, quinquaginta, eâ lege Ægisthi fratris totidem filijs in nuptias concessisse dicuntur; ut primâ nocte maritum quæque suum ferro armata occideret, quod & factũ unâ Hypermnestrâ Linceo marito parcente, à quo Danaus (frustra oraculi vaticiniũ eo scelere declinare conatus) vitâ & regno apud Argos spoliatus est. Filiæ ad infernũ damnatæ perpetuo haurire aquas dolio pertuso finguntur. (2) Per has quidã annos intelligunt (*ut Lucretius lib. 3. Carm.*) in quibus, quantùm à terra fructuum affunditur, tantum apud homines consumitur, ac velut profunditur. congruit verò etiam numerus quinquagesimus utcúmque cum anni hebdomadis quibus noctes tanquam fœminæ viros interimunt, uno tantum præsente excepto. Deinde Danaidũ dolio (3 *Plato in Gorgia* animum incontinentem assimilavit. Alius non inscitè ebriosum, qui ut pertusum dolium, infundit, ut effundat. (4) *Paradinus symb* 157 rectè gartulum comparat, qui, ut apud Tetent. est) plenus rimarum hac illácque perfluit (5) Denique fiscus Principum plerũq; inexplebilis hoc dolio scitè adumbratur. (6) Belides verò etiam (*ut Natalis observat*) ita punitæ, argumentum sunt magis Deo, (7) quàm parentibus obsequendum. *Idem.*

2) *Dies annorum uti etiam hebdomades alia ab aliis interimuntur, præsens tãtum tẽpus nostrũ est.*

3 *Animus incõtinens.*

4) *Ebrioſ.*

5) *Garrul.*

6) *Fiscus Principum*

7) *Deo magis quàm parentibus obsequendum.*

XXXII.

ATALANTA poma spargens cursu certantibus aurea, ut remoretur, vincátque, atque in periculum capitis adducat: (8) est voluptas quæ Venere ac pulchritudine victos, in varia pericula pudoris, opum, vitæ denique conicit *Natalis l. 7. c. 8. Mythol* Eadem, cum Hippomene amatore sacro loco in leonem, ac leænam conversa (9) significat, insanos amatores in bruta transformari, & feritatem Leonum induere. *Idem.*

8) *Voluptas in pericula adducit.*

9 *Libido in belluas transformat.*

DAPHNE Apollonis societatem fugiens, atque iccirco in laurum mutata, (10) significat, De libidine victoriam laurúmque nullâ facilius arte, quam fugâ reporta-

10) *Fuga maxime paratur cãstitatis victoriã.*

portari. *vel*, castitatem debere tanquam laurum perpetuâ curâ ac defensione virere. Ita ferè *Ioseph. Horolog. lib* 1. *Metam.*

ANDROMEDA Cephei Æthiopum Regis & Cassiopes filia, Nympis matinis se formæ elegantiâ præferens, atque iccirco à Nymphis ad saxum ligata, cetóque marino objecta, (1) significat, homines Dei donis superbè elatos variis periculis pœnísque velut mari monstrísque obiici. Ita *Natalis lib.* 10. cui si Perseum liberatorem addas, (de cujus armis supra) Christum humanam naturam liberantem commodè intelleXeris.

1) *Superbia homines in mundo, velut mari variis periculis obicit.*

De *Pandorâ* consule supra de Prometheo dicta.

PENELOPE. XXXIII.

Inter tot procorum illecebras continuatâ retextâque telâ eorum cupiditates deludens, significat, animam minimè otiosam sed curis honestis occupatam à cupiditatibus avocari. vel (*ut est apud Ricciardum*) Philosophiam, (2) quæ texit, & resolvit argumenta, velut telam, quâ adversarios vel teneat, vel deludat. Hanc Ulyssi datam uxorem, (3) significat, prudentis viri animum non facilè illecebris expugnari. Ita ferè *Natal.* Quòd verò fabulantur hanc calculis inter procos lusisse, eáq; excussisse ratione, ut nullus lapis procorum attingeretur. (4) significat, nullius illam conjugium appetisse, *lege Calcagn. de ludo calcul.*

2) *Philosophia studium à Voluptatibus avocat.*

3) *Prudentes moderate & honeste voluptatibus fruuntur.*

4) *Castæ conjunX.*

HALCYONES aves sunt in quas Ceyx Rex Tachinorum, & Alcyone eius uXor mutati finguntur, quorum ille opibus ac nobilitate elatus, cùm se Jovem, & uXorem Junonem superbè jactaret, in mari tempestate à Diis punitus interiit, quo uXor Alcyone intellecto, ultrò in mare ac mortem maritum est consecuta (5) qui deinde Tethyos commiseratione in aves illas converti, (6) exemplum punitæ superbiæ posteris fuerunt, *ut Natalis.*

5) *Scelerati sibi ipsis supplicium*

6) *Deo sæpe miseretur etiam cum punit.*

Sunt tamen & placati maris brumali tempore symbolum; quod per dies 14. quibus pulli excluduntur quiescit; qui dies Halcyonii appellantur. (7) *ut Valerianus lib.* 25. denique cum pace ubertatem conjunctam

7 *Tranquillum mare.*

1 *Vbertas paci juncta*

ctam esse designant [1]quia nidum pampinis vitium & spicis trici, coronæ tranquillo mari imponunt, *ut Alciat. Emble. 178.*

XXXIV.

PHILOMELA Pandionis Athenienſium Regis filia, cùm à ſororis Prognes marito violata eſſet, præcisâ linguâ, ne cui facinus indicaret: illa proprio ſanguine exaratis litteris rem Prognæ ſignificavit, quæ iccirco filium Itym, ex Tereo ſuſceptum patri inter epulas appoſuit. Diis verò facinus ulciſcentibus, Philomela

2) *Lascivia & crudelitas punita.*

in luſciniam avem, Progne in Hirundinem, Terus in upupam, Itys in phaſianũ verſus fingitur (2) ut exemplum, in avibus hiſce, ſint æternum levitatis, quod etiamnum facinus illæ, quibus inviſum fuit, querulo cantu gemere ac ſentire videntur. Quamquam hæ ſimiléſq; fabulæ Metamorphoſis Ovidianæ, ſæpe plus licentiæ poëticæ; quàm ænigmaticæ ſubtilitatis complectantur. Quocirca omnes non perſequor, cùm illius plerúmque vitii aut virtutis exemplum maneant, cujus gratiâ mutatio facta eſt.

3] *Bonus aer mites creat herbas.*

HEBE à Junone ſine patre, ut aliqui, ex lactucis, ab Apolline in convivio appoſitis, concepta dicitur (3) quia, *ut inquit Cicer. 3. Tuſcul. quæſt.* ex felicisſima aëris temperie omnia herbarum arborúmque genera pullulant, & pubeſcunt. Hæc Pincerna Deorum fingitur (4) *juxta Homerum*, quia Dii ſemper juvenes, nunquam ſeneſcunt, *ut Cartar. de Imag. Deor. fol. 19.*

4) *Superi nunquam seneſcunt.*

Eandem, quòd honeſtè minùs concidiſſet, ab officio & conſortio Deorum remotam, (5) ſignificat, nihil in pulchra fœmina turpius, Deóque magis exoſum, quàm ſit impudentia. vel, *ut Natalis*, fœminarum amorem, præſertim apud viros principes, brevem eſſe, ac facilè eas contemni, quæ antè placuerant.

5) *Impudentia nihil in Virgine turpius, Et Principum virorum erga fœminas amor sæpè brevis*

HELENAM.

XXXV.

Cum *Polluce* fratre, & *Caſtorem*, cum ſorore *Clytemneſtrâ* ex ovis geminis *Ledæ* (à Jovis cygno gravidæ] proveniſſe, ob pulchritudinem illorum, fabulæ ac proverbio (quo formoſas ex ovo prodiiſſe ferunt) locum dedit, quamquam *Athenæus lib. 2. cap. 17* in

6) *Formoſorum natalis.*

in Dipnos iccircò confictum dicat, quod ὠὸν, apud veteres, idem quod ὑπίρωον, id est, superiorem thalamum, significarit. Dicitur illa cum fratribus post mortem translata ad sidera. (1) verùm ut in terris exitialis multis pulchritudine fuit, sic & luce in cælo affulgente nautis imminentes tempestates designat (2) uti contra Castor & Pollux tranquillitatem nuntiāt. (3) *ut Plinius lib. 2. c. 37.* & alii. Significatur igitur per illius sidus in adversitate oppressio (4) per illorum sidera, auxilium (5) Ita *Alciatus Embl. 43.* Per effulgētia hæc navi, id est, Ecclesiæ, sidera (6) Carolū Quintū & Franciscum Galliæ Regē, dum pacem communem post bella sanxissent: *ut Lascar. in Epig. intelligit. Geropius in Hierogl* eleganter per Castorem, qui ex fratribus mortalis erat, immortalitate deniq; à Polluce communicata donatus, intelligit D. Ioannem Baptistam Præcursorem Christi: uti per immortalē Pollucem Christum (7) qui & alteri immortalitatem tribuit, & ipse simul mortalis factus est. Quāvis pro Baptista Adamum, aut Natūtā humanam accipi malim.

Angeronæ simulacrum, quod obsignato obligatoque erat ore, silentium denotat Divis acceptum [8) erat enim Dea præsens silentii *Pinius l. 3. c. 5.* Eandem *Valerius Flacc.* Angeroniam dictam autumat; quòd ab Angoribus animi propitiata liberet. vel, *ut Iuli. Modest.* quòd ab anginâ populum Rom. liberaverit, Unde *Iuxta Ricciard* vim medicam significabit, liberantem, vel ab animi vel corporis morbis (9) Angerona in templo Voluptæ à Romanis colebatur; quod significat (10) silentio voluptatem atque animi tranquillitatem foveri. *Cal. Calcagn. lib. de profectu.*

ASTRÆAM.

Sive justitiam [Auroræ & Astræi filiam) à parentibus ob bellum contra Deos susceptum abiisse, (11) significat justū, neq; parentum suorū gratiâ, ab æquitate debere recedere. Quod verò ab Astræo sive cælo, & Aurora, id est, puritate, nata sit justitia, (12) significat, illam à Dei gratiâ & puro animo proficisci. Astræa verò deinde à Iove ob sanctitatem in cœlum trans-

1) *Superis adscribi.*
2) *Forma naufragiū animorum*
3] *Concordia exēplo ad trāquillitatē provocamur.*
4) *Oppressio in adversitate.*
5) *auxiliū in adversis*
6) *Reges Christiani pacifici.*
7) *D. Ioannes Baptista mortalis, ut Castor, à Christo ut Polluce immortalitatē accepit.*
XXXVI.
8) *Silentiū Deo gratū.*
9) *Sanitas animi aut corporis.*
10) *In silentio tranquillitas animi.*
11 *Iustitia à Deo parentibus præfert.*

12) *Iustitia à Deo puris animis inseritur.*

XXXVII. translata, atque eâ locata parte Zodiaci, ubi existens sol omnia æqualiter, subjecta illuminat, (1) significat Justitiam omnibus tribuere quod suum est. *Ita Ricciardus in tit Iustitia.*

1) *Iustitia tribuit cui q. suum omnibus aqua.*

Justitiam à Mercurio, Jovis imperio, hominibus dissidentibus interpositam, qui, subitâ deinde amicitiâ coaluerint, (2) significat, pacem tranquillamque vitam justitiæ interventu facilè possideri. *Ruscel. in insign. Gonzaga.*

2) *Iustitia pacis cõsolatrix.*

3) *Iustitia tam in actione, quã omissione consistit.*

Ex Justitia homines nasci Androgynos, (3) ut est apud Platonem, indicat duas Justitiam partes complecti, unam activam & velut masculeã, agere quod æquum est: alteram velut femineam & negativam, nocere nemini: *Ficin c. 5 orat. 4. con. Plat.*

4) *Iusti inebriantur cælestibus.*

Justitiæ præmium esse ebrietatẽ *Musæus* asserit, verum illam, quæ supra lunam est, & nectare inebriari docuit, (4) significat, justos inebriari ab ubertate domus Dei: altera enim, quæ sub luna collocatur, & Letheo dicitur potu satiari, (5) facit ebriam terrâ mentem divinorum oblivisci, de utrâque ebrietate *Ficinus lib. 2. de Republica Platonis.*

XXXVIII

5) *Iustitia mundi sæpè oblivisci facit cælestium.*

Justitia formosæ mulieris specie *apud Pausan. in Eliacis lib. 1.* aliam fædâ specie injuriam designantem, obtorto collo, sinistra rapit, dextrâ verò fustem malè multat (6) Nimirum justitiæ cum injuria nulla societas.

6) *Iustitia vera non dissimulat injuriam.*

Pax *ut est apud Pausan. in Bæot.* Plutum in ulnis puerum sustinet, (7) quòd significat rerum opulentiam à pace foveri. *ut Valerianus.* Quocircà & spicas sustinere manibus est visa, (8) quibus frugum designat copiam. Oleâ, lauro aut rosis coronari solita, (9) quibus artium scientiarumque florem pace foveri demonstrat.

7) *Pax opulentiam fovet.*

8) *Pax ubertatem alit.*

9) *Pax alit artes.*

Paupertas & industria, apud Gaditanos, in eadem colebantur ara, (10) *ut Philost. l. 5 c.* quòd paupertas hominum ingenia ad omnes artes excolendas impellat.

10 *Paupertas industria est.*

Suadam & Violentiam junctas se adferre Themistocles ad Andrios legatus ferebat, ut, si voce non posset,

posset, vi flecteret. (1) *Plut. in Themistocle.* nimirum vi ante utendum non est, quàm æquis verbis suadere, & impetrare conatus sis. Verùm de his Diis Deabusq; quæ nomine vitiorum, virtutum, scientiarumque occurrunt, jam supra diximus.

1) *Ante verbis suadendum, quàm vi regendum.*

CAPUT XXV.

De tertio fictionum genere, quod parabolas & apologos complectitur.

I.

Parabola inter creaturas rationis cõpotes, Apologus inter bruta instituitur.

ACcedimus denique ad illud fictionum genus, quod circa actiones tantùm, sermonemque familiarem versatur: in quo genere Æsopum feliciter ingeniosèq; versatum accepimus. Usq; hujus fictionis usus, non inter profanos modò scriptores pervulgatus; verùm & in sacris voluminibus celebris. Duplex is potissimùm censetur. Vel enim homini affingis tribuisque humanam actionem vocémque earum rerum, quæ cum ratione geri dicique possunt (facta tamen non sint) ad rei cujuspiam veritatem similitudine adumbrandam: & parabola, recepto jam vocabuli usu, dicitur, vel brutis animantibus, aut cuicunq; etiam rei inanimæ, humanas actiones vocémque poëticâ facultate, indulges; non tam ut fingendo quandam veritatis imaginem efformes, quàm ut eam latentem in rerum, aut animalium natura, eruas, ac velut in figurata icone proponas; in qua familiaris eorum sermo, lemmatis atque inscriptionis locum obtineat, expositio verò fabulæ apodosis vicem sustineat. Quod fictionis genus apologi nomine censemus. Parabolarum fictionibus sacræ literæ abundant; quòd in figuratis hisce imaginibus dulci quadam illecebrâ, ac veluti colorum pigmentis veritas adumbretur. Christo Domino nihil familiarius, quàm per fictiones parabolicas suos erudire, ut illa ovis perditæ Luc. 15. & ibidem filii prodigi. Seminantis Luc. 8. Operariorum in vinea Mat. 20. Prophetis etiam usitati apologi, ut arborum inquirentiũ Regem

Parabolis & apologis tũ sacra quam profana literæ exornantur.

Judic.9. Cardui & Cedri 4.Reg.14. Verùm sacras imagines hoc loco non observamus, alibi opportunius fortè expendendas.

II. Unam tamen alteramq; probè à piis autoribus excogitatam parabolam subjiciemus. Iacobonus Franciscanæ familiæ vir integerrimus, *Viridar. Raderi p.2. de contemp. sui c.3.* hac imagine Virginitatem, sensuum periculo ac voluptatibus, facilimè ad lapsum traduci scitè adumbravit. Virginem asserit fuisse, quæ gemmæ, quam servabat, pretio, multis cara haberetur. Erant imprimis quinq; hujus gemmæ cupidissimi fratres. In his primus artis pictoriæ inter suos peritissimus. Hic omnem picturarum elegantiam, suâ arte laboratam, obtinendæ gemmæ causa pollicitus, nihil tamen assecutus est. alter musicæ artis gnarus, aurium lenocinio Virginem sibi frustra devincire conatus. tertius Pharmacopola, ex Arabũ delitiis, quidquid fragantiæ odoríſque exquisiti esset, liberaliter obtulit, sed & repulsam tulit. Coquus subinde omnes mensarum cupedias, palatiq; oblectamenta spopondit. Caupo deniq; lenonum consortia carnisq; illecebras suâ operâ suppeditandas promisit, modò gẽmâ cederet Virgo. Sed irrita omnium fuêre studia. Unius tantùm viri Principis gratia hæc gemma servata est, cujus illa sese thalamo nuptam addixit. (1) Verbo tẽ dicam. Virgo anima est, gemma virginitas, fratres quinque, totidem sensus, & Princeps Christus est; cui per votũ suâ virginitatẽ dedicat, mũdi delitiis sprętis.

(1) *Mundi illecebris spretis Deo suam Virginitatem despondere.*

III. Huc & illa de Vitale cive Veneto *Matth. Paris in Hist. Anglic.* parabola veriùs, quàm historia spectat. Hic in foveam delapsus diris animantibus infestam, jamque letho proximus, rusticum ex vicinia, lignis legendis intentum, percipit, orat, obtestatur, promittit, impetrat, ut captum fune demisso educat. obsecutus rusticus, eduxit primò adhærentem funi simium, leonem deinde, denique draconem, ac terrore penè exanimatus postremò Vitalem, qui jã liber hominem se consequi jubet, ingentia promissa in urbe soluturus; verùm ubi adfuit ad locupletes hominis ædes,

ædes, nec ostio quidem acceptus est, ut proinde ad silvas regressus, gratiores repererit feras (1) collecta enim à simio ligna, à leone feræ aliæ venatione occupatæ, à Dracone ingentis pretii gemma profusa est, quam dum rusticus vænum cum fraude offerre centurat [redeunte ad dominum, quæ venierat gemma] ad senatum delatus causam factumque exposuit, ad quam Vitalis accersitus, & convictus ingratitudinis, suas rustico ædes cedere (ut promissa ferebant) coactus, didicit, bruta se fuisse prudentiora, quæ ultro grata, quàm coactè esse maluissent.

1] *Ingratitudo hominum major sæpe, quàm ferarum.*

Ecclesiasticis quoq; scriptoribus apologi placuêre. Ita Nazianzenus prima sua epistola ad Celeusium præsidem, ut eũ à vana gloria abduceret, de cygnis & hirundine apologũ adfert. Cyrillus, Gerson aliique iisdem fictionibus ad veritatem exponendam defecati sunt, quòd uti rarâ, sic fidâ ad lendam memoriam imagine altiùs suaviúsque insidere animis hac arte sapientiam crederent. Neq; illud Themistocles ac Demosthenes; hic Oratorum, ille belli Ducum in Athenienſiũ Rep. facilè principes, ignorabãt, *ut Plut. in Demosthene*. quorum hic Philippo, post Thebas superatas, ab Athenienſibus postulante, ut sibi Oratores urbis populum ad arma defensionemq; concitantes dederent, apologo luporum cum ovibus amicitiam spondentium, modò canes dederent, (2) facilè dissuasit: ille suis persuasit civibus, ut ne veterem magistratum excuterent, per apologum vulpis muscis sanguinem trahentibus obsitæ, quæ eas excutere noluit, ne aliis adhuc impastis locum faceret (3) ex quo prõptum erit intelligere, quæ vis, nõ animum modò penetrandi, sed & persuadendi his fictionibus insit. Nec minoti sæpè voluptate quàm efficacia sensum ferunt. Qualis illa pauperis ad Regem Neapolitanum Alphonsum censeri potest. Supplex ille Regi accidit, atque in gravi, quam sibi cum quodam creditore suo litem esse ferebat, ejus opem intercessionemque postulabat. Memorabat suo se creditori iterum iterũq; abundè exsolvisse, identidem tamen importunum

IV.

Magna persuadẽdi vis Parabolis & Apologis ineſt.

2) *Principibus & Custodibus populi sublatis facilè Resp. evertitur.*

V.

Cum voluptate eruditunt, vel persuadent.

3) *Veteri Magistratu jam ditato malè alius sufficitur.*

exactorem redire, arque ejusdem debiti solutionem exigere, ut sibi denique ad solvendum nihil reliquum manserit (1) Quis inquit Rex, impudens ille, crudelisque exactor est? Domine, inquit pauper, meus hic vêter, qui singulis diebus solutionem urget. Et *mihi*, excepit Rex, similis est creditor. Verùm subjungit pauper, habes unde illi abundè solvas, mihi desùt omnia. Delectatus Rex hominis oratione atque ingenio, liberali à se munere recreatum dimisit. Nimirùm apta & elegans necessitatis in figurata imagine expositio, hâc gratiam oratori fecerat. Habet præterea hoc fabularum genus facultatem rem velut oculis subjiciendi singularè. Ita Menenius Agrippa *ut Liv. hist. l. 2.* fabulâ de humanis membris adversus otiosum ac prodigũ ventrẽ cõspirantibus, ne quod subsidio esset (2) clarissimè exposuit stultũ plebis consiliũ, ab otiosa licet nobilitate secedẽtis, atq; in urbẽ ab Aventino retraxit. Ita quoq; Galliarum olim Regi Comano *ut Iustin. l. 43.* nõ nemo Procerũ suasit apologo canis. Massiliam, cui urbi condendæ Rex pater locũ dederat, finitimis populis exitio futuram. Canẽ ferebat, aliquãdo partu gravidum locũ à pastore precariò obtinuisse, in quo pareret, quo obtento iteratò petisse, ut sibi educare eodem in loco catulos liceret: ac postremum adultis catulis, fultam domestico præsidio proprietatem loci sibi vendicasse, (3) non aliter Massilienses, qui nunc inquilini videantur, quandoq; dominos regionum futuros, quæ oratio tantùm valuit, ut Rex, intellectis periculis statuerit Massilienses insidiis præoccupandos esse.

1) *Fames importuna exactrix.*

Clarè rem oculis vebuti subiiciunt.

2) *Plebs à nobilitate licet otiosa, conservatur.*

3) *Nimium indulgendo imbelli hosti multi denique opprimũtur.*

Dixi in parabola, hominibus actiones vocésq; ingenio poetæ fictas adhiberi; in apologo, feris ceteriscq; rationis expertibus rebus, ut iccircò illæ fictiones sint rerum, quæ possunt fieri; hæ, earum quæ nequeant: adeoq; veri nullam similitudinem, uti illa, habeant, quod tamen veritatem in repræsentando, quæ imaginis propria est, non imminuit modò, verùm etiam illustrat, ut, cujus solius gratia, reperta sit. Quod si igitur homines cum animalibus in eadem fabula, aut

aut Dii ficti adeóq; rationis expertes inter se, aut humana membra (ut superiori exemplo constat) componantur, ita ut omnis absit verisimilitudo, ad apologos spectabit fabula; ut qui sunt rerum verisimilitudine destitutatum. Ita illa quæ de sene & filio asinum succollantium est fictio, apologis potius, quàm parabolis accensenda erit, nam parabola ut historia accipi deber ab auditore, dum cõstet deniq; veritatis tãtùm repræsentandæ causa propositam, secus quàm in apologo fiat, qui in ipsa narratione, suâ fictione innotescit, & tanquam imago veritatis dari agnoscitur.

Parabola verisimilium est, non apologus. Vide suprà cap. 1.

Talis illa de Mercurio est fabula. Hunc enim suis elatum sapientiæ ac eloquentiæ donis, aliquando statuarii officinam subiisse memorant; ut quo in pretio, ante Deos ceteros, inter homines esset, intelligeret. De Iovis igitur statua, affabrè elaborata, rogat, quãti fiat? centum, inquit statuarius, aureis æstimatur, quanti Mars? octoginta respondit, quanti Venus? quadraginta, ait, ita de Neptuno aliisque scisciatus, denique simulacrum Mercurii quanti faceret? postulat. Parvi, excepit statuarius, nobis est, cetera ementibus leviculus ille gratis adjicietur. *Ita* deceptus suâ opinione, ac confusus abiit, dicitque, nihil esse superbis despectius.

VII.

Suâ æstimatione magnus, aliis sæpè in minimis est.

Porrò, ut aliquam exemplorum copiam hujus poesios figuratæ amatoribus sufficiamus, præteritis ferè Æsopi apologis, ut passim obviis, notisq; rariores aliquot Ex *Gabria, Phædro, Plutarcho, Cyrillo,* (quem in manuscriptis repertũ recens ætas protulit) *Vincentio Bellvacensi, Abstemio, Tympio, aliisq; subjungimus.*

CAPUT XXVI.

Diversa in apologis figuratarum imaginum exempla.

BELLVACENSIS *ex Æsopo aliisq;.*

LEo cum Lupo & canibus venatum concesserat, à quibus cervus in saltu interceptus est, mox divisâ in partes præda. Leo inquit, Ego primã tollo partem,

I.

tem, quia Leo sum, deinde & altera pars mea est, quia fortior, denique & tertia, quia plus ceteris cucurri. Quartam porrò qui tetigerit, me sentiet inimicũ. [1] *Nempe* cum potentibus opes partiri, res est plena discriminis. Lege infrà apologum similem.

1) *Qui cum potentibus opes dividit facilè amittit.*

Securi fractâ, ad arbores homo oratum venit, ut concederent de ligno manubrium, quod cum obtinuisset, beneficii immemor, securi deinde ad multarum arborum excidium usus est. [2] *Nempe* cavendum ne hosti opem viresque suppediemus, quibus deinde adversus nos utatur. Vide *Bulluacensem* qui ex Æsopo, aliisque hos & sequentes apologos, penè ad Cyrillum usque collegit.

2) *Vires hosti in suam perniciem suppeditare.*

Apes Jovem aliquando convenêre orantes, ut suis aculeis vim lædendi venenatam inderet. Indignatus Jupiter, quòd mellificio natæ tam digna parum genere suo postularent. Statuit, ut quoties aculeum figerent, amitterent cum aculeo vitam (3) *Nempe* ita vindicta exercenda est, ne ipsum illâ opprimas.

3) *Vltio in autorem recidens.*

II.

Asinus cùm vidisset catellum post blanditias & obsequia Domino exhibita liberalius pasci, occurrit & ipse, elatisq; in Dominum pedibus insiliit, linguâque demulcere cœpit, verùm exclamante domino accurrens familia fustes ac lapides in eum congessit. (4) *Nempe* non cuilibet quodvis officium competit, indigni procul ab aula, & sacris amovendi.

4) *Non cuivis quodvis officiũ competit,*

Rana cùm bovem in prato conspiceret, pari se credit magnitudine posse excellere, modò rugosam impleret pellem. Ergo inflata, interrogat natos, nunquid par bovi videatur, illis negantibus, rursum intumuit, ac deinde rursum, dum, ruptâ denique pelle, moreretur. (5) *Nempe* humilis conditionis homines, ubi novâ aliquâ sorte plus æquò intumescunt, exitio proximi sunt.

5) *Nimium arrogantia inflatus rumpitur.*

Pater duarum filiarum alteram olitori, figulo alteram nuptui dederat, illam ubi convenisset, & quo statu res essent? postulasset. omnia, respondit, bene cedere, pluviam se tantum pro horto à Diis exoptare. Subinde cùm idem pater, apud figulum, filiam invi-

inviſeret, ac de rerum ſucceſſu ſciſcitaretur. Omnia rectè vertere, reſpondit, unum optare, ut ſerenum eſſe pergat, quo vaſa faciliùs exſiccentur. Tum pater: Sorror imbrem à Diis poſtulat, tu ſerenitatem, cui igitur preces meas apud Deum rectè conjungam? [1) *Nempe* contraria plerumque inter ſe pugnant hominum vota, ut nec Deus quidem omnibus ſatisfaceret.

1) *Contrariis hominum votis nec Deus quidem faciat ſatis.*

III.

Accipiter nidum Luſciniæ conſpicatus advolat implumes etiamnum pullos raptutus, nec tenera illorum ætate, nec parentis intergementis queſtibus motus. Auceps igitur ubi prædatricem hanc volucrẽ ex ſtepitu obſervaſſet, adfuit, raptorq; ẽmq; intercepit. (2) *Nimirum* qui fraudibus alios circumveniunt, non raro iiſdem circumventi pereunt.

2) *Fraudulentis captator ſæpe capitur.*

Graculus pavonum ſeſe pennis egregiè exornavérat, jamq; genus ſuum aſpernatus ad pavones ſe contulit, ut inter pulcherrimas volucres cenſeretur, verũ illic deſpectus, ac malè multatus ad ſuos rediit, à quibus non minori indignatione rejectus eſt. [3) *Nempe* qui ſuprà generis ſui conditionem alienis ſeſe bonis effert, etiam propriis ſæpè excidet.

3) *Qui alienis ſuperbis etiam propriis excidet.*

Similis ferè de Cornicula eſt fabula, apud Gabinam & Horat. in epiſt. quæ aliarum avium pennis ornata & mox nudata, cornix manſit.

Lupus cum oſſa devoraſſet, atq; unum tranſverſim mediis inhæreret faucibus; opẽ, magna lucri promiſſione orabat, quam ubi grus denique, immiſſo in fauces collo tuliſſet, ac mercedem deinde poſtularet. O ingratam, inquit lupus, an ſatis tibi non eſt, quòd incolumis caput de meis extuleris faucibus. (4) *Nempe* potentes & improbi beneficium putant, ſi cui minus noceant. *Ex Æſopo.*

4) *Potentes beneficium putant ſi cui non noceant.*

IV.

Veſpertilio cum grave inter quadrupedes & aves bellum exarſiſſet; ad hoſtiles quadrupedum partes ſe denique contulit. Verùm Aquila ſubſidio avibus veniens, victoriam cum ſuis reportavit. Legibus demum certis pax coaluit, ſed veſpertilio excluſus, penniſque ſpoliatus, nec his, nec illis gratus, latere profugus in tenebris coactus eſt. (5) *Significat* illos qui

5) *Neutri in bello partis utriſq; plerumq; expoſiti ſunt.*

qui duabus se partibus in bello obnoxios faciunt, utrobique fere impingere.

Formica cum hyeme eductum de caverna frumentum siccaret, cicada esuriens orabat, ut aliquid frumenti concederet, Cui Formica: Quid fecisti æstate? Cecini, inquit, illa. Si æstate, respondit formica, cantasti, hieme salta [1] Hæc fabula *docet*, laborandum tempori & ætate juvenili, ne cum alii abundent, ipse senex egeat. *Gabrias.*

1] *Laborandum tempori.*

Manus & pedes aliquando indignati ventri, iccircò quod otiaretur, cibum suppeditare noluerunt, verùm otio pariter frui; sed deniq; membra corporis omnia defecére Ergo manus facti pœnitentiâ ductæ cibum offerunt. verùm serius oblatas venter deinde respuit. [2] *Docet* Quasdam Reip. partes, aliàs etiam licet erigosas debere alere [ut subditos otiosum Regem] nisi totam Remp. velint malè intercidere. *Vide suprad.*

2) *In Rep. etiam otiosæ quædam partes alendæ.*

V.

Asinus leoni quondam ostensurus, & se animantibus ceteris terrori esse posse conscenso monte, horrendum cœpit rudere, moxque vulpes leporesq; conspecti fugere. Et me, inquit leo, vox illa terrere potuerat, nisi te quis esses, noviſſem [3] *Docet* quosdam inanis tantum verborum strepitu, non autem virtute timorem incutere.

3] *Terror verborum fortes non tangit*

Leo esuriens languorem fingebat, sed animantes ad visitandum ægrum cavernæ succedêtes devorabat. Vulpes eodem delata, ingredi noluit. Rogata causam cur nollet; Quia, inquit, vestigia intrantium quidem video, sed nulla redeuntium, [4] *Docet* non facilè subeundas potentium aulas.

4] *Potentium aulæ vitandæ.*

Asinus aliquando equum in via socium orabat, ut sarcinæ gravissimæ ex se partem susciperet, quo recusante, cùm denique succubuisset asinus, totum onus à domino cum asini etiam pelle in equum translatum est [5] Ita qui recusant sæpè exile onus, coguntur denique ad graviora perferenda. *Æsopus.*

5] *Sæpe qui parva detrectant onera, ad gravia coguntur.*

Leo cùm rustici caulam subiisset, hic illum intercepturus clausit aditum. Igitur leo in gregem primùm, deinde & armenta crudeliter grassatus, rusticum suæ

suæ jam vitæ consulentem terruit, ut is proinde liberam aperiret viam fugienti. Egresso leone flens ad virum, uxor, inquit, meritò tam indigna pateris, qui illū quem fugere & fugare oportebat, inclusisti(1) *Nempe* hosti potenti via etiam ad fugam aperienda est.

1] *Hosti fugienti etiam pons sternendus* VI.

Hireus æstivo tempore impensè sitiens, cùm in præcipitium sese profundum ad hauriendum dimisisset, neq; deinde in altum connitì rursum posset, opem implorabat. Cui vulpes, si tantum mentis, quantum pilorum in barba habuisses, huc digressa non esses, antè quam de reditu prævidisses [2] *Scilicet* eò progrediendum non est, unde regredi nequeas.

2] *Progrediendum non est unde regredi nequeas.*

Lupus capram in præruptо pascentem intuitus, ut potiri eâ facilius posset, descende, inquit, pratum hic tibi pinguius longè patet. Cui rursum capra, [3] Non ut me pascas, sed ut teipsum, Lupe, solicitus es.

3] *Consiliū aliis libenter damus, quod nobis utile est.*

Galli duo gallinacei atroci certamine concurrerant, alter victus sub tecto se pudoris plenus abdidit: elatus alter, tecti vertici insedit canens victoriam, quem ubi Aquila prætetiens conspexisset, ut prædam abripuit (4) *Nempe* arrogans victor sæpè vincitur. *Æsopus.*

4) *Arrogans victor sæpe vincitur.*

Nonnemo cùm furacem intercepisset vulpem ut eam longo dolore affigeret, caudæ stupas, aliaque ignium alimenta connexuit, succenditque. Ita dimissa in propinquos sese hominis segetes effudit, inflammavitque serò homine ulciscendi amentiam deflente(5) *Nempe* Vindicta sæpè in autorem redit.

VII.

Vespa aliquando cùm serpente congressa, ejus insedit capiti, quam cùm discutere serpens non posset, caput rotæ venienti subjecit (6) Ulciscar, inquit, licet cum hoste moriendum fuerit.

5) *Vltio in autorem recidens.*

6) *Vlcisci hostem sè unà perdendo.*

Leo quidam amabat virginem, pro hac impetranda parentem adiit. Is veritus denegare, leonem monuit ut si vellet, ungues unà cum dentibus deponeret, ne virginem terreret. Exarmatus igitur leo redit, sed jam parum timendus verberibus ad mortem multatus, (7) didicit, arma non temerè inter hostes deponenda.

7) *Arma non temerè inter hostes deponenda.*

Ursus de sua humanitate inter ceteras animantes gloriabatur; quòd in mortuos nunquam sæviret. Tum Vulpes subridens, inquit, utinam mortuos potius absumeres, quàm vivos [1] *Nempe* gravius nocet, qui parcit.

1) *Crudelis humanitas parcere ut gravius noceas.*

Mater cancros filios reprehendebat, quòd obliquâ potius, quàm rectâ incederent viâ. Tum illi, præi, ô mater, ut discamus ex te rectè ingredi. Quòd cum frustra conata esset, videbatur, (2) *Nempe* Exemplo parentum peccat soboles.

2) *Exemplo parentum soboles peccat.*

VIII.

Corvus ubi cygnum vidisset colore niveo omnibus gratum, ratus ex aquâ ubi crebrò lavaretur, hunc nigrorem provenire, aquas etiam cœpit incolere, ubi destitutus suo pastu, vitam priùs quàm colorem amisit. *Nimirum* omnia non conveniunt omnibus.

3] *Imitari qua neque as* vel *omnia non omnibus cõveniunt*

Equiso avenam equo subductam vendebat, interea ut comptum haberet equum, sedulò indies comebat, fricabátque. Sed equus ad curatorem versus, sime pulchrum vis, avenam potius adhibe, quam pectinem (4) *Videlicet* jejunus venter blanditiis non pascitur.

4) *Jejunus venter blanditiis non pascitur.*

Inter mures feléſque bellum exarsetat, quo mures plerumq; victi succumbebant, igitur, consilio inito, suasum, ut murium duces cornua sibi aptarent. Factum: ventum in prælio rursus, ubi cũ superati mures terga verterent, suasque cavernas subirent, cornuti antris excluſi, primi omnium præda fuêre (5) *Nempe* qui supra vires audet, succumbit.

5) *Supra vires nil audendum Sowa*

Graculus cùm aquilam vidisset, agno rapto, evolasse, æmulatione facinoris ductus arietem imperiit: verùm implicitus villis hæsit, & rustico præda fuit, qui præcisis eam alis domum ad filias detulit. Rogantibúsque, quænam avis esset? Respondit, sibi videtur aquila esse, mihi verius graculus. (6) *Nempe* altiora te, ne tentaveris.

6) *Altiora viribus nõ esse tentanda.*

IX.

Perdix capta vitam deprecabatur, pollicita se plures alias perdices venatione capturam. Tum venator. Iccircò dignior es morte, quia consanguineis insidiari cupis. (7) *Nempe* rarò proditor, licet ipsa proditio, amatur.

7) *Proditio, non proditor amatur.*

Lupus

Lupus captam ovem latibulo intulerat, supervenit leo, & depositam prædam sustulit, lupus id à longè observans, quærensque: meum, inquit, injustè abstulisti. Leo subridens. Nimirum, inquit, tibi justè ab amico donatum fuerat (1) *Nempe* malè parta, malè dilabuntur.

1) *Malè parta malè dilabuntur.*

Pica humano sermone edocta vini pretium enuntiare: cũ aucto deniq; ob difficultatem annonæ pretio solitâ proclamatione uteretur, ab œnopola indignante in fimetum ejecta est: ibi cùm porcum in mediis sordibus voluptatum conspiceret: an tu, rogat, vinum quoque proclamasti? (2) *Videlicet* Tempori serviendum, & in aulis Regum, quod placeat, loquendum, nisi ejici, atque ad porcos redire cupias.

2) *Serviendum tẽpori ut bene Domino servias.*

Mulus à Vulpe interrogatus, cujus originis esset: respondit, se Dei creaturam esse. Vulpes hoc, inquit, scio, at quibus parentibus es natus? Tum puduit fateri patrem asinum esse; & memor, matrem in aula regia fuisse educatam: Affinis, inquit sum equi vectoris suæ regiæ majestatis, (3) *Nempe* generis multos pudet, scelerum non pudet.

3) *Generis nonnullos magis pudet quàm scelerum.*

CYRILLI Apologi X.

Vulpes famelica, ut corvum fame laborantem captaret, se mortuam ac velut cadaver in terram prosternit. Verùm non usq; adeò vitalem animam intra viscera continere potuit, ut ne corvo aliquid fraudis suboleret. Cumque iccirco de fraude facta expostularet. (4) Fur, inquit vulpes, furi fidem non habet. *Cyrillus antiquus autor in manuscripto hac ætate reperius, de quo Cornel à lapide, & alii, nos 30. sequentes apologos ex eo selegimus.*

4) *Fur furi fidem non habet.*

Porcus aliquando bovem post sumptum jã cibum ruminare iteratâ mastricatione comperit. Et quin inquit à sumpto quiescis cibo, nec devorata recoquis? Quia, respondit, bos tecum inter impura & lege prohibita censeri nolo (5) *Nimirum* quæ mente sæpius ruminaveris, altius infident. *Cyrillus.*

5) *Sæpe ruminata altius hærent.*

Equus asino exprobrabat, quòd divisâ ungulâ sub onere tardius incederet. At tu inquit asinus, solidâ pto-

a

progrederis citiùs, sed sæpiùs offendis [1] *Nempe* prudens festinat lentè. *Cyrill.*

1] *Præcipitantia offendit.*

XI. Corvus ut famenti in morbo vulpi consuleret, gallinas adiit, suadere conatus vulpem depositâ ferinâ monasticam mansuetamque vitam delegisse, jamque securè aditi posse; persuasisset curiosis credulisque nisi interveniens gallus, O simplices exclamasset an corvum vulpemque credetis fallaciam, naturamque exuisse. Cavete nisi incautè perniciem vestram ametis. Ita detinuit servavitque, suâ credulitate & alienâ pefidiâ peritutas. (2) *Nempe* Fide, sed cu vide.

2] *Nimia credulitas sæpe fallitur.*

Lupus ut solutum à jugo bovem, ad solitudinem otiumque suis insidiis opportunum traheret. Quin inquit, majori libertate solutus abis, teque quiescendo pascendoque oblectas? Cui ille, hæc tua sit vita, mihi in labore major quies, ac securitas sese offert (3) *Scilicet* vis animo quiescere, & à multis te periculis securum subducere, ama laborem. *Cyrill.*

3] *Labor corporis quies animi.*

Cum longo satis labore corvus pauca fari didicisset ranæ loquacitatem audiens. Unde, inquit, soror hæc tibi loquendi copia? Natura, inquit, rana, pro caudâ mihi linguam disertam elargita est. Tu verò (rana vicissim interrogat) unde de improviso eloquens factus? Arte, respondit corvus, & labore, hinc etiam cariùs mihi sermo constet, parciùs illo, cautiúsque utor: Tu multa sed imperitè blateras.

4] *Sapiens minus loquax.*

(4) *Nimirum* sapiens verba bis ad limam, antequam semel ad linguam adhibet, & prius quàm loquatur, digna loqui discit. *Cyrill.*

XII. Asinus leonem mirabatur solo contuitu luporum gregem in fugam agere, quem vix magnis ipse clamoribus terruerat. Cui Leo. Ne mirere, nam solo virtus conspecta plus valet, quam clamosæ inanesque voces. [5] *Nimirum* verba inania parum movebunt, ubi actio, virtusque non respondent.

5] *Res magis quam verba movent.*

Vulpes leoni sociata, cum aliquandò obvium despexisset musculum, leone illum salutante, evenit, ut

uterque deinde in laqueos venatorum incideret. Mus igitur humanitatis à leone sibi præstitæ memor adfuit, arrosóque illum laqueo in libertatem vindicavit, Vulpe in vinculis frustra adblandiente. (1) Cui musculus Nesciebas, inquit, superba rebus etiam minimis suam inesse virtutem, neque nos quantumvis parvos aspernandos. *Cyrill.*

1) *Etiam minimus hostis aut amicus nō est negligēdus &c.*

Aër tumefactus aliquando terram aspernabatur, tanquam punctum obscurum abjectumq; sub pedibus calcantium. Cui Terra. Mea ego in humilitate quietem possideo, hominesq; ac brutas animantes variâ frugum metallorumq; copiâ delecto & alo, cùm tu elatus inflatusq; inquietis semper ventis, tempestatibusq; obnoxius turberis [2] *Nempe* demissionis magnus est fructus, superbia sterilis & inquieta. *Cyrill.* XIII.

2) *Demissionis major fructus superbia sterilis.*

Formica æstatis tempore acquisitis recens alis aëra perebat, ac philomelæ se, apibusque sociam, similemque gaudebat. Verùm hieme ingruente pluviâ, ac tempestate appetita, tum fame urgente, cavernam revisura ab aliis excluditur. Cui formicæ ceteræ respondērunt. Nullum illic alatum genus incolere, neque ad fructum alios admitti, quàm qui fructum collegerint [3] *ita* aliena & magna petens, propriis etiam, parvisque non immeritò excidit. *Cyrill.*

3] *Qui aliena & se majora aggreditur, propriis meritò excidit.*

Canna arundinea, inter cannas melleas oriens, has ridebat, seseque efferebat, quòd anno uno plus incrementi accepisset, quàm illæ duobus; sed tu, respondēt sine fructu atque intus stultè intumescis. [4] Melior est fructuosa exilitas, quàm infrugifera elatio, nec aliis utilis & sibi noxia, cum omni ventorum injuriæ exponatur. *Cyril.*

4) *Demissionis fructus major*

Vulpes aliquando gallum cantantē audiit, simulq; cognitionem siderum, rerumq; futurarum in illo mirificè extulit, ac cantanti velut applausura coexsiliit, denique ut amicum, ad osculum deferendum postulavit, cui dum se credulus inclinaret gallus, captus à vulpe interiit, (5) Alienâ *nempe* simulatione & laude propriâ sæpè decipimur. *Cyril.*

5) *Laus sapè alienā nimium credulos præcipitat.*

Struthio inter aves alarum suarum amplitudinem jacta-

XIV.

jactabundus ostentabat, rogatus verò ab avibus cete-
tis, ut volatu præiret, vano in terris conatu hæsit, te-
1) *Frustra ornatus qui nil prodest.* vel *Quod es videaris esse.* liquis evolantibus. Tunc ad illum corvus, ubi inquit, frater struthio nunc alæ istæ tuæ, nunquid otiosum tantum sunt pondus? (1) *Frustra* videri cupis, quod non es, & jactitas, quod inutile est, *Cyrill.*

Spina floribus pulchrè exornata ad ficum versa. Ubi, quærit, sunt flores tui? cui ficus, ubi sunt, ô spina fructus tui? non dedit natura fructus, respondit spina. Tum ficus, nec mihi illa flores dedit. Verùm cum flos derivetur in fructum, satiusne existimas sine flore fructum producere, quàm fructu privatam florere?
2) *Melius est utilem esse quàm tantum videri.* [2] *Nimirum* melius est utilem & frugiferum esse quàm tantum videri. *Cyril.*

Simia læta, sereno cælo, onagrum reperit in solitudine tristem dejectâque humi facie prostratum: cui sam sciscitata, intellexit nimiam cæli lucem oculis caliginem, animóque mœrorem affundere. Tum illa. Meritò hæc pateris, si solis lucem omnibus gratam
3) *Invidia excæcat.* ferre non possis. (3) *Nimirum* Invidus, alterius rebus marcescit opimis. *Cyril.*

XV. Lætabatur lutum, quòd columbam niveam pulchrâq; infecisset sordibus. Tum illa. Nisi tu in te fœdum impurúmq; esses, me non inficeres. Verùm ego
4) *Non infamans alios nisi infames ipsi.* fonte lavabor, eróque, quæ fui, candida: tu lutulenta sordidum manebis (4) *Videlicet* non infamant detrahuntque alios, nisi infames ipsi turpésque. *Cyril.*

Corvus aliquando ex vulpe artem ditescendi sciscitabatur, ut ad majores opes perveniret. Respondit vulpes, hanc artem in tribus consistere vitiis, & ut
5) *Ditescere sine vitiis & pœna rerum est.* tormento, videlicet in cupiditate insatiabili, inquieta rapacitate & continua illiberalitate, tum demùm in timore perpetuò amittendi quod acquisitum est. Quâ instructione corvus acquiescens maluit victum sibi providere in dies singulos, quàm non necessitate cumulare (5) *Cyril.*

Talpa aliquando apud naturam querebatur, quòd sibi oculos negasset, cùm tamen basiliscо tribuisset, quibus alios interficeret. Tum illa. Nescis mi cœ-

cæcam te esse oportere, quæ sub terra degis, ubi nullus oculorum usus [1] *Nimirum* avarorum exemplum talpa est, quorum animi terræ immersi excæcantur. *Cyril.*

1) *Avari & terreni sunt cæci.*

Juvenis simia erat, de cauda sibi negata dolens, quã natura tam liberaliter vulpi impendisset. hanc ut vulpes erudiret, experientiæ causa peregrinatum duxit. Occurrit primum elephas, sed edentulus; qui cùm amissorum dentium causam rogaretur, illos se abjicere licet pretiosos, dixit, ut venatorum manus subterfugeret. Occurrit & hyæna, verùm cæca, oculos sibi gemmarum cupidis erutos asserebat. Castor obvius naturam mutilarat, ne præda aliis fieret. Pavo denique sine cauda repertus, hanc sibi ab avidis tantæ pulchritudinis ablatam questus est. Tum simia. Jam enim verò intelligo, naturam multa largiri quæ nos in insidias & pericula conjiciant. [2] Malo igitur sine cauda pauper & tuta, quàm cum tanto periculo caudata haberi. *Cyril.* XVI.

2) *Honores & opes nos magnis periculis objiciunt.*

Macilenta Vulpes in pingue sese penuarium, per angustum insinuarat aditum, ut curaret cuticulam, quam ut mustela conspexit, rogasset que cujus beneficio subintrasset. Maciei, inquit vulpes. Quid hic actura es quærit. pingui hanc pabulo macilentiam, inquit, curabo, sed quâ viâ, refert mustela, jam pinguior redibis vide ne de pelle pericliteris. Quo expenso rectius, vulpes cœpit viam maturè relegere, nec tanti voluit pinguedinem emere [3] *Nimirum* multi dum carni nutriendæ student, male intereunt. *Cyril.*

3) *Carnis cura multos perdit* sive *Gula noxia est.*

Simia ut ornatior esset, tergumque informe tegeret histrionem, quem vario in habitu spectarat, pro veste commodanda adiit. quam ille obtulit, modò sibi in scena famularetur, accepit conditionem. Verùm deinde sæpius nudata propalam ad verbera aut ludibria, doluit suâ se cupiditate in hanc servitutem venditam [4] *Nimirum* stultorum est libertatem pro exiguo pretio & lucro vendere. *Cyril.*

4] *Libertatem exiguo pretio vendere stultum est.*

Aranea nonnunquam suæ insidens ad captionem telæ, risit apem vago labore oberrantem per prata flo-

resque: Et quàm stultum, inquit, pro stilla roris tanto circumvolare opere. Quantò stolidius, respondet apis, pro fœtida musca te eviscerari, ac sæpe irritâ exspectatione deludi? [1] *Nempe* ex rapinis vivere avaros turpe, & fallax: Ex fructu operis laboriosos, certum honestumque est. *Cyril.*

1) *Honestius ex labore quàm rapina vivitur.*

Cucurbita juxta palmam ortu subito intumescens ex vetusta jam arbore scisciatur, quanto tempore adoleverit? Cumque illa centum sese annos natam diceret, elata, gratias, inquit, naturæ habeo, quæ centum me diebus ad hanc magnitudinem educavit. Cui palma. Misera es, nam citò te perituram auguror, quæ citò accrevisti (2) *Nihil* enim subitum, diuturnum, ubi subitò opes affluunt, brevi relabuntur. *Cyril.*

2] *Nihil subitò à natura aut arte laborat ũ in honore aut fortuna, diuturnum.*

Vagus rapaxque lupus, cùm bovem post toleratum jugum, gramine se tenui alentem cerneret; ô te miserum exclamat, cui præter gravissimæ servitutis jugum, tam victus tenuis est: ego si parens natura vires dedisset, præter libertatem lautè etiam pascerer, & vel aselli carnes averfarer. (3) Cui bos respondit. Malo inter labores jure vesci fœno, quàm inter otium hædis injuriâ. *Cyril.*

3) *Tenuis victus jure partus, quàm lautus cum injuria, melior.*

Sanguisuga postquam humano ægrotantis se implesset sanguine, verum noxio, cœpit & ipsa morbo lethali contristari. Tum formica præter-ambulans, granumq; ad cavernam trahens cum à scribente cautam mali intellexisset (4) Malo, inquit, labore meo parcè, quam alieno ex sanguine profusè vivere; nam ex alieno immodicè vivere, multis lethale fuit. *Cyril.*

XVIII.

4) *Gula perdit.*

Aranea vermem sericum aliquando reprehendit: quòd se eviscerareret in usum aliorum, sine ullo suo emolumento. Ego, inquit, utilius meum in usum, vonationemque muscarum laboro: tu aliis tantum natã videris. Cui serici pater respondit. An nescis bonum omne diffusivum sui, ad aliorum transire utilitatem? (5) quisquis sibi tantum natus est, orbi inutilis est. Aliis apes laborant, bovesque, aliis vellera oves gerunt, poma arbores, vilis est, qui sibi tantum servit. *Cyril.*

5) *Bonum sui diffusivum* vel *labor Reip. impensus laudabilis est.*

Cùm post effusionem pluviæ aër calefactus rursũ effusos

effusos humores attraheret, tellus queri cœpit, quòd auferret, quæ paulò antè dedisset. Cui aër respondit, eò circo dedisse se, ut reciperet; hoc, excepit tellus, illiberalis animi est : nam omne donum convenit esse gratuitum (1) *Cyril.*

Danubium in se exundantem Oceanus aliquando interrogabat : quando illo suo influxu cessaturus esset. (2) Tum, inquit, effundere desinam, cum tu recitati. *Cyril.*

Gravida vipera fœtum, morsu per viscera matris viâ apertâ egredientem, ita affata dicitur. Ergone inproles, cur igitur delectata conceptione ventris cœco nos carcere inclusisti? lux nocis debetur, hanc quæri mus. Tum mater, quod in me audetis malum refundetur. Mares ex vobis in conceptu præmorso capite voluptatem lunt, fœminæ pari mecum clade occident (3) *Nepe* quod tibi nolis fieri, alteri ne feceris. *Cyr.*

Canis ubi gravius à Domino vapulans lamentare tur, accessit lupus : Et quid, inquit, hominem amas, à quo post labores, vigiliasque etiam verbera devorare cogeris. Tum canis, si bona de manu amici profecta accipio, cur non etiam quandoque mala? dignus amico non est, qui ad quamvis offensam resilit. (4) *Cyril.*

Ficulnea sine flore in fructus protrusa : cùm juxta se vidisset lilium rosasque eleganti florum specie atque odore vernãtia: quorsum, inquit, floris illa amœnitas, quæ sine fructu in vobis est? Cui rosa, liliumq; respondit. An nescis te flore omni destitui, dum fructum paris: nobis idem ipse flos fructus est, cujus fragrantiâ non homines modò, sed & ipsæ etiam feræ, præsertim unicornes, delectantur: (5) *Nimirum* Virginitas flori similis, non absque fructu est; conjugium fructus, sed absque flore est. *Cyril.*

Vipera aliquando Phœnicem solitarium mirata de thalami socia inquirebat. Cui Phœnix, solus ego in meo sum genere, & solus mihi sufficio. (6) O vita misera, exclamat vipera, quæ & gustu & fructu conjugii poste-

1] *Dona gratuita esse convenit.*

2) *Liberalitati nunquam satis.*

XIX.

Quoil tibi non vis, ne feceris alteri, vel Parentibus ingratus ingratos experietur liberos.

4] *Non ferendus amicus, qui aliquando offendit.*

5] *Virginitas flos cũ fructu. Conjugium fructus sine flore.*

6) *Virginitas solitaria beatior fecundo conjugio.*

posteritate destituitur. Contrà Phœnix Tui verò misereor, qui aut concipiendo, aut pariendo interis, ingrata adversum te posteritate. Ego sic morior, ut exfunere superstes pro omni posteritate me ipsum substituam, vitamque, quam tu in alios transfundis ingratos, mihi liberaliter reddam. *Cyrillus.*

XX. ABSTEMII APOLOGI.

Senex mortem venientem orabat, ut sibi tantillum temporis ne denegaret, quò testamentum conderet. Cui Mors. Toties à me admonitus, cur non condidisti? Nunquam te, senex inquit, vidi hactenus. An non vidisti, respondit, cùm æquales, juvenes etiam, puerosque è conspectu tollerem? nonne admonui, quando oculi hebescere, auditus minui, ceteriquè sensus a corpus ipsum cœpit deficere? (1) *Abstemius.*

1) *Indies mortis admonemur.*

Aves de pluribus Regibus eligendis consultabant, quòd sola Aquila minus sufficere tantæ multitudini regendæ videretur. Sed cornix interfessit, deterruitque. Causam rogata, Plures, inquit, difficiliùs facci quam unus impleri poterit. (2) *Nempe* Reges multi multis inhiant subditorum bonis. *Abstemius.*

2) *Vbi multi imperant, multi rapiunt.*

Agricola Jovi questus quòd pecora ipsi segetes passim depascerentur. Lupum iis, inquit Jupiter, dabo, qui compescat evagantes. Verùm lupus ubi denique rustico complures oves sustulisset, Jupiter rursum imploratus venatores constituit, qui lupos caperent. (3) *Ita* nihil immoderatum diu sine pœna est. *Abstem.*

3) *Nemo sine adversario vivit*

Mulier quædam viro defuncto ad nuptias transire alteras cupiebat, hominum tamen irrisionem veritaanceps hærebat. Cum mater, ut timorem discuteret, suasit, ut, quem habebat, asinum viridi colore tingeret, sicque per urbem dimitteret. Traxit hoc spectaculum primis diebus aliquàm multos, verùm deinque hic concursus admiratioq; hominum desiit (4) Idem, commater inquit, de te futurum putes. Aliquot diebus fabula vulgi eris, deniq; conticescent. *Abstemius.*

4) *Hominum fama, nisi invitio diuturno non est.*

XXI. Vir uxori merulas dabat igne excoquendas. Et hos inquit mihi turdos coque. Erras, inquit illa, sunt merulæ.

tulæ. Tum vir, ego verò turdos esse assero, negantí tursum uxori inflexit verbera, dum conticesceret. Recurrente post annum eodem die. Hæc, inquit ad maritum mulier, illa dies quâ ob maledictas merulas superiori abs te annò vapulabam. Adhuc negas, perversissima, turdos fuisse, simulque repetit verbera Ita revoluto tempore, mulierèque sæpius eadem recinente, & verbera quoq; à viro iterata tulit. (1) *Abst.*

Non absimilis illa fabula de muliere contendente cum viro pratum non esse demessum, sed tonsum, quam cùm in aquas vir denique præcipitem egisset, jamque vox undis interciperetur, illa levatâ adhuc manu, digitisque in forficem aptatis viro illusit, ne victa videretur. (2) *Nempe* illa docet fabula, stultum esse contendere cum fortioribus, hæc muliebris pertinaciæ egregium exemplar proponit.

Asinus pluribus annis inoffenso pede domino sub oneribus servierat, semel viâ salebrosâ gravi sarcinâ pressus, offendensque concidit, mox duris verberibus multatus. O ingratum exclamat herum, qui nec unicam quidem offensam pro tot officiis præstitis ignoscit. (3) *Nempe* potentes tam facilè multa beneficia accipiunt, quàm difficilè vel unam donant injuriam. *Abstem.*

Aquila in ceterarum avium comitio, postulabat aliquas ceterarum filias formosiores pedissequarum in aula loco. Mox bubo; Regina, inquit, meas accipe. Tum Aquila, quâ formâ filias possides? quâ sum ego, respondit bubo. (4) Quæ res ceteras aves in risum effusissimum solvit. *Nempe* cuique suum pulchrum est, quia sibi quisque placet in ceteris. *Abstem.*

Vir quidam decrepitum parentem domo ad Xenodochium rejecerat, hic à filio orabat, duo saltem linteа, ex partis à se opibus patri submitteret. Exoratus per unam de suis prolibus ad avum deferenda lintea destinat. Puer ad patris ingenium natus, alterum de linteis retinuit. Increpitus à parente redux & cur servasset alterum? rogatus custodivi, inquit, illud, ut tibi aliquando in Xenodochio agenti mitterem. (5) *Nempe* quod

1] *Debilioris ingenii pertinaces, opinione.*

2] *Stultè cum fortioribus contendere.*

3] *Potentes post multa beneficia ad unam sæpe injuriam! implacabiles.*

4) *Suum cuiq; pulcrum, quia quisque sibi potior est.*

XXII.

5] *Exemplo duci, vel Impius pietatem non meretur.*

quod tibi non vis fieri, patri ne feceris. Et, ducim exemplis. *Abstem.*

Lupus esuriens hystricem ambiebat, sed cautèhi sutum formidabat. Igitur verbis eum humanis adit suasitque ne pacis tempore inutile telorum pond corpore traheret, cùm alii sagittarii extra prælium sagittas deponerent. Cui hystrix. Adversus lupu semper præliandi tempus esse. [1] *Nempe* adversus ho stem fraudulentum semper munitum esse conven *Abstem.*

1) *Adversus hostem fraudulẽtum semper munitum esse convenit.*

Vulpes à rustico ob gallinas captas intercepe cum rustico pro libertate omnem fidem promittere Dimitterem inquit ille, nisi mortuæ, quàm vivæ dem inesse majorem crederem. [2] Hosti blandie non fidendum. *Abstem.*

2) *Hostis capti blãditiis non fidendum.*

Servus cùm asini circumagendi tædio ducere ex alta rupe præcipitem egit, mentitus domino, ca deciditse. Is verò coactus asini deinde onus perfer Tum denique animadvertit, suo de flagitio men plecti. (3) *Nempe* quisquis fortunam scelere amb excidet. *Abstem.*

3] *Fortuna scelere ambita exitu infelix.*

Mures comitio indicto consultabant, quâ a felis insidias possent subterfugere. Fuit in ceteris, q suaderet, ut ex collo felis tintinnabulum suspenderetu ita facilè detegendas insidias. Itum ab omnibus hanc sent entiam velut sapientissimam. Verùm, no nemo ætate grandior: quis, rogat, è vobis, tintinn bulum appendet? Quod cùm ordine subterfugere [4] *Intellectum* fuit, aliud esse consilium dari, al exequi. *Abstem.*

XXIII.

4) *Consilium in arduis facilius damus, quã exequimur*

Porcum oves criminabantur, quòd ingratus mino viveret, cùm lautissimè haberetur, se verò nam, lac, agnosque tefundere alteri. Post mortem quit porcus, gratiam luculentiorem referam. (5) *Ne pe* tales multi ex divitibus, qui nisi mortui aliis prosunt. *Abstem.*

5) *Multi divitum aliis, nisi mortui, non prosunt.*

Bos nondum cornutus, à Jove cornua, ne iner esset, orabat, auditus deinde cum se cornibus ad ser tutem & jugum, ante sine cornibus liber, rapi sentio

voti serò pœnitebat (1) *Nempe* illa tantùm à Deo petenda, quæ ipse nobis profutura intelligit. *Abstem.*

Mulus aureo freno phaleriſque insignem conspicatus equum, sortem suam querebatur, cùm ipse sub malè dolatis clitellis servire cogeretur. Verùm ubi multis vulneribus saucium ex prælio equum vix animam trahere conspiceret. Melior inquit mea sub clitellis servitus, quàm tam pretiosa discrimina. (2) *Nempe* non invidendum potentibus, quia cum magnis opibus magna subeunt pericula. *Abstem.*

Vulpes gallinam ovis incubantem reperit, quæ deprecari vitam cœpit, pullos quos exclusura erat, offerens. (3) Tum vulpes: stulta sim, si prædam tam certam pro incerta deseram. *Abstem.*

Vitulus cum asino in eodem pascentes prato hostilem sentiebat advenire exercitum. Tum vitulus, hem frater, fugiamus, Cui asinus, tu fugias; nam meæ vitæ nihil metuo. clitellis verò me etiam amici onerant. (4) *Abstem.*

Lupus piscis diu in amne dominatus, multorumq; piscium clade saginatus dum ceteram piscium plebem, amnemque angustum, velut exilem nimium, despiceret, ad mare ubi latius dominaretur, cõtendit, verùm illic à Delphino appetitus ægrè rursum per sui ostium amnis tutus evasit, (5) didicitque supra vires, fortunamque nostram nihil appetendum. *Abstem.*

Testudo humi lentè repens orbis semel ex alto spectandi cupida, aquilam, ut se levaret, exorarat. Illa ubi in aëra sustulisset, denique ceu satis spectatum, in rupem dimisit, ubi confracta volucri præda fuit, digno ambitionis præmio, (6) *Nempe* multi tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant. *Abstem.*

Bubulcus stabulum ingressus boves lætitiâ exultantes vidit. causam scisciatus lætitiæ: intellexit, somniasse illos, se hodie ad pascua deducendos. Tum bubulcus. Nolite, inquit credere. Nam ego contrà somnia vi vos araturos, hominum autem somnia veriora sunt, quàm brutorum. (7) *Nempe* mortalium spes plerumque sunt somnia. *Abstem.*

1) *Non cõvenit nos petita à superis sẽper obtinere.*

2) *Potentibus splẽdida pericula stultè invidentur.*

XXIV.

3) *Pauca opes certa pro incertis non deserenda.*

4) *Tenuis fortuna securos facit*

5) *Supra fortunam nihil appetendum.*

6) *Ambitio multos tollit, ut obruat.*

XXV.

7) *Vana multorum spes somnium sunt*

Asinum brevi moriturum ex morbo fama vulgaverat. Aderant. invisendi in morbo gratiâ, lupi, canesque, quibus ab aselli filio scisciratibus, ut se patet

1] *Ægros multi spe prædæ invisunt.* haberet? per rimam is respondit. Meliùs quàm vos optetis. (1) *Nimirum* multi spe prædæ ægrotantes invisunt. *Abstem.*

Ursus læsus ab una apetorum alveare indignans laceravit, disjecitque, tum suâ clade apes universæ commotæ, ursum penè aculeis confecêre. Qui ingemiscens dixit, [2] quantò satiùs erat exiguam perferre

2) *Impatientia & ultio mali levioris malum sæpe grave peperit.* injuriam, quàm afflictionem tantam! *Abstem.*

Vir lapidibus graviter appetitus, læsusque, cùm deniquè rogaretur, qui lapides maximè doluissent? Respondit, ab amico, ut rebat, jacti, licet me non attigerint [3] *Abstem.*

Ita ovis à custode cane læsa balabat, à lupo post

3] *Amici injuria gravius sentitur.* correpta conticuit. Causam scisciratibus, inquit, quòd domesticus me læderet, gravius doluit, quàm quòd inimicus. *Abstem.*

Insanus quidam urbes peragrans, venalem se ferre

XXVI. sapientiam asserebat. Cuidam verò, oblato argenteo, eam petenti, colaphum incussit, tradito dein longio-

4] *Stultos vitandos.* ri filo, tanto, inquit, imposterum spatio, quanto hoc filum extenditur, à stultis abs, & sapientior eris! [4] *Abstem.*

Carduelem puer suavibus largisque in cavea cibis aluerat, illa tamen opportunè evasit, frustra ad redi-

5] *Libertas gratior opibus.* tum puero provocante, ac interrogante, cur tam lauté habita redire ad delicias nollet? respondit, ut meo potius me arbitratu, quàm tuo pascam. [5] *Nempe* libertas opibus dulcior est. *Abstem.*

Leo cum ceteris animantibus adversus volucres

6) *Nihil tam contemptum quo prudẽs uti nequeat.* pugnaturus erat, quem ursus interrogabat, quid timidis leporibus, & ignavis asinis in bello facturus esset? Illis inquit, pro tabellionibus ob celeritatem; his pro tubicinibus, ob elatam vocem, usurus sum. [6] *Nempe* nihil tam vile cujus à prudente usus non reperiatur. *Abstem.*

Metula cum milvum magno videret ambitu aëra circ-

circinantem; ingentéſque edentem ſtrepera voce clamores, exterrita hæſit, cui turdus, ne trepida, inquit, ſoror, tantos pugnæ apparatus minaſque in exiguum murem, aut in pullum gallinæ effundet. Cavendum nobis ab accipitre, cujus prius ungues quàm vocem ſentimus, (1) *Nempe* verboſi minacéſque adverſatii minùs plerúmque tacitis pertimeſcendi ſunt. *Abſtem.*

1) *Tacitus hoſtis magis quàm verboſus metuendus.*

Ficedula cùm in loco deſerto apud turdum labruſcis, & baccis ſilveſtribus victitantem excepta eſſet: hortata eum eſt, ut relictâ tam ſterili habitatione ſecum ad fertiles vites, ficúſque diverteret. Paruit, lautè etiam ſupra votum habita. Verùm dum circumſpiceret, aliáſque aves laqueis, alias viſco, liniſq; alias implicitas cerneret, relegit iter, maluitque parcè, quàm periculosè vivere. (2) *Abſtem.*

XXVII.

2) *Pauca & tuta opes magnis ſeu inutis præſtant.*

Aſinus porco eiuſdem villæ dominíque plurimùm invidebat, quòd is otioſus tam lautè indies curaretur, cùm inter labores graviſſimos vix paleis ipſe, tribuliſque animam aleret. Verùm ubi contubernalem ſuum denique ad lanienam rapi videret, (3) mutatâ ſententiâ, jam ſatius inquit, video aſinum eſt, quàm porcum agere. *Abſtem.*

3) *Lauta vita, durâ plerumque morte clauditur, & contrà.*

Ruſticus quidam gravi liti implicitus, cùm fruſtra ſæpius aditum apud Juriſperitum tentaſſet, ut patronum cauſæ haberet, denique hædo pingui oneratus adfuit, quem cùm ad oſtium balantem percepiſſent, ſubitò ad domum & dominum aditus patuit. (4) Receſſurus igitur ruſticus non domino, ſed hædo benevolentia conciliata gratias habuit. *Abſtem.*

4) *Plenis manibus Patronos cauſarum invenies.*

Paſtor ut caprarum gregem adverſus lupum animaret, lõgâ oratione hortatus eſt, ne quid metuerent, plures eſſe numero, omnibúſque plus virium, quàm uni ineſſe lupo, præſertim cùm armatæ cornibus cõtra inermem incedant lupum. Erectæ hac laude nunquam ſe lupo ceſſuras promittunt, verùm ubi deinde in conſpectum is veniſſet, in ſubitam effuſæ fugam abjêre, paſtore fruſtra cohibente. (5) *Nempe* meticuloſus animus nihil audet egregium, nullâq; ducis oratione ad conſtantiam induratur. *Abſtem.*

XXVIII.

5) *Timidus animus nihil audet egregium.*

Aranea in hirundinem excandescens, quòd muscas captando, suum sibi cibum præriperet; quare in foribus ubi hirundini transitus, ad avem intercipiendam, telam contexuit. Hirundo verò incautè transiens & telam & araneam secum in aëra abripuit. Tum aranea jam peritura, heu dolor exclamat! quam stultè meis viribus majora aggressa sum (1) Ita nempe perii, dum me fortiorem perdere volui. *Abstem.*

1) *Ultio in fortiores, autorem ferit.*

Culex ut hiberno tempore à fame ac frigore se tueretur, ad apum conclave alveare, petitque admitti, pollicitus artem musicam sese inibi juniores apes edocturam. Sed nonnulla apum respondit. Malo aliam proles mea artem discat, quâ se in famis ac frigoris necessitate tueri possit, (2) *Optima* ars est quæ cultores tutò alit. Ita musicus hic exclusus est. *Abstem.*

2) *Optima ars quæ suos cultores alit, vana cætera.*

XXIX.

Accipitres aliquando inimici inter se acerrimâ contentione decertabant, columbæ pacis studio, legatis eò submissis, dissidentium odia composuêre. Sed illi amicitiâ initâ, ut erant ingenio inquieto, cæteras aves ac maximè columbas infestis odiis, rapinisq; dilacerarunt (3) Tum Columbæ, quantò nobis utilior illorum discordia, quàm concordia extitit? *Abstem.*

3) *Mali, nocentiores sunt amici, quàm hostes.*

Opilio lupi catulum ruri ceperat, quem domi inter canes alebat, ut cum iis mansuesceret. Sed hic more suo gregem invadere & lacerare solitus, canes ad eandem societatem traxit. Quare à pastore occisus, canibus in mala consuetudine persistentibus. Meritò inquit pastor hæc fero, qui canibus lupum malè sociavi. (4) *Nempe*, facilius unus malus probos complures, quàm probi multi unum malum suis moribus imbuent. *Abstem.*

4) *Unus Malus plures facilius probos pervertet, quàm convertetur.*

Arbores proceræ, erectæque uno fuecreverant loco, quæ humilem juxtà, nodosámque deridebant arborem. ædificaturus tum forte loci dominus omnes exscindi jubet, relictâ unâ illâ deformi. (5) Tum secum illa, quàm bene me turpem natura genuit, cùm formosis tanta immineant pericula! *Abstem.*

5) *Formosis forma sæpe exitium.*

Similis apologus, de pinguibus caponibus macilentos irridentibus, quorum illi deinde, qui reliquis illudebant,

ludebant, ad lanienam postulati (1) *Nempe* egestas rerum copiâ, plerúmque est tutior. *Abstem.*

1) *Opes est periculo sunt.*

Lupus senio confectus, postquam famę pressus à suis frustra opem rogasset, silvam mœstus adiit, ubi casu in bovis demortui cadaver incidit, quo dum fruitur, adfuêre vultures, corvi & cornices, qui in amicitiam admitti sę rogarent. Tum lupus: En quem proprii nuper filii negligebant; hunc alienigenæ modò amicum expetunt, non mihi sanè, at bovi hunc honorę exhibent. (2) *Nimirum* ollares sunt amici. *Abstem.*

XXX.

2) *Ollares amici.*

Aper nonnumquam cum asino certamen lætus ineibat, quòd se, meliorem dentibus, victorem fore confideret. Verùm asinus verso velut ad fugam tergo, fertermortuis vocibus quereretur, nescisse se asinum intergo arma ferre. (3) *Nimirum* hosti etiam terga vertenti nondum credendum. *Abstem.*

3) *Hosti terga vertēti nondum fidendum.*

Mulier quædam nucem viæ propinquam, sed multis verberibus laceram præteriit. Et ô te stultam, inquit, quæ toties verberibus appetita, copiosius etiam fructus refundis! Cui nux respondit. Ignorare parœmiam mihi videris;

Nux, asinus, mulier, erebro sine verbere, cessant. (4)

4) *Sine verberibus aliqui fructū negant*

XXXI.

Venatorem ad silvam coriarius sequebatur, atque avidus pellis ursinæ, hanc à venatore emit. Qui ut satis faceret, cognitam ursi fossam adiit, canibúsque immissis exegit. Ursus à venatore appetitus declinato ictu illum aggressus prostravit, qui gnarus ferам in cadavera nihil sævire, compressâ intra animâ, mortem simulat. Ursus exploraturus, admotis ad caput naribus, an viveret? denique abiit delusus. Coriarius, qui ex arbore rem spectarat, accurrit, rogâtque quid fera in aurem dixerit? (5) Cui venator. Monuit ne posthac ursi pelliem venderem, antequam cepissem. *Nempe* incerta pro certis habere, fallax est. *Abstem.*

5) *Spes sæpe fallit*, vel *Nondum possessa, ne venāas.*

Vulpes in agro resupina se mortuam simulabat, ut aves, velut ad cadaver advolantes, captaret. Supervenit canis, eámque mordicus invasit dentibus. Tum se delusam advertens. Digna, inquit, fraudibus meis sum

1) *Fraude sua delusus.*

Et meritò capior, dum sic alios captavi. (1) *Nempe* insidias qui facit, sæpe patitur. *Abstem.*

Porcellus, ingenti lamentatione, parentum mortem prosequebatur. Verùm cùm lectis testamenti tabulis, magnum glandis acervum atque aliquot farinæ modios reliquos intelligeret, conticuit. Rogatus, ut quid cessaret à lacrymis? Farina, inquit, & glandes os mihi concluserunt. (2) *Nempe* amplæ hæreditates facilè luctum filiorum consolantur.

2) *Magna hereditas brevis luctus.*

XXXII.

Columba cùm à pica rogaretur, quid eam inducere, ut eodem semper loco nidificaret, ubi toties pulli auferrentur? Simplicitas respondit. (3) *Nempe* simplices decipi malunt, quàm decipere. *Abstem.*

3) *Simplex malum pati quàm inferre mavult.*

Erinacius, hieme adventante, cum vipera egit, ut in suam se cavernam admitteret, quo admisso, cum cõtractus primùm erinacius denique plùs loci occuparet, nec quietè accumberet, viperam graviter læsit, quæ cùm aculeis lauciaretur, ut excederet, orabat. Tũ erinacius: hinc facessat, qui manere non potest (4) Ita exclusa vipera didicit non facilè admittendum hospitem, quem eiicere nequeas. Ali erinacium divertisse ad leporem fingunt, pari eventu. *Abstem.*

4) *Non facilè admittendus hospes, quẽ eiicere nequeas*

Vir atque uxor bigami, hæc quidem maritum defunctum, ille uxorem præhabitam vicissim ad opprobrium mutuum prædicabant. Evenit ut pauper mẽsæ assidentibus supervenire. Tum ut erat in mensâ piguis capo, hunc dimidiatum uxor egenti porrigit. In gratiam, inquit, prioris mariti, accipe. Virsut talionem redderet, alteram partem arripit. Et hanc, ait, in memoriam uxoris defunctæ. Sic dum alter alteri nocere cupit, esurire cogitur. (5) *Nempe* stultè irritatur, qui pari te potest vindictâ premere. *Abstem.*

5) *Aliorum lite & dãno fruitur alius vel ladendo ladi.*

Aquila cuniculi catulos in prædam suis pullis auferebat, matris cuniculi intercedentis preces minásque deridens. Hinc cuniculus arborem, cui nidus impendebat, radicitus suffodit, quæ deinde impulsu ventorum dejecta, aquilinos simul pullos egit præcipites. 6) *Nempe* hostem, quamvis imbecillem, noli prorsus contemnere. Nam, & muscæ sua bilis inest. *Abstem.*

6) *Hostem licet imbecillem noli tenẽnere.*

Rusti-

XXXIII.

Rusticus Cererem exoraverat, ut triticum deinde sine spicis nasceretur, ne merentium, triturantiúmque manus læderet, verùm ubi deinde ab ovibus passim carptum vidit. (1) Tum rusticus, quàm stultas preces fudi, qui parvæ commoditatis gratiâ ingentia commoda amisi. *Abstem.*

1) *Parva cõmoditas sæpe magna fert incommoda.*

Luscinia aliquando ab accipitre deprehensa, inter ungues vitam deprecabatur. Tum accipiter, quid dabis, ut hinc te dimittam incolumem? suavissimo, inquit, cantu aures tibi demulcebo, sed accipiter, ventrem, inquit, demulceri cupiam, (2) hic verò aures non habet. *Abstem.*

2) *Venter aures non habet.*

Lupus ut securus ovibus pasceretur, personam mutavit, & ovinâ se pelle induit, ita dum inter gregem latens damna inferret ingentia, Pastor ovem tam noxiam suspendio necavit. Mirantibus vicinis, quòd in ovem ita animadvertisset (3) Pellis quidem, inquit ille, ovem, sed opera lupum ostendebant. *Abstemius.*

3) *Multi specie recti plus nocent.*

PHÆDRI, AVIENI
Aliorumque Apologi.

XXXIV.

Lepus à Leone Doctor inter animantes promoveri cupiebat. Leo examinis atque experimenti gratiâ, illum sequi ad silvas jubet, ubi venatione institutâ aper cum vulpe à venatoribus exagitabantur, aper cũ fisus viribus sese opposuisset, tandem telis plagisque impeditus succubuit, vulpes periculum omne fugâ declinavit, & latebris septa, facilè se insequentium oculis manibusque subduxit. Præter opinionem hæc leoni evenêre, qui apro jam antè victoriam tacitè ominatus fuerat, ut quem viribus facilè superaturum crederet. Lepus contrà hoc eventu lætus ad conterritum Leonem versus. (4) An non melior est, inquit, prudentia timida, quàm fortitudo inconsulta? Quo circa Lepus, hâc tam opportunâ sententiâ dignus est habitus, qui in Doctorum numero censeretur.

4) *Melior prudentia timida. quàm fortitudo inconsulta.*

Luna quondam à matre rogam postulabat. Qui verò dare possum illa respondit, siquidem omni die mutatis, nunc cornuto, nunc orbe semipleno, nunc rursum integro? (5) *Significat* homini vano & inconstanti

5) *Incõstanti nihil diu placet aut convenit.*

stanti nihil diu nec placere, nec convenire posse. *Plutarch.* in convivio sapientum.

Cyrus Jonibus pacem certis conditionibus oblatam, postquam semel repudiassent, deinde negavit, hoc usus apologo: Tibicinem quondam ad pisces alliciendos suaviter tibiâ concinuisse. Verùm nullo apparente, sagenâ deinde in mare immissâ, multos ebsque palpitantes attraxisse, dixisseq; serò jam ac frustra saltatis, qui me concinente id noluistis. (1) *Significat* multos non flecti, aut sapere, lenitate provocatos, sed tantùm coactos. *Herod. l.* 1.

1) *Multi pil nisi coacti agunt.*

XXXV.

Noctua aliquando cicadam orabat, ut interdiu cantu temperaret, qui somnum sibi everteret, verùm precibus semper irritis. Igitur dissimulato dolore, vocem ejus laudat, & post cantum ad necatar Palladium sibi à Minerva oblatum, invitat, cicada ubi advenisset, insidiis cit cumventa, periit. (2) *Significat* charitatis rationem habendam, nec temerè lædendos alios, si absque discrimine cupias vivere. *Phædrus*

2) *Neminẽ lædat, qui lædi non vult.*

In eadem arbore nidum collocaverat supernè aquila, infernè ad radicem aper cubile, in medio felis educabat catulos, hæc fraude primùm aggressa aquilam, perniciem illi sibiq; ab apro parari asserit, ut qui post suffossam & ruituram arborem, utriusque prolem avidè exspectet. Mox eadem felis clam aprum convenit, atque aquilam ex frondibus advigilare fingit, ut prodeuntes fœtus, raptim aggrediatur, sibiq; ac suis pullis in cibum expendat. Ita nec aquila suos aulâ deserere natos, nec aper, unde factum, ut inediâ utriusque pereuntibus, suis deinde felis catulis laurum apparatum ex eorum carnibus instrueret. (3) *Ita* vafer insidiator aut calumniator in proximos sæpe maledicè, ob proprium emolumentum grassatur. *Idem.*

3) *Inimicitia inter amicos utrorumque calumniis structa.*

Asinum in prato custodiebat timidus senex, qui hostium clamore territus asino suasit, ut se fugâ subduceret. Tum asinus. An putas geminas mihi clitellas imposituros hostes? Cumque negaret senex. Ergo inquit asinus, si unas ferre debeam, quid refert illis, an tibi feram? (4) *Nempe* nil interest pauperis

4) *Multi curant, nõ cui domino, sed quo commodo serviant.*

ris, quem dominum habeat, cùm utrique serviendum. *Idem.*

XXXVI.

Rusticus quidam anserem nactus qui indies aureum ipsi ovum pareret, cúmque ipse moræ impatiens, totum intus auro refertum crederet, mactavit, verum inani reperto utero. (1) O me stultum, exclamavit, qui cùm ambirem omnia, omnia amisi!

1) *Qui multis sæpe inhiant, multis excidunt.*

Musca cùm calvo homini insultaret, gauderetq; quòd frustrato is sæpiùs ictu seipsum feriret. Calvus ait, sæpius deludor, & me ferio, sed ubi te semel seriâ, cades. (2) *Docet* temerè certamen frequentandum non esse cum fortioribus.

2) *Temerè extremum subitur periculum.*

Rusticus suem, quòd segetes invasisset, unâ aure multavit, redeuntem alterâ, denique ad furta recurrentem, mactatam suspendit, ex qua dum coquus cor sustulisset, hetúsque illud indignans quæreret, (3) an, inquit, existimas cor habuisse, quæ toties plexa nondum sapuit?

3) *Plexum non corrigis stulsi est.*

Leo, lupus, ac vulpes simul venatum concesserant, Bove capto, divisóque tripartitim, primam sibi partem honoris & prærogativæ gratiâ vendicabat leo; alteram quoque impensi præ reliquis laboris, viriúmque causâ. Sed lupus indignari cœpit, atque ex æquo dividi postulabat; cui impactis in caput unguibus, ingenti vulnere illud cruentavit. Tum vulpes rogata à leone; cui adjudicaret partem alteram? Totum, inquit, tibi ex merito bovem deberi censeo. Quis te, subjunxit leo, ita loqui docuit? Tui, respondit, pedes, & lupi caput. (4) *Nempe* cum imparibus prædæ societatem infelici plerúmque exitu jungit inferior.

4) *Timor pœna. Divisio iniqua.*

Simia ex natis cariorem ante se in ulnis ferebat, minùs carum in dorsum rejecerat, sed inter discrimina cùm natum ex ulnis fugiens reiiceret, alter vel invitæ in dorso pependit, & servatus denique solus matris amplexus meruit. (5) *Ita* sæpe neglecti, denique feruntur. *Avienus.*

XXXVII.

5) *Neglectos sæpe liberos servamus, perdimus teneræ amates.*

Asinus cùm voce, se leoni parem crederet, pellem fortè leonis reperit, quâ indutus, leonis personam circumferebat, turbatis passim in rure agrestibus, armétisque;

risque; sed ubi illum rusticus ex aure agnitum depre-
hendisset, miserè verberibus mulctatum sub clitellas
remisit. (1) *Avienus.*

1) *Quod es, esse velis* vel *Personam imperitè ficta.*

Rustica suo indignata, ob stetum immoderatum puero, nisi taceret, comminata est, escam se illum lupo daturam. Fortè lupus inaudierat jurantis vocem, ac, spe alitus, præ foribus dudum hæsit, sed denique morâ & fame coactus discedere, domi lupæ quæstus est mulieris fallaciam, (2) quæ irrisit stolidum, quòd mulieri fidem habuisset. *Avienus.*

2 *Matris in filios irâ placabilis.*

XXXVIII

Caprea in fonte suam speculata imaginem, tenues carpebat pedes, amplis verò gaudebat cornibus. Deinde leonem ipsam insequentem, cùm cornua & oneri & impedimento inter silvas videret, pedes sibi præ cornibus utiliores intellexit. (3) *Nempe* juvant sæpe maximè, quæ minimi pendimus. *Gabrias.*

3) *Sæpe noxia nobis prohabem⁹ utilibus.*

Ranæ, quòd intelligerent solem nuptias celebrantem, magnopere exsultabant. Verùm quædâ sapientior. Nos miseras, inquit, hisce nuptiis: si enim unius radios solis ferre sæpe vix possumus, cùm genuerit filios, quomodo plurium feremus? [4] *Nempe* iis sæpe gaudemus, quæ nobis sunt noxia *Gabrias.*

4) *Incũdio sæpe delectamur, quam vis noxiis*, vel *Vnum facilius tyrannum quam plures toleramus.*

Lepores cum se ubique peti, tanquam imbelles, cernerent, desperatione victi sese submergere statuerant, cùmque iccircò lacum accessissent, ranásque fugientes conspicerent. Et nos, inquit nonnemo, aliis timendi sumus, adeóque desperationis consilium in audaciam versum est. (5) *Nempe* non facilè desperandum, cùm timeri possint, qui timent. *Æsopus.*

5) *Timeri possũt, qui timent*, vel *Successus animos facit.*

Quercus à ventis lacerata calamos juxtà arundinésque mirabatur, quòd illæ sæ adversus tantam vim torum vim persisterent. Cui illæ; nos ventis servimus & opportunè cedimus. (6) *Nempe* cedendum fortioribus, ne cadas. *Avienus.*

6) *Cedendũ fortiori, ne cadas.*

XXXIX.

Pastor capræ suæ cornua baculo impacto fregerat, ac subinde capram orabat, ne domino hanc injuriam quereretur. Tum illa, etiamsi tacuero, loquetur cornu. (7) *Nempe* difficile est manifestum scelus obtegere.

7) *Manifestam injuriam tegere difficile est.*

Puer

Puer flens ad puteum considebat, fure accedente, ac causam doloris rogante, vas aureum, inquit puer, mihi in aquas delapsum ploro. Tum ille auri avidus, vestésque exutus in puteum se dimisit: nec mora, raptis puer vestibus illudit improbo, qui aurum frustra sectatus, vestes etiam perdidit, dignâ animiæ cupiditatis pœnâ. (1) *Qui* enim sectatur aliena, meritò etiam amittit propria. *Avienus.*

1) *Aliena sectat⁹ meritò propriis excidet.*

Sol & Eurus ventus, ubi hominem superbè pallium tum observassent, certamen ineunt, uter suo ingenio, priùs homini pallium detraheret. Eurus igitur insolenti flatu insurgere, ac quaqua versum dissicere chlamydem cœpit. Verùm tanto viator arctius sese pallio implicabat. Sol deinde suas agere partes, radiósque sensim acriores affundere incipit, ut homo calore perfusus denique explicare se ac liberare chlamyde sit visus. (2) *significat* violento impetu sæpe mala non corrigi, quæ leni castigatione corriguntur. Ita *Petrus Damianus* lib. 1. Ep. 16. & *Avienus.*

2) *Lenitate magis, quàm vi & severitate corrigendi homines.*

XL.

Tres tauri in solitudine unanimes vivebant, frustra iccirco à leone impetiti, quate egit ut inimicitiis pugnisque inter se congrederentur, tunc seorsim adortus singulos facilè superavit. (3) *Aphthonius.*

3) *Fortior hostis insidiis inter se committendus est.*

Vulpes leænæ quondam objecit, quòd illa uno partu nō nisi unum profundat. Respondit, unum quidem, sed leonem parere, (4) *Significat* non tam numerum & multitudinem, quam virtutem attendendam.

4) *Virtus, non numerus spectandus.*

Voluptas quondam & Dolor lite mutuâ exarsisse feruntur, Jove ad hanc causam delecto judice, qui cùm non posset dissidentes componere, nexu illos indissolubili copulavit. (5) Ita voluptas quæsita dolorem trahit consequentem; dolor contrà voluptatem.

5) *Dolor voluptati nexus.*

Quidam in ponte amnis vectigal à defectuosis transeuntibus exigebat, ea lege, ut pro vitiis ac numerosis singulis, singulos nummos penderet. Scabiosus ubi advenisset, recusavit pro scabie nummum pendere. Ergo portitor pignoris loco pileum abstrahit, cùm alterum in calvo vertice alopeciæ vitium apparet, ac pro eodem jubetur solvere. Etiamnum restitit, ut pro-

inde in terram actus tertiò, herniæ vitio laborare videretur, Ergo, inquit portitor, jam ternos nummos exigo, illósque coactus est pendere, qui unum principio recusabat. (1) *Significat* excusatione plerúmque vitia, damnúmque accrescere, & propalari, non minui & obtegi.

1) Pro parvo delicto pœnam detrectans, graviora sæpe luit.

XLI.

Femina conjugem profùsè flebat tumulo indivulsa, hanc sitibundus eques reo ad furcam custodiendo relictus convenit, atque ex fonte proximo potum orat, simúlque lacrymantem solatur, verbis ad amorem captandum opportunis. Et verò admisit illa non modò solatium, sed & novi hospitis amorem. Quo ille detentus, cùm interea fur de patibulo sublatus esset, rediit querens, doléns que miles de amisso fure. Illa vicissim solatium consiliúmq; suadet, ut defunctum maritum furis in locum ad furcam surroget, (2) quo accepto, peractóque consilio, ostendit mulier, quàm facilè siccentur pro defunctis conjugibus fusæ lacrymæ, novo licet flagitio extergendæ. *Petronius Arbiter.*

2) Mulierũ pro defunctis maritis facilè siccantur lacrymæ, vel Mulierum affectus inconstans.

Luna sub nomine Titanis orbi dominari cupiens, subsidium reliquorum siderum sibi comparavit; verùm à sole cum sideribus victa, ad perpetuas tenebras damnata, *didicit* supra vires nihil aggrediendum. (3)

3) Supra vires nihil affectandum.

Observavit aliquando vulpes rusticum in curru gallinas ad urbem deferentem, itaque cum lupo consilium init, de fallendo rustico, lupúmque, opportunitate captâ, equum jubet invadere. Illa igitur in via, quâ rusticus ferebatur, ceu mortua, decumbit; ut proinde rusticus illam arreptam in currum, velut optatam sibi prædam deiiceret. Sed hæc gallinis propinqua, iis captis sese subducit, quam dum insequitur rusticus, lupus equum in curru adoritur, prosternítque. (4) Miser auriga dum utrique subvenire nititur, utrumq; amittit.

4) Qui aliena rapit, sæpe amittit propria.

XLII.

Herus quidam servum domi alebat, ingenio tardum, quem iccirco regem stultorum per contemptũ nuncupabat. Indignatus denique servus, Utinam, inquit, rex essem stultorum! latissimum in orbe tenerem imperium, túque mihi etiam servires. (5) *Nempe* stultorum plena sunt omnia.

5) Stultorũ plena sunt omnia.

Mulier

Mulier simplicem nacta maritum, illum, abiens, pullis custodiendis præfecerat, verùm quòd milvus unum sustulisset, verberibus egregiè mulctatum, iteratò præfecit. Tum is, colligatis ad filum omnibus, cautiùs providere statuit, ita miluus rediens uno sublato reliquos post se traxit. Quo viso desperabundus homo, de morte sibi irroganda, ante reditum uxoris, cogitabat. Igitur vasculum, in quo bene conditæ ficus (quas uxor venenatas finxerat) ut maritum absterreret, totum exhausit. Uxore reduce, jámque verbera intentante: parce, inquit: nam subitò moriturus sum, totum enim vasculum toxicat um exhausi: (1) Tum verò mulier risu soluta, intellexit se frustra verberibus stultitiæ mederi.

1) *Stultitiam frustrà verberibus corrigim⁹.* vel, *Perdis, quod cum stulto stulti cõmittis.*

Vulpes gallum, arbori insidentem, salutat; & nunquid decretum pacis, inter feras concusæ, acceperit? interrogat. Gallo negante Ita asserit vulpes, omninò res habet, depone metum omnem, atque huc nos cõveni. Tum gallus, collo erecto, malum, inquit, quidnam illic conspicio? hercle, canes duo raptim ad nos contendunt Mox vulpes conterrita, fugam circumspectare, atque etiam ingredi Quonam abis, gallus exclamat, nunquid decreta nobis pax est? Dubito, ait vulpes, an canes de illa intellexerint (2) *Ita* dolus pari dolo illusus est. Nimirum.

2) *Dolus dolo delusus,* vel *Fraudulento non fidendum.*

Dolus, an virtus quis in hoste requirat?

LXIII.

Lupus, vulpes, & asinus in judicium adducti, ut, de admissis sceleribus examinati, pœnas darent. Lupus quidem fassus est, pinguem abs se devoratam esse suem, sed non immeritò, quòd suculas domi famelicas macilentasque, sine lacte, destituisset, comedisse deinde & suculas miseratione ductum, ut eas miseriis & inediâ tolerandâ liberaret. Vulpes subinde gallum se gallinaceum sustulisse, confessa est, eò quòd immodicâ garrulitate & cantu quiescentium somnos interturbarit. Visa est Judici æqua factorum excusatio. Asinus subinde jussus crimina exponere, cùm fateretur ex servi sese calceis furtim stramina in pastum decerpsisse, grave hoc omnibus facinus visum est,

quòd invito domino rem tantam ausus fuerit, subductísque straminibus pedes servi læserit, atque in viâ retardarit, ut iccirco iter, atque opera hero debita, exsoluta non fuerit. (1) Quocirca lupo & vulpi ad pœnam datus, morte delictum expiavit, miserè ab iis devoratus. Nimirum.

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

Senex cum filio adolescente ad nundinas frequentes ante se agebant asinum, risi ab obviis, quòd asino otioso neuter insideret. Conscendit igitur prior senex: indignati mox obvii, quòd puer, post tergum senis cursu fatigaretur. Igitur juveni descendens senex locum fecit, rursum obvii factum reprehendunt, quòd unitatur senex stipite, adolescens asino hæreat Ergo utérque asino sedit, nec vitant tamen reprehensionem: nam, miserum, fortè obvii, exclamant asinum, qui utrumq; ferre cogitur! Quare certi experiri omnia, asinum humeris ipsi suis tollunt, atque ita insistunt viæ Occurrentes ad tam novum spectaculum risu soluti, alibi, inquiunt homines ab asinis portantur, hic ab hominibus asini. Senex denique indignatus, quòd arte nullâ devitare calumniantium linguas posset, in præterlabentem fluvium asinum præcipitem egit (2) *Nempe*, Quot hominum capita, tot sententiæ. Nec Jupiter quidem omnibus placuit, qui publicum amat, censuram quamlibet ferat necesse est.

1) *Magni fures sæpe minores plectunt* vel *Humilium error plerumque capitalis, magnorũ venia dignus judicatur.*

2) *Nemo omnibus satisfacit*, vel *Hi hil tam rectum, quod Momus non carpat.*

XLIV.

FREITAGII

Apologi.

Habes studiose lector, copiam aliquam cum delectu à me suppeditatam, earum fictionum, quæ apologicè tibi veritatem, velut in imagine figurata exhibent. Licet omnes ejus generis non sint, ut aptè sat penicillo exponi & adumbrari queant. Cùm tame pleræque omnes aliquâ naturæ propria affectione similitudine, ad imaginem stylo, aut calamo forma dam, idoneâ fundentur, adhiberi non immeritò pote runt: eæ præsertim, quæ vulgò notiores, ut illa de a no Isidis, eiúsque apud Demosthenem umbra; de ca ne umbram prædæ in aqua majorem captante; vul corvu

corvum, raptâ ex ore prædâ onustum, ad cantum invitante &c. quales aliquot apud *Alciatũ* reperies apologos, ut infra patebit lib. seq. Reperi & quendam *Arnoldum Freitagium* in Mythologia ethica non imperitè has fictiones emblematis exponentem. Pauca delibabo, ut argumento simul & exemplo aliis esse possint.

Equum oneribus succumbentem verberibúsque iccirco malè tractatum exhibet, qui de injuria Domini meritò queratur, Quod schema gravissimis tributorum oneribus succumbentibus applicat. (1) subscripto illo Pharaonis decreto *Exod. 5 18. Ite ergo & operamini, palea non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum lapidum.*

1) *Qui subditos tributis nimium onerãt opprimunt.*

Asinum quoque proponit, leoni ad galli cantum fugato, instantem, quòd se gallum voce ac corpore superare, adeóque faciliùs leonem propulsaturum crederet, sed à converso leone discerptus. (2) Illud *Ecclesiastici* 8. observandum ostendit. *Non litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius.*

2) *Non omnia possum omnes*, vel *Ne litiges cũ potente.* XLV.

Simium exhibet prolem frequenti arctóq; nimis complexu suffocantem, subscribit. (3) *ex Prov. 13. 24. Qui parcit virgæ, odit filium suum, qui autem diligit illum, constanter erudit.*

3) *Nimio amore Mater sobolẽ perdit.*

Equus leoni medicinam offerenti posterioribus pedibus [quibus se dolere fingebat] excuti cerebrum (4) &c. *Ita* dolus majori sæpe dolo eluditur.

4] *Dolus dolo dolusus.*

Arundo fraxino, ventis laceræ, suadet cedendum, (5) subscribitur. *Luc. 1. Deposuit potentes de sede & exaltavit humiles.*

5) *Cedendo vincitur.*

Serpens incudem dentibus aggressa, illâ nil læsâ dentes perdidit. (6) subscribitur *ex actis Apost. durum est tibi contra stimulum calcitrare.*

6) *Ladendo ledi,*

Bubulcus, cùm precibus apud Idolum suum propinopia sublevanda, nihil ageret, fracto ex indignatione simulacro, in ventre thesaurum reperit. (7) *Nempe* extorto etiam beneficio aliquando gaudendum.

7) *Nonnũquam indignatio vincit.* XLVI.

Testudo, cùm nimiùm fiso pedibus lepore de celeritate contendit, ac negligente dormient éque lepore, conti-

continuato noctu diûque labore, prior metam attigit. (1) *Nempe sic currite, ut comprehendatis* 1. Corinth. 9.

1) *Sedulitas plus impetu potest.*

Gallus neglecto in sterquilinio adamante, grana legit, ut credebat pretiosiora. (2) *Nempe. Quid prodest stulto habere opes? cùm sapientiam emere non possit. Proverb.* 17. 16.

2] *Frustrà opes quibus uti ne queas.*

Bos ad stivam, feliciorem in pascuis vitulam prædicat, (3) hanc verò aræ cernens admotam, sortem suam præfert. *Nempe* felicitatem exitus probat.

3) *Nemo ante finem beatus.*

Hæc satis opinor avido, fastidioso plusquam satis. Quâ verò ratione apologi emblematis serviant, infrà de imaginum materia pressiùs aliquantò expendemus.

Finis Libri Secundi.

Liber III.

Res imaginibus excultæ & ornatæ.

CAPUT XXVII.

De vexillis & eorum figuratis imaginibus.

I. *Imagines in vexillis Hebræorũ.*

IN vexillis usitata jam pridẽ accepimus symbolica insignia admilitares ordines discernendos, per quæ suã quoq; nationes singulæ, aut vexillationes magnanimitatẽ similemve profiteri virtutem sunt visæ. Certè horum usum ad gentẽ retrò Israëliticam nõ pauci reducunt. Celebrantur *ut Villalp. in Ezech. t. 2. p. 2. l. 5. c. 29. Prado Bonf. Corn.* vexilla Judæ, Rubẽ, Dan & Ephraim; nã hæ tribus mediæ dignissimæq; ceterarum, singula castrorum latera obtinebant. Colores vexillorum ex gemis Rationalis deducunt, in quib⁹ singularum tribuum nomina pectori Pontificio appensa legebantur, adeóq; vexillum Judæ viride faciunt; ut cujus nomẽ viridi smaragdo insculptũ; Rubeni puniceũ esse volunt, ad Sardii gemmæ similitudinem: Dan verò ad Iaspidis speciem candido puniceóque colore permixtum: Ephraim denique, ad Chrysolithi imaginem, aureum. Neq; desunt emblemata quibus vexilla exornent. Judæ leonem tribuunt ex Jacobi morituri vaticinio. Ruben hominis iconẽ assignant, ut qui caput gẽtis ac stirpis esset; quánquã à patre ob incestũ exautoratum, adiiciúntque mandragoras, quas matti puer de agro obtulerat. Ephraim bovis figurã adscribũt, quia Josephus ex obesis bobus septem totidẽmq; extenuatis sequentiũ annorum copiam ac deinde sterilitatem collegerat, quo factum, ut & Ægyptii Deũ suum Apim (quem Josephum existimant) bovis specie coluerint. Denique aquilam colubrum unguibus complexam, Dan obtinuit, ex Jacobi parentis verbis, meminit & Iosephus. *lib. ant. 12. cap. 5.* literarũ quondam à Rege Lacedæmoniorũ obsignatarum hac ico-

ne, quibus ad Pontificem Judæorum datis, amicũ se ac consanguineum profitetur. Quæ si non fallunt, cõstat mysteriorum, & symbolicæ virtutis gratiâ suam cuique tribuam imaginem, de qua re consule S. Scriptura Interpretes in c. 49 Genesis. Et 2. Numer.

II. *Imagines in vexillis Rom.*

Et Romanis sua vexilla, figuratæq; imagines fuêre. Primò illa quidem signis tantùm ex instituto constabant, *ut Alexan. l. 4. c. 2.* ut cùm fœni manipulos prælongæ illigatos hastæ præferrent, unde manipulares dicti milites. Aucto mox imperio ingenióq; militari, aquilæ, lupi, minotauri, equi, & capri seu porci simulacra exercitibus prælata sunt, ita tamen ut pugnaturis sola aquila præiret, reliquis quatuor signisante Prætorium defixis. Illa enim Jovẽ adversus Titanas, inde Cretenses, demũ Trojanos atq; Æneam in Latio, postea Romanos in bellis usus memorãt. Quæ quidem animalia *à labore ac vicendi superandiq; certa cõsuetudine* Romanis placuisse nemo ambigat. Lupa Martios lactavit juvenes Romulũ Remúmq; Equus *bello*: Aper *pugna* natus: ut suggerendæ *virtutis* aptiora vix reperias symbola. De Minotauro Vegetius, *l. 3. c. 6* inquit, Tutissimũ in expeditionibus creditur, *faciendæ nescirisob* hoc veteres Minotauri signũ in legionibus habuerũt; (1) Jut quemadmodũ ille in intimo & secretissimo labyrintho abditus peribebatur, ita *Ducis cõsilium semper esset occultũ* De aquila Josephus inquit, hac aviũ valentissima, *victoriæq;* habens omen, erat vexillum legionũ & conflabatur ex auro, aut ex argento. Neq; enim primo tẽpore, penicillo ac caloribus adũbratæ, verùm ex metallo effictæ imagines, atque in pertícas erectæ præferebantur, cujus quidem inferius hastile acutum erat, ut terræ infixum, ubi opus, subsisteret, *ut Alexand. ibid.* Consuetúmq; signat non nisi auspiciis capratis vellere, quæ si deinde facili ductu evellerentur, leviáq; translatu forent, *indubia victoriæ omen* credebatur. *secus* ubi difficulter sequerentur. Inter pugnandum in media locabantur acie, quíque ea præcederent antesignani dicebantur.

1) *Ducis consilia occultanda.*

III. Turpissimũ desernisse signa erat, ut profunde in medias nõnunquam hostium turmas projecta, Romano incita-

incitamenta fuerint, per medias acies ad signorum defensionem penetrandi, *ut Cæsar li. 4. belli gal.* ac si omnem in iis fortunam virtutemqu sitam haberent. Illud non omiserim, quod notavit Lipsius, *de mil. Rom. l. 4. dial. 5.* pro manipulo fœni, deinde usurpatam super vexillū manum serto coronatam, tanquam sibi *manu parandam victoriam* designarent, nec nisi *pugnandi cororam* sperarent. quod si allusione etiam ad manipuli vocem, ex Lipsii sententia, factum fuerit, apparet per manipulum *strenuas manus* designatas, quæ horum hoc denique, uti & ceteris animalium signis è castrorum disciplina eliminatis, sola aquila C. Mario adversus Cimbros pugnanti, tanquam ceteris auspicatior, placuit. *ut Alex. & Plin l. 13. c 3* quam milites eâ religione colebant; ut, festis diebus, unguentis, vemulcerentq;. Quanquam postea ad distinctionem legionum, non modò Cæsarum, Consulum, Ducumve nomina; sed aliæ etiam effigies usurpatæ fuerint. Unde Dio, de Crasso adversus Parthos pugnante, agens: Vexillum, ait, quoddam ex magnis illis, quæ velorum similia sunt, & quæ puniceas literas inscriptas habent, ad notitiam exercitus & summi ejus Imperatoris, in flumen ex ponte inversum decidisse. Et Alexander *loco cit.* Draconis effícti imaginem adhibitam refert, de quibus Claudianus. *In nuptiis Honor.*

Signis animati milites.

Stent bellatrices aquilæ, savique dracones.

Hinc Draconarii milites nomen accepere. Quod signum, uti ad *terrorem hostibus ingerendum*, proponitur; ita ad *memoriam egregii facinoris* Julius Cæsar, *ut Alexan. suprà.* olim quintæ legioni elephantum cōcessit; quòd illa, contra Jubam Regem elephantis instructum bellatoribus, insigni virtute triumphasset. Sed & Augustus. *ut Isid. l. 17.* inter peditum signa pilam, sive sphæram terestrem, constituisse dicitur, quâ *terrarum orbem Romanis militibus pervium subjectumque* testaretur.

Recentia non tangam vexillorum emblemata; sed noñulla veterū à Romanis diversorum exemplа, quæ IV.

Imagines diversarū in bello gētium.

cio. Persis noāuuquā solis simulacrum; noñunquam & sacer ignis; plerumq; tamen aquila patentibus explicata alis in bello placuit. *Athenienſibus* ut Alex l. 4. c. 2. *noctua; Thebanis Sphingis effigies; Æacidæ insula marina turtur; Cimbris taurus aneus; Eumeni Ceres & Alexander: Cratero & Neoptolemo Minerva, militiæ ſignum in bello notabatur. Cyrus aureū gallum affixum lanceæ militi in acie pro vexillo dedit. Fertur Oſiris canē geſtaſſe pro inſigni armorum; & Porus Indorum Rex Herculis ſimulacrum, quod deſeruiſſe militare flagitiū habebatur. ut Vellejus Paterc.* Germani effigies olim, lucis ſilvarū ſubductas efferebant: quibus tamen poſt ſuperatum Varum aquilaſq; Romanorum geminas [tertia enim reperta non eſt] obtentas, ad recordationem victoriæ invictis gentibus extortæ, aquilæ eædē placuēre, magno omine, Imperii aliquando ad Germanos transferendi. Quanquā, Tacito aſſerente, *de morib. Germ.* Germanis antè etiā ſymbolicæ animaliū figuræ neglectæ in vexillis prælijſq; non fuerint. *Hinc* ait, *veteranarū cohortium ſigna, inde deprompta ſilvis jugiſq; ferarū imagines, ut cuiq; gēti inire præliū mos eſt.*

V.

Imagines diverſæ Chriſtian. in vexillis.

Hic vexillorum uſus à Chriſtianis poſtremò occupatus, excultuſq;, nō in bello tantūm, ſed ſacris etiam cęremoniis locum reperit. Et de Conſtantino quidem Imperatore legimus. *apud Soz. l. 5.* illi, poſt profanas Martis aquilas, ſacrum in bello Crucis ſignū placuiſſe, ſuperis formam titulumq; monſtrantibus. Siquidem ubi adverſus Maxentium Tyrannum ad pontē milviū pugnaturus eſſet, nō ſine formidine amittendæ victoriæ, ad cœlum converſus; ut numinis, etiam gētilis, opem imploraret, crucem inter nubes auream obſervavit juxta quā ſtellis hæc epigraphe exarata legebatur. *In hoc ſigno vinces*, quo animatus ſpectaculo, Maxentium aggreſſus, proprio incogitantē dolo oppreſſit; eūm is ponte milvio doloſè ſucciſo, ut hoſtē falleret, deniq; facti iñemor per eundem ſe recepturus, interierit, adeoq; Conſtantinus Cruci deinde inter militaria vexilla primum dederit locū, feliciſſimis eā auſpiciis, non ad victoriam modò, ſed & fidē orthodoxam ſecutus. Quæ deinde vexilla Julianus apoſtata revocare ad imagines

imagines antiquas gentiũ conatus, in populatibus vexillis Jovem pingi jussit, cœlitus sibi cononã purpuramq́; *Imperii symbola*, exhibentem. Martem deniq́; & Mercurium in se relpiciẽtes, & velut oculo arteſtãtes, ut Sozomenus, *l. 5. c. 17.* memorat, quòd, *& eloquio, & bellandi indaſtria valeat.* Hæc autem, & quæcunq́; ad paganiſmi perſuaſionem facerent, ſymbolicis imaginibus admiſcebat; ut ſubditorum animos à Chriſto traduceret. Sed reſtituit Crucẽ vexillis iterũ Arcadius, *ut Proſper. p 3. promiſ. 34. de Martyr.* alio divinitus porrecto provocatus: nã cùm adverſus Perſas in bellum contenderet, ſparſæ in multorũ veſtibus æreæ cruces victoriæ argumentũ fuêre, quocirca & numis aureis *Crucis* effigies impreſſa, ut animis ejꝰ inſideret *mẽoria.*

Saxonibus laudabilior olim etiam vexillorũ mutandi ratio, quã Juliano fuit. Illis enim cùm familiaris VI.
imago equi nigri ante baptiſmũ eſſet, *ut Cranzius l. 2. Sax. c. 4.* placuit Carolo Mag. poſtquam *ex tenebris errorũ veritatis lucẽ aſpexiſſent*, pullo equino atro ſubrogare candidum. Unde intelliges ſuã etiam coloribꝰ vim eſſe ſymbolicã. *Servius l. 8. Æneid. in princip* Nec que enim abs re fuit quòd Romanis olim equitibus cæruleum vexillum tributum eſt, cùm pedites roſeum poſſiderent, quod tamẽ, neſcio, an Cattarius ſit aſſecutus, cùm. *apud Ricciar. in tit. vexil.* aſſerit: equites planos ſibi æqualeſq́; cãpos depoſcere, qualis ſit oceanus cæruleus, malim enim per cæruleum colorẽ Jovi proprium, & per ſanguineum Marti, hæc ſibi *Numina* Romanos *ad bellũ propitia conciliare* voluiſſe. Quo facit illa quoq́; in monumentis Mediomatricũ hodie Metenſiũ obſervata hiſtoria: *ut Gregor. Tholoſ. de Rep. l. 6. c 17.* huc enim ubi Metiũ Julius Cæſar cũm parte copiarũ, ad obſidendã urbẽ, deſtinaſſet, iſq́; deditionis, & recipiẽdorum in urbẽ Cæſaris inſigniũ admoneret, Reſpõdiſſe, feruntur; nõ alia ſeſe admittere decreviſſe inſignia, quàm albi & nigri, id eſt, *vitæ & mortis*, ſymbola: quòd cõſtitutũ apud ſe haberent, *aut mori, aut vincere.* Sed inſignia hæc quidẽ obtinuêre; verùm Metiũ victorẽ atq́; (æternæ memoriæ causâ) ejus nomẽ urbs deinde Metæ dicta, accipere coacta eſt. Porrò in-

ter colores albus

VII. bus plerumq; *bene ominatus* habitus est. *Mart. Cromerus l. 2. de reb. Pol.* Ita alba Aquila, expassis alis coronata Polonorum insigne est, á Lecho regni primo autore natum, qui sedem urbis regni quæsituus anno Domini 550. sexto à Varta flumine miliario, inter paludes nidum Aquilarum reperit; ubi excitato oppido illi nomen à nido, vernaculo sermone, Geneslno, fecit; aquilasq; ad vexilla transtulit, furvo colore in album translato Ita dum Fridericus I. Imperator. Uladislao Bohemiæ Regi ejus nominis II. gratiam honoremq;, ob navatam contra Mediolanenses egregiam operam, *ut Dubravi l. 12.* decrevisset rependere; pro nigra, quàm in vexillis præferebant, aquila, fulvũ leonem, ceu *perpetuũ fortitudinis argumentum*, usurpare jussit; sed ubi pictoris ingenio Leo in vexillo exliberetur, contractâ inter femora caudâ, quod *timoris est signum*, Bohemi de cauda scisitantur, atque aquilam reposcunt. Tum Cæsar in risum solutus; ut magis emineret leonis species, album illum, binisq; in altum porrectis caudis conspicuum, in vexillo rubro, adumbrari jussit, quâ Bohemi delectati, quòd præcipuum in cauda robur leo circumferat, etiamnum utuntur, tanquam *pristinæ virtutis testimonio*, albo etiam inusitato leonibus colore uti maluêre, *ut felicitèr usurpata fortitudinis* imaginem circumferrent. vide infra de insignibus.

CAPUT XXVIII.

De clypeis, eorumque notis typicis figuratis.

I. *Heroes olim in clypeis insignia imaginum præferebant,*

NOn in vexillis tantùm militum cohortes, verùm & armis, scutis præsertim clypeisque, hastæ virtutum notas symbolicas, optimus quisq; *fortissimusq;* olim *bellator* ostentabat. Hinc Virgilius de Aventino Herculis filio: *lib. 7. Æneid.*

——— *Clypeoque insigne parentis,*
Centum angues centumq; gerit serpentibus hydram.

Filius nimirum *paternæ virtutis æmulus*, ejus *fortitudinis* argu-

argumenta proponebat. neque verò cuilibet olim ignavo hæc virtutum symbola usurpare licuit. unde illis, qui *nullâ re præclarè gestâ eminerent*, albæ tantum parmæ atque ab omni nudæ symbolo concedebantur, ut idem Poëta de nonnemine:

Ceteris parma alba erat.

——— *Parmaq́ inglorius alba.*

Quæ verò militiæ egregiâ laude excellerent, his clypeus suis imaginibus insignis offerebatur, quòd cælitus olim, vel inventum, vel probatum ex Pausania *in Messen.* constat; siquidem Aristomenes Messenius, dum Lacedæmonios victor insequitur, amisit clypeum, quẽ frustra quæsitum Apollinis Delphici monitu jussus est ex Trophonii antro, Labadeæ propinquo repetere. Inventum ad aras *gratitudinis* ergò Delphis suspendit, in quo aquila passis alis victoriæ argumentũ illustris eminebat. Plinius hunc imaginũ in scutis usum ad Trojanorũ tempora revocat. *l. 35. c. 3. Scutis enim*, inquit *qualibus ad Trojam pugnatum est, continebantur imagines, unde & nomen habuêre clypeorum, non, ut perversa Grammaticorum subtilitas voluit, à cluendo. Origo plena virtutis: faciem reddi in scuto cujusq́, qui fuerit usus illo.* Nec modò imagines pugnantium; sed etiam symbolicas exhibitas constat. Etenim Agamemnon, in bello Trojano, caput leonis, ceu *terrorem suis viribus incussurus* hosti, *ut Pausan. l. 5.* cũ hac inscriptione circũtulit, ὄντος μὲν φόβος ἐςὶ βροτῶν. Amphiaras, *ut Pindarus in odis*, in expeditione Thebana pictum in clypeo Draconem gessit; Capaneus hydrã: Polynices Sphingem. Ulyssem Delphinis imagine usũ memorant: Hippomedontem, Typhone fumos ore exhalante, Perseum Medusæ capite serpentib⁹ crinito, unde nata suffixi capitis Gorgonici fabula. Alcibiadi cupidinis effigies, fulmen cõplexa, placuit, Cadmo Draco, Osiridi & Clearcho Tyraño aquila aurea, Antiocho Regi leo cũ caduceo familiaris erat, quo *pacem simul atq́ arma hosti deferebat.* Vide *Plutar. locis diversis & Alexand. l. 6. c. 22. ac Tiraquel. ibid.* Anubis Ægyptius canem: Capaneus Regis Ligurum Cygni filius olorẽ habuit, quo *paterni nominis virtutisq́ sese observatorem* declaravit. Theseus.

II.

seus bovem, Seleucus taurum ; Idomeneus Cretensis Rex gallum gallinaceum ; Lucius Papyrius Cursor Pegasum : testatus re ac nomine se *expeditum* futurum. Lycurgus gruem, Pompejus ensiferum leonem, Augustus & Pyrrhus Rex & & Parthenopæus sphingem; quòd *occulta debeant esse ducum consilia*. Argumentoculum Turnus quidem usurpavit; verùm ab Ænea hic Argus del usus est. Cæsar modò sphæram mundi, cum Archimede, quòd *totum se orbem moderaturum* speraret, aut capricornum, *felix nascentium sidus*; aut Gorgonis iconem, velut *hostium terror*, amavit.

III. *Bellatrices famina imaginibus delectata sunt.*

Et seminis sua olim in re bellica virtus ejusq; professio, Isis Ægyptiorum domina lunam amavit; ut Osiris, vir ejus solem; Semiramis Persarum Regina forlita columbam præferre: illius tamen Reginæ imago, quam Polyænus. *lib.* 8. *Stratag.* Rhodogunem appellat, sparso capillitio, à Persis memoriâ insigni culta est; quòd aliquando, ut illa erat incompto, dum lavaret, capite, nuntium accepisset, quarundam nationum à fide deficientium, simulque juraverit, non antè capillos revincturam, quàm *perfidiæ ultionem à defectoribus* exegisset, dictumque, nulla cunctatione, facto æquasse, ac post victoriam primùm collegisse crines. constat tamen Persarum Reges aquilâ etiam aureâ delectatos, tum aprugno capite, per os apertum, sagitta confixo, quo, barbarum hostem non aliter tractandum, ostendebant. Est & inter antiquos celebris Phrygiæ Regum, *ut Curtius*, (aliàs suem præferentium) nodus Gordius, quem à Gordio agricola traxêre; ille enim cùm præter spem ad Regnum abatratro vocaretur, pro familiæ schemate aratrum retinuit, ad *generis humilitatem* simulque virtutis suæ profitendam, ex funibus verò nodum compositi indissolubilem; quem velut *anigma*. regno posteris in præmium ex fatis destinato, *solvendum* proposuit. Alexander Magnus, ubi supervenit, nodumq; atq; oraculum exponi audiret, exerto protinus gladio, dissectoq; vinculo, fata *dissoluto* nodo simul & *anigmate* implevit. Neq; illud negligendū, quod de Lacone viro forti Plutarchus. *Apoph. l.* 7. *Innomin.* meminit: Tullisse

cum in clypeo, pro insigni, muscam, eamq; non majorem verâ, quibusdam verò irridentibus, velut hominẽ latendi cum muscis studiosum: respondit, tam *propè conveniam hostem*, ut hanc etiam in scuto muscam observare liceat. Et sanè, reprehendi eodem jure Lacedæmonii poterant, qui primam sui nominis literam, uti & Messenii M. in scutis adumbraverant: tum quòd faciem facilè spectantium effugerent; tum quòd *nominis sui nimii veneratores* haberentur. *Calius l.* 18. *c.* 1. *ant. lect.* Ubi illius etiam Demosthenis clypei in mentem venit, cui aureis inscripserat literis, ἀγαθὴ τύχη, verùm *fortunâ*, aut certè *audaciâ in prælio destitutus*, post tergum, non sine doctorum hominum nota, deserui; sed & illi prompta erat à culpa purgatio, cùm diceret: *Vir fugiens iterum pugnabit. Plut. in vita.*

IV. *Leonis imago pluribus grata.*

Leonis inter Principum insignia, insignis est gloria. David illo jam olim celebris habetur, suâ cum virtute meritus *ut Rabbi Abraham in Cabala histor.* qui & ursi & leonis victor esset. Alemanno etiam Hereuli undecimo Germanorum Regi, & Bojorum auctori imago leonis spectata est, ut proinde gentilitius mos Bojorum Principibus fuerit, Leones alere. Ita à Ferguſio, *ut Hector Boëthius l.* 1. primo Scotorum in Albione Regi electus Leo sanguine⁹, aureâ facie; qui pro feræ ingenio caudâ tergum verberaret, ut solet, cùm sese ad *audax facinus* exstimulat. Rarum est, quod de Margarita Flandriæ comite Villanus refert. *l.* 8. *c.* 57. Hæc post Ferdinandi patris obitum, sub tutela Joannis Davenes, spectatæ prudentiæ clerici, relicta, ex illo Joannem filium suscepit: ut eluendæ maculæ grâtiâ, is abdicato clericatu, matrimonio sibi Margaritam junxerit, atque alterum filium Guidonem Matri ipse moriens reliquerit. Filii jam adulti de Principâtus successione contendebant, ac re ad Philippum Pulchrum Gallorũ Regẽ delatâ, cùm is sententiâ matris exposceret, apertè hæc professa est: Guidoni comitatũ deberi, Joanne, propter illegitimos natales, præterito. quâ voce offensus Joannes. Tam inquit, opulenti scortì me filium esse ignorabam. Tum illa, licet comitatu

tatu Hannoniæ spoliare te nequeam, jubeo tamen, ut pro hac *linguæ petulantia* leo niger hæreditario jure debitus, unguibus ac linguâ imposterûm mutilerur.

1] *Lingua petulans plexa.*

V.

(1) Quam sententiam & censuram Galliarum Rex probavit. Majori gloriâ, Magnus Sphortia leonem nactus est, quàm hic retinuit. *ut Iovius in vita Sphortiæ* Venerat in Italiam Robertus Boicæ familiæ Germanus, quē cùm Sphortia, Florentinis copiis obvius, magnopere in rebus alioquin arctis confirmasset, spectato in armis vexillisq; insigni Attendulæ gentis pomo cydonio, leonem, inquit, mereris, pomi ejus latorem. ne quis imbelli illud manu attrectet, (2) cōfectis deinde tabulis, Leonem erectâ cervice, altero pede nixum, lævo cydonium sustinentē, contulit, atque in

2] *Fortitudo Boiorum.*

Boicæ familiæ patrocinium recepit. Bartolus *De gentibus iuris.* ubi de insignibus tractat, à Carolo IV. Imperatore Leonem sibi rubrum, duabus caudis ornatum gloriatur, honoris gratiâ concessum. Ut mihi jam non injuria [siquid veritatis sub est,) Gallus ille in bello Anglico cum Januensi pro insignibus decertasse videatur; quòd hunc bovis effigiem scuto gerentem cerneret, suæq; hanc tantum imaginem genti venditaret. Verùm tamen, cùm ad duellum provocâsset Januensem, magnòq; jam apparatu instructus adesset, rogabat Januensis, *ut Poggius in facet.* pro qua re certamen institutum esset: pro capite bovis expetit alter, quod malè tibi ex nostra familia vendicas. Frustra, ut video, ait Januensis, convenimus ad duellum, meum enim non bovis, sed vaccæ caput est. Ita soluto, cum risu, certamine, utrimque discessum est.

VI.

Imagines Clypeorū antiquæ.

Hæ simileſq; clypeorum imagines ab omni retro antiquitate passim in veterum monumentis extant, animadvertitq; jam olim Homerus, dū Achillis clypeū Vulcani operâ ita constituit; ut imaginem quandam orbis elementorumq; distinctam in illo exhiberet, *Clement. Alexand. l 5. strom* ac si *viro forti totius universi machinam, velut minorem subjiceret.* Germanis olim quoque cerera arma negligebantur, non lorica erat, non galea; *ut Tacitus de moribus Germanorum* scuta tantùm diversis iisque lectissimis inumbrata colo-

coloribus, nec sine ferarum insignibus bello usitatis, in pretio erant. Tantæ verò ignominiæ plerisque est creditum, scutum in bello reliquisse; ut patriæ virtutisque desertor quisquis esset, simul crederetur. Unde Lacæna mater, *ut Plut. in apoph* filio ad bellum abituro clypeum porrigens, *aut cum hoc*, inquit, *redi; aut in hoc*. nam cæsi ex acie in scuto deferebantur, maluit igitur mortuum, quàm ignavum, & patriæ fortitudinis immemorem recipere. Nec certè parum inglorium videri debuit, viros fortes eâ propalam virtutis heroicæ professione usos, de quibus illud Claudiani in bello Getico jactari posset:

Invecti, clypeoque animosi vestis leones.

usq; adeò degeneri timore percelli; ut cum armis animos projiciant, fugâque ignaviam aperiant, quam speciosotantùm mendacique clypeo obtegebant. Quanquam diffidendum non sit, excitare has imagines & ferentium sui recordatione pectora, & occurrentium vultus hostium terrore percellere; ut non immeritò Agamemnon, *Terrorem* in clypeo exhibiturus, *ut Pausan. l. 5.* alio, quàm Leonis, vultu usus non fuerit, & scitè de Perseo finxerint Poëtæ, Gorgonei illum capitis, ex scuto, objectu in rigidos silices spectantes commutasse. Quod non satis attendit Lysander, cum oraculo monitus esset, ut *exitialem* sibi Draconis *conspectum* subtrefugeret, [1] priusquà à milite Draconis in clypeo imaginè præferente, cæsus occumberet. De his infrà pluribus, ubi de insignibus militum tractabitur.

[1] *Terror injectus.*

CAPVT XXIX.

De figuris imaginum quibus corpora, vestes, ac præsertim annuli signati.

I. *Imagines in ipsis hominum corporibus efficta.*

UT militiæ, ita & dom, inter pacis negotia, familiares multis notæ illæ symbolicæ in vestibus, sigillis, atq; annulis inprimis, fuêre. Imò de veteribus Britannis *ut Solinus c. 35.* memoratur, ipsis corporib⁹ animalium figuras inarare solitos, succo mordaci coloribusq; per cicatrices lineamentorum fusis; ut cum ætate

pigmenta accresceret. Quòd Indis hodiedum usurpatum, non modò expressis graminum succis, verùm & insertis, ad ornatum gemmis unionibusq; tanquam vermiculati operis cute superbi. Sed & nativæ quibusdam ejusmodi in corporibus imagines & quasi *ab occulto* quodam genio futurorum præsago, adumbratæ fuêre. Siquidem Seleuci *ut Alex l.2.c.19.* usurpata in annulo anchoræ species, ejus posteris nativo emblemate in femore delineata stetit. Originem usurpati symboli Appianus Alex. *In Syrac.* exponit. Matrem, ait, Seleuci in somnis admonitam, ut repertum primo annulum filio daret, futurum ut ubi ille fortè fortunâ excidisset, illic regnum auspicaretur! Illa deinde ferreum invenit annulum anchorâ insignitum, qui à Seleuco circa Euphratem amissus, *regni auspicium* fuit. Justinus addit *l. 15. & Clem Alex Padag. c.11.* Matrem fuisse Laudicen, quæ ab Apolline per somnum acceptam se habitamq; ut sponsam, filio prægnantem senserit; evigilantem verò somnumq; ancipiti cogitatione revolventem, pro facti veritate cognoscenda, reperisse in lecto annulum, hoc *spei fiduciaq;* symbolo insignem, quæ deinde filio, cum Magno Alexandro ad bellum ituro, illum, obtulerit *felicitatis obventuræ pignus*, certè & ipse Alexander *ut Plut. & Curtius in Alex.* Draconis, aut serpentis imagine, vel ut symbolo *divinæ originis* delectatus est: quòd matri Amon Jupiter hac specie per noctē cōcipiēs ferretur occurrisse: ut à matre accepit ipse, aut credi voluit.

M Thebarum conditores eorumque nepotes tanquam *bellicosa progenies*, natalem in corpore tulêre lanceæ effigiem, quod & cuidam Spartanorum familiæ tributum est *ut Alex.l.2.c.19. Plin.l.7.c.11.* Ferunt & in brachio Dacorum notam originis quarto quoq; patru regenerari, & Augustus, corpore maculoso, in modum & ordine cœlestis ursæ notas habuisse dicitur: ut sicut illa commune sidus est in mari fluctuantium, suoq; exortu tempestatem dissipat, ita fatis destinātibus Augusto aliquando *mūndo* futurus *trāquillitatis autor*, cōpositis bellorum procellis, videretur. Cincinnati, Romanæ gēris nomina, cincinnos pro symbolo *generosæ stirpis* circumtulisse feruntur, postquam autorem hujus cognomenti naturæ cum

eum cincinnis enixa esset. De figuris verò animalium, vestibus virorum principum intertextis, Athenæus ac Polybi[us] meminêre, dum Antiochi aulam magnificumq; apparatum depingunt. Siquidem multis illic purpureæ fuisse paludamenta auro memorant, animantiumq; variis imaginibus picturata, hodie ad equorum stragula & parietũ velamenta, hic etiã emblematũ ornat[us] accessit.

De annulis symbolicis nonnulla adjicio: in his omniũ propè literis celebratus est Pyrrhi Epirotarum Regis annulus, *ut Plin. l.37.c.1* qui in gemma Achatæ naturæ artificio supra humanum elaboratâ ingenium, distinctis Apollinẽ Musasq; novenas lineamentis exhibebat, quâ se specie non *armorum magis, quàm Musarum cultorẽ profitebatur*. Polycratis quoq; Samii Tyranni annulum, quem in mare demersum inter viscera piscis reperit, gẽmâ Sardoniche illustrem fuisse constat: in quo, Clemẽte Alexand. *l.3.pædag.* teste, imago Lyræ velut *concordiæ* symbolum, reperta est, diuq; Romæ in concordiæ delubro asservatus fuit. Ferunt & Ismenium choraulem multis fulgentibusq; gemmis delectatum, cumq; Smaragdum in Cypiro, cui Amymone, una ex quinquaginta Danai filiabus, insculpta esset, pretio certo empturus, duos è senis denariis aureos recepisset, indoluit, quæstusque est tam vili precio gemæ dignitatẽ imminui. *Plin. suprà*. Battus Cyrenæorum parens, *ut Cal. l.6.c.12.* in annulo silphium herbam expressam tulit, quam postquam Cyrenæn condidisset, cives illi *gratitudinis & honoris ergò*, tanquam herbarum inter olera præstantissimam *detulere*. Quod *tanti æstimatum*, ut Comicus proverbii loco jactarit, Ne Batti quidem silphio adduci se in eam, quam rogabatur, sententiam factumque posse. Arius Rex Lacedæmoniorum *ut Ioseph. l.12.c.5.* ad Oniam Pontificem Judæorum scribens, Aquilæ signo Draconem unguibus complexæ usus, *aliorum sese victorem* symbolicè testatus est. Aliis *vigilantiæ* signum in annuli gemma placuit. Ita Amphitruo, apud Plautum solem exorientem quadrigis vectum habuit. Tale & sigillum Locrorum, quos vocant Hesperios, cui stella Hesperus insculpta erat, *ut Strabo l.9.* Et fortè idem Cæsis ille Galbæ Imperatoris, ex prora navis prospectans,

III. *Annuli diversis imaginibus insigniti.*

IV. *Annuli symbolis notati.*

designabat. *Dio lib.* 51. Multi etiam *secretæ taciturnitatis consiliique occultandi*, se, aliosque commonitos per expressas annulo imagines voluêre. Ita Mecænati placuit rana, ut volunt, scriphia; *ut Plin. l.* 9. *c.* 63. mutatilla, & *arcanæ fidei symbolum* quæ olim Romanos, ob collationem pecuniarum imperatam non raro terruit. Augusto verò, cui à secretis aderat, fidem spopondit. Ita & Augusto ipsi Sphinx initio placuit, *ut Suet. in Aug.* quòd *occulta magnorum consilia esse debere*, propalam non differeretur, quâ cùm amici, eo absente, ad edicta quoq; in vulgus uterentur, non infaceto deinde accipientium lepôre jactatum fuit, *ænigmata* hanc sphingem adesse. Eadem ex causâ Harpocrates *silentij* apud Ægyptios Numen, multorum annulis circumferri etiam apud Romanos cœpit, *ut Alexand. l.* 2. *c.* 19. licet Gabinio & Pisone Coss. Ægyptiorum Numina, ob pernitiosos colendi ritus, Capitolio Româque exclusa fuerint.

V. *Annuli hominum illustrium imag. signati.*

Alii vel Philosophos, quorum sapientiam, vel Principes, quorum vitam æmularentur, velut *simulacrum vitæ, virtutisq;*, quam mente concepissent, oculis exhibebant, *ut Alex. & M. Tullius de finibus.* sic multis imago Epicuri grata erat, boniq; ominis nominisq; existimatum est, hanc in annulis aliisq; utensilibus præferre. Sic Stoici Zenonem, Peripatetici Aristotelem exhibebant. Ita & Augustus post Sphingem abdicatam, ideam Alexandri, Principes urbis, Augusti, Commodus Imperator bellicosæ Amazonis propositam habuit. Ita & integra Macrianorum familia, *ut Alex. suprà* viri juxtà fœminæq;, Alexandri Magni iconem in annulis complexæ sunt. Aliis visum est, facto aliquo abs se generosè desi-gnato, tum ad similia sese audenda provocare, tum posteris sui etiam memoriam relinquere; vel certè, majorum *virtutis recordatione animum succendere.* Ita Syllæ Jugurtham, sibi à Bocchо traditum, in sigillatorii annuli effigie subjici voluit. Lucullus superatum à se Ptolomeum Regem in annulo triumphari. Ita & Magnus Alexander Darii à se devicti imagine per subjectâ Asiæ usus fertur. Ita deniq; Africanus figuram patris. Lentulus avi efformavit. Possuntq;, ad prioris etiam ordinis revocari Galbæ, & Syllæ annuli, quorum illa gemma

gemma victoriam, cum trophæo, prætulit: hic triplici fuisse illustris trophæo memoratur, *ut Suet. de Galba.* qualis imago annulo Pompeji etiam à *Dione lib.* 42. tribuitur.

Suum quoq; nunnulli nomen occultis notis symbolisque exararunt, ut ejus ubique memores *nequaquam degenerarent.* Quâ ratione M. Tullius. *ut Plut. in vita,* post expressa prænomina, ciceris grana cognomenti loco supposuit. Florem verò usurpavit L. Aquillius Florus. C. Malleolus malleum, Accoleius verò Lariscolus obscuriori aliquantò schemate Phaëthontis sorores in larices mutatas adhibuit, *ut Fulv. Vrsinus de fam. Rom. p.* 11. *Ant. Aug.* 4. *dial.* Observatũq; à me fuit in legatis Suecicis, hoc tempore Osnabrugi degentibus, Joannem Adlerum Salvium nigram aquilam, quam Germani *Adler* dicimus, Scheringum à Rosenhan, Gallum rosæ surculo innitentem, denique Joannem Oxenstirn ejus legationis Principem caput bovinum insignium loco accipere, omnibus ad cognomenti significatum repertis. Paulò aliter Q. Metellus Pius, ad nomen in flexo accommodatòque symbolo, Ciconiam delegit, nisi fortè à singulari pietatis cultu magis hoc nomen obtinuit, quàm imagine repræsentavit.

VI. *Annuli propriis signati nominibus.*

Denique gentiles non rarò Deos suis affectionibus opportunos annulorum imaginibus exhibuêre. Ita Clearchus Græcorum, qui Cyro militabant, Princeps, *ut Pausan. in Lacon.* in annulo Caryatides Nymphas, in vico Laconiæ Caryis dicto, cum Diana saltantes repræsentabat, usitato illic festo diei ritu. Ita Venus armata, quoniam multum illa in armis valet, Cæsari in annulo familiaris erat. *Dio Cassius lib.* 43. Nero verò, ut erat ad literaria musicàq; in Tragœdiis Comœdiisque certamina propensus, ita Apollinis effigie Martyam tibi à superantis excoriantisque delectatus est. Sed & Proserpinæ raptum, à Sporo Adolescente Eunucho, *infamis conjugii tesseram*, non est aversatus. Laudant veteres quoque *ut Platius Iun in Grac. epigram.* illam annuli gemmam, quæ mirifico artificio Phaëthontis currum equosque, ipsiusque simul cum flagrante mundo casum expresserat. Visus etiam non insitè amethysto

VII. *Annuli Deorum imaginibus notati.*

2) Vini usus moderatus.

gemmâ expressus Bachus (1) quòd illa cum nomine suo minimè ebriam, sive ab ebrietate alienam, se esse significet: vini tamen colore & imagine insignis, *vini usum moderatum* eleganti schemate suadeat.

VIII. *Annuli ex imagine formati.*

Notis etiam Hieroglyphicis annuli inarati olim sunt, Ita Caricleæ gemma annularis, apud Heliodorum *lib. 7. p. 392.* signata legitur in lapide pantarpe nuncupato. Ita ferè & annuli magici notati fuére, quos sub certo Zodiaci signo & ceterorum aspectu siderum figuris quibusdam designabant, eôque harum latorem perpetuò felicem, victoriosum, mulieribus, virisque Principibus amabilem fore, inaniter jactabant, atque hodiedum intellexi, ejusmodi bonæ fortunæ, ut vocant, annulos, urbe quadam Imperiali, cujus famæ parco, clam magnâ pecuniâ parari, felicesque eorum possessores, verum diabolicâ illusione, & arte censeri.

Tales olim Apollonii Thyanæi, *ut Philostr. in vita lib. 3. c. 13.* magi celeberrimi memoratur fuisse, quos ab Jarcha Gymnosophistarum Principe, septem errantium siderum notis insignes accepisse fertur: quibus ad *omne votum suum fortunamq.*, variatis quotidie vicibus, atq; *ad secretorum explorationem* feliciter usus dicitur. Apud Arabes eorum hodiedum annulorum frequens usus, quos Talismanos patriâ linguâ nuncupant, quibusque sibi fortunam ipsam miseri despondere falsò existimant. Sed & Alexander Trallianus, medicus non ignobilis, hac opinione delusus, arbitratur *contra dolorem colieum*, ab annulo digitis inserto remedium esse, si in illo imago Herculis supinè jacentis leonemque strangulantis exhiberetur. Verum nos emblematicis hisce figuris vim solam significandæ, non procurandæ valetudinis inesse credimus. Atque iccirco, quòd ad superstitiosas magicasque artes ejusmodi olim annulos adhiberent, Pythagoras suis præcepto caviisse videtur: arctum annulum non esse gestandum; neque Deorum insculpendas imagines *ut Clem. Alexand. lib. 5. Stromat.* Et Plinius *lib. 11. c. 7.* magnopere indignatur aliis, nullus, inquit, Deorum est respectus; aliis pudendus, externis famulantur sacris, & digitis Deos gestant. Idem tamen Trallianus annulum, ex *xreco-*

IX. *Annuli ab imagine medici.*

fectum

fectum Cyprio, adversus calculum valere existimat: cui licet ratio aliqua suffragaretur, illud tamen probare nequeo; quod ille de Herculis, quodque Empiricus de piscis imagine in annulo tradit, cui græcè inscriptum: θεὸς κελεύει μὴ κύειν κόλον πόνος, *contra dolores morborum medicinam esse*, ut *Marc. Emp. c. 16.* X.

Cujusmodi & ille mihi Gygis annulus *ut Plato lib. 2. de Rep.* nisi fabulosè tantum sabrefactus sit, videtur: quem repertum ipse in sepulchro subterraneo digitisq; insertum, ubi gemmam in manum convertisset, *Invisibilis* apparuit, quo ille præsidio ad Reginæ Lydorum thalamum, ipsamque etiam Regni possessionem devenisse fertur. Ubi illius etiam memoria animum subit, quòd de Carolo Magno Petrarcha retulit *lib. 1. Epist. 3.* (licet fabulæ magis, quàm historiæ titulo referat) auditumque à se Aquisgrani, repertumque inter historias asserit, laudatissimæ ceteroquin memoriæ virum, annuli magicis utique figuris atque incantamentis muniti, quam fœmina quædam amoris conciliandi gratiâ circumtulit, veneficio usque adeò à mente per amorem seductum, ut vivæ; ac demum etiam mortuæ pertinaciter adhæserit. Dum Antistes Colonienſis eximiæ virtutis sanctitatis, amatorio denique annulo sub lingua mulieris reperto subtractòque omnem Cæsaris affectum improvisâ metamorphosi à fœmina in se converterit, ut iccircò is re animadversâ, abdicandi à se, atque ab aliis avertendi fascini causâ, annulum in vicinæ paludis voragine demerserit. Cùm verso in paludosa loca affectu Carolus tantoperè hæc ambire atque illa sede capi cœpit; ut non modò Aquisgranensem urbem ceteris præferre locis, sed etiam paludem illam ædificiis importunam, tamen mutis palatioque ingenti sepire, atque extollere cœperit; nequando loci gratissimi oblectamentis præsens frui non posset. Verùm hæc fabula hac ætate Aquis ignorata, neque veterum illic literis consignata, immeritò tanti viri existimationem convellit. Ejusmodi tamen annulis nihil ad vim similem imaginis figura conferret, cujuscunque tandem illa Dei fuerit. Usitatum tamen ferè, ut Dei illius cujus patrocinium implorant, aut affectus æmulantur, in annulo *Annuli amatorii.*

XI. *Annuli Diis certis insigniti.*

annulo imaginem habeant. sic Eucrates, apud Lucianum *in Philpseud.* annulum tulit, cujus beneficio *res occultas cognosceret*, Apollinis Pythii tanquam fatidici Numinis imagine insignem. Et ut refert Muretus *in orat. Cicer. Catilinarias*, vir *literarum amans*. Viglius Zuichemus Jurisconsultus Palladis effigie literas suas obsignabat. Erasmus etiam Roterodamensis. Termino Deo cum inscriptione *arrogantia* plenissima in literis signandis usus est: *Nulli cedo*. (1) Quos licet ab incantationibus liberos fuisse existimem, nihil tamen Christianum ejusmodi symbola redolent. Mitius laudabiliúsq; in hac materia versati sunt, qui fictam Amoris personam leoni moderando, habenisq; regendo imposuerunt, (2) ut significarent *fortissima quæq; ab Amore etiam subjugari*.

1) *Arrogantia.*

2) *Amor omnia vincit.*

XII. *Annulo sacrâ imagine insignes.*

Rectè Clemens Alexandrinus *lib. 3. Pædag. c. 11.* Christianos de figurandis anulorum symbolis instruxit: cùm aut columbam, aut lyram, *ad mansuetudinis aut concordiæ recordationem*; aut piscem, aut navem, aut anchoram, aut piscatorem, in *memoriam Apostolorum* usurpare jussit. Idola verò atq; amicarum simulacra, belliq; instrumenta, arma, aut ebrietatis pocula abesse voluit. Ita Romanus Pontifex exemplo prævius, altero ab inauguratione die annulum sibi proprium sumit, imagine D. Petri piscantis insignem: atque ideircò annulus piscatoris vocatur, sub cujus figura Pontificia diplomata atq; indulta consignantur. Mortuo tamen Pontifice hic annulus quasi officio satis functus, diffringitur. Ubi & illud, coronidis loco de Moscoviæ Principibus adjungam, quod in rebus Moscoviticis habet Baro Sigismundus *lib. 1. de rebus Moscov.* Olim illic reges tribus circulis, in triangulo inclusis, pro sigilli imagine usos; primo hæc epigraphe circumaddita: *Deus noster Trinitas, qui fuit ante sæcula, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, non tamen tres Dii, sed unus Deus in substantia.* In ultimo circulo titulus Magni Ducis Moscoviæ erat, in quo se Regem ac Dominum totius Russiæ nuncupabat. In medio titulus Regis erat ad quem scribebatur addità inscriptione: matri nostro.

CA-

CAPUT XXX.

Denumis, eorumque, apud veteres, imaginibus.

AD numorum studiosos venio, ut illorum scrinia abacosque magis inspiciam, quàm exhauriam. Equidem non omnes illos avaritiæ condemno, qui inter numorum studia oculos curiosè oblectant, siquidem inscriptis potius imaginibus, quàm æris pretio animum affigant. Sunt enim in his sæpè repertæ Doctorum hominum symbola, ne ære, argentóque ac auro, in rerum pretiis facile primo, tanquam bruto surdóque, tantum uterentur; sed huic, velut internuntio, animi sui cogitata, ad optimorum ingeniorum pastum fructúmq; inserereut. Et certè nullâ re frequentius, has animorum ideas subjicere aliorum oculis poterant, quàm ære, quod passim in negotiationem omnem usumque hominum incurreret. Quanquam antiquissimis Homeri temporibus nondum harum imaginum in ære cognitio: cùm vel mutationibus rerum commercia agebantur, *ut Plin. lib. 33. c. 3. & Alex. lib 4. c. 5.* vel rudi æris ferriq; massâ ex pondere æstimati negotiatio absolvebatur. Bobus pecudibúsque etiam transactum, atque ipsis coriis, aliquando etiam certâ imagine aut inscriptione, signatis: Primi Lydi autem argenteúmque numum reperisse dicuntur. Æginetæ verò ante reliquos Phidone inventore signasse. Apud Persas Darius, *ut Strabo lib. 8.* ex auro primùm monetam formasse narratur, familiare fortasse ipsi signo equi hinnientis, quòd, ut apud Justinum est, illius beneficio, hinnitu arte procurato (ubi certatim in campos omen electionis capturi, convenissent) Rex ipse designatus fuerit. erántque Darici olim numi celebres, quia ex purgatissimo auro conflati. In Latio Saturnus æreum reperisse numum creditur, signasse tamen Janum primo, Macrobius *l. 1. c. 7.* notavit, qui cùm à Saturno navi illuc advecto ruris colendi peritiam accepisset: in altera quidem numi parte effigiem hominis bicipitem, utrumque opinor, se, illumque

I. *Numorũ imagines frequẽtes.*

II. *Corium prius quàm signatum est.*

Regem, designaturus, in alterâ navem exhibuit Saturni hospitam. Romani primùm scorteâ ex corio pecuniâ usi, quòd Numa Pompilius congiarium populo scorteis assibus numerasse fertur. Deinde Servius Tullius Rex notâ pecudum æs signasse proditur, unde *pecunia* dicta sit. Quare in numis etiam vetustissimis Bovis, Pecudis, aut Suis signum impressum est, quam ab ære gravi, sive ad libram appendendo, in transactionibus desitum non fuerit: donec post Attilium Regulum Jani moneta argentea cum usitata ejus imagine expressa est, *ut. Festus in voce Sextantarii*. ac denique exhaustis Punico bello Romanis bigis quadrigisque insculpti numi, non jam ponderei sed figura æstimati cœperunt. Livius Drusus, *ut Plinius & Alexand. suprà*, in tribunatu, tertiam æris partem argento miscuisse, & signo Victoriæ numum insculpsisse fertur.

III. *Imaginib⁹ Numorũ Rom. pretia distinxêre.*

1] *Agricultura.*

In triente & quadrante rates Romani incusêre. Apud Athenienses numi Cistophori ab insigni, ut apparet, cistam ferentis, *ut Rhodig. lib. 2. c. 10. ant lect.* sicut modò coronati à corona dicuntur. Philippei item bovis imagine notati, à Theseo, ut ferunt reperti, homines *ab armis ad argrorum culturam avocaret.* (1) Unde natum adagium in *oratorem pecuniâ corruptum.* Bovem habet in lingua, Alexandrei quoq; *ut Alex. suprà* ex auro cudebantur, in quibus mulæ cum curru videbantur effictæ. Postea Noctua cum Minervæ facie Athenis cudi cœpta: Unde memorãt servum Gilippi Ephoris detulisse: mulras sub tectis cubare noctuas, quòd sciret Dominum suum Gilippum Lysandri *pecunias depeculatum, easque sub tectum condidisse.* Persicus verò numus sagittarium incusum habuit, ad quẽ alluſit Rex Spartanorum Agesilaus, cùm ex felici contra Persas expeditione revocatus à Senatu est *ut Plut. in vita & apoph. Agesilai.* Interrogatus enim ab amico, cur tam importunè rediret? respõdit, an miraris, me triginta millium sagittariorum impetum sustinere non potuisse? Tot enim corrupti aliquot Senatores à Tissaphernę Persa numis aureis, sagittarii figurâ impressis, fuerant, qui autoritate suâ alios ad revocandi consilium impulerant.

Inter

IV. *Germanorũ numi, signati.*

Inter Germanos celebres numi, qui, aut ferram, aut bigam proferebant, rusticæ fere rei instrumenta; quòd labore potius, quàm bellicis armis rem opésque ali crederent. *ut Tac. de moribus Germ.* Dardani duobus inter se Gallis in pugnam commissis usi, bella in ære figurabant diverso consilio. Rhegyni, *ut Alex. l. 4. c. 15.* leporem & cuttrum, Cephalenes equum, Argivi murem, Locri, & Ozolæ Hesperum stellam effinxêre: Peloponnesiorum *ut Erasmus. Chil. 2. Cent. 4. c. 87.* numisma Testudinis figuram habuit. Unde in proverbium illic versum: *Et virtus testudinibus, & sapientia cedit.*

(1) Quò simile adagium spectat, de Tenedia securi omnia perfringente: siquidem Tenedii numos securis imagine insignitos usurparint. *ut Alex. suprà.* Corinthiaci, qui Poli dicebantur, Pegasi in ære imagine delectati sunt, Aspendiis Palæstræ placuerunt. Chij, qui magnopere pro Homero sibi vendicando laborant, monetam habuerunt, quæ, ab effigie, Homerus dicta fuit. Ita Mitylenæi Sapphûs imaginem ambierunt. Gergithii Phrygiæ minoris populi Sibyllæ in ære simulacrum, velut apud se natæ, adumbrarunt. Non paucis Deorum effigies, ac nomina, in numis, placuere, in quibus Cyziceni, alterâ parte Cybelem, alterâ leonem expressêre. Troœceniis Neptuni amantibus, familiaris in ære tridens fuit. Tarentini Neptuni filium Taran Delphino vectum exhibuêre.

1) *Pecuniæ vis.*

V.

Romanorum quoque numi apud Goltium pleraque Numina veterum continent. Sed invaluit deinde mos ille, in ære Cæsarum effigies unâ facie numorum proponendi, cum aliquo ferè ab adversa parte symbolo, quandoquam & illi sæpe aliquo schemate ornati fuerint, non sine figurata rerum latentium significatione: quorum apud eundem autorem plura numismata reperies. Ceterùm illa, quæ præcipuè inter symbola eminerent, hoc loco prætereunda non duxi, ubi per totius retro antiquitatis vestigia ad absolutam symbologiæ cognitionem enitimur. Verùm ad eruendam ex imaginibus autoris mentem, aliquando conjecturâ opus erit.

VI. *Apud Romãi cœpit hodiernæ Numos signãdi ratio, cum autoris effigie & symbolo.*

Q. Fabius maximus unâ numi facie Apollinem cum lyra: alterâ cornucopiæ cum fulmine, decussatim

inter

1) *Resp. arte & marte defenduntur.*

inter coronam ex lauro, quercu, & spinis compositam, superuè tamen apertam proposuit, ut si diceret. (1) *arte, & marte: vel, humanitate, & severitate* (tanquam lyrâ & fulmine) *Respublicas opulentas*, (tanquam cornucopiæ) *contineri.* ut cum victoria cives uberrare

VII. *Imagines variorum numorum variæ.*

potiantur, velut coronâ. In qua laurus triumphum, quernæ frondes, cives servatos, spicæ annonæ affluentiam denotant.

2) *Venatio*

L. Licinius Crassus *Venationis studium* professus est, imagine Dianæ, in cujus capite semiluna. Ex adverso latere aper trajectus hærebat cum venatico.

3) *Pax vbertati jũctæ.*

M. Perpenna, ut significaret *felicissimum orbis imperium esse in pace & abundantia rerum*, Cornucopiæ & caduceum orbi adjunxit. (3)

Sext Allius Aquilam fulmini insistentem exhibens: ostendit. *Romanum imperium bellis maximè niti, atque altum extolli.*

4) *Defensio civium*

Augustus Cæsar Aquila super quernam coronam, inter duas lauros, usus est, quod erat, *professi se imperio victoriisque ad civium defensionem usurum.* (4)

VIII. 5) *Fortis.*

C. Antonius Nepos, *fortem ad pugnandum adversus hostes animum declaraturus*; armis Herculis, clava, arcu, & pharetrâ; (5) tanquam eminus cominusque paratus, in ære glotiatus est.

6) *Perfugium.*

M. Tullius Cicero, *se ad aliorum periclitantium opem natum esse designans*; Castore & Polluce equitibus, pendentibus super capita sideribus, utebatur, (6)

7) *Amor fratrum.*

M. Junius Pera eosdem pedites, testis ovorum (ex quibus prodiisse finguntur) pro pileis instructos, stellisque abditis habuit; (7) quòd, opinor *fraternum amorem inter similes, iisdemq; parentibus natos, exprimere voluit:* quo se ad fratrem amandum excitaret.

8) *Religionis amor.*

Cn. Domit. Calvinus *religione inprimis Remp. servari professus*, aspergillum, lituum, aliáque sacrificantium instrumenta adhibuit (8) Dissimilis Calvino superioris

IX.

ætatis, qui à religione eversa Respublicas auspicatus est.

9) *Auxiliũ mutuum.*

C. Asinius Pollio Semilunam cum sideribus septentrionis; ex oppositâ verò parte solem capite radiato expressit, vagum quidẽ, sed non inelegãs symbolũ, modò aliquâ inscriptione definitũ esset. An enim *se cum collega*

suo Calvino *tanquam solem lunamq; in consulatu. Magistratum verò præcipuum per septētriones proposuerit, an* (9) mutuum auxilium, vel *noctem diemq; pro Reip. cura & labore impendendum* sibi duxerit, an diversum aliquid mente complexus sit? incertum.

M. Antonius Imperator exercitus, *aram salutis* erexit, quam se populo futurum vanè augurabatur. (1) Talis autem ara, vel Apollini, vel Æsculapio sacra (serpentis simulacro insignis) erat, quòd ab his salus hominibus proveniret. 1) *Salus.*

L. Flavius Sævinus *Vbertatem cum pace conjunctam* hoc typo exposuit, caduceus inter duo cornua copiæ medius, laureo serto includebatur, tanquam victoriæ fructus, aut si malis, centrum (2) X. 2) *Pax cū ubertate.*

Q. Fab. Maximus Servilianus *cum victoria pacem conjungendam* asserens, vel certè *virum fortem pacis amantem orbi præficiendum* existimans, caduceum & palmam decussatim super orbem junxit. (3) 3) *Victor pacificus.*

Cæsar Augustus sub Capricorno, felici, ut ominantur, Imperatorum sidere natus. Huic sideri orbem cum gubernaculo & cornucopiæ addidit: (4) ut si divis volentibus *ad orbis imperium, opesq; possidendas natus esset.* 4) *Felix gubernator.*

P. Sempronius Tuditanus duabus manibus caduceū complectentibus usus, *pacis vel concordiæ* argumento delectatus est. (5) 5) *Concordia.*

M. Junius Pera, hic in biga Cererem serpentibus tractam; inde caput ipsius spicis coronatum exhibuit. *agriculturæ*, ut apparet, *studio delectatus* (6) XI. 6) *Agricultura.*

C. Aurelio Cottæ Pegasus Africæ typus arrisit, cùm in suo consulatu anno urbis conditæ 554. Hannibale & Amilcare superato, Romani Africæ rursū Domini essēt.

C. Cæcilius Metellus agriculturæ amans, Cererem; hinc faces gestantem, inde capite spicis ornatam exhibuit; *primæ sementis & naturæ messis speciem.* (7) 7) *Sementis & messis.*

M. Terentius Varro Murena *Venationis studio* hinc Dianam in ære, inde cervum canibus exagitatum tulit.

T. Statilius Taurus quernâ, id est civicâ coronâ, usus inter duas lauros, *victoriæ* symbolis: cum inscriptione, *ob cives servatos.* (8) 8) *Cives defensi.*

P. Æmilius Lepidus *Clementiæ* caput proposuit in clypeo:

XII.

peo: velut hac virtute *contra hostes etiam pugnaturus, suosque defensurus.*

Augustus Cæsar & Pontifex Clypeum ex decussatis hastis suspensum tulit, inter lituum & capeduncula, sive parvum haustrum, sacrorum instrumenta, *armorum juxtà ac Religionis studium pro Reip. defensione profess?* (1)

1) *Religio armis defensa.*

Julius Cæsar Dictaturam auspicatus. *Clementiæ*, sibique, commune templum in ære proposuit: ut civium animos illius opinione virtutis teneret.

Q. Pedius Nepos hinc *Concordiæ*, inde coronæ oleaginæ baccatæ imaginē excidit, cum inscriptione, *Salus generis humani.* (2) Rectè. Nam: *Nulla salus bello.* &c.

2) *Salus in pace.*

Augustus quoque, ubi *pacem* cum Antonio iniisset, hinc *Concordiam*, inde duas manus caduceum amplexas dedit. (3)

3) *Concordia.*

Q. Cæcilius Metellus hinc Elephante, inde Ciconiâ, numum insignivit; *ut se prudentiâ vel fortitudine ac pietate defensurum patriam* significaret. (4)

XIII.

4) *Fortis ac pius.*

C. Norbanus Flaccus fasces inter spicas & caduceum erexit: delectatus consulari *imperio pace & ubertate ornato.*

Cn. Octavius Nepos fulmen in laurea tulit coronâ, fortè quòd *Victoriam cum vi & celeritate voluit esse conjunctam.* (5) Vel, quòd Jovis fulmine, seu ope in bello, laureas victoribus parari crederet magis, quàm armis viribúsque humanis.

5) *Celeritate & vi vincitur.*

Q. Servilius Vacia Isauricus fulmen in querna corona proposuit, ut *se pro civium defensione belli fulmina amare significaret.* (6)

6) *Bellum defensivum.*

Cn. Cornelius Lentulus hinc genium populi Romani, inde remum cum orbe, & hastam cum lauris decussatis habuit: ut ostenderet *populum Rom. bello victoriisq; toti imperare orbi.* (7)

XIV.

7) *Orbis subactus.*

Augustus Cæsar Pontifex Maximus *Germaniam* in numo dedit, nudam viri formam murali coronâ cinctam, dextrâ nucem pineam, sinistrâ cornucopiæ sustinentem, (8) quòd *synceram, & velut nudam, fecundamq; hominibus* (ut nux pinea multos includens fructus) *fertilem quoq; copiosamq; amaret.* In alio numo pineam ut Germaniæ typum usurpavit.

8) *Germani candidi & fertiles.*

D. Ju-

XV.

D. Junius Silenus Gryphem Apollini sacrum ad ardentem aram proponebat; ut *rerum sacrarum custodiam profiteretur*. Sunt enim Gryphes imago diligentis custodiæ: auriti, ut facilè sentiant; alati, ut sint celeres, membris leoninis, ut fortes: rostro adunco, quo mordicus sibi commissa teneant. (1)

1) *Custodes boni.*

Cn. Papirius Carbo Herculis caput in ære habuit cum clava, & populea in vertice corona, quâ revinctus adiisse Inferos dicitur, albâ ante populo in nigram versâ (2) professus, opinor, *se non inglorium mori decrevisse*.

2) *Mori gloriosè.*

Potitus Valerius Messala ad clavam cum Hercule malum adjecit Hesperidum, (3) ut doceret *fortitudinis præmium, aut opes, aut honores esse*.

3) *Virtutis præmium.*

P. Mutius Scævola Herculis leonem opprimentis imagine usus [4] ostendit *virum fortem Heroicis favoribus agnoscendum*.

4) *Fortis.*

C. Julius Cæsar Hispanorum victor, effigiem *Hispaniæ*, mulieris specie exhibuit, illiq; trophæum cum scuto, & laurea corona adjecit. (5)

5) *Victrix.*

M. Valerius Messala *Virtutis & Honoris* capita; illud galeâ armatum, hoc nudum usurpavit: nam *Virtuti honos junctus* esse solet. (6)

6) *Virtuti honor junctus.*

L. Julius Libo Jani caput bifrons æri incîdit: *ut in bello ac pace prudentiam, (quæ præterita simul expendit ac futura) profiteretur*. [7]

XVI.

7) *Prudentia.*

M. Popilio Lænæ, Juno sospita, juxta serpentem, cum jaculo ad jactum directo, & protenso clypeo placuit, ut si *Deorum favore, & suo labore armisque salutem speraret*. (8)

8) *Salus in armis.*

C. Fabius Pictor Jove in bigis utebatur, ac si *à Jove in utraque fortuna se regi* profiteretur. Ita Q. Ogulnius Gallus Jove in quadriga usus, quòd *tempus anni suaque ætatis quadripartitum Jovi committeret*. (9)

9) *Resignatio.*

Cn. Cornelius Blasio Jovem habuit à Pallade coronatum, cui ex altera parte Roma addita, quòd *hanc Rempotentiâ, sed quam Sapientiâ & artes cùm liberales, tum bellicas ornarent, maximè florere crederet*. (10)

10) *Sapientia rectrix*

L. Cornelius Dolabella Libertate in quadriga usus: quòd *Romana Reip. ordines: plebem, equites, Senatum ac*

Magi-

Magistratum libertate maximâ, ab omni servitio externo remotâ frui existimaret.

1) *Religionis amor.*

C. Julius Cæsar lituum, urceum, & securim pontificatus insignia amavit. (1)

M. Æmilius Lepidus haustrum parvũ, cultrũq; victimarium adjecit, ut *divino sese obsequio delectari ostenderet.*

XVII.

2) *Venationis studiũ.*

M. Aquilius Nepos Dianam in bigis, quæ semilunam in fronte gerit, tribus stellis præviis exhibuit, venationis nocturnæ amorem professus. (2)

3) *Nobilitas Rom.*

L. Posthumius Albinus lunam inter septentriones posuit, fortè *quòd illuc lunam Romanæ nobilitatis insigne transferri cuperet*, orbe victoriis occupato. (3)

4) *Princeps belli custodiendus.*

M. Æmil. Lepidus Martem galeâ armatum, nudum ceterã, nisi quòd baculum dextrâ, sinistrâ flagellũ præferret, in ære tulit, (4) quòd *in bello maximè capiti providendum esse deceat: reliquum corpus vulnera timere non debeat, nec vacare ab armis manus.*

5) *Ars Mortem adjuvat.*

Cn. Pompeius mercurium in quadrigâ possidebat, quem victoria advolans coronat, quo *arte non minùs, quàm marte victoriam obtineri docuit.* (5)

6) *Dominium maris.*

M. Fulvio Flacco Neptuni caput cum tridente & Delphino placuit: *ut maris non minùs, quàm terræ Dominum esse Romam ostenderet.* Ita Caij Duillii Neptunus in quadriga *victoriam mari obtentam designabat.* (6)

7) *Resignatio.*

C. Trebonius Asper ovem ad aras immolandã, cum subjecto cultro statuit: quo schemate vel *religionis pietatis*q; *in se curam: vel fortè etiam suam, pro Diis vitam offerendi promptitudinem adumbravit.* (7)

XVIII.

8) *Auspicandum cum Diis.*

M. Æmilius Lepidus Pullorum tripudium in auguriis cum tripode fatidico, cui serpens impenderet, inter lituum & haustorium habuit, quòd judicaret *nil Diis inconsultis aggrediendum.* (8)

9) *Animus excelsus.*

M. Æmilius Scaurus Pegasum supra semilunam id est *animum* Pegasi instar, *cœlis sese inferentem, supra mutabilem orbis fortunam exhibuit.* (9)

10) *Libertas in armis.*

Q. Fusius Calenus pileo libertatis, securi & pugione usus, ut doceret, opinor, *libertatẽ armis propugnandã.* (10)

11) *Dominium Africæ.*

C. Attilius Regulus Romam quadrigis elephantorum insidentem proposuit: ut ostenderet, Africam, elephantorum fertilẽ. (11) *Romæ moderãtis jugũ tolerare debere.*

Claud.

Claud. Drusus Germanicus ut *Germanorum se victorem* gloriaretur: Rhenum viri, in alga super urceum decumbentis, specie, tanquam suum exhibuit (1)

L. Cæcilius Metellus tanquam, *partâ armis pace*, triumphali specie fruiturus: Romam clypeis subjectis insidentem tulit, quam Victoria coronaret. (2)

L. Julius Libo rostro seu prorâ navis usus: fuitque non paucis deinde familiare, aut partem hanc navis, aut totam pro *Rep. Romana* usurpare, quòd illa hanc in multis symbolicè referat. (3)

Q. Cæcilius Metellus Sacerdos jugum boum, ex more, in aratro, pro *designandis novæ Coloniæ pomœriis* agit, ut gratissimum sibi hunc in officio laborem ostenderet, quo Romanorum plures Colonias duceret. (4)

C. Mamilius Turrinus Sellæ curuli lauri ramum fascibus Rom. hinc appositit: quo testatur se *curulem Magistratum victoriosum habuisse*. (5)

L. Antonius Pœtus sellam curulem stellâ insignem gessit, quæ urceum inter duas laureas coronas sustineret: quod erat, *cœlo adeptos honores, tum divinis sacrificiis* (urceus enim erat sacrificale instrumentum) victoriam attribuere. (6)

P. Vatinius Nepos Sellam curulem lauro coronatam, inter caduceum & oleæ ramum collocavit. *Magistratu suo post Victoriam ab hoste, ad pacem quietam usurus.* (7) Par ferè M. Lucii Drusi in ære symbolum, qui sellâ curulem cum pulvillo inter cornucopiæ & laurum collocaret. Et C. Flaminei Nepotis, qui ad sellam & cornucopiæ ac caduceum, bilancem, tanquam *æquitatis observans*, adjecerat: Et Rutilii Lupi, qui inter spicas sellam deposuerat.

L. Calphurnius Piso (8) sellâ Jovis, curuli simili, cum fulmine impositio utebatur: ac si diceret: *Non semper fervire Jovem, & bella aliquando quiescere.*

C. Norbanus Flaccus sellæ curuli galeam imposuerat, pari, ut reor, sententiâ.

C. Caninius Gallus sellam inter gutturnium & lituum (9) sacrum, sub duobus astris exhibebat, ut ostenderet, *honorem omnem à Divis esse, ab iisque defendi.*

1) *Dominium Germaniæ.*

2) *Romæ bellis victrix.*

3) *Rom. Resp.* XIX.

4) *Coloniæ Rom.*

5) *Magistratus utens.*

6) *Victoria de cælo est.*

7) *Pacis amor.*

XX.

8) *Tranquillitas.*

9) *Honor à superis.*

C. Norbanus Flaccus fasces quoque inter spicam & caduceum tulit: ut *optimum esse imperium pacis, & ubertatis tempore declararet.* (1)

1) *Vbertas*

A Gabinius Nepos Tauri caput serto ornatum tulit: an fortè, quòd in Tauro cælesti natus, *sideribus suam in bello victoriam imputaret?* (2) an quòd velut armenti tector in consulatu, ac *victor adversariorum* triúmpharet.

2) *Deo gratas sacrificare.*

XXI. L. Manlius Torquatus Torquem cum Romæ galeatæ facie in numo tulit, (3) illum se hosti in bello ademisse gloriatus, *fortitudinis & honoris argumentum.*

3) *Victoria gloriari*

Augustus Cæsar Tiaram Parthicam cum arcu & sagitta tulit, (4) *monumenta Parthorum Romanis subiectorum.* ut qui in horum manibus arma reliquerint.

4) *Dominum in Parochos.*

T. Sempronius Longus tripodem laureatum, inter lituum & securim sacrificantium proposuit, *Deo omnem Rom. fortunam victoriámque tribuens.* (5)

5) *Deo successum tribuere.*

C. Servilio Gemino Navis sub laurea corona placuit, ut *Romam victricem* symboliçè proponeret. (6)

6) *Roma victrix.*

C. Attilius Calatinus tripode usus supra urceolum stante, ad dextram spicâ, supernè duo lauri ramusculi eminebant. Quod erat *Diis nixos Rom. nec copia rerum, nec sorte ac victoriis destitui.* (7)

7) *Deo niti*

M. Coccejus Nerva in tripode astrum, duásq; lauros complexus, fortè quòd *sapientem hominem & cælo dignum proximúmque, & in terris, tam sui, quàm hostiù victorem esse crederet* (8) Tripus enim *sapientia* nõ minùs quã *religionis* & *veritatis* symbolũ est, quòd olim repertã, sapientissimo destinata fuerit, Atq; inter gentiles nõdũ tripodis mysteriũ enodatum fuit, licet illi perfectissimum numerorum triadem in illo intellexerint siquidẽ cũ *trinitate ita unitatẽ complectitur, ut Dei unius trinitatis symbolũ* non inelegans *reperiatur* (9) Unde meritò olim ad Apollinem redùt hujus mysterii nõ ignarum. Par ferè M. Acilii Glabrionis tripus, inter duo sidera gutturnium sustinens, *tanquam pietatem cœlo dignam crederet.*

8) *Sapiens se & hostes vincit.*

9 *SS. Trinitas.*

XXII. Sex Appulei Nepotis tripus fuit cum fulmine interhaustorium, aspergillum, lituum, & patellam, ut si *fulmina & offensiones Deorum sola religione hominum componerentur.* (10)

10) *Religio Deum placat.*

M. Æmilius Lepidus proposuit tripodem inter fasces cur-

cum serpente & pullis inter lituum & haustorium, ut si *religione & prudentia Resp. niti censeret*,(1]

Tropæum victoriæ signum multi statuêre. Julius Cæsar de Gallis, uti & de Hispanis victor erectum ferè in trunco armis vestito. M. Fulvius Nobilior de Ætolis triumphans, inter anchoram & clavum, (2) navale tropæum statuit, simile Domitius Ænobarbus in prora sustulit. S. Sulpitius pro tropæo vexillum inter remum & anchoram erexit, *ut maritimâ se victoria superiores* ostẽderent; clavúmque, id est, *maris imperium*; anchorámque, id est, *possessionem* hosti eripuisse L. Cornell. Sulla ut *Diis magis, quàm armis Victoriam adscriberet*, inter sacrorum instrumenta erexit tropæum.

L. Julius Cæsar Venerem in bigis à duobus Cupidinibus, majore & minore per aëra vectam exhibuit: ut si *amore cælesti terrenus minor esset, inferiorque*, (3) *& primò quidem se Deorum*, deinde *hominum amore dignum* evectúmque cuperet.

M. Vincius Nepos. Vexillum, aquilam, aratrum ac decempedam conjunxit: *quia artem bellicam ita exercendam putavit, ut rustica conjungi posset*. (4)

M. Antonio Nepoti Urceolus & Gallinaceus, auguratùs insignia, placuêre; *Deorum arbitrio suam fortunam moderaturus* (5)

C. Sosius Nepos, ut *ad pacem bellúmque paratus* videretur; aquilam cum fulmine & caduceo figuravit. (6)

M. Vipsanius Agrippa, ut *Ægypto devicta gloriaretur*. Crocodilum palmæ alligavit (7)

L. Cornelius Sulla, fortè de *nuptiis* deliberans, Cupidinem cum palma proposuit (8)

L. Calphurnius Piso in equite *non multum commeat⁹ & onerum requirens*, equitem nudum exhibuit; (6) sed tamen facem dedit, *ut vim animi ardentem urgeret*.

C. Claudius Marcell. Dianã multimammam seu polymorphin amavit, cũ tridente utriuque manibus juncto (10) ut se *Venationis omnis piscatusq́* amantẽ ostenderet.

M. Calphurnius Bibulus, cùm Delphinum laureatũ supra tridentem collocat; declarat *celeritatem maritimæ expeditionis victoriam attulisse*. (11)

C. Marius Nepos contrà, dum Neptunũ in Delphino ancoh-

1) *Religione Resp. nititur.*

2) *Victoria navalis.*

3) *Amor terrenus minor cælesti esse debet.*

XXIII.

4) *Agricultura bello nõ tollẽda.*

5) *Auspicandum è Deo.*

6) *Ad pacẽ & bellum promptus.*

7) *Victa Ægyptus.*

8) *Cupido victor.*

9) *Miles circumspectus.*

10) *Venatio nutrix.*

XXIV.

11) *Celeritas bello victrix.*

3) Festinatio circũspecta.

anchoræ implexo exhibet, (1) ostendit *cautâ morâ victo*
riam partam esse. Cùm verò supra Scorpion ẽ Neptuna
in biga ponit, *per Mare Africam* scorpionibus abunda
tem *à Romanis devictam* signat.

Coronæ etiam in Rom. nummis frèquentes. Q Lura
2) Civium servator.

tius Cerco quernâ coronâ quæ *civium servatoribus* da
batur, navim ornavit. (2) Aul. Posthumus Albinus, tan
3) Vbertas annonæ.

quã *felix annonæ procurator*, (3) coronâ spiceâ usus est.

Q. Fabius Maximus ex lauru, quercu, & spicis, quod
bello ac pace cives tuitus esset, contexuit.

M. Corn. Cethegus in corona oleagina juvenem ca
præ insidentem, cum oleæ ramo tanquam *pacis fertili*
4) Pax Abundat.

tatisque argumentum habuit (4)

M. Antonius in corona hederacea palmam exhibui
an quòd *victoriam ex unione Ægyptiorum, ac fortè una*
Cleopatræ amore ac favore polliceretur? an *quòd ab unitis*
5) Concordia in bello vincit.

dissentientiũ Rõ. Viribus de orbe toto victoriam speraret. (5)

Verum hæc de numis, eorũmque imaginibus ex Hu
berto Goltzio delecta, suisq; explicationibus strictim
ex diversis, ut Ricciardo, Pierio, aliisq; illustrata ad præ
sens institutum sufficerint. Cùm aliæ figuræ ab illo ex
hibitæ, vel symbolicæ non sint, vel similes aut affines il
quas modò tradidimus, vel alibi tradendæ occurrant.

CAPUT XXXI.

De Vestitu, habitu armisque veterum & eorum figuris.

I. IN vestitu habitúq; olim Veterum figurarum *usus*, &
symbolica ætatis ordinisque ac virtutis factorũmque
professio erat. Illa Heroum apud Græcos Latinósque
celebrata secula, pleróq; istarũ ferarum pellibus indu
tos spectarunt, quarum ipsi, vel naturam æmulatentur,
vel artes virésque majori industriâ virtutéque superas
sent. Quis enim nescit fortissimum illum virorum Her
culem pelle leonis amictum, non alio *fortitudinis* sym
6) Fortitudo.

bolo magis delectatum? Agamemnon eodem quoque
habitu apud Homerum celebris (6)

—— ἐέοσατο δέρμα λέοντος
Αἴθωνος, μεγάλοιο. ——

—— *Humeros circumiecit pelle inde Leonis*
Ardentis magni, crurum tenus. ——

Ita & Virgilius Æneam vestit. 8. *Æneid.*

Ducunt exsortem Æneæ, quem fulva Leonis
Pellis obit, totum præfulgens unguibus aureis.

Et Statius 9. *Thebaid.* suum illum bellatorem *velocitatis* symbolo exornat. (2)

—— *Quem discolor ambit*
Tigris, & auratis adverberat unguibus armos.

Evandrum Virgilius. 8. *Æn.* Pantherâ induit, *ferociæ celeritatisque* nota (3)

Demissa ab læva Pantheræ terga retorquens.

Ornyto verò bovis corium. 11. *Æn.* tribuit *pugnacis animi laborisque* argumentum.

Cui pellis latos humeros, erepta juvenco
Pugnatori, operit ——

Sed & feminis sua olim in bellis virtutis ex habitu insignia: Ita Camillam Virgilius tigridis (4) ornat exuviis, & Heroidem aliam.

Succinctam pharetra & maculosæ tegmine Lyncis. (5)

Manavitque hinc usus vocabulorum metaphoricus, quo Leonis, Apri, Tigridis nomine, *virum fortem, ferocem, expeditum* insignirent. Unde & Adrastus oraculo jussus filiarum alteram Leoni, alteram Apro desponsare: illam, Polynici Thebano Heroi, apri exuviis indutos hanc Tydeo, leonis pelle ornato, tradidit.

2) *Velocitas.*

3) *Ferocia.*

4) *Celeritas.*

5) *Varius.*

II.

Neque aliunde fluxit ille Diis etiam modò attributus tantummodo ferarum habitus, modò formâ totâ in bestiarum speciem commutatâ, quòd cùm certam Deorum imaginem nullam haberent, illarum animantium figurâ proponerent, quarum symbolicas affectiones Deorum naturæ repræsentandæ utcunque idoneas crederent. Neque enim tam insani unquam prudentiores mortalium fuêre, ut ipsas verè brutas animantes pro Diis haberent; verùm in his tanquam in figura quadam Numen venerabantur, quæ tamen res simplicioribus ingeniis fœdam errandi, brutáque colendi occasionem dedit. Et ne Poëtarum in cerebro hæc tantum nata de

Heroum amictu putemus. Cornelius Tacitus Germanicum Cæsarem ferinâ contectum humeros pelle, castra adiisse memorat. Ita quoque Polynicem & Tydeum vestitos suprà memini. Ita signiferi olim in Trajani columna propositi, Lipsio teste ac judice. *De milit. Roman.* Mauri leonum, pardorum & ursorum tergoribus, alii serpentum & piscium coriis velantur. Scythiæ pars magna vulpium ac murium pellibus operta. Sed

1) *Truces.* Gelonis Scythisque hic ferarum habitus non placuit, (1) *ut Alexand. lib. 5. c. 18. Herod. lib. 4. Plin. lib. 7. cap. 2.* qui ut *trucis ingenii* graviora argumenta relinquerent, hostis peremptis sese pelle induebant; quo se habitu maximè illustres censebant, uti olim Germani juvenes nuptiis indigni censebantur, nisi, velut *arrham fortitudinis*,

2) *Fortis.* apud sponsam devicti hostis caput deponerent. (2) Verum adeò truculentas virtutis attestationes metitò aversamur. Rectius illi figuratis iconibus vestes ornant, qui sine omni vitio virtutis studium professionémque amplectuntur. Ita Deus ipse electum populum Moyse interprete, *nu. 15.* instruxit *Faciant*, inquit, *sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in iis vittas Hyacinthinas, quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini: nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes.* Cui limbo, ut S. Hieronymus. *In cap. 23 Matt.* asserit, nonnulli sentes spinásque innexuerunt; ut legis, assiduo punctionis sensu, admonerentur.

III. Neque in profanis literis infrequens ad symbolica argumenta coloris usus, placuitque ante alios maximis quibusque viris color in veste albus, tanquam *innocentis*

3) *Innocens.* *candidæque vitæ* testis, (3) ut iccirco ipsos Deos *ut Plato lib. 5. de Repub.* Deorúmque filios, inter sidera relatos, candido donarent amictu, unde illud Horatii. *lib. 5. od. 2.*

Nube candentes humeros amictus Augur Apollo.

Et de suo Daphnide, id est, Cæsare Virgilius. *Ecloga 5.*

Candidus insuetum miratur lumen olympi.

Quæstores Romani *ut Appian. lib. 5.* Ædiles, Prætores, Consules albis usi sunt vestibus. Judicibus quoque Romanis, uti & Athenensibus, *ut Plutar.* niveus habitus arrisit. Unde fausta Martialis apprecatio est.

Vivam

Vivat & Vrbanis albus in officiis.

Hinc & olim, uti hodiedum sacrorum Antistites niveis gaudent coloribus. Nam ut Tullius *de legibus lib.* 2. observavit: color albus maximè decorus Deo. Et Heroum candida vestis fuit, ut de Amphiarao Statius.

Ipse habitu niveus, nivei dant colla jugales,
Concolor est albis, & cassis, & insula cristis.

Usitatus etiam fuit honorem dignitatemque in Rom. Rep. ambientibus, qui ab habitu, Candidati dicebantur, & hoc, velut symbolo, testimonium integritatis, quâ officium munúsque impleturi essent, profitebantur. Servos libertate donatos veste alba, annulóque insignes fuisse Tertullianus memorat. Et Vestalibus candida, atque ad talos dimissa vestis, pudicitiæ quædam erat imago. Qui color, ut fausta quæque & bene ominata adferre; sic contrà color ater, *infausta virtutibusque adversa* adumbrare est creditus.

Unde illud à Poëta decantatum;

Hic niger est, hunc tu Romane caveto.

Et Porphyrion ad Horatium *ad lib. 2. ep. 2.* dum *varium hominem* exhibet. Ater, inquit, & albus; malus, & bonus est. Quocirca & nigræ aves, ut cornices, corvi, bubones inter *malè auspicatas* habentur, (1) secùs quàm candidæ columbæ, cygnique. (2)

IV.

1) *Inauspicatus.*
2) *Felix.*

Unde carmen Ovidianum:

Nigráque funestum condidit omen avis.

Fuit quoque inter *absolutionis* olim in reis *notas* candidus lapillus; inter *damnationis* ater calculus, ut Ovidius observavit. *lib. 15. Metam. fab. 1.*

Mos erat antiquis niveis atrisque lapillis
His damnare reos, illis absolvere culpa.

Ita etiam niger habitus *mortem ac funera*, albus *victoriam* ac læta quæque nuntiabat. quare currus *triumphantium*, vestes, equi, assecłæ, *ut Dempsterus ad Solin. l. 4. c. 7.* victimæ ipsæ Diis offerendæ nivei coloris erant; secùs ubi vel *lugebant mortuos*; vel ipsi *apparebant reis*: vel *Diis inferis victimas consecrabant*. Uti enim infausti omnia ominis, sic nigro apparatu agebantur. Deniq; in festis *Deorum solennitatibus* niveis tota Roma vestibus ornabatur; uti & ludis amphitheatralibus, aut scenicis,

nullo inter Patricios plebeiosque discrimine. De illo Horatius. *lib. 2. Sat. 2.*

Cum plebs, & minor ordo, maximúsque,
Sancto cum Duce candigus sederet.

V. Post album color purpureus ad *magni animi virtutisq;* significationem in vestitu adhibitus, sive ut vivo hoc colore sanguineóque, nobili sese ortos sanguine profiterentur; sive illum pro patriæ sese defensione profusuros testarentur; sive illi, qui cum imperio erant, fuso etiam sanguine, (1) *Iustitiæ sese præscripta executuros* pollicerentur. Certè *professio fundendi intrepidè sanguinis pro Ecclesiæ iure defendendo* causa fuit Romanis Patribus assumendæ purpuræ, quam illis Innocentius IV. Pontifex, cùm à Friderico II. Imperatore Rom. periculum impenderet, Lugduni primùm induit.

1) *Generositas vitæ contemptor.*

Fuit vero inprimis prætexta habitus adolescentum, purpurâ, ut videtur, prætextus, ceterà niveus *Alex. Genial. dier. l. 5. c. 18.* quanquam Alexander aliquando purpureum fuisse dicat, quem iccirco patritiis adolescentibus olim attribuerunt, (2) *lib. 1. Saturn. cap. 6.* ex Macrobii sententia, ut *ingenui pudoris exputpura meminissent*, unde Papyrius adolescens *ingenua tacendi loquendique ornatus modestia.* (3) Prætextati nomen memoriámque virtutis ad posteros transmisit. Feruntque insigni laude adolescentiæ hanc primùm vestem. Regibus propriam, isti ætati attributam; cùm Tarquinii Demarati Rom. Regis filius, quatuordecim annos natus, Sabinum *hostem in prælio sua manu confecisset*, atque iccirco virili supra ætatem habitu à parente ornatus incederet; prætextâ, ac bullâ, à Principibus viris, ad pueros, eo facto, translatâ, *Alexand. l. 5. cap. 18.* Erat autem bulla aurea, velut cordis expressa specie, atque ante pectus suspensa, (4) *nobilitatis* quoque *insigne, & candoris aliquod simplicitatisq; in pueris laudata argumentum*, (5) ut qui sine fuco propalam cor gestant, quod adultiores occultioti consilio recondunt, quanquam & Macrobius, suprà, iccirco factum existimet; ut cor intuentes, ita *se demum homines cogitarent, si corde præstarent.* (6) Bullam tamen, exactâ olim pueritiâ, post annum septimum decimum plerumque ad aras, diis Laribus, solenni festo suspendebant togam

2) *Pudor ingenuus.*

3) *Fides secreti.*

4) *Nobilitas.*

5) *Simplicitas.*

6) *Generositas.*

gam sumpturi, quemadmodum puellæ Argivæ Veneri, tanquam *fecundi conjugii auspicium*, jam viro maturæ dedicabant. [1] D. Germanorum adolescentia paulùm diversa Tacitus. *de Mor. Germ In ipso*, inquit, *concilio, vel Principum aliquis, vel Pater, vel Propinquus, scuto frameâque juvenem ornat: hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos.* Togam verò Romæ *ut Alexander suprà.* festis præsertim Bachanalibus sumere magnifico apparatu, adolescentibus religio erat, quâ *liberioris vitæ oblata facultas* signabatur: ut non immeritò Statius. *lib 5. Syl. 2.*

1) *Conjugium auspicatum.*

VI.

Quem non corrumpit pubes effrena, novaque
Libertas properata Toga? [2]

2) *Libertas.*

Hanc tamen & purpurâ prætextam, Alexander, in nobili adolescentia, asserit. *Atqui* inquit, *hic primus juventæ & bonæ indolis habitus est honos, omenq; futuræ virtutis, & magni nominis æstimabatur.* (3) Laxior etiam nobiliũ toga, quàm tenuiorum fuit, Fertur Augustus Cæsar liberis Senatorum, ut idem meminit, in quibus esset *virtutis specimen*, quò frequentiùs senatũ assuescerent, sumptâ virili togâ laticlavum protinus dedisse. Erat verò laticlavus vestis purpurâ, aut cocco tincta, senatorio ordini propria; quæ à signis purpureis, clavorum specie per vestem sparsis, nomen habuit. (4) quanquam crescente luxu, auro formati sint. Ulpianus *l. cum aurum 19. §. similibus, ff. de auro argento & legatis.* quoque insitas his vestibus picturas censeat, ita de alio habitu, in Caligula, *Suetonius*: pictis enim illum, gemmatisque pennulis publicum subisse memorat. Nimirum vestes suas de se, vel tacente, loqui cupiebat. Tunica verò palmata, solius consulis *in pace* ornamentum, [5] purpureum diphabum, aut etiam *triumphantiũ* indumẽtum erat, palmæ ramis, tanquam *victoriæ paciscq;* symbolis, ex textili auro, (6) ut *Festius* putat, efformatum. Cinctus porrò Gabinus, & ipse ex purpura, toga erat consularis; quâ: cum bellum indiceret, induebatur, ut unà laciniâ in tergum reductâ suspenderetur, (7) tanquam *hominis ad pacem pugnamve parati* quem manasse habitum à Gabiis Servius *lib. 7. Æneid.* refert. Quòd sacris occupati, cùm hostem adesse accepissent; ita ut erant togati occurrerint, ac memora-

3) *Iuventus laudata.*

4) *Senator*

5) *Consul.*

6) *Triumphator.*

7) *Ad bellum vel pacem paratus.*

bili victoriâ oppressêrint. Hi colores, quos dixi, albus purpureusque pace belloque fausti ominis, atque interpretationis semper fuêre. *Infelicis* verò *auspicii habitum*, quod de Crasso. *Val. Max. lib. 1. cap. 6.* adversus Parthos ituro refert: ei pullum traditum esse plaudamentum, [1] cùm in prælium exeuntibus album & purpureum dari soleat.

1] *Bellum auspicatiũ.*

VII. *Color in scutis varius ob significata diversa.*

Manavit hic usus ad scuta, balteosque deinde militares, neque tantum symbolicæ significationis, verùm etiam distinctionis gratia usurpari cœpit. De scutis Alex. l. 6. Gen. dier. c 22. sic scribit. *Græci frequenter russatis, Carthaginenses albis, nonnunquam clypeis diversa insignia ferentibus, utebantur: Corinthii rubris. Albaverò ferre scuta Romanis erat ignominiæ loco: nam fortes utebantur pictis. Pœni ex auro sculptis imaginibus. Germani Scuta lectissimis coloribus distinxêre. Græci quoque diversa insignia & Numina addidêre, quippe Græcorum clypeis Neptunus inerat, Trojanorum Minerva, Ulysses Delphinis insigne in scuto prætulit, Agamemnon formidinem capite Leonino cum epigrammate. Nicia Scutum auro fulgebat & purpurâ, Lacadamonii λ, Messenii μ literas describêre. Alcibiades cupidinem cum sagittis, Neocorus Aliparchus Draconem, Demosthenes in scuto aureis literis Bonam Fortunam inscripsit* (quod in prælio fugiens reliquisse malo omine ac nomine dicitur] *Galatæ animaliũ formas æneas scuto effinxêre: sicut Lacedæmonius quispiam in ingenti scuto mulcam effictam habuit.* [asserens ut *Plut in Lac.* hosti se, donec illam videret appropinquaturum) Hæc Alex.

VIII. *Color in vestibus varius.*

Et in vestibus discrimen in colore servatum est. unde Scipio Africanus, *ut Alexand. l. 5. c 18.* purpureo usus sago, cùm Jubam eodem habitu utentem vidit, album ipse habitum induit. Spartani tamen rubro iccircò delectari feruntur, ut minori horrore profluentem per vestes sanguinem intuerentur. Germanæ hodie militiæ viri complures utrumque colorem in vestibus (nonnulli etiam in balteis) conjungunt, Thorace albo bracciis rubentibus, an fortè quòd causam se quisque bonam, magnumque ad prælia animum, ac sanguinis prodigum afferre judicet? Sed denique ab earum rerum aut incu-

riosis,

riosis, aut imperitis, neglectâ symbolicæ imaginis gratiâ distinguendas magis nationes, aut exercitus militares, quàm similitudine virtutum animandos, ea colorum diversitas adhibetur, nigro tamen ferè colore excluso, quasi funereum aliquid præsagiente. Quanquam egregii bellatoris Demetrii Polyorcetis *ut Plut. in Demet.* chlamys subnigro colore spectata fuerit; sed tamẽ in quo cœlum, aureis luceret sideribus, ac duodenis ab ipso exornatum signis, velut ab Atlante circumferretur, *orbisque sese victorem fore*, hoc schemate testaretur.

Fuerunt præterea, qui illo bicolori Germanorum simílive habitu jam olim sunt usi: ut de Alexandro Severo Imper. *Frontinus* meminit, qui albo se, croceoque in Principatu habitu ornaverit; ut illo lunæ, hoc solis colorem referente, *pari sese in subditos*, uti hæc sidera in orbem, *beneficio affluxurum bolliceretur*. (1) [1] quos etiam ad militum scuta colores, affectionemq; non dissimilem ad animos transferri volebant. Trabea etiam Regibus Consulibusque Romanis usitata, albo purpureoq; colore variata erat: alia trabea auguralis purpurâ & cocco confusa fuit, solis tantùm Diis injecta purpurata trabea unicolor; quòd *hi minimè ingenio varii mutabilesque* [2] censerentur.

1) *Beneficium.*

2] *Constans.*

Assyriorum *ut Alex. suprà*, quoque tunica partim purpurea, & partim alba. Ita & in Persarum Regum cultu, *ut Strabo* 15. triplicis anaxyridis usus, & tunicæ, cujus suffultura candida: pars exterior colore infecta, tanti quidem pretii cultu, ut duodecim talentorum millia quandoq; æquaret. In quo Curtius *l.* 3. meminit adumbratos accipitres, velut rostris inter se concurrentes. [3] quibus *expeditum generosumq; ad bella animum profiterentur* sub solis, Persarum Numinis, auspiciis: cujus hæc avis symbolum habebatur. Fœminis Romæ vetitum, ne versicolori veste uterentur, lege Oppiâ. quòd levitatis aliquod in hoc sexu sit argumẽtum. [4] Eratq; suis illic matronis habitus, meretricibus suus; nubentibus etiam Virginibusque proprius: primæ flammeo velatæ, testabantur *verecundiam conjugalem*. (5) aliæ sine flammeo velut *pudoris oblitæ*, [6] pullo breviq; cum

IX.

3] *Bellicosus.*

4) *Levis.*

5] *Pudica.*

6) *Impudens.*

habitu,

habitu, tanquam luctuosam vitam agerent. Unde Amorum doctor, *lib. 3. de arte.*

Este procul vittæ tenues, insigne pudoris,
Quæque tegis medios instita longa pedes.

Nuptæ pura sine recta dabatur toga, *tironibus* quoque *militibus* usurpata. Cyclas, Palla, & Crocoton *honestarum Virginum ac matronarum cultus* erat. In ipsis adeó calceis, quod mireris, variæ olim species & figuræ embiematicæ albos, hederaceos, alioſque reperias. Demetrius Antigoni eò progressus *vanitatis* est, ut aureis sese calceis indueret. Diocletianus & Heliogabalus *ut Lampridius in vita*, gemmas in calceamentis circumtulerei & hic figuris quidem exaratas, ut risum non paucis moveret, arbitrantibus, vanas esse has artificum imagines, quæ suis lineamentis oculos spectantium effugerent.

1) *Nobilis.* Nobilium Romæ mos, *ut Alex. l. 5. c. 10.* in nigris calceamentis lunulas (1) ex fibulis eburneis adornatas ferre, ut *antiquitatem generis* retro ab Arcadibus ductam (qui se proselenos, sive ante lunam ortos dicebant) publico hoc signo, à Numa instituto, profiterentur. Unde Juven. Satyra 7.

——*Et nobilis, & generosus*
Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.

X.

2) *Innuptæ.* Apud Ægyptios *innuptæ puellæ* nudipedes incedebant, (2) ut evagandi licentia cohiberetur; cùm nudo pede extra septa prodire nefas haberetur. Servis inter Romanos nullus calceorum usus, ut ab ingenuis hac notâ, uti & nudi capitis signo, distinguerentur. Quanquam graviori mihi *servitutis notâ* Syracusani famulos signasse videntur, [3] cùm equi characterem indelebili stigmate inusserint: uti Samii *captivis* Athenienſibus figuram nocturæ; (4) Athenienses contrà Samios navis symbolo insto deformaverint, apud quos inscriptiones etiam literarum in frontibus servorum usurpatæ. Ad quas alludit Aristophanes in Comicis: *Populus*, inquit, *Samiorum valde literatus est.*

3] *Servilis homo.*

4) *Captivus.*

Arabum, Tyriorum, Romanorumque matronis injectum velamen, seu flammeum [quod sic dictum à Flaminis uxore volunt, cui soli inconcessum divortium] (5) continentiæ jugalis signum, ac velut hortamentum erat,

5) *Verecundæ mulieres.*

erat. Tertullianus vocat *Armaturam pudoris, verecundiæ vallum, sexus fœminei murum, qui nec suos emittat oculos, nec amittat alienos.* Et paulò post. *Iudicabunt nos Arabiæ fœminæ Ethnicæ, quæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo liberato contenta sint, dimidiam frui lucem, quam totam faciem prostituere: mavult enim fœmina videre, quam videri.* Res inter Germanos insolens Aquisgrani tamen imperiali in urbe, & Caroli Magni sede, propè ad Arabum imitationem usitata mulieribus; siquidem, præter nasum oculosq; vix aliam vultus partem sub velo eminentem observes: diversæ ab illis ingenio, quæ probroso spectaculo non modò caput, (1) sed nuda etiam ubera prostituunt.

1) *Invereundia.*

CAPVT. XXXII.

De rebus diversis imaginum locum ac vim in hominum usu occupantibus, ut sceptris, coronis, &c.

1. *Imagines & signa dignitatis & nobilitatis.*

REperies in usu pretioque apud homines quam multa, quibus si gratiam symbolicæ significationis auferas, nihil admodum relinques, propter quod amari usurparique possint. Ejus generis apud omnes nationes usitata videmus; quibus personarum aut dignitas, aut officium potissimum emineat. Quid enim in calceis Romanorum lunæ? quid in digitis annuli? quid sceptra in Regum manibus? coronæ in capite? aureæ in collo catenulæ? pendentes ex auribus gemmæ, & plura ejusmodi; nisi aut *nobilitatis* aut *ordinis* aut *officii* argumenta? verùm non hominibus modò; sed & rebus ceteris, significationis tantùm gratiâ, signa adhibentur. Illud enim quod bobus cornupetis fœnum ex cornibus (2) suspenditur, *ut Plutar. in quæst. Rom.* quem, præter significandi institutum, habebit usum? siquidem ex *pastu nimio insolentem ferocemq; bestiam cavendam admonet.* Hæc cum arbitratu hominum, & sumantur primùm, & non rarò deponantur symbola; coronatum tamen, sceptri, annuli, inauriumque ferè pervulgatus constansque

2) *Furiosus.*

apud

apud omnes usus extitit. quanquam nonnulla deniqué vim instituti primùm symboli amiserint, dum à vulgo ditiore usurpata, solius, ut quondam fuêre, nobilitatis desierunt esse indicia. nam aurum in auricula gestare. (1) ut in Platone notavit Apuleius, *Calio teste l. 3. aut lect. c. 29. nobilitatis* olim insigne fuit: uti etiam elenchos binis terniſve unionibus inſerere auribus, ſi Alexandro, *l. 3. c. 19.* credimus. De annulis verò Romanæ tantùm nobilitati primò conceſſis, nemo antiquitatis gnarus ambigat. A Regibus quidem Perſarum *ib. c. 29.* donari annulo; (2) erat *ad intimam illorum familiaritatem gratiamq; ceu vinculo quodam, obligari.* At ſuperba divitum inſolentia ac temeritas, ut nobilitatis opinionem occuparet, hæc omni penè ætate ſymbola violavit. Summis tantùm dignitatibus parcitum, & ſceptris coronisque ſuus ferè honor manſit, de quibus potiſſimùm in præſenti diſſeram, ob fecundam variamque ſymbolicæ ſignificationis virtutem. *De regali ſceptro*, inquit Alexander, *l. 1. c. 28. illud memoria proditum eſt, externorum regum ſceptra, in ſummo iconiam, in imo hippopotamum habere effictum: quo argumento* regem juſtitiæ obſequi *oportere, (3) atq; feritatem, & indomitas libidines, ne ira deſaviat, emollire ſignificabant; quod iconia ſummæ pietatis, hippopotamus violentiſſimum animal foret. Lydia verò reges ſceptri loco ſecurim habuiſſe feruntur: ſicut Labadreus Iupiter in Caria, pro ſceptro & fulmine, ſecurim ferebat. Romanis verò Regibus lituus cuſpide inturvi qui & virga auguralis erat ſceptri loco eſt habitus. nemore ſecuri,* [4] ſeveritatem in ſontes *bene moderanti neceſſariam: lituo verò* conſilium opemq; in rebus anxiis *à Divis imprimis poſtulandam* monebant, *nec temerè quicquã aut inauſpicatò tentandũ.* Tarquinio Priſco, poſt Hetruſcos ſuperatos pacatosq; præter coronã auream, purpurã ac ſellam eburneã, ſceptrum placuit eburneũ, aquilam in apice ſuſtinens; translatâ acceptâq; ab Hetruſcis velut imperii ſummi inſignia. *Dionyſ. Hal. l. 3.*

1) *Nobilis.*

2) *Regum familiares*

II. *Sceptrum inſigne regium eſt.*

3) *Rex inſons ſit.*

4) *Rex ſeverus.*

III. *Haſta ſceptrorum olim loco.*

Babylonii tanto ſtudio ſceptra ſunt proſecuti, ut ſine his prodire nefas ducerent, tanquam regni in ſceptro fortunam circumferrent, adjecerant in ſummo mala, lilia, roſas, aquilaſve, argumentis utique ſymbolicis. Hæc verò,

Verò, quæ græci σκῆπτρα dixêre, hastas latinis olim compellatas, ex Trogo Justinus *l. 43. hist.* meminit; Et Cælius *l. 12. c. 16.* quoque annotavit hastis militaribus veteres reges sceptrorum loco usos. Ita Bohemiæ Regum insigne hasta fuit, *Cranzius l. 5. cap. 7.* postquam Vratislaus Bohemiæ Dux Henrico IV Imperatori, contra Rudolphum Sueviæ Ducem, armis feliciter adstitisset, hastamq; Rudolpho cum victoria extorsisset. Fuit verò hastæ eximius olim honos, unde Festus de verborum significatione, *hasta* inquit, *subjiciebatur ea, quæ publicè venundabant, (1) quia signum præcipuum est hastæ, & Romani* fortes viros *sæpe hastâ donarunt.* [2) Accedit quòd ut Gregor. Tholosanus, *Synt. Iuris l. 6. c. 14.* observavit, veteres olim hastas pro Diis coluerint; ob cujus religionis memoriam deinde non rarò Deorũ statuis hastæ adjiciebantur, quas tamen ille brevis instar scipionis fuisse censet, quo sedentes etiam niterentur: qualem & Poëtæ in solio Jovem depingunt, ut Ovidius:

Celsior ipse loco sceptroque innixus eburno.

Cultus verò hastis exhibitus, illo quoque Virgiliano versu indicari videtur,

——— *Nunc, ô nunquam frustrata vocatus*
Hasta meos.

Sed & hastâ, velut sceptro tradito, *(3) regnum translatũ accepimus* à Guntramo Rege, *ut Ammian in hist.* in nepotem regni videlicet donati symbolo. quanquam illã ego hastam potiùs militarem, quàm scipionem fuisse sensim. Populus tamen Romanus si quem optimè de se meritũ *regiis honoribus ornatum* vellet, ei scipionem eburneum, togamq; pictam ac tunicam palmatam, cũ sella ebutnea deferebat. *Corn. Tac l. 4. annal.* Apud Movitas *insigne muneris publici* baculum quoque legimus esse, [4] uti hodiedum in hac Agrippinatum Colonia baculus Consulibus à ministro præfertur, qui Romanorum fascium securiumq; loco est. Baculus etiam, quem pedum vocamus, inter personas Ecclesiasticas *pastoralis dignitatis* est argumentum. (5) Unde in concilio Constantinopolitano legimus Marinum Romani Pontificis vicarium Photio ad synodum ingredienti, baculoque solenni innixo, mandasse, ut pedum deponeret.

1) *Venale.*
2] *Fortis.*
3] *Regni traditio.*
IV.
Baculus insigne honoris.
4) *Honoris officium.*
5] *Pastoralis honor.*

Quia,

1) Favor regius.

V.

Quia, inquit, *baculus est signum dignitatis pastoralis, quod hic habere nullatenus debet; quia lupus est, non pastor. In Conc. Constant actione 7.* Apud Medos & Persas insigne dignitatis regiæ virga dicitur, quæ si osculanda præberetur, signum erat *regii favoris.* (1) uti Hestheri Reginæ, *Hest. 5. & 8.* Judæis de fortuna vitaque periclitantibus,

2] Fides promissi.

apud Regem Persarum Assuerum evenisse, traditur. Ita veteres quoque aut in fœderibus ineundis, aut fide promissionis firmanda, per virgam regiam, aut sceptrum jurare solitos accepimus. [2] Quod de Achille injuriam repulsuro Homerus memorat. Unde, ut Rhodiginus *li. 4. c. 29.* notavit, sceptrum datur Agamemnoni late *imperanti*, & Achilli *injuriam cum potestate repellenti*; denique & Telemacho concionanti; ut quod *in animos occupavit dominiu* exponeretur.

3] Potestas, Dominiu.

4] Sol aurum producit.

[3] Sceptrum verò aureum Apollini Iliados primo tributum, eodem autore, designat aurum Soli tribui, (4) uti Lunæ argentum. Cetera, & sceptrum olim apud Ægyptios symbolicè

5) Deus Rex vigilans.

pro Deo aut *vigilante, Rege*, usurparum legimus, in cujus vertice oculus apertus emineret. (5) Quod si manus armata gladio, sceptro imposita fuerit, *legitima justitiæ administratio* significabitur.

VI.

Coronarii usus varius.

Coronarum, olim, ut materia & usus, sic & varia significatio fuit. Corona laurea (6) victoriam bello partam designabat in milite, in erudito, absolutum Poëtam. A-

6) Victoria

7] Poëta.

pollineâ lauru coronâri solitum. (7) Corona, ex evulsis herbis, graminea, *obsessos* per coronatum *liberatos ab hoste* indicabat, (8) unde obsidionalis dicta. Querna, quæ ex ligno primùm, deinde & foliis quercus contexta erat,

8] Obsidio soluta.

9] Liberatus civis.

[9] *civem Romanum à mortis discrimine ereptum indicabat.* Turrita, quæ muralis dicebatur, ex auro confecta,

10) Mœnia occupata.

[10] illi deferebatur, qui *primus hostium mœnia conscendisset.* Rostrata sive navalis, [11] ex auro quoque, *hostium classem primò subeunti* dabatur. Ita qui *vallum hostile*

11] Classis expugnata.

ante omnes penetraret vallari seu castrensi coronâ (12) ex

12) Valli obtentum.

auro ornabatur, qui demum *aliquâ contea hostes victoriâ obtinuisset*, ovali, ex myrto, [13] cingebatur. Corona ex myrto & rosis Veneri sacra est, quâ usus fertur ad cõciliandam Venerẽ Herostratus, (14) cum illam ex Cypro in Naucratem transferret. Corona ex loto olim An-

13) Victoria

14) Mollis

tinoo

tinoo, (cujus memoria in vita Adriani Imperatoris est) adhibita, [1] illius jam mortui *æternitatem*, indicabat. Corona Hellotis ex myrto, viginti olim cubitorum, *publicam hilaritatem* designabat. [2] Corona Cylissa ex fici frondibus & floribus rosarum, *ex laboribus curisq; dulces provenisse fructus* arguit, nã & rosa inter spinas assurgit, & ficus cuncta dulces parit fructus (3) Corona Philina ex hedera & narcissis composita; (4) *abstinentiam contra scelera & torporem optimum esse remedium* signat. nam hedera adversatur ebrietati, narcissus torpori & sõnolentiæ. Corona ex pampinis & vitium foliis statuæ Junonis donari solita. (5) *abundantia temperataq; aura* est argumentum. Corona Elychrysia, quam ex herba elichryso, loto persimili, conrexebant, (6) *gloria futura* symbolum existimatur; ut ex Farra, Ricciard. *in voce Corona Comment symb.* observat. Et *servi* olim *venales, captivaq; bello mancipia* perforatis auribus, ad forum coronati producebantur, *ut Solinus l. 10. c. 21.* velut aliænæ victoriæ testes, unde sub corona venire dicebantur (7) Coronâ plumeâ, pennis tribus, vel puniceis, vel nigris ad longitudinem ferè cubitalem erectis hastati Romani ornabantur. (8) *ut majores & terribiles magis hosti* occurrerent. Lanea corona, *ut Solin. l. 4. c. 9.* in magicis & Deorum penatium sacris usurpata fuit, (9) infamiã contraxit quoque ex eo, quòd mulieres magis quàm viros deceret. Radiata verò ex auro Diis olim (10) ac deniq; etiam Imperatoribꝰ inter Deos recẽsitis, adhibita; quòd, ut sol inter sidera, ita illi *inter homines eminerẽt*, radii vero duodec. nũerabãtur, à mẽsiũ, quos sol decurrit nũero.

1] *Æternitas.*
2] *Plausus* VII.
3] *Fructus laboris.*
4) *Abstinentia.*
5) *Abundantia.*
6) *Gloria cœlestis.*
7) *Mancipium.*
8) *Miles.*
9) *Mulebris.*
10] *Deus Rex.*

VIII.

Hæc ad Christianos deniq; ab Ethnicis consuetudo, in Christo sanctisq; honorandis (11) defluxit. Nec irritò: nam & Josephus adolescens, suo illo in somnio, *parentem*, soli, *matrem* lunæ, *fratres* astris comparatos vidit. Ita & Rex Cyrus *ut Plut. in Arax.* Persicâ voce, Sol & Sampson Hebraicâ dicitur: Et Æsopus Nectenabo Ægyptum Regem, *ut in vita Æsopi est*, soli comparasse magnâ gratiâ memoratur. Cœpit tamen radiata corona etiam à superbis Imperatoribus *divinitatis quadam opinione inflatis* usurpari, in quibus Caligula primus repetitur, cujus in ambitu stellæ tres ac semicirculus lunaris

11) *Sanctus.*

1) *Superbia ingens*

viſebatur, (1) *ut ſi* totum jam capite *orbem homo vaniſſimus ſuſcepiſſet cum Atlante ferendum.*

IX. *Laurus coronaria.*

Alii ex Imperatoribus hunc deinde ſunt imitati: aliis laurus præ auro gemmiſque in coronis placuit, quòd hanc Deorum voluntate Auguſtus de cœlo acceptâ tulliſſet *ut Plin. l. 15. c. 36.* & ſuprà in prodigiis tradidimus.

2) *Tutus à fulmine.*

Accedit, quòd laurus fulmine non tangatur, (2) adeòq; umbram latentibus *tutam in tempeſtate*, boni ominis arbor præbeat, unde Cæſar Tiberius cœlo tonante lauro caput vinciebat: quòd perpetuo virore non marceſcat; (3) quòd ignigena ſit, ut cujus rami ex attritu ſcintillas jaciant, Veteres adhæc exiſtimabant, *ut Fulg. Myth. l. 1.* lauru ad caput dormientis adhibitâ, *vera* illum *ſomnia viſurum*: (4) *vatibus* certè & Deorum *Sacerdotibus* frequenter uſurpata fuit. Muſis quoq; & Apollini tanquã *æternitate dignis*, aut *futurorum præſciis* dedicata eſt. (5)

3] *Honor perpetuus.*

4) *Vates.*

5] *Doctus.*

X. *Diademata.*

Ceterùm diadema, ſeu regalis corona *ſummæ dignitatis* ſymbolum, (6) varium omninò pro nationum ingenio, affectioneque repertum fuit, quamvis apud omnes capiti tanquã principi hominis parti adhibitum videatur. Tigranes Armeniæ Rex, *ut Alex. l. 1. c. 28.* frequẽti id temporis conſuetudine, candidam tuliſſe faſciam memoratur, quam ad Pompeij pedes (7) velut *dominationi cedens*, abjeciſſe legitur. Et Alexander Magnus diadema, quod faſcia erat candida, detraxiſſe ſibi, ac Lyſimacho vulnus obligaſſe fertur, (8) omine regni ad illum haud multò poſt deventuri. Perſarum tamen, Medorũque regibus cidaris, (9) quadrati pretioſiq; operis diadema, aut tiara etiam placuit, hodie, atq; olim quoq; ſacris adhibita, nam & Reges, *priuſquam adirent regna, ſacris initiari* oportebat. Ita cidaris uſurpata etiam à ſacrorũ principe legitur. (10) Quanquam ſint, *ut Paſchal. de coronis l. 19. c. 3.* qui utrũq; diadema confundãt, ſed Alexander diſtinguit *l. cit.* ac cidarim cæruleâ ornatã faſciâ; tiaram redimiculis per maxillas defluentibus inſtructam aſſerit. Sed & Perſicis regibus ex myrtha & labyzoy odorata compoſitũ diadema placuit. Alexander Magnus cornibus Amonis Jovis, (11) id eſt, radiato diademate uſus eſt, quo *ſe Iovis filium teſtaretur*. unde & Diis, & priſcis etiam Regibus cum Moyſe cornutis, uſurpatum hoc *majeſtatis potentiæq; ſymbolum* eſt.

6) *Dominium.*

7] *Dominium abdicare.*

8] *Regni omen.*

9] *Rex Perſar.*

10) *Sacerdos ſummus.*

11] *Divinitas.*

Ægy-

Ægyptii Reges animantium effigies, ut aspidis, draconis, tauri, leonis, vel ignem, aut arborem, symbolicâ ideâ propositam in capite suæ *dignitatis aut virtutis regiæ argumentum* præferebant. Illud verò recētius longè rariusq; est, quod de Petro Arragon. Rege VII. Matine⁹ *in hist. Hispan. l. 10* refert, Innocentiū ejus nominis Pontificem III, Romæ illum coronâ panis azymi inaugurasse, ut *incorruptæ synceraque fidei* in Rom. Sedē cōmonefaceret: [1] Porrò hoc tēpore Regum coronæ passim ex auro circulum supernè apertum conficiunt, (2) ac *terni* quandam hac specie *memoriam suggerunt regni, quod pro scopo metaq; hac terrena habere regna debēt.* Imperiale tamen diadema, superné binis veluti semilunaribus cornib⁹ decussatim clauditur. (3) an quia lunæ instar *suum à sole, Deo scilicet haurire lumē desiderat*; clausū verò *superiorē aliam humanā potentiā à se excludit*? an quia *Christiana potestas Crucis Salvatoris subjecta est*, quam decussata luna conficit? Et Pontificia quidem tiara prorsus clausa, triplicique circum insignis coronâ eminet; [4] quòd *ternario numero* ceu perfectissimo, *supremam in terris dignitatem ostendat*. Ducibus olim coronæ; nunc galeri, seu pelliti ac variegati donantur pilei, *potestatis libertatisq; à Regibus proximæ* testimonia.

XI. *Coronæ ex rebus diversis.*

1) *Fides. Synceritas.*
2) *Regnū æternum.*
3) *Potestas à Deo, & sub Deo.*
4) *Potestas suprema.*

Athletarum veterum præmia atq; *insignia fortitudinis* coronæ etiam habeantur, quæ quidem Olympionicis ex oleastro, sive oleâ silvestri texebantur: nam olea [5] ut symbolum *victoriæ* sic & *fortitudinis* erat; quòd succo inuncta membra mirificè corroboraret, *ut Carol. Paschi de coron. l. 6.* Fuit eadem olea tum mortuis coronandis, (6) tum Philosophis mundi contēproribus adhibita, quòd utriq; tanquā *luctatores strenui de vitæ calamitatibus triumphare* viderentur. In ludis Pythicis ad exemplum Olympiacorum, in Apollinis honorē institutis, lauro vel palmâ victores ornabantur: quamvis principio etiam esculo sint usi. In Nemeæis ad Herculis de leone triumphantis memoriam institutis, corona ex apio usitata fuit, quòd apio equi pascerentur; quorū beneficio potissimùm vincerent Isthmici certatores. Neptuno dicati, pinu caput vinciebātur; quòd illa huic Deo sacra arbor haberetur. Ceterùm palma in ludis omnib⁹

XII. *Coronæ pugilum.*
5) *Victoriæ fortitudo.*
6) *Mors gloriosa.*

usurpata legitur, ab iis præsertim, qui in Olympicis, aut Pythiis essent *quinquertiones aut Pentathli*, id est, quinque certaminum generibus, saltu, pugillatu, disco, jaculo, luctâque vicissent. (1)

1] *Victoria plena.*

XIII. *Corona conviviâtium.*

Et in conviviis frequens apud veteres coronarum usus, quæ ex herbis, floribus, foliisque rosarum præcipuè struebantur; (2) aut *temperandi ex vino caloris*, aut *voluptatis concilianda gratiâ*, quanquam, *ad Cypria voluptatis usum*, dissolutæ coronæ fluxerint. (3) Ad amicas quoque non infrequens amantibus coronas submittere. (4) Unde molliores illæ habitæ, quàm ut Heroes decuerint. *Potentium* tamen *limina*, clientium ornata coronis, [5] spectabantur: neq; adeò rusticæ plebeculæ coronæ deerant; quas ex agresti salicum vimine construebant. *Infame* illud Alexandri *certamen* fuit, quod, coronâ potatori fortissimo propositâ, *ut Plut. in Alex.* inter epulas ac pocula institutum fuit, in quo plerique *copiâ vini obruti succubuêre*, ipsèque etiam victor Promachus morte victus est. [6] Ebrio servo ad injuriam propulsandam corona proderat: [7] cùm velut brevi *libertati inauguratus* censeretur. Pauperibus, contrà, fas non erat, coronas induere. In *luctu*, vel assumptæ non sunt, vel lacerratæ. [8] Nec coronæ *navigantibus usitatæ*; nisi fortè navis, *boni ominis gratiâ*, coronaretur. Et judices, cùm *de hominis capite cognoscerent*, detrahebant capite coronam, [9] uti Pollux *lib. 8.* de Regibus tradit Athenienſium, In *communi* tamen *lætitia* universa sæpè tum apud hos, tum apud Romanos, civitas est coronata. [10] Ita Athenæ in *festis Panathenaïs*, uti & morte Arati, coronas induerunt. Cum Teridati Nero diadema imponeret. *ut Xiphil. in Neron. & Severo.* Romani in vestibus albis laureatique processére, ut quemadmodum Severo, aliisque occurrerint, taceam.

2) *Convivium.*

3] *Voluptas.*

4) *Amor.*

5] *Proceres*

6] *Ebriorum certamen.*

7] *Tutela.*

8) *Luctus.*

9) *Iudiciũ capitale.*

10] *Lætitia publica.*

XIV. *Corona Divorum*

Numinibus Diisque veterum suæ etiam texebantur coronæ. ita Flumina coronabantur arundine. (11) Autumnus pomis, Bochus racemis, Saturnus ficis, quòd illas reperisse crederetur, Charites rosis, Venus myrto, Minerva oleâ (12) &c. ita ut Dii quilibet rebus sibi propriis ornarentur. Sacerdotes quoque & sacrificuli cum

11] *Flumina.*

12) *Dij.*

lucis,

lucis, aris, victimis, crateribus; reliquisque instrumentis sacrificiorum coronabantur. (1) Quin solis sæpe in coronis honor divinus continebatur, [2] sic Ephesina Diana, sic Lares, sic Manes defunctorum culti, placatique. Ex foliis verò, coronisq; sacrificantium plerumque intellectum, quem Deorum venerarentur. Pinus tamen non rarò usurpata, (3) tanquàm *symbolum castitatis sacerdotalis*. Unde illam Ovidius puram dicit *lib. 1. Fast.*

Nomen idem ramo, qui casus ab arbore pura.
Casta Sacerdotum tempora fronde tegit.

1) *Sacerdotes.*
2] *Honor divinus.*
3) *Castitas*

Cui illàm *pudicitiæ defensæ* coronam adjiciam, quâ Asinus Romæ ornabatur, *Lampsaceni* [verba Lactantii *l. 1. c. 21.* sunt] *asellum Priapo, quasi in ultionem mactare consueverunt. Cùm enim hic Deus Vestæ dormienti vim inferre conaretur, asinus intempestivo clamore eam excitavit. hinc libido insidiatoris detecta. Apud Romanos eundem asellum Vestalibus sacris in honorem pudicitiæ servata panibus coronant*, (4) Mihi tamen magis illa panum corona pauperi rem lætam denuntianti apud Aristophanem impensa placet, siquidem plus ingenuæ *liberalitatis* habet, (5) quàm illa asino tributa. Quanquam illius hic etiam meminisse juvat, quod Avenione in Gallia factum *Anno 1647.* recenti memoria fidis ad nos Coloniam literis perscriptum est. siquidem illic Juris periti totâ urbe magno numero collecti asinum pompâ apparatuque prorsus selenni in Bachanalibus Doctorem pronuntiarunt. (6) Ferebatur is, totâ urbe curru eleganti, sex aliis asinis vectoribus. Volumen ingens oculis in pulpito objectum, ad quod ipse grandibus conspiciliis instructus obtutum verterat, hinc Aristoteles, inde Plato Philosophico insignes schemate aderant, illustris juxta comitatus, præter pedestrem bis mille equitum, denique loco eminenti conspectus asinus, in aliquot virorum Principum totiusque urbis primorum conspectu, Doctoralibus insignibus exornatus est, Musicis juxtà scitissimè applaudentibus. Satyricus hic symbolicusque apparatus quatuor facilè scutorum millia assumpsit, quæ rectiùs coronandis pauperibus ad panes contulissent. Certis olim virtutibus scientiisq: certæ destinabantur coronæ: Ita *temperantes*, oleâ, [7] ut

4) *Pudicitia servata.*
5) *Liberalitas.*
6] *Doctor rudis.*

XV. *Coronati asini.*

XVI. *Virtus & sapientia coronata.*
7) *Temperans.*

tranquilli & moderati instar olei, coronabantur. (1) *Sapientes* auro, (2) velut metallorum præstantissimo, decorabantur. *Doctis* ferè laurus & hedera., ipsis etiam Musis usurpata [ ]familiaris erat. Vitiis quandoque etiam coronæ tributæ. Ita legibus Charondæ constitutum apud Athenienses, ut qui *calumniæ, aut dali convicti essent*, ut *Diod. Sicul. lib.* 12. per urbem myricâ coronati ducerentur. [4] unde infamis hæc atque infelix herba existimata est. Nam & Strabo *lib.* 15. meminit, Sacerdotes Persarum, cùm diras alicui imprecarentur, fasciculum myricæ tenuisse manibus.

1) *Tranquillus.*
2) *Sapiens.*
3) *Doctus.*
4) *Infamis.*

XVII. *Herbæ & flores coronarii.*

Coronariæ tamen herbæ, floresque plerique boni nominis. Viola symbolum *Virginitatis & suavis eloquii.* (5) Est enim flos primus veris, & colore perquàm gratus. Corona rosacea *potentiam & imperium* designat, Est enim regina florum rosa: unde Anglicorum regum insignibus delecta. (6) *Voluptatis* tamen eadem symbolum est, & *pulchritudinis* : nam Veneri sacra dicitur, quæ niveis purpureisque mixtim rosis coronatur : [7] & has quidem tinxisse Adonidis extincti sanguis, aut, ut alii, Veneris ad spinas læsæ, fertur, uti & lacrymis; propter Adonidem fusis. Venus excitasse de terra florem Anemonem fingitur. Gratiis etiam Musisque coronandis rosa usurpata est. (8) Romanus Pontifex hoc symbolo delectatus : solenni consecratione. Dominicâ, quam ante pascha Lætare nuncupant, auream benedicit rosam, quam velut *benevolentiæ singularis* argumentum (9) magnis deinde Principibus dono mittit. Rosæ omnibus gratæ, Scarabæo tantum odore lethales sunt. (10) Ita & *virtus invidos affligit, vitiorum tantùm sordibus* cum scarabæo *assuetos*. Lilium flos regius Junonis. Herculem pascentis lacte in cœlum partim (unde via lactea.) partim in terras defluente, tinctus fingitur: estque, vel *puritatis* vel *castitatis*, (11) vel *pulchritudinis* quædam similitudo, unde mos amantium, ut amicas suas liliis coronarent.

5) *Virginitas.*
6) *Majestas regii.*
7) *Voluptas. Pulchritudo.*
8) *Gratia.*
9) *Benevolentia.*
10) *Virtus invidiæ expositæ.*
11) *Castitas.*

XVIII. 12) *Pulchritudo* 13) *Terror.*

Narcissus coronamentum Cereris, Proserpinæ & Furiarum *pulchritudinis* quidem symbolum ob gratum colorem, [12] quæ causa, cur ex adolescente natus fingatur ob ingratum tamen odorem [13] *torporis & somnolentiæ*

lentiæ signum; ut iccircò Diis etiam infernalibus tribuatur. Hyacinthus quoque flos elegans, de puero verso, ut fingunt, natus, (1) *hilaritatis* index est. Musis & Apollini texta ex hoc corona, quòd notis velut literis adolescat. Amarantus *æternæ & cœlestis coronæ symbolum*, (2) ut qui nunquā marcessit, quiq; madefactus aquis hiberno tempore revivisc; hinc coronæ ex ipso in templo Deorum honori suspēsæ leguntur. Amaracus *lætitiæ nuptialis argumentum*, [3] à Virgilio mollis dictus Hymenæus illo coronari solitus, *sponsa* tamen ex asparago verbenisque non rarò coronabantur, ut *dulcia juncta & aspera sibi perferenda scirent*. [4] Baccaris flos suaveolens *Vatum* coronis serviebat, quibus *à malis linguis tuti credebantur*. Ita Virgilius Ecloga. 7.

——— ——— *Baccare frontem*
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. [5]

Si cum cypri flore & croco misceatur, in altissimum bibentes somnum agere dicitur, *ut Plut. symp. 3.* Lotos Apolloni & Musis flos sacer, *eruditi sermonis venustatem* designat (6) Est verò lotos tam *egregiarum animi dotū, quàm corporeæ pulchritudinis*, ob singularem formæ colorisq; purpurei gratiam, *imago*. (7) Unde & Ægyptii, ut *solis orientis amœnitatem* adumbrarēt, insidentem loto adolescentem pingebant. (8) Estque per se lotos, (ut est aquatica planta) cum ex aquis emergit ad solis ortū, *orientis diei* symbolum, cūmq; rursum conditur (9) *occidentis*, namque illa cum sole sensim oritur, ac circa meridiem denique maximè se explicat, vesperi semper contrahitur, semper ad solem versa. præclarum *hominis aulici*, (10) vel etiam *religiosi, ex principis sui, aut Dei favore pendentis symbolum*. Cui heliotropium inter symbolicos flores calthaque etiam non dissimilis est. (11) Crocus *voluptatis* quoddam *argumentum* præbet, (12) unde nuptialibus instructus lectis fuit, *humilitatis sive demissionis* quoque *imago* quædam est: nam calcatus altior odoratiorq; emergit. [13] Papaver *somnolentiæ* signum est. (14) quam suo frigore inducit, unde & Nox illo, somnusque coronari solitus. Thymus *gratiam cujusq; rei naturalem* significat.

Insolens illa *Musarum* corona, ex primis alarum cen-

1) *Hilaris.*

2) *Æternus vigor.*

3] *Nuptialis lætitia.*

4] *Conjugibus omnia communia.*

5] *Vates securi.*

XIX.

6) *Sermo expolitus.*

7] *Formosus adolescens.*

8] *Sol. oriens.*

9] *Sol occidens.*

10] *Aulicus.*

11] *Religiosus.*

12] *Voluptas.*

13) *Humilis.*

14] *Somnolentia.*

XX.

seri

2] *Victrices Musæ.*
2] *Pugnaces.*
3] *Sterilitas.*
4] *Frugalitas.*

seri potest, quâ post devictas Acheloi filias alatas, (1) insignum *victoria*, coronatæ feruntur. Sed & illa rara est, quâ Bactriani Indi *jaculandi peritissimi* redimuntur, sagittis videlicet circa caput inflexis (2) Talis corona è spinis, [3] quæ *infaustæ* olim *sterilitatis*, uti & querna cum glandibus *antiquæ frugalitatis*, & *duriſſimi victus argumentum* fuit, quòd glandibus veteres pastos ferant: (4) hac igitur coronâ redimiti olim, Cereri frugum inventrici gratitudinis ergo carmina modulabantur ante messem: ut Virgilius 1. *Georg.* meminit. Et Atheneis, in nuptiarum solennibus, puer novis nuptis spinas hinc cum querçuum fructibus, inde coctos exhibebat in canistro panes, atque intento digito, ut à sterili & infelici ad optatius transisse seculum mortales ostenderet. Hæc de coronis sufficerint, plura qui volet, Caroli Paschalii Coronas doctissimo opere concinnatas adeat.

CAPVT XXXIII.

De variis insignibus ordinum, nationumque & earum imaginibus.

II. *Insigna nationum*

INsignia illa, quæ vel gentem à gente, vel ordinem ab ordine distinxêre, varia pro nationum institutis fuêre, & pauca admodum ex antiquitate ad nos constantes traducta. Apud Ægyptios *nobilitas à grege* alis vulturum, vestibulis domorum suffixis *distinguebatur*, ut *Alex. l. 5. c. 24.* In atriis Romanæ nobilitatis majorum imagines, hostiumque devictorum spolia, enses, clypei ac vexilla ostendebantur. Atrici, ut à ceteris sese Græcis velut *nobiliores* distinguerent, aureas cicadas innexuêre capillorum cincinnis, [5] hoc argumento probaturi αὐτόχθονας, sive *indigenas*, sese esse; *ut Erasm. in adag. Ex Eustach. Iliad. γ* quòd cicadæ illic ubi nascuntur, vivant: alio sanè ingenio, quàm hodie Germani nostri, qui tum maximè se homines putant, cùm peregrino vestium morumque schemate, alibi se magis, quàm in patria vixisse declarant. Heracleotæ, *ut Athen. lib. 11.* Bœotorum populi vinculum, seu nodum, ut vocant,

5] *Indigenæ.*

cant, Herculeum (1) super aures ostentant. Aliæ gentes aliis delectantur symbolis, uti Franci olim in *libertatis argumentum* promisso capillitio insignes erant, nodis etiam crinium cincinnis implexis, quæ etiamnum consuetudo apud liberiorem juventutem hinc inde aliitur.

1) *Nobilis origo.*

Officia quoque, actionesque certæ suis insignibus noscebantur. Ita Romani *pro Coloniarum deductarum symbolo*, signa militaria in numis sculpta proponere; vel duos juvencos cum viro aratrum sustinente, addito quandoq; sceptro; vel omnia simul exhibere solebant: tum quòd *in victos subjectosque* signis militaribus (2) hoc *imperium* usurparent: tum quòd aratro (3) descriptio Coloniarum fieret, sceptrum (4) verò argumentum potestatis usurpatæ esset, sic in numo argenteo Cæsaris insigne militare cohortis ex vexillo, luna, duabus pateris, & lance constans, cum Aquila insignilegionis, aratro denique & sceptro repertum: hac inscriptione junctâ, T. Sempronius Gracchus, *ut Æneas Vicui in num. Iul Cæsaris.*

2) *Victores.*
3) *Coloniæ.*
4) *Potestas.*

II.

Insignia ordinum equestrium.

Quanquam hæc ad imagines potiùs numorum, quâ hunc locum spectant, nisi tanquam honoraria numismata usurpentur. Cetertùm nihil in hoc genere constantius certiúsque illis extitit insignibus, qui ad ordinum equestrium discrimen professionemque certæ virtutis assumpta vidimus, Multi ex his Crucem; (5) aliis aliisque coloribus, aut figuris adornatam, ceu militiæ suæ tesseram, præferunt, ut Teutonici in Germania S. Mauritii & Lazari apud Sabaudos, Mariæ de monte Carmelo apud Gallos, S. Iacobi apud Hispanos. Sed & diversa diversis placuêre symbola. Ita apud Gallos, ab illustri Montmorenciûm gente, *ut Petrus Beloyus de ordinibus equestr.* ordo Canis (6) & Galli Gallinacei, (7) institutus fertur: quòd illo, tanquam *fidelitatis*, hoc ut *heroici pugnacisq; animi symbolo*, delectarentur. Et Sergius olim Imp. Canis symbolo usus fertur. Et Idomeneus clypeum Galli imagine ornasse, à Pausania memoratur. Themistocles quoque, ut *pugnacium Græcorum imaginē Athenis* proponeret, quotannis spectaculū Gallorum inter se decertantiū, Æliano teste, exhibuit, quod in pecunia Dardanorum etiā expressum apud Pollucem legimus.

5) *Crucis amor.*
6) *Fidelis.*
7) *Pugnax.*

III. Apud Hispanos equestris ordo liliatorum, cui Regii etiam liberi accenseri solebant D. Virginis honoris repertus lilium (1) velut *puritatis atq; innocentiæ argumentum* sumpserat. Equites Calatravæ apud Hispanos, præter crucem, duas ferebant pro insigni compedes, (2) cum imagine Deiparæ, conjunctas tanquam *in obsequiū Christi ejusq; Matris vincti* ac dedititii. Equites S. Marci, apud Venetos torquem aureum, cum alato Leone, cui inscriptū: (3) *Pax tibi Marce*, circumferunt. Ordo Equitum Perisscelidis, in Anglia, cæruleo ligamento sinistrā tibiam, paulùm infra genu substringunt, (4) aureāq; illud, *ut cōcordiæ, arctissimæq; societatis vinculum fibula cōnectunt*. Inscriptio verò Gallico adjuncta idiomate, *Honny soit, qui maly pense*. malè ei vertat, qui malè cogitat. Ita apud Anglos Equites mensæ totundæ institutī, a suo insigni nomen accepēre, cujus originem ad Arturum Britanniæ Regem transferunt, ut qui collectos regni nobiles, ne qua esset de loci prærogativa contentio, rotunda omnes in mensa collegerit, unde hanc *æqualitatis simul ac concordiæ sodalitatem* quotannis certis ritibus, nominibusque etiam orbiculari inscriptis mensæ; (5) innovare solitos, accepimus.

1] *Castitas*

2) *Vinculapia.*

3) *Obsequium gloriosum.*

4) *Cācors societas.*

5] *Æquālienor.*

IV. Memorabilis est ordo Equitū Balnei, in Gallia olim, atq; etiam apud Anglos sub Henrico IV. existentiū. Hi seligi in Regum Reginarumq; inauguratione ac nuptiis solenni ridiculóq; simul ritu, solebant (*ut Guil. Candem. in descrip. Britānia*) pridie quàm crearentur, cinereā Eremicolarum veste, cucullo, lineo pileo, ocreisq; induti (6) sacra devoti adeunt; velut sub Dei signis militiam auspicaturi, inde duobus armigeris ac puero ministrante, cōnant, lectum posteà adituri, appositū prius in vase balneum (7) subeunt; ut *corporis* impositū *animique puritatem* sectandam meminerint. Per musicam harmoniā manè de lecto evocantur ad Regi præstandum juramentum pro defensione Ecclesiæ ac regni, subinde ad tēplum reducti, inter sacra, pœnitentium exuti habitu, sericâ chlamyde, albóq; cū plumis galero donantur (8) &c. Tres verò coronas in orbe aureo, expressas circumferunt. (9) junctā epigraphe: *Tria in unum*, quâ, opinor, *se pro Deo, Rege, & grege ad finem vitæ coronāmq; certaturos*

6) *Pœnitentes.*

7) *Expiatio*

8] *Latitiæ signa.*

9) *SS. Trinitas.*

vos profiterentur, nisi hæc fortè SS. *Trinitatis figura, non inelegans* plaeuerit, ut quæ in orbiculari infinitatis imagine, trium veluti personarũ capita æqualibus coronis exornat. In regno etiã Galliæ ordo Equitum stellæ celebris; quod stellare sodalitium in Regũ. SS. & D. V. honorẽ à Joan. Valesio institutum erat. Stella una torque aureo inserta (1) lẽma hoc familiare habuit, *Monstrant Regib. astra viam*, sed deniq; in hujus ordinis locum, D. Michaëlis ordo suffectus, etiamnum viget. autore Lud. XI. qui Archangelo Cacodæmonẽ astris deturbatum in icone subjicit: cum inscript. *Immensi tremor oceani.* (2) Carolus VI. Rex Gall. Equites nóvis Systricis insigni ex monili aureo pensili ornavit inscribens: *Cominus & eminus*, tanquam *ad pugnam cominus eminusq; cũ hoste conferendam paratos* assereret. (3) proximum enim hostem facilè hoc animal hispida silvâ arcet, in remotum evibratas de corpore spinas, ceu tela jaculatur. Ludovicus XI Borbonius *ut Philip. Comin. l. 2 c. 8.* ordinis equitum Cardui B. Virginis inventor, carduos quatuor in liliato torque insertã simul Cruce (4) & inscriptione: (*Esperãce*) deferebant, *ut inter prospera* (liliis adumbrata) *& adversa* (per carduos designata) *fuã in sola cruce servatoris spem collocatã testarentur.* Nõ dissimilis Equitũ Cardui, *ut Lesl. Rossensis Episc l 5.* & rutæ ordo, S. Andreæ consecratus in Scotia: qui pro insigni torquẽ ex aureis carduis ferunt concinnatum (5) cum lẽmate: *Nemo me impunè lacessit*, adjectâ S. Andreæ decussatæ crucis imagine. Nimirum neq; Carduos, *neque Christi cruce defessos armatosque impunè lacessiveris.* Alii Scotiæ Equites pro carduis rutæ surgentis imaginem circumtulisse feruntur, *quod* nisi fallor, velut præsenti antidoto (ut ruta veneni pestis est) *defendere se cupiant*, non alios lædere.

V.

1) *Deo dare eundũ ad Deum.*

2) *Fortis in Deo.*

3) *Bellicosus.*

4) *Spes in crucifixo.*

5) *Tutela inculpata.*

Reperti & Lusigniani equites in Gallia, ab oppido olim non ignobili originem vocemq; trahentes, quibus in monili aureo, literâ S. exornato, pensilis gladius (6) additâ epigraphe: *Pour loyaute maintenir*, id est, *pro servanda fide*, gladiũ videlicet animosè ferã, silentio (quod per S. designari solitum) præstito, & ad fidem societatis servandam necessario. Similis inter Suecos militaris ordo viguit; cui aureus ex balteo militari gladius. Sed Gallia

VI.

6) *Fidelis defensio.*

lia harum rerum secunda inventrix. Equit. lunæ crescentis figurâ insignes, apud Andegavos Siculósque etiam habuit. Erat illa argentea, ut Jovianus, in brachio, ut alii ex torque aureo, inscriptâ sententia, *los en croissant*, unde natum illud Henrici II. Jovius existimat, *donec totū impleat orbem*, (1) Hanc tamen imaginem *à superatis in oriente Turcis* quibus luna familiaris) traxisse meritò nationes illæ videntur, ut & illa navium duarum in campo aureo, ex torque semilunulis cochleas in sinu præferentibus, contexto pensilis, quod insigne navium cochlearū; in numismatis Divi Ludovici Galliarum Regis expressum legitur, ut *desiderii lunæ Oceaniq; Turcis subtrahendi ostenderet*. quòd Europæ quietem plenam nunquā speraret, *donec auferretur luna*, ut in psalmis est. In quo conatu utinam hoc tempore principes, cum tanto rege, vitam ponerent; minùs certè in Europa turbarum esset.

1) *Profectus.*

2) *Lunæ oppimendi.*

VII. Instituit Ordinē Equitum Virginis ab Angelo salutatæ Amadeus VI. Comes Sabaudiæ, qui pro insigni torquē aureum, tanquam collare canis efformatum haberent, ex quo lamellæ quatuor pensiles, cum inscript. literarū *f. e. r. t* spectarentur: (3) quibus suam adversus Turcas virtutem testatus, significabat; de hoc plura vide lib. 4. c. 9. *Fortitudo ejus Rhodum tenuit*: literis singulis singula verba complexus. Olim Salvius Brabo (quem Brabantiæ nomen dedisse nonnulli autumant) ordinem militarem per Belgium Cygni nomine symbolóq; auspicatus fertur, ut illos syncerâ fide concordiâque adversus hostes devincirent. Celebrior ille aurei velleris equitatus est, per Philippum bonum Burgundiæ Ducē, in solennibus nuptiarum cum Elizabetha Lusitani Regis filia 1430. anno institutis repertus. Cui aureus torques cum ignitabuli figura, scintillas de silice excutientis (4) tribuitur: simul aureum vellus, (5) non quidem illud Jasonis de Colchide sublatum, verùm fortissimi Ducis Israëlicarum Gedeonis. suâ imagine appenditur, quanquam illud potiùs Claudius Paradinus suis in symbolis spectasse videtur cum inscripsit: *Pretium non vile laboris*. Placuit & nonnullis generosorum animalium effigies. Ita in regno Daniæ ab Equit. S. Mariæ Elephas usurpatus, (6) in Hungaria Germaniáq; Sigismundo Imperatore moderante, Draco-

3) *Vitii captique.*

4) *Virtus lacessita.*

5) *Laboris fructus.*

VIII.

6) *Prudentia fortis.*

Draconarii ordinis militia celebris memoratur, quòd strati Draconis (1) emblemate uteretur. Viguit quoq; in Hispania apud Castellanos ordo Equitũ columbæ, quæ ex aureo torque inter radios solares suspensa, (2) *pacis mansuetudinisq; colendæ erat argumentũ*, Apud Aremoricos in Gallo-Britanniæ ducatu, Franciscus eorũ Dux hoc nomine primus, spicæ, sive aristæ, ordinem reperit: quarum figuris, decussatim ex auro implicatis, confectus torques murem Armenium, (3) *incontaminatæ vitæ exemplar* sustinuit, junctâ epigraphe: *à ma vie, dum vivo*, vitabo quidquid inficere animum poterit, uti mus ille sordes corporis vitat, unde aliorum inscriptio clarior: *malo mori, quam fœdari*: Præter hos & alii à Pontificibus equites creati sunt, sed plerique Crucis signo illustres. Neque in Europæos tantùm Principes; sed & Turcas. Indósque hoc militaris honoris auctoramentum usurpatum accepimus. Hinc Ferd. Hispan. Rex, cognomento sanctus, Mahometẽ Hispalis interceptæ adjutorem, Equitem creavit, Castellæq; insignibus cum serpentum duobus capitibus donavit: (4) quasi eorum, novus Hercules victor extitisset, dum hostem geminum frangeret. Ita & Hugo Taborius Gallus, regni Hierosolymitani eques, Saladino Ægypti Soldano equestre decus experienti, militare cingulum usitatis ceremoniis largitus est.

1) *Hostis sub actus.*
2) *Pax illustris.*
3) *Innocẽs vita abũdat.*
4) *Victor hostium.*

IX.

Turpius hoc decus Christiano homini à Selymo II. communicatum legimus, siquidem is Gentilẽ Bellinum pingendi egregium artificẽ ad se Constantinopolim evocatum, ob præstitam feliciter operã, equestri Turcarum ordini usitatâ solẽnitate inseruit. Neq; orbis novus hujusmodi dignitatis equestris emblematum inscius. Cõperitus in America, novæ modò Hispaniæ loco Tecuythorum equitum ordo, magnique illic Sacerdotis inauguratione, his ad illum insignibus transcribuntur candidati: nates ille tigridis esse, & aquilæ rostro peracuto terebrat, (5) ut intelligant ex hoc vulnere fortiter accipiendo, sibi deinde *tigridum in bellis ferociã, adversus hostes, aquilarum verò fortitudine, ac celeritate utendũ*. In regno Peruano non longè dispar equitũ ordo auricariũ, qui ex Regiæ stirpis Satrapis quos (Jugos vocant) dele-

5) *Velocitẽ celer.*

delectus, imas aurium partes perforatas, bacillis seu annulis aureis onustas, velut obedientiæ paratiq; obsequii symbolum gerit; quod decus ab Europæa etiam nobilitate pridem quæsitum, sensim intercidit. Hæc pleraq; ex variis autoribus per *Franciscum Mennes* Lirannum collecta reperies

Academiarum insignia.

Academiæ Italicæ, bonarum artium nutrices, hasce etiam imaginum symbolicarum notas, ceu vexilla quædam in castris Musarum, erexêre. Sunt qui nubem è mari sublatam adumbrent, (1) cum inscripto lemmate: *redit agmine dulci*, quo profitentur se *hausiam ex vastissimo studiorum mari labore satis amaro, doctrinam dulci eloquio in aures suorum mentesq; refundere.* Dicti humoristæ; ab humore de nube stillante. Intronati Senis in Etruria Academici, sole exsiccatam evacuatâq; medullâ cucurbitam, quæ aperto hiat latere, atque illic apud rusticam plebem salis conditorii est (2) pro symbolo usurpant; junctâ inscriptione *meliora latent*. Ut si Academiam suam *conditorium aliquod Sapientiæ esse crederent*, quæ rudi foris apparatu, hanc, velut grana salis, intus possideret. Furfurarios Academicos Florentiæ reperimus, qui in farinaceo cribro inscribunt, (3) *florē tritici meliorem secernit*, quasi *selectiorem ipsi literarum florē à rudiori separent*. Perusini Insensati nomen promeriti

1) *Studiorum dulcis fructº.*

2) *Sapientia latens.*

3) *Secernere à malis bona.*

XI.

grues proponunt, lapillos falculis sustinentes, quo, velut navis subtrâ, contra ventum tempestatesque cursum per aëra facilius moderentur, (4) junctum lemma, *Vel cum pondere*: ut significent *laborem* ponduspue *studiorum se minimè declinare, quò tutiorem sapientiæ & virtutis semitam teneant*. Auvinati, qui Firmi in urbe Picena versantur, apes mortuo ex bove promicantes habēt: (5) epigraphe addita est: *alieno funere vitam*, quo *se ab extinctâ* Solutorum *academia natos* fatentur, eleganti schemate. Intenti Mediolanenses Academici, rotam situlis versatilibus de flumine aquas haurientem præferunt, (6) cum inscriptione: *Vnà omnes*, hoc videlicet *agimus, ut hausiam aliis propinemus scientiam*. Intrepidi Ferrariæ vivunt, & insignium loco prælū ostentant typographicum, (7) præfixo titulo; *Premat dū imprimat*, Nempe *labore premi nō recusant, dum imprimatur sapientia*

4) *Onus adjuvans.*

5) *Posteri meliores.*

6) *Proximis prodesse bonum.*

7) *Discere patiendo.*

entia. Consule de his aliisque insignibus symbolicis *Silvestrum Petrosanctam* lib. 9 symb. Heroic.

Sed antiquiora his sunt, quæ apud Ammianum, Vegetium, Pieriumque de usitatis veteris militiæ insignibus legimus. Siquidem in illa non modò reperire est distinctas symbolorum, verùm & colorum imagines, ut proinde illa colorum varietas, hac ætate usurpata, longis retrò proavorum usibus deducta fuerit, nec sine virtutis aliquo, aut argumento, aut professione: ut suprà quoque de veterum habitu notavimus. XII. *Militum insignia.*

Cujus illud exemplum esse potest, quod de Austriacæ domus insignibus memorant. Istius familiæ Heroëm Principem postquam à cæde ac victoria hostium ad suos rediisset, hostili, toto corpore, *purpuratum sanguine, candidum* ceterà habitum, (1) suis demutasse coloribus, illo, per humeros pectusque, loco dempto, quem balteus militaris occuparat: eóque principio manasse usum *campi rubri*, cum *trabe candida*. 1) *Fortitudo in bello Austriaci.*

Hic insignium typus modò Nationes singulas, modò diversorum Militiæ Ducum stipendiarios, modò legiones aut ordines distinguebat.

De Menapiis Germaniæ inferioris populis, sub signis Rom. militantibus habetur, clypeum *cane luteo* in *alba* parma insignem tulisse, cujus medium pelta occuparet rubra; ita ut canis, sub ipsa pelta supinus, (2) exporrectis pedibus, decumbebat, cujus figura apud Pierium *lib.* 42. *c.* 31. de scutis extat. Eosdem censeo Menapes qui apud Maffæos, Romæ in canone militari, reperti, *anguem luteum* in *parma* ferebant *viridi*, sursum caput caudamque sub umbilico clypei argenteo verentem. (3) Quo vigilantiam & astutiam hostium vincendâ suâ virtute traderent: nisi malis candidam in se fidem vigilantiamque in primo: in altero insigni, virens vegetúmque pectus, & solertem cum angue prudentiam professos esse, quod hæ virtutes Germanis invictam olim Romanis armis potentiam, nunc imperium tot seculorum in Europa pepererint. 2) *Vigilantia superatas.* 3) *Astutia victa.*

Marcomannis etiam familiaris, in alba parma, serpens luteus, lunula ad caput ejusdem coloris adpicta, umbilico XIII.

bilico clypei aureo. Ex his alii seniores caduceum prasinis implicatum colubris, in simili parma, ferebant, sede pro fulcro suppositâ; (1) *ut si pacis se juxtà belliq; artib⁹, per caduceum, insignes profiterentur, armaque ad quietem deniq; in sede capessendam spectarent*, Batavi item & Nervii, ut armorum, sic insignium societate gaudebant; & hi quidem dimidio utebantur caduceo, in campo prasino, limbis rubris cincto; medium orbis luteus occupabat, in quo purpureæ angues, rubro coalitæ fulcimento, ad osculum in circuli sese speciem inclinabant: illi caduceo integro, in parma rubra (nisi quòd anguium pedamentum albesceret) squamosis & cæruleis anguibus implicato gaudebant. Quid verò caduceus signet jam dictũ, & ex Suida ac Polybio *lib. 4. hist.* constat, *pacem minasque* ostentare, exemplo Atheniensiũ, qui hoc signũ prætendêre, (2) cum Eumolpo, velut pacem orantes, occurrerent, verè tamen militibus subsequentibus præferrent, ut si dicerent, insultanti sese hosti arma, amico quietã pacẽ eodem signo exhibere, sed ad pugnam versi inferiores cessêre, ac proverbio locũ dedêre, δόρυ κηρύκειον, hasta caduceum, scil. profert, *ac pacis simulatione bellum alit*, quales & hæc ferunt tempora. Mauris placuêre equi duo rutuli in speciem pugnantium (3) alba in parma exhibiti, inter viridis coloris orbem. Placuit & Syracusanis equi nota, quæ Atheniensibus, Niciana clade interceptis, ac sub hasta venditis, tanquam *servitutis argumentum*, inusta mediis in frontibus (4) extitit, illis *bellicæ virtutis*; his *ignominiæ* testimonium. Sed nec cartus quibusdam displicuit, opinor, quòd & *timidorum* murium *insectator, & defensor adversus invasores terribilis*, licet viribus & corpore impar. (5) Alpinorum hoc symbolum fuisse referunt, qui punicei coloris felem in parma viridi proponerent: margine clypei albo. Felices Seniores & Augustéi (peditum certi ordines) eodem animali usi, hi quidem coloris prasini, in alba parma & rubro circulo: illi rubro catto in parma punicea, & sanguineo margine: qui surrectus, compositis ad lusum pedibus, blandiretur; ut per lusum sese *etiam hosti insidias moliri* ostenderent, nec de *vigilantia* quid-

1) *Pax finis belli.*

2) *Pacis simulatione bellũ parare.*

XIV.

3) *Bellicosus.*

4) *Pugnaces ignominiosè plexi.*

5) *Ferox in fortiores hostis.*

quicquã, *etiam nocturnâ*, remittere (1) cujus hoc animal lunaticum & Ægyptiis perquam venerabile, egregium est symbolum. Vesontibus in clypeo clypeus arrisit; siquidem peltas quatuor, situ quandragulari dispositas, inter imagines centrúmque ita explicabant; ut hoc duabus cœruleis & totidem albis areolis decussatim exhibitis vacaret. (2) nempe scuto se ita usuros contra hostem designabant, ut *patriam*, séque *tuerentur*, salute, plausu, & honore digni: nam *salutem ac patriæ tutelam* pelta seu ancile significat, ut Numa interpretatus, cum cœlo delapsum esset: *& plausum* quem dabant in lætitia, aut prælio instante, milites, verberata armis parmâ: aut *honorem, quod* clypeo quandoque *victores extollerentur*; aliàs etiam in prælio mortui efferrentur. Nullum itaque belli insigne sibi honestius credidêre, quàm de bello sumptum: ne illud Scipionis ad militem, molliori clypeum figurâ ornantẽ, tacitè mererentur. *Non mirum, quod tanta clypeum ornaveris cura, in quo plus præsidii, quàm in gladiis statuas.* Simile emblema peltarum, sive ancilium decussatim locatorum, in Antonini Pii numo Pierius exhibet *c. 41, de scutis* loco suprà cit. Braccati, seu Galli Narbonẽses, sub militum Præsentiali (qui erat illustrium virorum titulus) in clypeo subobscurè cœruleo stellã octo radiis in parte superiori, in medio umbilico habebant orbiculũ, à quo descendens ad extremum margine columella, hinc atque inde duas separabat spicas, quas aviculæ totidem suspenso volatu appetebant; (3) fortasse *quòd suæ gloriæ atque immortalitati, patriæ verò cõmodis ac fertilitati propugnãdæ arma sumerẽt*, seu, brevius: *Dei, & patriæ causa clypeos ferrent.* quæ utinã causa omnes armaret milites. Salii (Franci existimantur, à quibus lex Salica) sub pari Duce militantes, parmam aureo umbilico notatam tulêre, quem rubet circulus, ac deinde latior alius violacei coloris ambiret: in cujus summo rosa erat, à medio lupi hinc atque indẽ dimidii duo, florem suprà positum spectantes, extremo margine sanguineo clausi. (4) an quòd lupos *vastatores ad regni sese* (quod flore indicatũ,) *obsequium, clypeo suo adducturos sperarent*? an quòd tanquam lupi *ad regni defensionem hostes aggressari* essent? Teriungis sub Præsentiali

1) *Vigilantia nocturna.*

XV.

2) *Patriæ defensio.*

3) *Pugnaces pro religione & patria.*

XVI.

4) *Hostes domiti.*

tiali quoque lepores duo medii placuêre, lutei illi coloris in puniceo campo. (1) Columellam in medio rubrâ (2) supra quam pila lutea humanâ insignis facie, qui verò Terjungi incertum, nisi aut Hispani, aut Brutii fuerint, illi quidem, ob animalis frequentiam hoc nomine in Hadriani numis propositi: hi ob Anaxilæ Rhegyni popularis, usum, ut qui olympionica factus, Rhegynorum numis (Brutiorum sunt incolæ) leporem currúmque impressit, *suæ velocitatis ac honoris* monumentum. Posset hic videri in milite timoris ac imbecillitatis typus, nisi posterior & imbellior pars sublata, *celeritatem sine metu* proponeret. Et Columella, cum facie humana *virilis animi fortitudinem* denotaret. Unde & Valentinienses, à Valente electi dictíque Principe, similes lepores, columnámque amarunt, nisi quòd, pro humana, in pila facie, binas infernè lunulas appositas adhiberent, & lepores colore puniceo, in parma lutea, ad diversa prosilirent. Jovii seu Joviani, præcipua Diocletiani Imperatoris legio erat, sic à Jove suo (quod nomen Diocletianus, uti Maximinianus Herculis superbè affectabat) nuncupata, hi dignum videlicet tanto nomine clypeum rufi coloris sue ornaverant, quæ sedentis habitu, positis humi clunibus, ac surrecto corpore (3) velut *ad defensionem*, si quis *hostis*, spectaret, quale signum & Romanis militare, atque in quinta legione usitatum fuit, à quo & aciem explicatam, porcinam frontem, dixêre: Symbolum aptius, si magis honestum. Unde fortasse nec diuturnum: nam Jovianos seniores, lego, aquilam tulisse purpuream in cærulea parma, circulo per oram gemino rubro & luteo inclusam.

(1) *Celeritas.*

(2) *Fortitudo.*

Varii à suis denominati Principib⁹ certa insignia tulere.

(3) *Defensio.*

XVII. Juniores eandem nativi coloris aquilam, lutea in parma rubrum quoque viridémq; inter circulum ostentabant; sed redimiculo capiti imposito, velut in apotheosi Imperatorum, cælo libera immittitur, (4) *ut si ad Jovis suí honorem atq; immortalitatẽ arma; insigniáque portarent.* Herculianos à novo Herc. suo Maximiniano dictos adiicio, quorum seniores aquilam cæruleâ alis passis, (5) rubra in parma, proposuêre. Juniores eandẽ volucrem, luteo trunco insidentem, gessêre. *Victoria omnes gloriaq; amore.* Theodosiani dimidũ humani corporis simulacrũ in

(4) *Immortalitatis cura.*

(5) *Pugnare pro gloria.*

in clypeo adumbrabant, quod porrectis manibus, dextrâ vinculum, sinistrâ pileum, (1) velut *in pœnam contumacibus & præmium obsequentibus præberet*. Theodosiani secundi, eo, quo dixi, vinculi pileíq; ostensi habitu, Æthiopem in summo colle constituebant, ad pedes monticuli tauro luteo disposito in parma hyacinthina, (2) pari fere sensu: nisi quòd in monte, *sese ad victoriam & honorem eniti*, in tauro, *generosè* etiam, *pro Deo ac patria*, tanquam victima, si opus, *occubituros, promitterent*. *Aliàs* iidem ordines comperti sunt luteum equum in ferruginei coloris parma habuisse, umbilico tamen clypei albo (3) *martiæ virtutis, inter niveam atrámq; sortem, professione*. Theodosiani tertii eodem Æthiope albo circulo, cujus nigrum erat centrum, insistente, usi sunt: circulus semilunæ, hæc albo cippo in angustum supernè desinente parmâ circum rubrâ, nitebatur, quæ gemino ad marginem cærulei coloris circulo includebatur, an, *quòd imperii & imperatoris sui fortunam, supra lunæ & mortalitatis hujus incõstantiam, cœlo nixam, ad præmia pœnasque dispensandas crederent*? Honorianis minus honoræ effigies duæ erant, proci dimidiati, quorum altera alteram, eâ parte, quâ pugnacissimum hoc animal, obtuebatur, prasini erant coloris albo in clypeo, (4) nempe *ad pugnam hi milites, & vultum hostilem hac imagine aspirabant*. Honoriani juniores mutilo serpente, parmam rubram ambiente, utebantur: inter caput sectum corpúsque quadra erat, & ipsa, ut serpens, lutea, in qua tessella purpurea, umbilicus clypei argenteus, margo ultimus post tergum serpentis albus. (5) nempe *de suo ac hostis capite, inter dubiam belli fortunam, tesseram esse jaciẽdam putabant*. In Constantianis hanc seriem claudo. His bellicum symbolum, equus rutilus, in parma cærula viridi orbi (cui quadrupes toto pectore nitebatur) inhærens; ut si *bello, se orbem universum subacturos existimarẽt*: aut *suâ fortuna deturbari non possent, qui tantis Imperii*, sub Constantio, *viribus pugnarent*. Fuêre & sua ceteris legionibus insignia, quamvis à tantis Principibus nomina non ducerent. Ita Tertiodecimanos legimus inversum canem cærulei coloris in parma tulisse alba, cujus aureus umbilicus, rubro, ac deinde cæruleo, inclusus

1) *Præmiũ aut pœna certantium.*

2) *Honor bellò quæsitus.*

3) *Fortitudo bellica.*

XVIII.

4) *Pugnæ desiderium.*

5) *Belli alea dubia.*

XIX. *Insignia legionum.*

circulo: pati, opinor cum Menapiis, ut figura, sic etiam sensu. Quartodecimani cærulei, sed diluti utcunque, coloris aquilam, parmæ candidæ insidentem, habebant, super orbem luti densioris cæruleum, intra orbem umbilicus aureus rubro circulo incluſus, videlicet hi etiam de orbe sese triumphaturos sperabant, bonis avibus & candidâ fortunâ provecti. Sexta legio Parthica caduceum integrum, luteo colore, in parma cærulea, quam purpureus circulus ambiret, ostentabat: *belli & pacis artibus* juxtà *prompti* fuêre, qui asionem (ex noctuarũ genere avis (1) est) prasini coloris cæruleo in clypeo ferrent: quòd *vigilantiam nocturnam etiàm adversus hostes pollicerentur*, qui Cornuti iccirco dicti videntur, quòd hæc avis plumas in capite erigat cornuum in formam. Nihil tamẽ perinde antiquæ militiæ interfymbola placere visum, quàm serpentis imago, (2) ut qui, *insidiis astutiáque, virus virefque adversus hostes in promptu habet* Hinc illi, quos dixêre Curiatios, Maurialites, Cortonacenses, Sagunnenses, Anglevarios, Defensores, Vindices, Falconarios, Atecotos, Excultatores, Brachatos, doniq; & illos, de quibus ante, Cornutos serpentis icone delectatos accepimus, de quorum insignibus *Pierium* in angue licebit consulere, mihi satis est præcipua hæc ex antiquitate delibasse.

1) *Vigilantia nocturna.*

2) *Vis & virus hostile.*

Liber IV.

De natura figuratarum imaginum generatim, & de varia earum materia ac lemmatis.

CAPUT XXXIV.

De nomine figuratæ imaginis, eiusque natura ac definitione.

QUæ prosecutus hucusque sum in magna imaginum varietate, fuêre varia, neque ad definita illarum genera, formásque adstricta, pressiùs nunc cautiúsque per viarum angusta, neque sat trita hactenus, progrediendum; ut quæ imaginum natura, quæque genera, & fines, legésque singularum deprehendamus. 1.

Existimo hanc poësin *figuratæ imaginis* nomen meruisse, quòd aptius ad mentem nostram significantiúsque esse verbum non obtulerit, quo vel illam à ceteris artis pictoriæ imaginibus distinguerem, vel illâ, quâ pollent, repræsentandi facultate exprimerem. Figurare enim, velut à fingo originem suam traheret, est formando rem ita fingere, ut complementum ornatúmque absolutum certa in specie habitúque consequatur. Unde modò ad corporis ultimam conformationem refertur: ut *Cicero, lib. 5. de finibus figura*, inquit, *est forma & statura corporis nostri ad naturam apta*: Et de universi. *A quo animante omnes reliquos contineri vellet*, eâ formâ figuraviť, *quâ omnes reliquæ formæ concludũtur*. Modò animi fictionibus adhibetur, neque à cogitatione seu imaginatione rerum, *Hæc Poesis figuratarũ Imaginum recte dicitur.*

tum, per experientiam videlicet incognitarum, differt, quia cognitarum rerum imagines beneficio sensuum, non fictione solâ tenemus. Ita *Quintil. in gladiat* figurare potestis, quis tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Modò verba cultu quodam oratorio habitúque sermonis instructa figurari dicuntur *lib. 1. c. 9.* Ita *Quintilianus* *figuram* vocat *conformationem quandam orationis remotam à communi & primùm se offerente ratione.* Aliû hujus vocis usum præterteo, nam secunda omninò vox est, neque facilè voce aliâ significantiori græcè redditur, quæ nobis perinde ad nostrum institutum opportune serviat, sive enim εἶδος hoc est, forma, sive ἰδέα id est, exemplar, seu prima rerum species: sive τύπος, id est, forma, seu exemplar & adumbratio rei: sive χαρακτὴρ, quod est signum, insigne, aut forma: sive denique usurpemus σχῆμα, quod proximè figuram explicat, est habitus, modus, aut ornatus quidam seu corporis, seu orationis; nondum tamen fictio illa, quam in hac poësi requirimus, per adductas voces aptè satis exponitur.

Figurare imaginè, est illam eũ fictione quadam mentis exornare.

Figurare imaginem, plus est, quàm illam tamquam formam, ideam, exemplar, signum, habitúmq; illustrem exornare; cùm præterea fictionem quandam involvat quâ illi non propriam, sed alienam quandam speciem atque à communi & obvia repræsentandi ratione diversam attribuimus, cujus potissimùm virtute poëtica & ingeniosa, non pictoria tantùm imago, censetur, quemadmodum orationem figurare in verbis, & phantasmata in mente, non est illa per voces, aut imagines rerum usitatas exprimere; sed alienas, aut parum communes. Pluribus de voce solâ vocibus uti non lubet. Ad Imaginis figuratæ certam descriptionem accedamus.

II. *Imago figurem à se diversam tropisè repræsentat.*

Universè *imago est res creata Physica vel moralis, tropum apta ingeniosè repræsentare rẽ à se diversam* vocem *creata* excludimus Deum ipsum, qui licet omnipotentissimâ perfectissimâque ratione in se complectatur rerum creatarum ideas, nobis tamen illæ incognitæ, neque ex se ad harum significationem metaphoricè ordinatæ sunt. Quòd si Heroas olim Poëtæ aut Deorũ, aut semideorum nomine ac honore censuerint, id imperi atq

atque hyperbolicâ, ne dicam sacrilegâ translatione, factum; laudem non meruit, sed reprehensionem. Addidi, pleniorisque explicationis gratiâ, *physica & moralis*, ne quẽ fugeret, aliquando per actiones moresque hominum alias actiones adumbrari, ut cùm homo religiosus in pugna, quam adversus carnem mundúmq; sustinet, militi contra hostes suos depugnanti componitur. Deinde per vocem *aptæ*, non quævis aptitudo intelligenda erit: neque enim repræsentatio quæcunque vocũ aut signorum sufficit; sed vel per seipsas quæque res (quod rarissimum) vel per simulacrum sui, in ære aut tabula (quod usitatum) exhibendæ erunt Iconographis illis qui emblematica schemata oculis subjiciunt: quos his præceptionibus erudimus potiùs, quàm Poëtas aut Oratores, quibus promiscuus harum Imaginum est usus.

Non tantùm physica, sed & mortales res imagini fig. serviunt.

III.

Quocirca res illæ, quæ effingi imitatione in tabula diserte nequeunt, licet naturâ suâ vim significandi idoneam habeant, removendæ tamen erunt, cùm aptè exprimi suâ specie nequeant. Tale illud *Alciati est* 146. *Emblem* de homine ex splene aucto tabescente, quem Reipubl. corpori eleganter comparat, quod, regio fisco immodicè aucto, enervatum, contabescit. (1) Quæ licet apprimè idonea collatio, suâ tamen specie protasis oculos animósque non penetrat, ideóque frigidis obscurisque in nostra iconographia accenseatur; licet in imaginibus oratoriis, ob analogiam inter principes meritò censeatur Dixi. *per tropum*, ut omnem illam excluderem similitudinem, quæ absque dissimilitudine est, neq; rem aliam ornat, sed imitatur, ut pictor Alexandrum, aut Bucephalum in tabula, statuarius in ligno, actor in scena; ubi res quæque suo colore habitúque induitur, cùm velut alieno & nobiliori cultu in schemate, aut imagine figurata resplendeat. Addidi, *ingeniosè repræsentare*, videlicet suâ specie, non vocis notâ, ut oratoriæ faciunt imagines; nec quomodocunq; ; ut scilicet, pars totius, caput hominis, personam exhibet: aut signum naturale, rei designatæ, v. g. astra, noctis: aut antecedens, se necessariò consequens, v. g. ignis in ligno, cineres. nam hæc pictoriâ, non poëticâ arte repræsentant; nec ingenio nostro, sed solâ connexione suâ inferuntur, denique subjunxi

Res quæ oculis subiici nequeũt ab Iconographo negligenda sunt.

1) *Fiscus immodicè auctus enervat Remp.*

Non quavis similitudo, sed tropica & rerũ dissimilium tantùm Iconographo servit.

rem à se diversam: vel naturâ, ut homo ab equo differt; vel vitâ politicâ, quâ Rex à rustico distinguitur, à mercatore miles, &c.

CAPVT. XXXV.

An omnia quæ per tropum significant, imagini figuratæ serviant?

I. *Tropus est propriæ significationis cum virtute mutatio. Tropus præcipuè tantùm quadruplex est, res enim vel cõjuncta, vel disiuncta per tropũ mutantur: cõiuncta, vel substãtialiter per synecdochen, vel contingenter per Metonymiam: disiũcta, vel ob convenientiam per metaphorã, vel ob disconvenientiam per Ironiam.*

TRopus à Fabio Quint. lib. 8. instit. orator. dicitur esse *verbi vel sermonis à propria significatione in aliam, cum virtute, mutatio.* Nos pro verbo, vel sermone, accepimus hoc loco, res per illa significatas, aut certè vocum loco, ipsa nobis imago rerum significantium est, qualis e.gr. corvus, aut imago corvi est, rapacis hominis quædã figura. Quo circa tot dãtur imaginũ tropi, quot verborum. Est enim, imago figurata, *oratio* quædam *picta*; aut si mavis, *loquens pictura*. Figurata vocatur, quòd ad rei alterius à se diversæ significationem cum ornatu transferatur, adeòque ejus quædam figura adumbrans sit, ut iccirco ea prorsus omnia quæ troporum apud Rhetores vocem merentur, figuratarum quoque imaginum sibi nomen vendicare videantur, quia alteri rei significandæ cum virtute adhibentur.

Verùm hac de re præsens nobis disceptatio suscepta est. Illud ante omnia constitutum esto. Nec vocem, nec imaginem ullam alteram significare, nisi ob aliquam affectionem, aut relationem, quam cum re significata possideat, quæ affectio, vel erit rerum invicem conjunctarum, vel disiunctarum, res autem conjunctæ, vel per accidens & contingenter. Quæ nexu substantiali cohærent, ut pars totúmq;, hæc per tropum, quem vocant Synecdochen, invicem permutantur. Quæ contingenter sibi conjuncta sunt, ut continens cum re contenta, aut antecedens cum consequente, per Metonymiam transferuntur. Porrò res disiunctæ, vel se respiciunt ob cõvenientiam, & quasi societatem mutuam; ut sunt res parte aliquâ similes, & hæ per Metaphoram alternantur: vel ob disconvenientiam, & velut hostilitatem quandam, ut sunt

sunt res præcipuè dissimiles contrariæ, & hæ per Ironiam sibi invicem substituuntur.

Præter has troporum species, variæ à variis circumferuntur, velut ab his distinctæ; sed parum aptè confundunt enim magis legentium ingenia, quàm eruditunt. Nam catachresis, vel vitium est orationis, ob translationis audaciam, & sic rectè eliminabitur: vel est virtus, & nihil à metaphora diversum possidet, quòd enim transferatur ad rem alio nomine destitutam, extrinsecũ prorsus est rei translatæ, adeòque catachresin solo tantùm nomine à metaphora distinguit. Antonomasia verò, si aliquid pro nomine proprio substituat; hoc vel extrinsecum erit, & tunc per Metaphoram, aut ironiam ei tribuetur; vel intrinsecum, & tunc per Synedochen aut Metonymiam ipsi competet. Sic ubi à Fabio Quint. eversor Carthaginis pro Scipione ponitur, vel tropus nõ est (uti omnis meritò periphrasis tropis rejicitur) vel si admittamus, ab effectu causa describitur, estq; Metonymia. Et illud, Romanæ eloquentiæ princeps, pro Cicerone usurpatũ, nil nisi Metaphoram continet. Ita si Philosophus aliquis vocetur Aristoteles, aut contrà nomen Philosophi Aristotelem designet, aut Poëtæ, vel Mantuani Vatis, Virgiliũ: erit Metonymia, quia tanquam cõmune, aut quod loco accidentis est nomen, particularib⁹ subjectis contingenter tribuitur Metalepsis denique & Allegoria nihil ab aliis diversum constituũt, sed tantùm includunt gradatim, & conjunctim, tropos plures, imò, hi cum hyperbole & emphasi tantùm sunt troporũ proprietates [quò & illa catachresis spectabit, quæ metaphoram audaciorem reddit] quibus in quantitate aut qualitate certâ ratione afficiuntur; nam, ut metalepsis cum allegoria tropos certa lege copulat, ita per excessum aut defectum hyperbole & emphasis, vim singularem rem aliquã elevandi aut deprimendi, superaddunt. Onomatopœia & hyperbaton, ac si qui troporum præterea confingantur, nec locum quidem reperiunt. Verùm de his iterum fortasse in Rhetoricis disseremus. Modò rejicimus ab imaginum figuratarum ordine, quidquid ad quatuor illas troporum species per se primò non admittitur; vel illas tanquam aggregatum

II. *Cæteratropi aut inutiles sũt, aut huc revocantur.*

Quicquid ad has troporum species non spectat, figuratis imaginibus non servit.

non includit, per quam ultimam conditionem admittimus metalepsin, & allegoriam, si quidem tropi, quos in se continent, figuratam imaginem complectantur. De quibus jam nunc videbimus.

CAPVT XXXVI.

An Senecdoche & Metonymia imagini figuratæ deserviant?

I. OBservabis hoc loco imaginem figuratam vel physicam rem, sive ens quodcunque creatum aut increatum designare posse, vel ethicam, sive ad mores actionesque liberas rei creatæ aut increatæ spectantem. Ita si proponatur e g. Ceres & Bacchus hac inscriptione. *Hic vita fovetur.* Duplex esse tropus poterit physicus, seu rei naturalis; & ethicus, seu rei moralis, primò enim intelligere per Cererem & Bacchum panem & vinum licebit, eritque tropus physicus; secundò cibum eucharisticum sub panis & vini imagine à Christo propositum, eritque tropus ethicus, & posteriori quidem tropo prior deservit, ac viam ad idoneam traductionem significationis à re propria ad alienam præstat. De utroque nobis instituta est quæstio.

Imago figurata vel rem physicam, vel ethicã significare poterit.

II. Synecdoche cùm sit rerum naturali nexu conjunctarum: aut partem ex toto, aut ex parte totum intelligit, per totum verò partesque non physicas modò accipimus, ut prora navis est, sed & metaphysicas essentiales atque integrales, ut sunt genus & species, homo & Petrus; corpus & anima, unus & plures; ut cùm Carolus se vocat hominem, aut germanus victor dicitur, pro Germanis, aut Cicero, inquit, oratores visi sumus, de seipso Oratore uno. Verùm Synecdochen ab imagine figurata rejicimus: tum quòd Synecdoche non tam ornandæ orationi, quàm locupletandæ majori copiâ serviat: imago verò illustre aliquod ornamentum poëtis habeatur, tùm quòd ad sibi connexa necessariò significatione feratur, adeòque nullum ingeniosæ inventionis locum tam autori, quàm lectori relinquat. tum denique quia ad rem

Synecdoche ab Imag. fig. rejicitur.

ad rem naturalem ejusdem ordinis spectat. ut si prora nobis navim, spicæ aliquot messem, uvæ vindemiam designent. primis duabus conditionibus à physica imagine, secundâ ab ethica etiam deficiunt. Verùm objicies hanc mihi. v.g. imaginem: spicis, dices, uvisque inscribatur, *his vita fovetur*. Physicâ hæc nobis interpretatione reddent (non minùs quàm Ceres & Bacchus] pane & vino vitam nostram foveri. atqui in his Senecdoche est, cũ spica & uva, velut pars materialis, in pane & vino includantur. Confirmabis fortè hanc sententiã emblemate Pharaoni in spicis exhibito, quarum aliæ tenues frumenti panisque defectum, aliæ pingues copiam designarunt, in quibus ingeniosæ etiam inventionis locus fuit: cùm Regem earum significatio latuerit, soli Josepho perspecta, cujus proinde interpretatio tanti apud Regem fuerit, ut primis Regni proceribus juvenem peregrinum antetulerit. Huic ego difficultati occurram, ubi antè de Metonymiæ tropis statuero.

tur, quia rem sibi connexam necessariò significat, ideoque sine ingeniosa inventione est.

III.

Metonymia verò cũ sit rerum contingenter sociatarũ, vel cũ re sibi inhærẽte, vel adhærẽte jungetur. Et his modis copulãtur, 1. causa & effect⁹ 2. subjectum & accidens. 3. antecedens & consequens. 4. continens & res contenta [quo possessor ac res possessa spectant] 5. signum & res signata. Sic. 1. Bacchus pro vino, aut Aristoteles pro sua Philosophia ponitur 2. ipsa Luxuria pro Sardanapolo regnasse dicitur 3. aratra à bobus referri, pro nocte insequente usurpatur. 4. patera pro vino capitur. Crœsus pro opibus. 5. toga pro pace, aut fasces pro magistratu. Et hæc quidem natura sua ejusmodi sunt, ut vel ad physicas, vel ad ethicas etiam imagines adhiberi possint: nam & ornandæ orationi serviunt, & ad diversa à se, neque necessariò connexa, transferuntur; ut proinde eruditæ conjectationi & ingeniorum exercitationi locus relinquatur, protasi etiam atque apodosi constituendæ sufficiant; tum denique ad mores rerum sibi contingenter adjunctarum transferri possunt, ut in superiori exemplo de Cerere Eucharisticum panem designante liquet. Verùum quidẽ, restrictæ quasdam imagines significationis esse, ut dum Bacchus pro vino, fasces pro magistratu sumuntur. Pro emblematis tamen serviunt

Metonymia Imag. servire potest, quia ad diversa à se cum ingenio usurpantis transferri apta est: seu physica illa sint, sive ethica.

IV. *Quæ stricte significationis sunt, ad figuras vagas determinandas servinut.*

vium in aliorum societate ad figuras nimium vagas, certa limitatione, cohibendas. Deinde cùm rei designandæ ita non affigantur, quin adhuc latam significandi vim retineant: nam. & Bacchus hominem pinguem, & ingenio tardum, & ebriosum, & vinum, & vitem, & autumnum, & opulentiam, & victorem ac belli Ducem repræsentare poterit: at prora navis, quando in Senecdoche usurpatur, nil præter navem designabit. spica & uva ita ex sua natura ad panem & vinum ordinata sunt, ut per Synecdochen tanquam pars materiæ aliud, quàm panem vinumque, aut, tanquam pars integrans, aliud, quàm messem, aut vindemiam significare nequeant, atque adeò symbolum aut emblema se solis non conficiant, nisi, ut res aliæ naturales, rebus diversis significandis adhibeantur, uti factum in emblemate Pharoni per somnium objecto, in quo & spicarum numerus, & gracilitas ac habitudo vim illis significandi dedit annos septem, atque annonæ per eosdem tum copiam insignem, tum penuriam: ad quam illæ designandam ex natura sua ordinatæ non erant. proindeque ultra synecdoches terminos interpretatio Josephi sese ad metaphoram & metonymiam extendit.

V. *Ut Metonymia serviat, ordo aliquis peculiaris significantis ad significatum intercedere debet, qui tamen necessarius non sit: qualis est fumus g. ad ignem.*

Illud porro hoc loco negligendum non est, quòd dixerim, res ex natura hujus tropi non repugnare, quò minùs imagini figuratæ serviant. Siquidem non abnuo, aliâ ineptudine laborare illas posse. nam si ad domum Ucalegontis exprimendam ipsum Ucalegontem aut pro vase vinum proponam, an non ineptè id fecero? & tamen metonymia utraque, in oratione tolerata est,

——*Nunc proximus ardet Ucalegon.*
Vina coronant

pro domo ardente, & vase, aut cratere coronato. Alius igitur hic defectus occurrit in utroque, quòd ordo desit & relatio sufficiens, quæ semper imagine singularis esse debet, neque facilè nobilius ad ignobile [nisi fortè ut causa æquivoca] ordinari: homo enim & vinum non est propter domum & vasa, sed hæc illorum causâ reperta sunt, unde domus, ac vasa, homines vinaque, non contrà significare poterunt. ita ex fascibus quoque Magistratus, ex bobus redeuntibus nox ingruens, nō tamen vicissim,

vicissim, nec in oratione quidem, intelliguntur. Hinc ad imaginem non omnes admittuntur metonymiæ ; ut his, aut aliis de causis, quarum infrà plures dabimus, excludendæ

Neque dicas pari ratione Ucalegontem pro domo adhibendum, quâ pro vino Bacchus, pro opibus Crœsus: quòd hi ad vinum opesque ordine nullo adstringantur. Sed falleris: nam illius repertor præcipuus Bachus, harum collector insignis Crœsus ; at habitare domum, commune est Ucalegonti cum omnibus. hic igitur ratio ordinis præ reliquis nulla; illic eximia. Aurum tamen vinumque pro Crœso aut Baccho, rectè nõ adhibueris, quia potiorem ad hos relationem non habent, quàm possessorem quemcunque alium. Quocirca hic ordo in emblematis hisce diligenter est expendendus, nam propter hunc quædam in hoc tropo imagines subjecti præsertim & accidentis reciprocæ esse poterunt, ut Luxuria imperans pro Sardanapalo imperatore, vicissim Sardanapalus pro luxuria ; pauper pro egestate, & egestas pro pauperibus iconographiæ deservient. Verùm & ordo ac relatio ad alterum necessaria est. Sic connexio infallibilis inter causam & effectum, antecedens & consequens, signum ac rem signatam &c. destruit rationem imaginis; cùm, non humano ingenio, sed naturâ solâ ad illam significationem determinetur. Ita sol diem ut causa ; aurora solem ut antecedens ; fumus ignem, ut signum necessarium, exhibent. Connexionem igitur in imagine ejusque significato neque omninò nullam, neque definitam admittimus, ut nimirum & via appareat investiganti, & conjecturæ ingeniosæ locus relinquatur.

VI. *Quædam imagines reciprocæ significant & significantur.*

CAPVT XXXVII.

An Metaphoræ imagini figuratæ conveniant?

ACcedimus, à rebus inter se junctis, ad disjunctas dissolutasque, in quibus licet triplex ordo constitui I.

posi

Res omnis vel prorsus similis alteri est, ut homo homini: vel prorsus dissimilis, ut virtus vitio; vel partim similis, partim dissimilis, ut leo forti. & hac tantū metaphoris apta est. Ironiæ figuratis imag. non convenit.

posset. 1 rerum vel specie prorsus similium, ut homo homini, rex regi, leo leoni. 2. partim similium, partim dissimilium; ut leo homini forti componitur, qui specie quidem differunt, aliquâ tamen virium paritate conveniunt. 3. prorsus dissimilium atq; inter se pugnantium, ut ignis & aqua, probus & improbus. Tamen primum hunc ordinem negligimus, cùm neque tropis, neque imaginibus figuratis competat. Si enim simile ad prorsus simile transferatur, non potest fieri cum virtute mutatio, ad quam dissimilitudo aliqua est necessaria, ut res significata per tropum illustretur. alter ordo metaphoris idoneus est, tertius ironiis, de quo utrōq; præsens instituta est quæstio. Et de ironia quidem, ab imaginum figuratarum classe proscribenda, expedita est ratio; cùm imagini figuratæ propriū sit repræsentare, repræsentatio verò similitudinem necessariò includat, quæ non est rerum pugnantium, quòd hæc pugna ex dissimilitudine existat, quis enim non videt Æthiopem pro Europæo, testudinem pro aquila, leonem pro agno exhibentem? Quare reliquum est, ut de metaphoris, quæque iisdem permiscentur; allegoriis & parœmiis videamus.

11. *Metaphora sive ad laudem à rebus illustrioribus, sive ad reprehensionem à vilioribus petantur: sive simplices illæ translationes sint, sive cum proportione analogica: fig. imaginibus serviunt.*

Est verò metaphora (latinis translatio) *contracta ad verbum similitudo.* atque ut in quo vis rerum genere similitudo reperiri potest, ita & metaphora. Quarum aliæ quidem ad laudem idoneæ ab illustrioribus rebus deducuntur; aliæ ad reprehensionem spectantes a vilioribus petuntur. Ita rudem & imperitum hominem laneris addictum, asinum Isidis vocaveris: contra peritum Oratorem, Regem in cathedra aut Imperatorem animorum, aliæ deinde reciprocæ sunt, sic aliquando cœlū dicitur pratum, in quo sidera flores, & contra. hæc verò reciprocatio inter illustriora ferè, quæ analogica sunt, reperitur. aliæ denique analogicè, seu cum proportione, & gemina quadam similitudine, aliæ simpliciter unâ tantum ratione convenientiæ transferuntur. Sic ver ætatis ad juventutem analogicè spectat: nam ut ver ad annū, sic juventus ad reliquam ætatem se habet unde duplex comparatio erui potest, veris ad adolescentem, & ætatis

ætatis humanæ ad annum. Simplex erit, si homo dicatur leo; nam hic neque reciprocatio, neque proportio invenitur. Ne tamen existimes omnia quæ cum proportione dicuntur, etiam reciprocari: nam pes montis [ut & caput] metaphoricè per analogiam appellatur; uti enim se habet pes hominis ad totum corpus, sic infima pars montis ad totum, in quibus tamen nulla reciprocatio, quod hic potiùs ex defectu vocis propriæ, quàm natura rei contingit: nam pari ratione fons, fluminis caput appellatur, & tamen vicissim caput hominis, fons sensuum nuncupatur. Porrò omnes has metaphoræ species ad imaginum figuratarum classem admittimus, atque illas in reliquis illustriores censemus, quæ cum proportione conjunctæ sunt.

III. *Aristotel. Metaphoram imagini proximam facit, cujus varia exempla proponit.*

An verò omnes singularum specierum metaphoræ admittendæ sint, infra, de omni comparatorum genere acturi, videbimus. Certè Aristoteles tantùm Metaphoræ tribuit, ut illam in ceteris tropis solam, ob similitudinem, imaginem vocet, quem operæ pretium fuerit hat de re audire disserentem: *l. 3. Rhetor. c. 2. vulgò 4.* ἔστι (verba sunt) δὲ καὶ ἡ εἰκὼν μεταφορά· διαφέρει γὰρ μικρόν. ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα ὅτι ὡς δὲ λέων ἐπόρουσεν, εἰκών ἐστιν. ὅτι δὲ λέων ἐπόρευσε, μεταφορά. *Est imago etiam translatio: parum etenim differt: nam cum inquit de Achille, velut leo ruit, imago est, cùm autem leo ruit, translatio.* Varia deinde illarum, quas vocat imaginum, exempla subjicit, Poëtisque quam Oratoribus vult esse frequentiores. quarum plerasque, ut Philosophi mentem imaginumque naturam tantò penetremus faciliùs, operæ pretiũ sit intueri, εἰσὶ δὲ εἰκόνες &c. Sunt, inquit, imagines, cum, Androtion in Idreium: similem illum esse canibus solutis asserit, qui obvium quemque mordent. Et cum Theodomas Archidamum Geometricam nescientem Euxeno artis ejusdem ignaro confert. Et illud Platonis de Rep. usurpat. Qui mortuos spoliant vivis manus abstinentes; similes canibus in projectos lapides involantes parcendo jacientibus. Ex Demosthene verò populum Athe-

nienſem,

nienſem, ſanis conſiliis monitiſque intractabilem, nautelero æquat ad omnia ſurdo, licet viribus robuſto. Ex Pericle Samios Athenienſium muneribus non acquieſcentes pares facit infantibus præmanſum ore cibum cum ploratu tamen atque obluctatione excipientibus. Bœotos verò ilicibus comparat, mutuâ invicem agitatione contuſis læſisque, quòd inteſtino bello hic populus collideretur. Ex Democrate Oratores, pauperum in foro cauſas avarè tractantes, nutricibus aſſimilat, quæ meliores cibos deglutientes, ſuâ infantibus ſalivâ os illiunt. Ex Antiſthene Cephiſodotum hominem gracilem cum thure compoſuit, quod incenſum exſpiranſq; exhilararet, ut ipſe ſuos moriens, fortè propter relictas opes oblectabat.

IV. *Similitudo, ex qua metaphora naſcitur, imago eſt.*

Ex quibus ſanè apertiſſimum cuivis eſſe poterit, per εἰκόνα, ſeu imaginem, Ariſtotelem rerum ſimilitudinem intelligere, à qua omnis metaphora & originem trahit, & in quam iterum ex ejuſdem Ariſtotelis ſententia reſolvitur. Nam ſi Idreum canem, thus Cephiſodotum, Athenienſes ſurdos naucleros, Bœotos ilices dixeris, contractam in metaphoram ſimilitudinem exhibes, unde idem autor: ἔστι γὰρ ἡ εἰκὼν μεταφορὰ διαφέρουσα προσθέσει. Eſt enim translatio differens adjunctione. Etenim ubi adjunxeris, *ſicut, tanquam, ut, velut*, &c. ex metaphora imaginem conficies. Quare cum de Lacedæmone non negligenda, Leptines diceret, non eſſe committendum, ut altero Græcia privetur oculo: per imaginem apertius ſententiam expoſuiſſet, dicendo; committendum non eſſe, ut privetur Lacedæmone Græcia, tanquam altero ſuo oculo. Hac in re, licet parum obſcura, exempla iccirco proſecutus ſum, ut intelligeres ex vulgatis Metaphoræ affectionibus imaginum quoque virtutes, vitiaque deprehendi poſſe, de quibus poſtea erit diſſerendi locus opportunior.

V. *Allegoria & Paræmia ſive ex metaphoris, ſive*

Supereſt ut de allegoria & paræmia inquiramus, an faciant ad imaginis poëticæ compoſitionem? Certè qui allegoriam [quæ Latinis inverſio eſt] cõtinuas tantùm metaphoras eſſe volunt, ut ſi dicas bvem lupo commiſti, id eſt, innocentem ſcelarato, tam non magis emblematis, quàm metaphoram excludent, qui verò Synecdochas

dochas quoque, & metonymias conjunctas allegoriæ tribuunt, [quorum pars minor) metonymias cohærentes, etiam in imagine tolerabunt, ut sine Baccho & Cerere friget Venus. Parœmia huic affinis, quæ à Scaligero aliisque, aut metaphoræ, aut allegoriæ succensetur. Ille enim, repugnante licet Erasmo, Proverbium, ait, pro alio supponere verbo παροιμίαν, à παρὰ & ὄμῃ, quasi præter verbum proprium, aliud denotare. Sed litigent de nomine, mihi satis est monuisse, parœmiam communiter ex translatis, nonnunquam metonymicis desumptum suppeditare non rarò materiam conceptumque figuratis imaginibus. Sic absurda molientem exprimes, si ranis aquam affundas: Solem lucerna illustres: Hircum mulgeas. Testudini pennas aptes: Camelo ad saltum præludas: Fronti ocreas induas, aut galeam lepori, &c. Frustra laborantem, per hominem qui Delphinum caudæ alliget; Arenam metiatur: reti ventos captet, aut piscetur in aëre: Penelopes telam reretexat, lapidem elixet: Mortuo medeatur: leonem larvâ terreat. Ambiguæ fidei hominem, per illum qui duabus insideat sellis: Vulpinam leoninæ pelli assuat: Alterâ ignem, alterâ manu aquam deferat, similibusque, quæ exponere ordine longum sit; neque à mediocriter doctis ignorantur.

metonymiis constent, fig. imaginibus idonea esse possunt

CAPVT XXXVIII.

An, & quæ comparationes rerum imaginem figuratam involvant?

I. *Comparatio primò in illam dividi potest, quæ est personarum & rerum, inter se &*

AGimus de comparationibus iis, quæ per æqualitatem aliquam aut certè excessum instituuntur: non iis quæ à dissimili contrariòve ducuntur: ac disparationis potiùs vocabulum merentur. Istæ comparationes, vel sunt personæ ad personam; ut si gubernator navis Reipubl. Principi comparetur, vel inter rem & rem; ut cùm orbis ovo componitur, vel inter rem & personam, ut cùm elephas homini ratione prædito assimulatur, vel contrà inter personam & rem; cùm Christus ovi, Joannes

cum alterutro instituta, quæ vel erit intelligentiũ vel non intelligentium.

nes Baptista lucernæ similis dicitur. Cum qua penè convenit alia comparatorum divisio. aut enim intelligens cum alio intelligente componitur; ut homo pœnitens cum ægro ad medicinam aspirante: vel cum re tantùm animata; ut cum serpente veterem pellem exuente: vel cum vivente insensibili; ut cum vite silvescente per putationem corrigenda. vel denique cum inanimi tantùm corpore, ut ferro à rubigine sive auro à scoria purgando.

II.

Comparatio alia est collatio duorum vel pluriũ, in re, seu proprietate eadem conveniẽtium, ut Achillis & Herculis in fortitudine: vel in re tantùm simili, aut proportionata conspirantium, ut agricola cũ religioso. hîc in cultu animi sese habẽs, ut ille in cultu agri, quæ cõparata prioribus rejectis tantũ in fig. Imaginibus probamus.

Alia horum exempla, si lubeat, ex adductis suprà Aristotelis imaginibus repetere licebit. Ubi alios infantibus, alios ilicibus, alios thuri comparat. Denique comparatio in eam dividi potest, quæ est rerum duarum, vel plurium in tertio aliquo convenientium: sive quæ rerum diversarum est, prout invicem sibi assimilantur in eodem. Et in eam, quæ est rerum, non in uno communi utrisque; sed in simili aliquo, singulis proprio, consipirantium. Prioris exemplum apud Virgilium extat. Ubi Æneas ex comparatione cum Pollucem, Theseo, & Hercule instituta, qui ad orcum descenderunt, sibi etiam persuadet jus esse ad eosdem inferos descendendi. Et mihi, inquit, genus est à Jove summo. Deinde alibi Didonis exemplo peregerè sedem impetriumque figentis, sibi etiam idem non invidiosum futurum infert:

——— *Si te Carthaginis arces*
Phœnissam, Tyriaque aspectus detinet urbis;
Quæ tandem Ausoniâ Teucros considere terrâ
Invidia est?

Hoc verò comparationis genus vel à pari instituitur ut allato exemplo patet; vel à majori, ut si Tribunus in hostem cum vitæ discrimine pugnandum, & militi pari sorte pugnandum erit: è diverso, à minori ad majus, à milite ad tribunum inferes. In quibus tertium utrisque comparatis commune haud difficulter notabis. quod nos ad distinctionem similium, *proprietatem* vocabimus, non *similitudinem*; ut est, à Jove natos Inferos adire: geate

gentes aliquando sedes mutare, & imperia transferre: denique pugnare adversus hostem. Alterius divisionis exempla sunt, quotquot supra Aristoteles lib. 3. c. 2. attulit. Sic Æschines, ut in Demosthene præter oratoriam facultatem vix quicquam viro dignum ostenderet, ti biis eum comparavit, in quibus dempto collo reliquum corpus appareat inutile (1) Demosthenes verò, ut pari Æschinem lixivio perfunderet, illumque non causæ æquitate, sed largitionis magnitudine ad dicendum inflecti significaret, argutè eum trutinæ assimilavit, quæ in quamcumque partem gravius pondus attuleris, inclinatur. (2) Nec illepida est illa Ciceronis pro Sext. Roscio Amer. adversus accusatores. Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut significent si fures venerint: alii vestrum anseres sunt, qui tantummodo clamant, nocere non possunt: alii canes, & latrare, & mordere possunt. (3) In his facilè observabis, illud, in quo conveniunt, non esse idem utrisque commune; sed duo ad se mutuò per similitudinem relata, ut tibiæ inflatæ collum, & Demosthenis eloquens oratio, inclinatio Æschinis ad aurum: & trutinæ ad pondus, latratus morsusque canum & accusatio oratorum.

III.

1) *Inanis tantum eloquentia strepitus sine aliis dotibus est*

2] *Donis ab æquitate inflecti.*

3] *Sola voce alii vitiis obnituntur; alii voce & opere.*

Damnamus in hac nostra imaginum facultate priores generis comparationes, quæ commune aliquid obtinent, in quo unum sunt: illas admittimus, quæ proportionatum aliquid possident, in quo pares reperiantur. Siquidem in poëtica imagine non est idem, quod pingitur, quodque à nobis res significans, repræsentans, figura protasis græcè dicitur: cum illo, quod significatur: repræsentatur, & reditio, græcè apodosis nuncupatur. Pictoribus id tantùm conceditur, qui talem adumbrant imaginem quæ cum re significata in communi aliquo tertio, id est, coloribus ac lineamentis conveniat, eandem proprietatem, quæ in re significata est, in imagine exhibent. Poëta verò diversam ab illa quæ apparet in imagine: nam in eo præcipuè hæc poësis consistit, quod pro una rei proprietate usurpet per tropum aliam. Exempli gratiâ, proponatur imago Tribuni adversus hostem pugnantis: inde non colliges alteram

IV.

Protasis & apodosis, sive figura & significatum proprietate rerum differre debent.

comparationis partem, videlicet militi adversus hostem pugnandum esse. neque si hoc intuleris, aliud de milite dicturus es, quàm quòd exhibetur in Tribuno, nempe pugnandum esse: quod tertium est, non par, sed idem, ac utrisque proprium, quæ apodosis omnino vitiosa & ingenii, inventionisque artificiosæ est expers. habet enim hoc figurata imago cum enthymemate commune, quòd illatio, seu, ut nos, collatio, ab antecedente diversa esse debeat, ne identica sit ac nugatoria. At verò postquam exhibueris trutinam, suo in partem aliquam pondere devergentem, contuleriscque Æschinem ad munera proclivem, quòd eò nimirum pondus orationis inflectat, quò aurum oblatum inclinat, & aliud ab eo quod pingitur diversum loqueris, & tamen, cùm simile quippiam imagini ostendas, in Æschine, non absre, aut ineleganter in trutina illum exhibebis.

V. *Peccarunt Iconographi plures, cùm sine translatione proprietatis, rem eandē specie in protasi & apodosi exhibent, ut si per Vlyssem, vafrum significent.*

In hunc scopulum offenderunt Iconographi complures, & ut Ottonem Venium aliòsque recentiores taceam, ipse hujus artis princeps laudatissimus Alciatus hic nonnunquam impegit. nam emblemate 134. ubi Thrasybulum ob Athenas obsidione liberatas civicâ donat coronâ cum inscriptione, *Optimus civis*, solius historiæ explicatione nihil à pectore diversum facit, quippe rem, ut gesta est, penicillo adumbrat, id solùm animis objiciens, quod tabula oculis ingerit. Nec verò sufficerit hoc exemplo uti ad illationem universalem, videlicet Thrasybulus coronâ civicâ ob patriam liberatam donatus, tanquam optimus civis, fuit; Ergo & alii cives boni patriæ liberatores donandi erunt. Nam hæc licet illatio vitiosa non sit, protasis tamen atque apodosis, in eodem genere morum sunt, proindeque hæc omni translatione (quam semper intervenire necesse est) ac ingeniosa inventione destituitur. Quod vitium cùm in exemplis adhibendis pronum sit, nonnulli illa prorsus ab hac imaginum palæstra eliminari voluerunt. Quid plures, an non rectè per translationem dixero, de pio in parentem virò, alter Æneas? de vafro, alter Ulysses? licebit sic etiam appellare liberatorem patriæ coronatum, Thrabsybulum alterum, adeòque Thrasybulus in imagine

Idque vel exemplis personarū.

gine figurata, illius vicem sustinebit. In his enim illustris aliqua persona tribuitur alteri, quam, veluti propriâ in theatro depositâ, induit. & fortè autor alicui patriæ defensori hanc iconographiam detulerit, qui se in illa, verùm respondeo, hanc autoris mentem non liquere. Et quidem licet manifesta esset, nondum constaret translatio: nam illustrior persona non sufficit constituendæ metaphoræ, quandiu eadem proprietas boni civis utriquè tribuitur. At si Thrasybulus cum bono milite, aut religioso conferretur, locum haberet translatio. Ita neque Æneas pro viro pio acceptus, neque Ulysses pro vafro, metaphoræ sunt, sed metonymiæ, quia Æneas pius fuit, & Ulisses vafer, ac proinde nil præter nomen transfertur, eadem verò proprietas utrisque tribuitur. atque iccirco de vafrò rectè dices, alter Ulysses, uti de pictura, Petro v. g. simillima, alter Petrus, non tamen de adolescente rectè dixeris, alter flos: aut de S. Joanne, altera lucerna: aut de rege, alter navarchus. Quo velut signo veras metaphoras à solis nominum translationibus licebit discernere: Quòd sitamen Ulysses pro quovis vafro, Æneas pro quolibet pio per synecdochen usurpatur, de ejus natura in poëticis imaginibus supra disseruimus, negavimusque admittenda.

VI. *Vel rerum aut factorum comparatione.*

Nec modò in exemplis personarum, verùm & rerum comparationibus, à translatione quandoque & elegantia symboli deflectitur. Ita Alciatus embl. 127. Locustas apud Insubres omnia anno Christi 1541. vastantes in agro exhibet, cum expositione solâ facti, & inscriptione, *nihil reliqui*, ubicùm translatio ad apodosin inserendam desit, pictoris magis, quàm fictoris officium agit, Neque existimes hoc sufficere, quod nihil reliqui, præter spem & vota miserorum, asserat, dum inquit.

Farra omnia consumpserunt.
Spes & in angusto est, stant nisi vota super.

Nam & illa historicæ narrationis sunt, non mysticæ expositionis. Quòd si exercitum, id temporis, Italiam vastantem tropologicè per has locustas accepisset, non

incleganti schemate usum dicerem. Verùm quid ago, qui tanti viri scriptis, tot commentationibus doctissimorum hominum, totque retro periodis annorum probatissimis obelum figam? cur non imperitioribus aliis hic aculeus intenditur? Nolo me quisquam eum illis censeat Momis, quibus nec Pandora quidem satis ornata fuerit. Muscæ, quæ ita alienis pascuntur, ut non minus vulnerent, quàm fædent. Absit, religioni & literis servio. ut Alciatum etiam suadeam, omnium que utilitati attemperem, hoc ago. Et sanè meretur, uti hujus ætatis illustrator maximus, in quo cum industria pariter ingenium, quem, licet alicubi deflectentem: injuriâ tamen damnemus, siquidem per tenebras, viâ non trita facem nemine præferente, incedentem primum intueamur. Quocirca & deinde ipsius potissimum exemplis utar, quo rudioribus examine secretis, sua ceteris æstimatio atque autoritas constet.

Alciatus emendatus, ut omnium usibus fiat opportunior.

VII. *Comparatio rei ad personam, sive personæ ad personam probatur, modò cum similitudine semper dissimilitudo intercedat: ut per illam conferri, per hanc trãsferri possit.*

Reliquum est ut alias comparationum divisiones ad rationis leges expendamus. In quibus illa in primis probamus, quæ sunt rei ad personam: adeoque secundi ordinis, quæ cum intelligente fiunt, omnes. Illæ verò, quæ sunt personarum ad personas alias, meritò in discerptationem vocari queant; quòd toto conveniant, non genere modò, sed formâ etiam: atque iccirco translationis incapaces videantur, quam in hac iconographia necessariam ducimus. Verùm Gordius hic nodus nou est, jamque expeditus paulò antè in Thrasybuli exemplo utcunque videtur: Cui hanc velut regulam amussimque hujus comparationis, adjicio. In omni figuratæ imaginis comparatione (metonymicam excipio, cui relatio sufficit) simile & dissimile requiri: simile, ut conferri inter se res queant, dissimile, ut transferri. Quæ dissimilitudo cùm magis emineat in rebus aliis ratione destitutis, si cum homine in comparationem veniant, quàm ipso homine, si cum homine conferatur; illustrior in illis tropologia, ut plurimùm adeoque etiam magis figurata reperitur.

VIII. Quare ut translatio inter personas collatas appareat, convenit eas maximè officio, statu, ac conditione vivendi disparatas sumere; ut Nayarchum, inter fluctu-

maris navim provide moderantem, cum Principe Remp. administrante componere. Viatorem cum homine Christiano ad cœlestem patriam tendentem. cum eodem pugilem in arena, cursorem in stadio Olympico, &c. in quibus, ob disparitatem, translatio similitudinem illustrat. Secus quàm in adductis suprà exemplis, ubi patriæ vindex cum Thrasybulo, vir fortis cum Achille, vafer cum Ulysse componitur; quia licet dignitatis atque existimationis diversæ censeantur esse, in officio tamen conveniunt, adeòque translatio pro imagine figurata parum est illustris. Unde Aristotelis doctrina *lib* 3. *Rhetor. cap.* 12. *vulgo* 10. hoc loco diligenter animis pertractanda; qui, de figurata imagine agens, tria nobis proposita esse cupit, ut rem oculis, cum quadam urbanitate, subjiciamus: translationem, oppositionem, & evidentiam. Verba sunt; δοῦ τριῶν σοχάζεσθαι τούτων μεταφοράς, ἀντιθέσεως, ἐνεργείας. quo ultimo vim quandam significandi ratiorem conjunctam accipit. Pergit denique seq. cap. τῶν δὲ μεταφορῶν τεττάρων οὐ σῶν, εὐδοκιμοῦσι μάλιστα, αἱκατὰ ἀναλογίαν. *oportet tria spectare, translationem, oppositionem, & evidentiam. In quatuor verò translationum generibus probantur maximè, quæ sunt ex proportione.* Exemplo id Periclis ostendit, qui juventutem bello sublatam, ita de civitate evanuisse dicit, ut si quis ver ex anno sustulisset. Et alio Leptinæ, qui Lacedæmonios alterum Græciæ vocabat oculum. nam uti se ver ad anni partes, ita se juventus ad reliquas hominis ætates habet: &, quemadmodum oculi præstantissima pars corporis, ita Athenæ & Lacedæmon in Græcia. Quibus exemplis utor libentius, ut intelligas, & rerum cum personis comparationes, & cum iisdem partium corporis (quæ ad personas reducuntur) Aristotelis, meòque hic calculo probari.

Dissimilitudo cum inter personas minor sit, quam res & personas, minus etiam illustris hic plerũque est translatio.

IX. Superest personæ ad rem, & rei ad rem expendenda collatio. Et quidem si Aristotelis vestigiis, de imaginibus figuratis oratorum, ac metaphoris illustrioribus insistamus, dubium esse nequit, quin hæ comparationes

nes admittendæ fuerint. Cùm translationes ab his nominus frequentes; ab animatis etiam ad inanima nobiliores ducantur; quòd veluti sensum animamque nostrâ oratione, accipiant. Ita, ex Homero Sisyphi saxum impudens vocat: & hastis militaribus cupidi raterem volandi pugnandique tribuit. Posterioris verò generis exemplum apud Alciatum est embl. 100. de hirundine, pro vere, cuculo pro æstate, ficedula pro autumno, frin-
1] *Ver, æstas, autumnus, hiems.* gilla [1] pro hyeme exhibita. Difficultas tamen in illa præsertim personarum ad rem collatione est, quod uti naturâ res quæque creata ad hominem ornandum, ab autore rerum, directa est, præposterumque fuerit, inservire hominem rebus sibi inferioribus; ita significandi ratione illa potiùs ad hominem, quàm ad illas homo referatur, tum quòd illa imaginum prima institutio ad hominum mores formandos reperta, velut pars quædam disciplinæ moralis, hos sibi terminos ethologiæ, inveterato jam usu præscripserit. Et sanè ratio ipsa atque necessitas hos intra limites coercere videtur; ut certam, finitamque significandi formam, imago acciperet, quæ dubium spectatoris animum, quasi digito intento, ad hominem duceret, moneretque illic investigandam propositæ imaginis analogiam. Infinitum enim foret ad res creatas omnes cogitationem circumferre, atque in singulis indagare homœotypon imaginis. Ita si, vulgato licet schemate, vel hominem, vel orbem proposueris, velut microcosmum quendam, magni hujus mundi imaginem, quis illuc mentem subitò advertet? Quis enim illum Nestoris scyphum, de quo Alciatus embl. 101. cœlo applicandum cum eo censeat, in quo claviculi quatuor cœli sidera, insidentes his totidem columbæ Pleiades designent?

X. *Comparatio, ad rem rei & persona ad rē, tunc locū habere potest, cùm,* Non tamen figuratis illis imaginibus, quæ cetera omnia continent ad hanc iconographiam postulata, omnino aditum interdicimus: fieri enim in emblematis atque ænigmatis inprimis poterit, ut aliis definitè significantibus, ceu pars; aut adjunctum quodpiam accedant, atque iccirco certis legibus terminisque significandi cohibeantur. Ita ovum, si tribus digitis suspendatur,

velut adjunctū minus præcipuū in imagine locū occupā-

tur, ex sacris tibi literis repræsentabit Dei potentiam. qui tribus digitis appendisse terrarum orbem dicitur. tres digiti sanctissimam nobis Triadem in hoc opus conspirantem designant. Ex digitis verò ovi significatio ad orbem limitata intelligitur. Accedit, usu atque instituto complura obtinuisse finitam significandi vim, ut sunt Hieroglyphicæ Ægyptiorum notæ, qui v.g. per basiliscum ævum, per palmam annum exhibent: & personæ in fabulis poëticæ; ut cùm pro aëre Jupiter, pro aqua Neptunus, vino Bacchus, Cererem fruges &c. designantur. Sunt & signa vulgo ad certarum rerum significationem assumpta, ut cùm per ignem montibus expositum adventantem hostem, per hederam Baccho sacram, vinum demonstrant, denique illa omnia quæ supra de metonymiæ tropis differentes probavimus, in hac imaginum disciplina, suâ deturbare possessione nolumus, quis verò qualisque eis locus debeatur, infra differetur opportunius, ubi sua cuivis imaginum generi cernetur hæreditas.

Illa verò superius allata in contrariam partem ratio, id quidem obtinere videtur: ne illæ imagines quæ suâ natura obscuritatem fugiunt, ut sunt Emblemata ac symbola tam remotis translationibus vitientur, sed de Hieroglyphicis atque Ænigmatis nihil persuadet. Nec sanè omnis imaginum usus ad morum disciplinam olim versus est, cùm iis etiam arcanæ naturæ ac Philosophiæ secreta Ægyptios obvelasse competum sit, & Græcis familiare fuerit, fabularum involucris orbis hujus naturæque ingenium scientiarum cupidis proponere.

XI. *In Hieroglyphicis quoque & Ænigmatis locus huic comparationi esse potest.*

CAPUT XXXIX.

De imaginum fig. diversitate & primis distinguendi fundamentis.

I. *Enuci hactenus Imagines figuratas distinxêre, sed quæ alius emblemata, alius symbola, aut hieroglyphica dixit.*

DE imaginum generibus hoc loco quædam animadvertenda existimavi, priusquam ad singulos lectorem fontes remitterem, ubi de Symbolis, Emblemate, Hieroglyphicis, atque Ænigmate speciatim differetur, fussque finibus quæque ac legibus circumscribentur. Etenim quatuor hæc suo quidem nomine jam dudum hac in arte recepta sunt; sed qui illa inter se ita dispertiatur, ut vel confusa non sint; vel omnia complectantur imaginum poëticarum genera, nemo à me compertus est hactenus. Promiscuus omnium usus fuit, quæque alius emblemata; alius aut symbola dixit, aut Hieroglyphica, aut Ænigmata. Alciatus omnium exempla sub emblematis nomine proposuit. Paradinus symbolorum, Pietius Hieroglyphicorum titulo donavit, omnes confuderunt omnia. Neque recentiores comperti, qui universim ex certis principiis ac fundamentis hanc controversiam ita definierint, ut niti quis tutò posset, & non alium alia consectantem nonnunquam etiam eundem sibi adversantem inveniat.

II. *Alii imagines malè à materia distinxêre in Physicas historicas ethicas, quia distinctio omnis à forma est.*

Nonnulli imagines à materia unde sumuntur denominant segregántque in physicas, quæ à rebus naturalibus: historicas, quæ ab historiis: politicas, sive ethicas, quæ à moribus hominum ducuntur; ut apud Claudium Minoëm videre est. Sed hæc divisio materiarum est, nō imaginum: neque adæquata, cùm de artefactis nulla mentio: nisi ea rebus naturalibus confundat. Potius in physicas, ac morales, ex ipsa significandi re physicas, aut morales ratione, separandæ erunt; quòd appellationes rerum ab ipsa forma distinguente, non verò materia petendæ sint: hæ enim imagines in materia sæpe conveniant necesse est; cùm eadem res, tam physicè, quàm ethicè significare possit. Nos hic adæquatam, & materiæ, & formæ diversitatem inquirimus; ut, quæ toto separentur genere, appareat.

Existi-

Existimamus igitur, imagines figuratas, rectè in eas dividi, quæ rerum inter se similium, & eas, quæ dissimilium, collationem exhibent, sive in eas quæ ex natura, & eas quæ ex instituto repræsentãt: ut quas tũ materia, tum potissimum figuratâ significãdi ratione, quam plurimum distare necesse sit. Dissimilia voco, non quæ omnem excludant convenientiam, sed in quibus nulla eminear, dissimilitudo verò insignis reperitur, quemadmodũ in plerisq; metonymiis & Ægyptiorũ hieroglyphicis manifestũ est, sicut è diverso, hæc similia appello, nõ quę omnẽ excludunt dissimilitudinẽ; verùm ubi similitudo licet quandoq; abdita, tamen nõ ignobilis se offerat perspicacius intuenti. Exemplo res clara erit. Sceptrum, aut accipiter, potestatis supremæ imagines sunt, uti etiã sol, vel aquila: verùm illa absq; similitudine, sola hominum voluntate & arbitratu: hæc, ex ipsa rerũ convenientium natura, hanc significandi facultatem possident. Etenim nisi sceptrum Regibus tributum esset, illa vi significandi destituerentur: & nisi placuisset hoc sensu Ægyptiis hæc imago accipitris, rapacem potiùs atque avarum, quàm Deum adumbrasset. Neque tamen omnis ratio similitudinis ad hujus significati vim tribuendam defuit, nam regibus velut subditorum custodibus ac defensoribus sceptrum in baculi speciem datur, analogiâ à pastoribus ductâ, qui baculo vel ad corrigendum aberrantem gregem, vel ad lupos hostésque arcendos utuntur, accipitri & magna fecunditas, & producta ætas, & solis amati obtutus, ad hanc significandi facultatem viam fecit.

III. *Imagines fig. rectè dividuntur in eas, quæ ex natura per similitudinem, & eas quæ ex instituto, absque similitudine repræsentant, quia ipsa figurandi ratione differunt.*

Neque fundamento omni destituitur prima significandi origo, cũ Ægyptii plerumq; in recondita & a vulgi sensu remota proprietate rerũ, hanc imaginũ vim niti voluerint: ut secreta Philosophiæ ac religionis suæ, per Hieroglyphica, neq; à ratione longissimè distarent, neq; passim omnibus, præterquã eruditis, paterent. Ceterùm plurimũ hæc à rerum similium imaginibus differre, quis non videat? Etenim cũ duæ res sint, quæ gratiam imprimis conciliant imagini, prima, quòd eruditæ conjectationi lectoris locũ relinquat: altera quòd idoneã ac minùs exspectatam comparationẽ involvat, atque ad hanc viã apetiat intuenti. Utrumq; longè aliter similia, quàm

IV. *Imagines rerũ dissimilium, longè aliter, quàm similium significant.*

dissimi-

dissimilia præstant. Illorum ferè gratia in priori, horũ i posteriori major. Dum enim per accipitrẽ Deũ agn scis, Ægyptiorũ institutum meminisse debes, atque ex illius jam ante explorati recordatione, in Dei, per illu repræsentati, venire memoriam, ex quo illa potissimùm voluptas manat, quòd tu ea, quæ alter, velut ratæ cog nitionis, tibi conjectanda proposuit, sis assecutus: nihi hac in re ingenio, aut eruditioni autoris concessurus.

Ubi verò accipitrem cum Deo comparaveris, obtẽ motam obscurámque similitudinem, nihil neque ma gnopere amas, neque admiraris, imò sæpe hanc medita tionem negligis atq; in priori acquieseis. In rebus simi libus contra non raro evenit: nam, ante omnia, compa ratione ad res diversas institutâ, vel assequeris, ob recon ditũ tibi minùs sensum, & tunc simul rerum collatarum

V. analogiâ, simul tuo autórisque ingenio atque inventio ne delectaris: vel non assequeris, & tunc ad autoris ex positionẽ digressus, eâ minimũ voluptate frueris, quam in apposita rerum cõvenientia deprehendis: secus quàm in Hieroglyphicorũ collatione usu venit. Neque eò hæc differo, ut existimes cognitionem tuam ad imaginis ab solutionem requiri (illa enim cum icone contingenter jungitur) sed ut ex hoc iconis effectu, affectúque tuo diversam imaginum naturam discas.

Imagines fig. ex similitudine & natura rei significativa, dividuntur in rei intelligentis, ut cum miles religiosum repræsentat; & non intelligentis, ut cum rosa inter spinas eũdem religiosum exhibet: quia hic repræsentandi modus specie ab illo differt.

Altera divisio, imaginum à similitudine desumpta rum, est in eas, quæ est rerum inter eandem vel diver sam speciem cum persona aliqua comparatarum. Et du plex tantùm esse poterit, rei videlicet intellectu prædi tæ: ut si religiosus cum milite componatur: aut ratione destitutæ; ut si adolescens cum flore aut astro compa retur, priorem rerum intelligentium cum intelligente, alteram cum non intelligente vocabimus. Quòd verò hanc divisionem tantùm imaginum à similitudine sumptarum dicam; causa est: quòd omnis icon à dissimili sive eiusdem, seu diversæ cum re significata, spe ciei fuerit) eandem figurandi significandique rationem ab instituto obtineat, proindéque ad hujus partitionis societatem venire non queat. Quæ certè ex æquo facta videtur, quia mores disciplinásque aliâ, quàm aut rei in telligentis aut non intelligentis imagine repræsentare ne-

nequis. In quo comparationum genere, quis maximum discrimen non observet? nam & materiâ totâ distant, & repræsentandi ratione. Et quamvis fieri possit, ut idem significatum imaginis sit intelligentis, & non intelligentis; exempli gratia, idem religiosus per militem armatū, & tosam spinis obseptam exprimatur: (1) tamen fieri nequit, ut eadem sit utriusque repræsentandi ratio, à qua ultimò imago in sua natura, ac finitione absolvitur, significato per apodosin naturam imaginis non ingrediente. Illa autem repræsentandi diversa ratio in hoc potissimum sita est, quòd (uti in omni imagine simile cum dissimili mixtum docuimus) illæ comparationes, quæ ab intelligente ad intelligens ducantur, multum similitudinis & quidem apertæ, parum verò dissimilitudinis afferant, contrà quàm aliæ, unde pinguioris minervæ atq; ingenii sunt, vulgóque etiam non raro perspectæ ceteræ verò imagines quia ad res toto genere distantes, id est, à non intelligente ad intelligens, transferuntur, præter dissimilitudinem, quam palam velut profitentur, similitudinem occultam & vulgo incognitam possidēt, quocirca exspectationem sæpe fallunt, admirationémque pariunt, & perspicacis ingenii sunt argumentum, autore Philosopho ὅτιον γὰρ ἐν φιλοσοφίᾳ τὸ ὅμοιον, καὶ ἐν πολὺ διέχουσι, θεωρεῖν εὐστόχου. *In Philosophia simile in longe distantibus invenire, acuti est hominis*, quod Archytæ exemplo probat, qui idem esse dicebat arbitrium prudentis viri, & aram numinis; iccirco quòd ad utrumque homines in necessitate confugerent. Quæ ratio diligenter observanda, cùm nobis multarum alibi deductionum futura sit fundamentum.

(1) *Religiosus.*

Reliqua sunt duo comparatorum genera, ut non intelligentis ad non intelligens, v. g. palmæ ad annum, aut ovi ad mundum: & intelligentis ad non intelligens v. g. hominis ad mundum, aut capitis ad arcem repræsentandam. Quæ ejusmodi sunt, ut ob vagam significandi libertatem, quam ad res quaslibet figurandas obtinent, meritò ab aliis separentur imaginibus, quæ ad res intellectu præditas adstrictâ repræsentandi facultate ordinantur. Cùm illæ ex ordine, quem ad tot creaturarum diversissima habent genera, infinitâ quadam significandi

VI. *Differunt valde imagines rei intelligentis & non intelligentis ad par vel disparnaturâ.*

di licētiâ, obscura prorsus maneant: hæ contrà viâ facilem definitæ atque apertæ magis investiganti præsteant.

VIII. *Imagines fig. bene etiā in obscuras & claras separantur.*

Quæ causa est cur imagines universè in obscuras claráſque dividendas censeam, & has quidē Symbolis, illas Ænigmatis, ut superiori jā capite dixi, tribuendas. Hæc verò divisio, licet qualitatis potiùs, quàm substantiæ videatur, in ipsa tamen imaginum natura & significandi ratione per se in obscuritatem propensa nititur. Neque obstat quòd in Græcorum fabulis atque Ægyptiorum Hieroglyphicis multa multis explorata sint, ut cùm Bacchus vinum, Ceres frumentum, mundum in orbem volutus serpens, stella Deum significat, hæc enim nihil impedit notitia, quò minus res illæ suâ naturâ obscuræ maneant, tum deinde apertiores quædam imagines ad notæ, quæ ad perfectam aliquam mentis sententiā imaplendam obscurioribus aliis adhibentur, totius imaginis non mutant ingenium. Quocirca hæc divisio perstat, priori etiam generalior, quia omnes sub se Imagines figuras complectitur, quæ tales omnino sunt, ut ex natura sua, rem quamlibet vel clarè, vel obscurè repræsentent. Illud possident, quæ per convenientiam cum re aliqua definita, qualis intelligentis naturæ actio est, conferuntur, adeóque morales etiam vocari possunt, quòd mores repræsentando exprimant. Hoc obtinent, quæ vel nullâ vel occultâ convenientiâ indefinitè ad rem quamlibet creatam, ciúsque tam naturam, quàm mores vagâ significandi libertate spectant, certis tamen signis ad unum ex tam variis affiguntur, ut non nisi perspicacissimis oculis pervia sint. Cæterùm de harum imaginum differentia. l. 6. tractandum uberiùs.

VIII. *Aliam imaginum divisionē, in eā, quæ est rerum incompossibilium ut sirenis: & compossibilium.*

Videbitur tamen nonnullis aliud imaginum genus dari, quod in protasi res exhibet naturæ veluti ingenio pugnantes, adeóque aliam divisionem instituet, quæ sit rerum (sic loqui liceat) incompossibilium & compossibilium: nam, ut illa protasi multum distant, sic necesse est interpretandi non parum ratione differre, adeóque diversas inter se imaginum figuras constituere, cùm enim Bellerophontem aliquem in aëre equitantem, aut modulantem in mari Sirenem, in tabula proposueris, quis non videat, diverso te uti docendi genere, quàm si

vel

vel aquilam volantem, aut concinentem luscíniam, vel etiam Phrynen aliquam in ostio formosam, penicillo expresseris, quamvis idem tam diversorum significatũ esse possit, ut si illecebrosa mulier & per Sirenem concinentem, & modulantem luscíniam, intelligatur: Sed enim diversa significandi est ratio: nam Siren, velut res ex pugnantibus conflata, adeóque ficta & impossibilis, occurrit; quam tamen, significandi ratione ex tam diversis naturis rectè videt coalescere, ac hominem dẽ & brutum quippiam, videlicet concupiscentiam affectionémq; turpem conjungat, quod ut intuentem, primâ sui specie, admirantẽ suspensumque, velut inane figmentum tenet; ita ad veritatis significatæ lucem penetranti, occurrit perquàm jucundum. Quare hæc Jure partitio priori adjungetur: ut comparata, vel sint rerum incompossibilium, vel compossibilium ratione materiæ, quod ex Aristol. de re poëtica magnopere confirmari videtur. *Sed* nec eiuscemodi imaginum, tanquam primò diversarum, divisionem probamus, cùm ex sola materiæ (quæ pugnare videtur) diversitate existãt, significandi enim ratione conspirare atq; in unam convenire repræsentationem res, exteriori specie pugnantes, feruntur. ut iccirco præter distinctionem materiæ, nulla formarum constituenda diversitas fuerit. Aristotel. m hac de re alibi ponderavi, cùm ænigmatis in eo formã, ait, consistere, quòd incompossibilia conjungat. Consule infetius tradenda de Ænigmate.

ut luscinia & Phrynes canentis reiicimus, quia solius tantùm materia est.

IX.

Eadem de causa reiicitur divisio imaginis ficta & vera rei, nam in ratione significandi (unde solùm petẽda diversitas) convenire poterunt.

Proferent alii earum imaginum divisionem, quæ sunt rei veræ, & fictæ: sive, quæ in protasi rem aliquam creatam, & quæ tantùm imaginariam, ac hominum ingenio excogitatam, contineant, quæ ut inter se toto entis genere distant, ita in ratione quoque persuadendi distare necesse erit; adeóque non materialiter solùm (ut cum Philosophis loquar) sed & formaliter differre. Et sanè quis non videat, aliter mihi e. g. prudentiam, per bifrontem Janum, aliter per serpentem proponi, ut aliter mihi eadẽ prudentia per Salomonis de puero judicium, quàm per eosdem serpentes proponitur. Dico *Prudentia*: nam *Prudens* per Salomonem significari translatè non potest,

ut

ut supra docui. Hic nodus omnibus solvendus est, qui præter symbola, emblemata, ænigmata ac hieroglyphica aliud universim imaginum figuratarum genus nolint statuere. Verum tamen ejus nondum ponderis argumentum esse sentio, ut excuti nequeat. Nam vera, an ficta sit materiæ protasis, tanti ad discrimen non interest; ut iccirco à vulgatis imaginum generibus discedendum sit. Neque enim aliter suadet in hac imaginum disciplina res ficta, quàm vera, si quidem ita ficta sit, ut naturam rerum possibilium imitetur, cujus rei hæc causa est, quòd animus per imaginem discentis non adhæret protasi, ut vera in se, aut historica est: sed ut repræsentativa est, unumque altero extremum significando confert: quod in Christi parabolis manifestum: ad quarum propositionem nemo ita mentem convertit, ut scire cuperet, vera, an ficta Christus referret; quis enim illud usquam sollicitè est scuratus? sed ad illa, ve-lut imaginem, versis satis erat, significari veritatem inspexisse. Ut in Davide multò etiam clarissimum, accepérat ille à propheta, hominem locupletem pauperculo unicam, quam impendio fovisset amasséque, oviculam subtraxisse, ratus historiam se audire, mox fabulam intellexit, cùm se Bersabeæ raptorem designatum videret, nec tamen accusavit prophetam velut fabularum artificem, aut de ejus veritate hæsit; sed in hujus imaginis repræsentationem toto animo defixus obstupuit, indoluitque. In iride cœlesti quid refert, fictine colores, an veri, modo aptè repræsentent? Et quid si Deus Janum aliquem hominem bifrontem, & absolutæ prudentiæ speculum, condidisset? an putas aliter tibi prudentiæ naturam, quàm modò in imagine proponeret? fac illa de Salomone fabulosa esse, an aliam iccirco in significando facultatem sortientur? Enimvero, hæc tota mutatio est tantùm materialis & non necessaria imagini, quà repræsentanti: aliàs enim futurum esset, ut subtracta v. g. à Salomonis historia veritate vis illa significandi intercideret. Nam scitum Philosophorum est, Parte essentiali sublatâ totam rei essentiam deperire. Exempla verò supra adducta illud potiùs stabiliunt discrimen, quod in-

ter ejusdem ac diversæ speciei symbola constituimus: nam si pro Jano aut Salomone serpens ad significandam prudentiam substituatur, lubentes admittimus repræsentandi significandique rationem, toto genere mutari.

X. *Triplex denic. imaginum fig. divisio probatur.*

Quocirca stabit illa imaginum divisio triplex, I. in obscuras claráque, quam hic ordine non dignitate principem facimus. II. in similes dissimilésque significato: sive in eas, quæ ex natura, & ex arte, seu instituto, repræsentant, quæ utraque divisio generalis est, cum omnis imago vel obscura, vel clara sit, vel similis, vel dissimilis repræsentato, illa divisio symbola & emblemata, quæ ex veterum usu clara sunt, ab hieroglyphicis & ænigmatibus obscuris distinguit: hæc tantum hieroglyphica, quæ ex instituto solum significant, separat à reliquis. III. subdivisio est imaginum similium, in eas quæ intelligentis, & quæ non intelligentis figuram conferunt; & per hanc symbola ab emblematis, tum etiam à reliquis separantur. Verum hæc uberius infra, ubi de quibusque singulatim erit agendum. Aliæ divisiones, quæ adduci possunt; vel materiarum sunt, vel solum partium, vel cum his in re conveniunt.

CAPVT. XL.

De varia figuratarum imaginum materia, ex Alciato potissimum proposita, cum eiusdem autoris emendatione.

I. REs diversas, figuratæ iconographiæ idoneas, per libros superiores, velut fontes, aperuimus, neglectis ferè rerum gestarum exemplis: tum quòd illæ velut ingens quidam oceanus passim orbem libróque occupent; tum quòd minorem ceteris plerisque gratiam ad rem emblematicam afferant. Nunc, ut tanquam in fasciculum colligam sparsas latè materias, atque autoritate aliquâ comprobem, Alciati symbolographorum Principis, hac in re, mentem atque usum expendemus. Hic sub emblematis titulo omnem propè figuratarum imaginum, & materiam & formam attigit, quâ verò arte ac facilitate ad hanc rem usus, alibi occurret. Nunc velut in brevi tabella nobis exhibendus est. Ut quibus è fontibus potissimum hauserit, constet.

II.

Ex rebus naturalib⁹ sumsit imagines.

Ex naturâ fecundissimo imaginũ campo plurima ab Alciato sunt deprõptatut *Oliva* arida, quam circum vitis fœcunda, tanquam ariditatis causa, pendet (1) *significatur.* Prudens vino abstinet, seu, Virgo fugit Bromium. embl. 24. in editione Plantini anno 1578. quod addo, ut intelligas in nonnullis editionibus, omisso emblemate, numerum mutari.

1) *Prudens & Virgo vino abstinens.*

Ciconia pullos nutrit, nutrienda ab iisdem in senio. (2) sig. gratia referenda. embl. 30.

2) *Gratia inparẽtes.*

Bos verbera sustinens, & à gravidis abstinens (3) lemma, ἀνέχω καὶ ἀπέχω *Sustine & abstine* embl. 34.

3) *Sustine & abstine.*

Firmissima quercus adversus ventos, nil nisi folia amittit. (4) *Signif.* Carolus V. Imperator & Europa à Turca concutitur, ac spoliatur, non tamen evertitur. emb. 42.

4) *Spoliari nõ everti.*

Porcus (5) cum lemmate. *Viterius* additur. Caroli V. Imp. in duabus Herculis columnis (5) symbolum *plus oltre, plus ultra.* Nimirum semper progrediendum, ut facit porcus in silvis pastum quærens, non respiciens, embl. 45.

5) *Semper progrediendum.*

III.

Anas cicur, alias ad retia captandas seducens, (6) *sig.* Proditor suæ gentis. embl. 50.

6) *Proditor suorum.*

Chamæleon aurâ alitur, omnémque colorem præter album induit. (7) *sig.* Adulator tantum auram sequitur, & nutu principis sui formatur. embl. 53.

7) *Adulator.*

Effrenis equus ab auriga difficilè regitur (8) *Sic cui* nulla est ratio. 55.

8) *Difficulter regi.*

Cuculus (9) signat tardum rusticum, qui priùs vires non absolvit putando, quàm cuculus canat, &c. embl. 6.

9) *Tardus agricola.*

Vespertilio (10) signat latentes infamiæ causâ, Philosophos etiam cæcos & versipelles homines. Emb. 62. Factus sum vespertilio (inquit Varro in Agatho.) neque in muribus planè, neque in volucribus.

10) *Infamis latens vel Philosophus cæcus.*

Leo caudâ sese verberans, ut solet efferveſcens (11) *significat* hominem irâ incalescentem. embl 63.

11) *Iratus.*

Ota volucris stulta, sic dicta ab auribus, saltans capitur. (12) Nempe fatui facilè captantur, præsertim levitati dediti. embl. 65.

12) *Fatuus facilè capitur.*

IV.

Lupus cervarius aliâ, ut solet, prædâ apprehensâ, in-

sectatur visam fortè aliam, (1) priore dimissa, *Ita* avarus aliena petens, sua non rarò amittit. embl. 66.

Ficus in rupibus corvos pascit. (2) *Ita* dives parasitos &c embl. 73.

Sargi pisces, quia capras amant, à piscatore hoc in schemate captantur (3) *sic* quo quisque in mundo cupidi ditatem sectatur, hoc maximè capitur embl. 75.

Remora navem currentem detinet, (4) *ut* prava cupido adolescentem. embl. 82.

Ibis avis rostro sibi alvum purgat, (5) designat, sordidis verbis assuetos. embl. 87.

Anguillæ in turbida capiuntur. (6) Ita aliqui ut spoliis diteſcant, Remp. turbant. 88.

Fluviales cancri, oculis vigiles, chelis & pedibus multis, ventre magno, vagi oberrant. (7) Tales parasiti. embl. 92.

Mus ostreâ hiulcâ intrans, contractis conchis, intercluditur, (8) *Ita* gula multis interitum adfert. embl. 94.

Onocrotalus avis prælargo gutture, & voce boante, gulosi ac clamosi rabulæ imago est (9) seu ollaris amici, qui pro ventre loquitur. γλωσσγάστηρ. 95.

Falco supremâ aëris regionem scandit, anser & anas humi serpunt, (10) Illi Pindarus similis est; his Bacchilides. embl 139.

Capra dū mulgetur, excusso pede, mulctralia evertit. Ita facit qui malo fine bonū evertit cœptū emb. 140. (11)

Milvus harpam aquilarum è genere rapacissimam sequitur, uti & Sargus piscis mullum cōsectatur, ut quos illi cibos negligunt, hi carpant (12) Ita æmulum quendam Alciatus Onocratem, tanquā vinipotentem nunc upat se consectari dicit, in jurisprudentiæ studiosis (à se relictis) occupandis. 141.

Persica arbor translata in Italiam fecundior. (13) Imago illius est, qui peregrè majori utilitate, quam in patria degit. Est Albutii ad Alciatum. 142.

Delphin hominum amans anchoram jactam complectens, illam ut firmius infigatur, aggravat. (14) ut Plin. lib. 18. Imago Principis est, qui felicitatem Reip. quâ velut anchora hæc nititur, non evertere, sed firmare potiùs debet. 143.

1) *Inhians frustra prædæ.*
2) *Dives alit parasitos.*
3) *Amor decepit.*
4) *Voluptas remora est.*
5) *Verba sordidi.*
V.
6) *Turbare Remp. ut spolies.*
7) *Parasiti*
8) *Gula mortem adfert.*
9) *Rabulæ vel ollaris amicus.*
10) *Sublimis scriptor, Humilis scriptor.*
11) *Bonū opus male finis evertit.*
12) *Neglecta ab aliis occupās vel sectator turpis.*
VI.
13) *Peregratio utilis.*
14) *Princeps. Reip. onus & adjumentum.*

1) *Princeps clemens.*

Rex apum sine spiculo.(1) *Ita* clemens princeps.148.

2) *Vera amicitia.*

Vitis nudam & aridam ulmum complexa est.(2) *Ita* vera amicitia etiam post mortem durat.embl.159.

3) *Princeps regno à suis ejectus,*

Delphin à mari exæstuante in littus ejectus, (3) *ejus* princeps,qui à turbis ac seditione populari, de regno exturbatur,embl.166.

VII.

4) *Hostilitas æterna.*

Pellis lupina in tympano verberata, aliam ovillam, diverso in tympano,mutam atque, insonoram reddit. (4) *Ita* quidam post mortem etiam timendi, ut Zisca, Dux rebellium Hæreticorum in Bohemia, se fore existimabat,cùm testamento decerneret, ut pelle sibi post mortem detracta,tympanum militare cingeretur. *Vide Alc.embl.*170.

5) *Insontē invadere.*

Canis lapidem mordet,neglecto percussore,(5) *Nempe*, alius peccat sæpe,alius plectitur.emb.174.

6) *Mutuū in conjugio obsequium.*

Vipera Murænam in litore sibilo ad amplexus vocans,venenum evomit,quo viso, hæc ab aquis in littus occurrit,[6] *Nempe* mutuum obsequium in conjugio postulatur embl.191.

7]*Copia perdit.*

Nux fecunda juxta viam,sed iccircò lacera (7) *nempe* copia suis sæpè damnosa est dominis.embl.192.

VIII.

Ex quibus apparet,quanto delectu rerum naturalium similitudines ad iconographiam *Alciatus* adhibuerit.Ita quidem ut neque ex obviis quibusque, protritisque vulgò rebus, neque ab ignoris prorsus ac reconditis naturæ arcanis protasin imaginis accersiverit, quorum utrumque in hac materia vitiosum, unde petita ab indis historiæ naturalis secreta, sive hoc in orbe paucis explorata, ab hac imaginum schola procul facessant,quam enim notitiam à se diversam, translata in rem significatam proprietate aliquâ suâ, parient, si in seipsis peregrina atq; ignota occurrant & tanquam speculum intuentibus medias inter umbras noctemque objiciantur.Quale illud *Alciat.ex Æliano emb.* 47. videtur,ubi Porphyrionem avem sese interimentem exhibet,illâ in domo, quæ adulterio matrisfamilias violata est (8)Deinde,quo vel autoris ingenio, vel spectantium voluptate passim nota obtrudes ? nam quòd pavo superbum,corvus voracem, vulpes callidum in icone adumbret,quam gratiam merebitur, nisi fortè pueri-

8) *Aliena in se scelera plectere.*

lem

lem applausum & oculorum aliquod lenocinium, scitâ delineatione captes, laudem stylo quidem, at sculptorio debitam.

Nolim tamen hac mea sententia te fallas, nam & peregrina quandoque servient, cum ipsa sua affectione, quâ ad rem aliquam transferuntur, satis ex solo prototypo innotescunt, Ita in Brasilia picæ reperiuntur, quæ os toto corpore majus gerunt (1) quâ imagine usus est eleganter *Antonius de Burgundia* in vitiis linguæ: cum inscriptione *Minor ore suo*. At si polyglottam (2) avem cantu & suavissimo, & vario (quo omnium ferè avium modulationes assequitur) in protasi ad musicæ artis peritum hominem designandum proponas; quæ utilitas aut voluptas spectantis; similitudine id quidem non ineptâ feceris; verùm tamen ineptâ; quia dos illa ac proprietas volucris, cujus gratia, tanquam imago, adhibetur, incognita est, neque ipso icone exprimitur. Ita neque admitto vulgaria, sed nec prorsus damno tita, quando similitudine passim usitatâ veniunt ad iconographiam, nomen in hac poesi non merentur, quia & absque ingeniosa inventione usurpantur, & sine oblectatione spectantur, verùm ubi latens aliqua similitudo eruitur, quâ per sententiam inscriptam ad apodosin inexspectatam deflectuntur, tantò majorem obtinent gratiam, quantò ex re omnium cognitioni objecta, minùs sperata proprietas ac significatio ab occultis velut latebris, in lucem producitur. Sic ubi inscripseris apibus, *laborant*, ut hominibus quoque laborem & industriam suadeas, rem notam exhibes, nec admirationem mereris: at si ex illo *Virgilij* versu, *Sic vos non vobis mellificatis apes*. tria illa pro lemmate verba: *Vos, non vobis* (3) decerpseris, eundem quidem laborem, sed cum antithesi minùs obvia, ad parentes, pro filiis; vel exhaustos subditos, pro rege ac milite laborantes eleganter adhibebis. Ita & clavium fasciculus res est notissima, verùm ubi rariori hæc lemmate donaveris: *Non omnia possumus omnes*. (4) gratiam non vulgarem merebitur.

IX.

1) *Garrulus.*

2) *Musicæ peritus.*

3) *Parentes pro filiis* vel *Rustici pro milite, aut Principe laborantes.*

X.

4) *Diversis diversa De⁹ dona tribuit.*

Quocirca intelliges, non res obvias, sed vulgò usitatas comparationes, me ablegare: nec à rebus modò naturalibus, sed omni prorsus imaginum materia.

Deinde inter obscura illa censeri, quæ vel incognita prorsus inter eruditos mediocriter, neque ex ipso imaginis typo satis exponuntur; vel certè, licet nota, illâ imagine, quâ comparantur proprietate, latent, ut cum *Alciatus embl.* 166. piscículos in mari exhibet, qui in summo à mergis, in imo marisab aurata captantur, (1) ingeniosè bos quidem imaginem tenuium hominum constituit, qui ubique ad vim insidiasque potentiorum patent. Sed quis penicillus hanc rem in icone oculis opportunè ad sensum, captúmque hominum subjiciet? Ad hæc igitur omnia prudens iconographus oculos mentemque circumferat, ut delectu habito dignissima quæque ad protasin imaginis admittat.

1) *Tenuiores ubiq; patent insidiis.*

XI. *Ex historia rerum gestarum, sed rarius, sumit imagines.*

Historica, quæ res gestas ab hominibus contineant, tanquam minus probata in hac imaginum facultate parcè admodum *Alciatus* delibavit, reperies Ulyssem & Diomedem (2) *embl.* 41. ut consilium viribus jungendum doceat. Et Brutum extincto Cassio, te jam desperatâ, gladio incumbentem, *embl* 109. ut fortuna non unquam virtutem premi, ostendat.

2) *Cõsiliũ viribꝰ jũgendum.*

Thrasybulum *embl* 134. tanquam bonum civem coronatum. Heraclitum & Democritum mundi vanitatem fletu atque irrisione arguentes, *embl.* 151. Hectorem denique cum Ajace pacisccntem amicitias, balteóque accepto gladium permutantem, fatali utrique munere; quòd hic gladio illo sese confecerit, Hector balteo muros circum raptatus fuerit, (3) quo *embl* ostenditur ἔχθρῶν δῶρα ἀδωρα, hostium munera fatalia. Alibi quoque insanus Ajax, post adjudicata Achillis arma Ulyssi, porcos, velut adversarium Ulyssem, aggreditur, in se denique gladium versurus, (4) ut pateat furiosũ sibi potiùs; quam hosti nocere, *embl.* 175.

3) *Hostiũ munera insidiæ sunt.*

4) *Furiosꝰ in se suâ ulciscitur.*

XII *Translatio in factis requiritur.*

De hac verò materia, cùm libro superiori, tum præsenti monui, translationem requiri & comparationem unius proprietatis ad alteram, quam instituere non poteris, si in eodem genere morum protasis & apodosis versetur, ita Thrasybuli exemplum rejecimus, quia in protasi ipse coronatus ob servatos cives proponitur, in apodosi verò idem affertur videlicet bonum civem coronan-

tonandum esse; quod est idem per seipsum repræsentare. Speciem igitur, ac proprietatem, in apodosi, mutare necesse est. Ita Ulysses rectè sociatur Diomedi ad explorandà Trojanorum castra tāquam astutus forti. Ex quo si in apodosi inferas, astutum forti in bello sociandum esse, nihil à protasi diversum, atque ingeniosè à te repertum, adduces, sed ubi significaveris: non tantùm viribus sed & consilio rem bellicam à summo Imperatore administrandam esse, vel mentem & dexteram in quovis egregio opere jungenda esse, jam diversum aliquid in apodosi expones, naturámque figuratæ imaginis assequeris. Qua in re proclivis admodum, historiam ad iconographiam adhibentibus, lapsus est, ut iccircò, iterum iterumque admonendos earum rerum studiosos existimaverim.

XIII. *Res fictæ & fabulosæ imaginibus adhibitæ.*

Ut in veris exemplis parcus, ita in fictis profusus *Alciatus* fuit. Nam & novarum fictionum, & veterum fabularum, denique & apologorum perquàm armans reperitur.

1) *Impunis nemo peccat.*

Nemesin cum freno, quo impios constrigat atque ad pœnam vocet, exhibet (1) *embl.* 27. Nemo enim peccat, impunitus. *Vide suprà Nemesin.*

2) *Spes vivorum tantùm est.*

Spem in embl. 44. ita depingit. viridi pallâ exornat, quòd vegetet excitétq; hominis animum, spicula mortis manibus fracta sustinet. (2) nam ut Theocritus.

3) *Spes in malis relicta.*

ἐλπίδες ἐν σωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
Sperandum est vivis, non est spes ulla sepultis.

In dolio illam vacuo residere facit, quòd ut in *Hesiodi est fabulis* de Pandora, aperto vase, omnia in orbem mala sese effuderint, solâ spe in dolii labris remanente (3) Cornicem ei adjungit, cras cras iterantem: (4) de qua sic ipse Alciat. ex Suetonii Domitiano: de cornice mortem Imperatoris hac voce præcinente ἐξαιπάνλα κακῶς. *Est bene* cùm nequeat dicere, dixit, erit.

4) *Spes futuris justè tatur.*

XIV.

5) *Bonus eventus &*

Adjungitur bonus eventus, & præceps Cupido: (5) quibus sperantes sæpè rapiuntur, hoc per appetitionem, illo per imaginationem excitantur. Sed adsistit præterea Rhamnusia, seu Nemesis, vindex sce-

(5) *Cupiditas spem excitant.*

lerum; (1) ut ne sperent illicita, nisi hanc vindicem exspectent.

1) *Illicitū nō esse sperandum.*

2) *Virtus fraude circumventa,*

Virtutem in Ajacis tumulo, ob fraudem Ulyssis invendicandis sibi Achillis armis; flentem proponit. [2] *embl* 47.

Invidiam macie exsuccam, lippientibus, cæcisque oculis, cor de pectore evulsum mandentem, fluentibus ex ore viperis, seminudam, laceróque habitu, spinosum manu fustem sustinentem exhibet. (3) embl. 71.

3) *Invidia sibi malū maximū. Ejus imago.*

Gulam ita adumbrat.

Curculione gruis, tumidâ vir pingitur alvo.
Qui Laron, aut manibus gestat onocrotalum. (4)

4) *Gulæ imago.*

Nempe voracissima hæc avis symbolum helluonis est, embl. 90.

XV.

Ut Paupertatem optima sæpè adolescentem opprimere ingenia indicet, hominem sinistra manu alarum sublimémque, dextrâ gravi oneratum lapide depressumque adumbrat. (5)

5) *Paupertas sæpè præclara ingenia opprimit.*

Adversus illos, quorum supra vires assurgit audacia, *in embl.* 58. Pygmæos contra Gigantem irrito conatu instruxit, (6)

6) *Audacia viribꝰ major.*

Denique ut senes aliquando pestem effugere, cadentibus passim juvenibus, significaret, Amorem ac Mortem uno hospitio receptam, ex ignorantia permutasse spicula, scitè ipse ex Græcorum fictionibus, decerpsit. [7] unde factum asserit, emb. 154. ut præpostero naturæ fato, senes amarent, juvenes morerentur. Arguti hac de re *Bellaï versus.*

7) *Et senes amare, & juvenes mori sunt visi.*

Disce hinc humanæ quæ sint ludibria vitæ:
Mors thalamum sternit, sternit amor tumulum.
Tu quoque disce tuas, naturæ, invertere leges;
Si pereunt juvenes, depereuntq; senes.

De hac fingendi lege ac materia copiosè à me superioris libri principio tractatum, tum in fabulis exemplariam *Alciati* adhibita, ut spervacuum sit hîc plura adjungere: nam & infrà de Emblemate atque Ænigmate sese in hanc rem spectantia offerent.

XVI.

Fabularum ex *Alciato* multa seges, omnem ferè pocsios florem hac in materia delibavit.

8) *Anima cælo illata.*

Ganymedem raptum animæ ad Deum excitaræ applicat. (8) embl. 4.

Me-

Mercurium in triviis, [1] Deum esse, velut nos inter ancipites mundi vias dirigentem. 8.

Harpocratem silentii figuram, [2] stultis imprimis præfigit, 11.

Per Bellerophontem Chimæræ victorem (3) consilio suadet superanda vitia. 14.

Geryon tricorpor (4) fratrum indivulsam concordiam adumbrat. embl. 40.

Actæon, suis canibus fit præda. (5] imago illius qui ingratos fovet. 52.

Phaeton elati & aliena invadentis Principis imago est. 56.

Niobe arrogantiæ, quà homines ad res divinas lapidescunt (6) species est. 67.

Scylla canibus pube tenus cincta, (7] impudentiæ simulacrum. 68.

Progne avis (8] garrulitatem emb. 70. Circe [9] in potcos Ulyssis socios vertens, vitam meretriciam, embl. 76. proponit.

Arion à Delphino exceptus, (10) receptum à peregrinis exulem denotat. embl. 89.

Prometheus idea hominis altiora suo ingenio attentantis (11) cum lemmate, *Quæ supra nos nihil ad nos* embl. 102. Icarus astrologi temerarii figura. 103.

Chiron semivir Achillem erudiens (12) figura est Principum consiliatii, qui in suos humanus, in hostes tantùm feræ similis, atrox esse debeat.

Terminus Deus Rom. nulli cedens, (13) Est mors vitæ nostræ terminus immobilis. 157.

Cadmus occisi Draconis dentes serens, unde armati exisserent in se mutuò depugnantes, (14) sunt ex literis quas tradidit) literati, qui deinde æmulatione quadam inter se commissi, aut virtute, aut invidia pugnarunt. 175

Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella, (15 ignorantiam denotat, vel ex ingenii levitate tanquam pennis; vel ex arrogantia, tanquam leonis pedibus; vel amore voluptatis natam, quam ille toller Oedipus, qui novit quid homo sit, juxta illud Apollinis Delphici γνῶθι σεαυτὸν. embl. 187.

Phryxus in aureo ariete vectus, (16] divitis indocti imago est. embl. 182.

1) *Director in dubiis.*
2] *Stultis tacendum.*
3) *Consilio superanda vitia.*
4] *Cõcordia fratrũ.*
5] *Ingratos alere.*

XVII.

6) *Superibia obdurat.*
7) *Impudentia.*
8 *Garrulitas.*
9) *Voluptas bruta.*
10] *Exulẽ recipere.*
11] *Superantia ingenium aggredi.*
12] *Suis humanus, hostibus ferus.*
13] *Mors*

XVIII.

14] *Literati se invicẽ infectãtur*
15] *Ignorãtia hominis sui cognitione tollitur.*
16] *Dives inductus.*

Sed has aliasque autoris fabulas jam suprà explicatiùs tradidimus.

Ex quibus opinor facilè intelligis, quantum fabulis in hac imaginum facultate tribuerit, quàmque iis opportunè sit usus, neque alio duce atque autore ad hanc probandam, suadendamque materia est opus, quâ cum poëtis omnis illustratur, tum illa præcipuè quæ rerum sapienter excogitatarum ideas, non animo solùm, verùm ipsis etiam oculis præsentes exhibet. Quocirca libro superiori hanc tibi, velut penum, non parvo labore nostro, instructissimam exhibuimus, quâ si lubet, utere ac fruere.

XIX.

Apologorum oblivisci non convenit, neque Alcia-

1] *Ecclesiastici viri arrogãtes.*

tus oblitus est.

Primum ex Gabriæ apologis se offert Asellus Isidem Deam ferens, qui honorem Deæ habitum sibi impensum credens vapulabat, (1) arrogantiæ causâ, audiebatque; *non tibi, sed religioni*, arrogantiũ Ecclesiæ Prælatorum imago est. embl. 7.

2] *Incautus.*

Auceps avem jaculaturus à vipera morderur, (2) ex

3) *Brevis felicitas. arrogantis*

Æsopo. Sunt astrologi qui cœlos speculantur, ante oculos positarum rerum ignari embl. 504.

Cucurbita in pinum elata accrescensque tumebat: cui pinus respondit, hiems illam tollet arrogantiam. (3) ex Crinito, *De honesta disciplina lib. 2. c. 14*, Brevis arrogantium felicitas est. 124.

4) *Turca Christianorũ discidio proficit*

Leo aprum opprimit, sed vultur spectat & exspectat prædam, ex Gabria, *Nempe*. Principes Christiani se mutuo conficiunt. [4] ut Turcæ præda fiant. embl. 125.

5) *Malè parta pereunt.*

Milvus alienorum viscerum avidus, propria evomit. (5] cui matér, *Non sunt tua*, sed *aliena* in raptores ex Gabria *nempe* malè partâ, malé dilabuntur.

6) *Potẽtes cũ humilibus malè collidũtur*

Olla terrea à flumine rapta noluit ferream sublevare. quòd diceret.

Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat unda:
Ipsa ego, te, fragilis sospite, sola terar. [6]

Nempe societas humiliorum cum potentibus semper periculosa est. embl. 165.

XX.

7) *Vltio in autorem recidens.*

Corvus scorpionem rapiens ab illo ictus interimitur. (6) apud Æsopum de serpente est. *Ira* pereunt sæpè

pè, qui alios ad interitum postulant. embl. 172.

Vulpes reperto capite hominis affabrè sculpto. O quale inquit, caput; sed cerebrum non habet [1] ex Æsopo, mentem plus quàm formam pollere indicat, 188.

1) *Pluris Sapientia, quàm forma æstimanda*

E quibus apologorum schematibus disces, tunc imaginibus illas opportunas reddi, quando illud, de quo sermo animantium præcipuè instituitur, in ipsa figura oculis subjectum eminet. Ita Aselli superbia ex honore occurrentium & plagis impositis; morsus viperæ astrologo, & scorpii inflictus corvo, & vultur prædam exspectans, & milvus viscera evomens, per se manifesta sunt, quò tamen illa dos significativa illustriori specie exprimitur, hoc major emblemati accedet gratia. Unde ille apud Gabriam canis, qui aquam cum præda ex ore suspensa præteriens, umbramq; in aqua majorem frustra captans, prædam amisit, [2] dignus imagine est, quia illud quod in fabula potissimum est, penicillo oculis atque animo objicitur.

2] *Umbris deludi rerum speciosis.*

XXI.

Copiam suffecimus avido lectori libro superiori, unde delectum instituet quanquam obscuriores atque ignoratos passim non suadeam: nisi ut similitudinis, quam includunt, per se gratiæ satis adferant.

Parabolis idem, qui apologis locus, quàmvis apud Alciatum minùs frequentes sint. Tres puellas *embl.* 129. inter se alæ lusu certantes introducit, quæ videlicet illarum prior mortem obitura esset, ridentemque victam tanquam fati securam, parietinis subitò memorat sepultam; (3) ut ostendat etiam cum ludentibus mortem non ludere nisi seriò.

3] *Etiam ludentes de morte mors occupat.*

De claudo etiam, quem cæcus humeris sublatum ferret, sic eleganter ludit.

4) *Mutuũ auxilium.*

Quo caret alteruter, concors sibi præstat uterq;:
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes, (4)

Qua parabolâ mutuum auxilium adumbravit, nempe manus manum fricat. Sacræ literæ hoc imaginum genere abundant, quibus ad persuasionem neque vis, neque gratia deest.

Non longè ab his absunt quæ paroemiæ vim, usumque obtinent, variis etiam locis ab *Alciato* usurpata. Ita *embl.* 16. oculatam in palma manum ex-

exhibet. [1) ut moneat temerè non esse credendum, ex illo Plauti versu.

Oculatæ nostræ sunt manus, credunt quod vident.

XXII. Et ficulno folio anguillam stringentem proponit, (2 *embl.21.* ut fugacem quoque teneri posse ex vulgata paræmia tradat. Ita exhibet *embl* 59. qui Æthiopem irrito conatu lavet. (3] ut dissuadeat adynata.

Ad vitam aulicam exponendam, auratis compedibus hominem innexuit. (4) 86.

Torquentem funiculos exhibet, asinâ juxta eosdem devorante. [5) ad Jonum alludens proverbium, ut est apud Pausaniam, quod parabolâ, aut historiâ de Ocno homine solerte fecit, qui fœminam haberet prodigam suo labore parta absumentem. 91.

Erithacos geminos [volucrum genus est) proponit, quorum alter propellit ex arbore, quam possidet, alterũ [6] juxta illud apud Erasmum Proverb. Unum arbustum geminos non alit Erithacos: Ita duobus ganeonibus parva culina non sufficit. Neque se facilè duo mendici ad unum patiuntur ostium, embl. 93.

Ulyssis socii embl 114. lotum gustant, quo fructu gustato illecti navim ac patriam aversati sunt. (7) Patriæ (ob voluptatem alibi captatam) neglectores.

Canis lunam allatrans, [8) obtrectatorem & invidũ calumniatorem denotat sed, πολλὰ μωμήσασθαι ῥᾷον ἐστιν ἢ μιμήσασθαι. *embl.* 174.

XXIII. His affinia sunt Pythagoris symbola, de quib⁹ inter Ænigmatà erit dicendi locus. *Alciatus* non prorsus ab emblematis exclusit. Quale illud est de gruibus. *embl.* 17. quibus inscribit & adumbrat illud Pythagoræ.

Quo prætergressus? quid agis, quid omittis agendum? [9

Et illo Pythagoræ monitu in Chœnice non sedendũ 10) desidiam fovendam non esse. per quietem, admonet embl. 81.

De his tamen universim ita sentio, quòd nisi tam apertam similitudinem involvant, ut in eam per comparationem cum re significata resolvi possint, ad emblemata, nisi ænigmatica, non esse admitenda.

1] *Nil temere credendum.*

2) *Fugaces etiam tenentur.*

3) *Frustra conari.*

4] *Vita aulica.*

5) *Quod vir lucrefacit, uxor consumit.*

6] *Discors societas.*

7) *Inescati peregrinis delitiis.*

8] *Obtrectator.*

9) *Circũspectus.*

10] *Fugiẽda desidia.*

Hiero-

Hyeroglyphicorum quoque non prorsus negligens [1] *Alciatus*. Nam & telum remoræ implicatum exhibet, embl. 20. quo maturandum cum judicio admonet, juxta illud, Festina lentè.

[1] *Cum judicio properandum.*

Duo item Cornua-copiæ medium caduceum complexa, [2] cum inscriptione explicante: Virtuti fortuna comes. embl. 118.

[2] *Virtuti jũcta fortuna.*

Triton quoque cum tuba in serpente orbiculatim ambiente, (3) quo literis famæ immortalitatem comparari designat, embl. 132.

[3] *Fama immortalis ex literis.*

De his quoque inter Ænigmata nobis erit dicendi locus opportunior.

XXIV.

Varia omninò sunt, quæ à libertate, moribus, atque instituto, aut usu hominum dependent, figuratis imaginibus idonea, quorum præcipua capita nos per primum & secundum librum pleraque attigimus, neque *Alciatus* prorsus neglexit. Inter hæc artefacta principem ferè locum occupant, quanquam parcè ab *Alciato* delibata. In *embl.* 10. eleganter Respublica cum cithara componitur, in qua omnes chordæ ad suavem harmoniam, (4) uti in Rep. corda hominum conspirare debent. Et hæc quidem in figuratis imaginibus insigni quadam voluptate scitè usurpata animis spectantium percipiuntur, de quibus infrà agendum pluribus.

[4] *Cõcordiâ Resp. viget.*

Mores ritusque humani iconographiæ etiam per *Alciatum* adhibiti. Sic *embl* 35. per equitem imperitè equum tractantem, ideoque excussum, [5] Thessaliam adumbrat, quæ principem durius imperantem non ferret.

[5] *Tyrannus ej ectꝰ à suis regno.*

Et calumniantes nequicquam insectantem, per hominem incessantes muscas irrito conatu captantem, [6] proponit embl. 163.

[6] *Calumniator calumniis malè refutatur.*

Sic videbis Gallum in templi apice, & leonem præ templi foribus, valvisque in marmore exhiberi, [7] quorum ille vigilantiam, hic custodiam (argumenta pastoris boni) denoret. *embl.* 15.

[7] *Pastor bonus.*

XXV.

Malluvium cum urceo lavandis manibus in tumulis veterum usurpatum, ut æquos judices fuisse designarent, qui à muneribus manus habuisseut puras, ut est *embl.* 31.

[8] *Æqui judices à muneribus alieni.*

His

His proximæ sunt imagines antiquorum figuratæ, quas ad sua quoque emblemata ita traduxit *Alciatus*, ut vim significandi universè magis tribueret. Sic adhibita ab eo Læna quæ in Atheniensi arce sine lingua *vilebatur*, meretricis illic fortissimæ inter tormenta æternum monumentum: (1) qun Alciatus monet, tormenta fortiter in bona causa sustinenda esse *embl. 13.*

1] *Tormēta fortiter tolerata.*

Turpius quoque atque ignominiæ plenum in Laidis tumulo simulacrum leænæ arietem unguibus prensantis (2) ad muliebrem levitatem arguendam, proposuit. *embl. 74.*

2] *Mulier impura.*

Alibi, *In embl.* 144 Judicem cœcum, & consultores sine manibus, (3) quæ simulacra Thebanis ustitata *Plut. in Iside* meminit, exhibet, ne ille cujusquam respectu, hi muneribus corrumperentur.

3] *Iudex & consultor bonus.*

Cui accenseri poterit Dei Fidei simulacrum, ex antiquorum usu petitum, traductumque, embl. 9. ubi Amor medius inter Veritatem & Honorem manus super ejus caput jungentes consistit, de qua imagine ita figurate Alciatus concludit: (4)

XXVI.

Constituunt hæc signa Fidem, reverentia Honoris,
Quam fovet, alit Amor, parturitq; veritas.

4] *Fides amore veritatis & honoris servatur.*

Hæc materia par ferè illi, quæ à signatis imagine, nomis, scutis, insignibus, vexillis, denique somniis symbolicis, ac monstris desumūtur, ab *Alciato* non pratermissa. Ita illud Bruti in ære Libertatis hieroglyphicum, pileum & gladium proposuit [5] *embl. 150.* quo Rempublicam significaret liberatam.

5] *Libertas armis vendicata*

In scuto verò Minervæ noctuam illi sacram exhibuit, (6) quo prudentibus taciturnitatem familiarem esse ostenderit. embl. 19.

6] *Prudēs taciturnus est.*

Ita pro terrore, Clypeus Agamemnonis cum leonis capite propositus [7] embl. 57. Et in vexillis Rom. Minotaurus [8] ut significaretur consilia Ducum non minus latere debere, quam Minotauri in Labyrintho. emb. 1[illegible]

7] *Terror.*

8] *Consilia ducum occulta sint.*

Sic & olorem in clypeo, veluti poëtarum insignium surpat embl. 183. quòd hæc avis Phœbo sacra, & dulcē modulari moritura dicitur.

9] *Poëta.*

Insignia quoque suæ gentis Alciatum Alcen ferum celeritate æquantem cervum, robore equum, cum inscripti-

scriptione μηδὲν ἀναβαλλόμενος (1) quod Alexandri magni responsum esse fertur, cùm interrogatus, qua potissimùm ratione tot res tam brevi confecisset tempore? *nihil*, inquit, *procrastinando*. embl. 3. 1) *Nõ procrastinandum.*

Alibi tamen porcum Heduorum insigne, & Biturigum arietis parum aptè ad figuratam imaginem Alciatus introduxit. XXVII.

Quin & Athenienſem ſymbolicâ veſte cicadis notatâ, & Romanum nobilem lunaros gerentem calceos, tanquam nobilitatis figuram, embl. 136. neque idoneè ſatis, exhibet. Quia poeta nullam ſuo ingenio inventionem addit, ſed ſolùm antiquitatis uſum oculis proponit & ſubjecta verſibus explicat. Et licet in ultimo defendi poſſit, quòd velut mutuatis utatur figuris ſymbolicè ſignificantibus; ut per lunam [2] generis antiquitas, per cicadas (3) indigenarum vita deſignetur, tamen in priori figuratè imaginem nullam exponit. In his igitur materiis cavendus ille ſcopulus, ad quem nobiliſſimus hic autor alliſit. Quò illa quoque de prodigiis, ſomnis ac monſtris alibi diſputata, neque ab *Alciato* omninò ignorata revocari queunt. 2] *Generis antiquitas.* 3] *Indigena.*

Prodigium cicada illa fuit, quæ in Eunomi muſici cithara chordam fractam, Apollinis ope ſupplevit, quando cum Ariſtone ludendo in certamen deſcenderat [4] quo *embl.* 184. indicat, Muſicam Diis curæ eſſe non ſatis emblematicè: nam à protaſi res ſignificata diſtinguitur, niſi ut pars à toto. 4] *Muſica Superis cura eſt.*

In Calchantis apud Homerum ſomnio expoſito, Draco novem paſſeris pullos cum matre deglutire viſus, novem annos obſidionis Trojanæ figurabat, quò uſus *Alciatus* vitioſè eſt, dum nil niſi expoſitorem agit, poëſios oblitus. XXVIII.

Rectiùs uſus eſt monſtro illo homine Dracone, [5] quòd athei hominis & Epicurei, qui in hujus vitæ bonis finem ſuum conſtituit, imago non inelegans eſt. Nõ enim deſinit in hominem, ſed draconem, quia finem non ſpectat, ad quem homo eſt conditus, vid *emblema* 5. 5) *Homo atheus & Epicureus.*

Nec inſcitè illa meretrix apocalyptica (6) pro fictate ligione, ſive hæreſi, uſurpatur, *embl.* 6. 6] *Hæreſis.*

Reliquum eſt, ut de fortuitis rebus videam, & omi-

noſis:

nosis locusne iis aliquis inter iconographicas sit matarias? Certè Alciatus non exclusit.

XXIX. 1)*Tandem bona causa triumphat.*

Clypeus Achillis fortissimo dandus, ac malè Ulyssi adjudicatus, post Ulyssis mortem ad Ajacis, cui debebatur, tumulum delatus, [1] embl. 28. hanc subscriptionem habet & expositionem: *Tandem bona causa triumphat.* Quod sanè emblema inter postrema non habendū.

2] 4)*Fortium virorum gloria superstes.*

Et aquilas in Aristomenis post mortem tumulo spectatas eleganter fortibus applicat viris, alludens in aquila ad imperium, in Aristomene ad Rom. Imper. Carolum V. ejus ætatis Principem fortissimum [2] emb. 33.

3] *Illi non crede aliena, qui sua perdidit.*

Sic embl. 54. Hirundo juxtà Medeæ statuam pullos alens proponitur, cùm apodosi, Non facilè credenda aliena illi esse, qui sua perdidit, [3] ut Medea sobolem. Sic Acchillis sepulchrum amaranto virescens (4) rectè gloriam post fata signat. embl. 135.

Quæ hactenus de materia ex Alciato desumpsi, ejusmodi sunt, quæ varietatem tibi ac copiam autoritate usuque viri doctissimi probatam sufficiant, cujus hac ità ductu, quàm meâ unius sententiâ te niti malebam. Nunc ordo postulat, ut de forma atque ultimo imaginum figuratarum complemento agamus.

CAPVT XLI.

De lemmatè atque ultima circumscriptione figur. imaginum.

I. *Imagines fig duplicatione absolvuntur, vel figurâ aliqua ad certam significationem terminatam, vel adscriptâ sententiâ aut lemate.*

COmpleri atque absolvi finitâ alicujus rei significatione imago duplicirer poterit; vel seipsâ, si videlicet communi iconographorum usu, ad certa tantùm significata adhibeatur, ut copiæ cornu ad fertilitatem copiamque frugum, vel adjectâ, ex poëtæ ingenio sententiâ, qua imago ceteroquin vaga finibus certis includitur, ita solis aut lunæ imago plurimis repræsentrandis nata, diversis inscriptionibus ad alia aliàq; significanda adstringitur. Utramque imaginis figuratæ circumscriptionem probo quidem, ut quæ ex ipsa rerum natura ratione nostra petitur. Verùm ultimam hanc priori anteferendam jure censeo, quòd ex primo offerentis sese imaginis conspectu poëtica esse, nec ab arte tantum liberali elaborata videatur.

Ut

Ut igitur constet, cui imaginum generi, quod lemmatum genus adhibendum sit, ante omnia protasis imaginis ab apodosi, sive figura significans à re, quæ significatur, bene discernenda est: tum deinde lemmatum, ac inscriptionum genus præcipuè duplex; quorũ aliud protasi, aut apodosi adjungitur. Ad apodosin pleraque spectant Alciati lemmata: ut cum Galeæ, in quam apes, velut in alveare mella colligunt, inscribitur: *Ex bello pax* embl. 177. caduceo inter duo cornua copiæ: *Virtuti fortuna comes* embl. 118. Cani lapidem mordenti: *Alius peccat, alius plectitur.* 174. Hæc & similia, cùm explicatam figuræ significationẽ contineant, ad apodosin, sive rem significatam, tantũ spectant; ideòq; à nobis impositorum, ad distinctionem, ceterarum subscriptiones dicentur: quia, scilicet, figuræ potiùs subscribenda, quàm inscribenda erunt. Aliud lemmatum genus ad protasin ornandam repertum, paucis quoque Alciati exemplis cognoscitur. Ita Asello (de quo in fabulis, 1 sigligioni. Ita clypeo Agamemnonis leonum caput præsentis (1) junctum lemma: *Hic hominum terror.* Embl. 57. ita ad feram Ascen. μηδὲν ἀναβαλλόμενος. [2] *Nil differendo* Embl. 3. ita deniq; bovi abstinenti & percusso (3) additum, ἀνέχου καὶ ἀπέχου. Sustine & abstine. Embl. 34. præter quæ vix plura apud hunc autorẽ reperies. His nomẽ inscriptionũ relinquemus, utpote potioribus, atq; ad ipsam imaginis figuram, seu protasin, spectantibus, nam illud de Asello *Non tibi*, &c. apologum de asino complet, cùm sint Agasonis ad ipsum verba, *hominum terror* leonis vultui competit, in figura, exhibito. ita *nil differendo* feræ celerrimæ. *sustine & abstine* sustinentis abesse facilẽ animadvertes, ut iccireo illa ad figuram, ac protasin, adhiberi nequeat. Contrà harum inscriptionum ea significandi facultas est, ut non protasi tantùm, sed apodosi quoque adhibeantur. ita homini indocto humilique in sacris constituto, atque ideo veneratione merenti, appositè idem quod Asino Isidis dixeris; *non tibi, sed religioni*: Et forti Agamemnoni, *hominum terror*. & M. Alexandro, *non differendo* tot regna vicisse:

II. *Lemmatũ genus præcipuum duplex, aut enim figuræ adhibetur, & inscriptio rectè dicitur, aut significatio, & subscriptio est.*

1) *Terror.* 2) *Procrastinatio mala.* 3) *Abstinentia.*

Et homini religioso & patienti, *sustine & abstine*. Quo circa hæc jure aliquo dignitatis reliquis antereferenda sunt.

III. *Tertium genus lemmatum metaphoricũ, quod tamen ad subscriptiones reiiciẽdum est*

Præter hæc duo genera lemmatum, ac sententiarum [sic enim universè appellabimus] tertium sese offert, nonnunquam & bonis iconographis usitatum. Nimirum tale, quod neque protasi, per se primò neque apodosi soli competat. Ejusmodi sunt proverbia, quæ metaphoram, aut comparationem aliquam, à figura imaginis diversam, in se complectuntur, per quam tamen protesin, & certis finibus adstringant, & suâ significatione satis exponant. Tale illud Alciati videri potest, quod Achillis clypeo, ad tumulum Ajacis, post Ulyssis mortem fortè delato, inscribit Embl. 28. *Tandem bona causa triumphat*, quia ad figuræ illius determinationem & explicationem, metaphoram à triumpho ductam usurpat. Simile illud Paradini in symb. Heroicis cum eiconacio, qui se pomis per setas fixis circumcirca onerave-

1] *Providentia.*

rat, (1) & inscribitur, symb. 152. *Mugnum vectigal prouidentia*. ubi similitudo à vectigali provido erinacio & homini applicata, figuram exponit & circumscribit. Verùm hæc lemmata, si quam gratiam obtinent, adapodosin & inscriptiones reiicimus, quia dotem aliquã figuræ singularem propriè non attingunt. Quare duo tantùm lemmatum genera reliqua sunt. Quorum illud, quod subscriptionum dicimus; in symbolis frequentius; quod subscriptionum, in emblematis usitatius: neutrã tamen ut quidam existimant, alterutri proprium. Nã ut Alciatus in emblematis, sic Paradinus in symbolis, utroque, absque figurarũ discrimine, usus est. Tropæis apud

2] *Honor bellicus.*

hunc in annulo Pompeii juncta subscriptio, (2) *Grandeur par grand heur*. Celsitudo per magnam fortunam. Symb. 223 Et fasciculo fœni olim Rom. legionib⁹ prælato. *omnis caro fœnũ*. symb. 237. & Hederæ arbori arescenti innexæ: *Improbitas subigit rectum*. (3) Symb. 223.

3] *Improbitas vincit.*

Multa quoque horum exemplo in symbolis heroicis nobis longo ordine exhibitis censebis, sed ut dignitora sunt in ordine imaginum symbola [uti infrà pàrebit] ita epigraphen quoque meliorem, suo sibi velut jure, deposcunt, quod tamen qui violaverit, symboli legem in-

fregisse

regisse nequaquam existimandus est, cùm ratio nulla necessitatis obstet: exempla quoque optimorum autorum suffragentur.

Jam videndum, quid hæc lemmata præstent & quâ necessitate exigantur. Primum ac præcipuum est, ut indefinitam plura significandi vim imaginis adstringant, & ad pauciorâ ac certa quædam significata limitent, ac proinde ratio ultima sunt, quæ formam ac speciem figuræ tribuit. Quòd si tamen figura generalis, per alias notas, sive imagines determinatè significantes, ad certam significandi formam adstringatur, ut in compositis emblematis atque ænigmatis fieri potest, (de quibus alius erit dicendi locus) lemma, tanquam inutile, rectè. Determinatio verò illa aut circumscriptio imaginis, ita expeditior, elegantiorque futura est, si per inscriptam sententiam, dos aliqua, seu virtus ac proprietas occultior, quæq; acutioribus tantùm ingeniis pervia sit, tanquam cum ingeniosa inventione conjuncta erit, adeoque poëtios aliquod nomen merebitur.

IV. *Lemmatis virtus prima est, adstringere vagam figurarum libertatem ad vim certam significandi.*

Quocirca relegantur primò inscriptiones illæ, quæ idem, quod in imaginis figura pictum aut fictum exhibetur, per adjunctum lemma exponunt, ac repetunt. Sic imperitè construxit symbolum, qui anguem inter herbas expressit, inscripsitque quod spectari potetat: *Latet anguis in herba.* Et quidem si anguis penicillo expressus nullâ sui parte fuerat; tamen *herba* abesse debuit, cùm in figura satis emineret. Siquid tamen ejusmodi fuerit, quod figura nequeat exponere, id lemmate, ut fas, licebit. Unde si herbæ virenti inscripseris. *Latet anguis*, nil reprehendã. Sic cum Aresio magnæ arbori. *Virga fuit*, cum Paradino, manipulo viridi *Flavescet*, etiã laudabo, quia quæ pingi nequeunt; ut sunt occultæ & abditæ figuræ, quæq; ad præteriti & futuri spectant tẽpora, sententiis exprimenda reliquuntur, modò pars aliqua figuræ, in exhibita imagine exponatur, sed ejusmodi imagines quæ in figura satis discretè rem significativam non exhibent, solo lemmate ad apodosin spectãte non acquiescunt, quia protasin, sive figuram complere

V. *In lemmate non exprimendũ, quod in figura patet.*

Altera igitur est virtus imperfectã significãdi vim in figuris quibusdam complere.

non possunt; sed tantùm explicando determinant. Unde alterum inscriptionum officium colligitur, ut videlicet ad figuræ imperfectæ complementum adhibeatur.

VI. *Lemma, neque pugnans aliquid, neq; alienum à figura cõtinere debet,*

Cavendum deinde in lemmatis, ne quid alienum à figura quæque cum illa pugnent adhibeas. Unde illud Ludovici Sabaudiæ Ducis rectè Petrosancta improbat, cum inscribit fractis jaculis, aut potiùs, ut alibi notavi, arcui cujus fracta chorda. *Fracta magis feriunt* nam falsum de arcu, aut jaculis pronuntiat. Illud tamen, *plus ultra*, Caroli V. Imp. inscriptum columnis, non improbo, ut facit Petrosancta: quia subscriptio est, apodosi conveniens. Carolus enim ultra Herculis columnas processit: neque illud, fluctibus navi portum subeunti obluctantibus, additum, *morantur, non arcent*, quod Bargalio displicet, quia fallere potest: verùm rebus cõtingentibus & sua est veritas, ut etiam Petrosancta mecum agnoscit. sufficit navim dari, quæ fluctibus obnoxia, portum subeat; ut hominem per adversitates cælum obtinentẽ illustri aliquo schemate depingas: nam ratio similitudinis, & comparationis instituendæ non inniti, rei, ut factæ, aut futuræ, sed ut fieri atq; accidere potest. Philosophicè: non fundatur in rerum existentia, sed essentia, quarum illa contingens, hæc necessaria ch. quod si plures autorum observassent, tam anxiè in desi. gnanda symbolorum materia non laborassent.

VII. *Lemmatis clara esse debet, brevis & perfecta cum figura corpore, sententia.*

Cavendum quoque in lemmate, ne obscura sit sententia; neque aut longa nimium, aut ita brevis, ut parum autoris mentem explicet, obscuritatem aversatur, quia cum figuræ illustrandæ adhibeatur, officium deeret, nisi illustret & explicet. Talis illa videri potest Rudolphi II. Imp. qui aquilæ telum sustinenti inscripsit. *Adsit*, quod in verbo hanc sententiam literis initialibus complexus est, *Adjutorium Domini sit inimicis timor*. quam ipsius mentem, quis, nisi divinus, assequatur? Et illa Laurentii Medices, quæ adamanti in annulo tribus plumis ornato. adjunxit, *Semper*, subintelligitur, constans ero, adamas, sed nimiâ brevitate obscura est. Longitudine peccat ejusdem, de quo ante Rudolphi Imp. epigraphe, aquilæ ad solem versæ inscripta: *A domino regnum venit imperiũ, potestas*, ultima enim pars versus abundat. nam hemi-

hemistichio plerumque absolvenda est sententia, nisi ex aliquo petita autore, ægrè mutilaretur, atque hanc notam aliâ venustate obtegeret, qualis illa Christiernæ Danæ, ornatæ turri præfixa, ex Ovidio: *Accipiet nullas sordida turris aves*. nempe Spiritus S. ad impuram animam non divertet. Quod factum rectiùs, quàm Felix Sanseverina Dux Gravinæ sensu truncato simul ac versu fecit, dum Turturi ramo arenti nixo inscriberet. *Ille meos*. cui ex Didone Virgiliana lector in mente subjungere debuit, *primus, qui me sibi junxit, amores Abstulit*. Sint igitur bevia lemmata quæ cum figura, primo velut obtutu, spctando magis, quam legendo hauriantur, (ut picta hæc poësis exigit) sed clara simul & explicata, ne suspensum incertùmque animum detineant.

VIII. *Demonstrantes & comparativæ particulæ à lēmatis separandæ, nisi fortè una pars figuræ cū altera esset conferenda.*

Cavendæ postremò demonstrantes & comparativæ particulæ, quemanmodum illud Cruci præfixum lemma, *In hoc signo vinces*, & clypeo Spartanæ mulieris dictum. *Aut in hoc, aut cum hoc*. nam protasi ita sententiam affigunt, ut difficilis ad apodosin sit transitus, factū enim historicè magis, quàm poëticè & repræsentativè proponunt. E diverso comparativæ particulæ sicut, veluti, haud secus, aliter &c. nimis apertè apodosin exhibent; imò, otiosæ sunt, cum imago ex sua natura alterius repræsētativa sit, ut frustra id verbis exponatur. Ita Gōzagæ Ducis Mantuæ semilunæ non erat inscribendum *Sic*. quāvis enim, subintelligat *crescam*, hanc tamen vocem, quàm illam scitiùs apposuisset. Consule de his Petrosanctam. Verùm observare te velim, locum his particulis esse, ubi duæ partes in protasi conncurrunt, quarum una alteri conferatur. Ita Sigismundus Gonzaga plantæ ad solem versæ (1) rectè apposuit *Cosi vivo. Sic vivo*. nā particula *sic* in autoris personam non cadit, sed in plantā ex sole viventē. Nervosâ, gravi, breviq; sentētia lem̄ata absolvantur, & siquidem aptæ ex Doctorum sapientùmque virorum ac Poëtarum imprimis versibus sese gnomæ offerant, usurpentur: nam majori cum voluptate excipiuntur, quæ jā ante cognita, personâ velut habituq; mutato, novo sese atq; inexspectato cultu exhibent. Ita probat Petrosancta illud Virgillii de Fama, si inscribatur horologio, *Mobilitate viget*. cujus alteram par-

1) *Deo adhærere bonum.*

1]*Perficere.*

partem, *Vires acquirit eundo.* Scipio Bargalius Flumini adhibuit. (1) ac Piccolominio Principi obtulit. Licebit cum gratia quoque nonnunquam sententiam paucis mutare, ut pro illo, *Timor addidit alas*: Felix Salerni Princeps testudini alatæ [2] præfixit, *amor addidit alas.* In quibus facilè animadvertes numerorum condimento pleraque magis sapere.

2) *Amor impellit.*

IX. *Omnes modos ac tempora lemma patitur, rariùs tamen personam primam & secundam,* 3]*Virginitas tactu parit.*

Lemma omnes pene modos ac tempora verborum admittit, personam verò primam & secundam rariùs, nisi cum ipsi imagini per prosopopœiam vox tribuitur. Ut in illo Gonzagæ suprà patuit. Et rosis in manu, [3] Caroli Austriaci: *Sustine & abstine* inscriptis. Plura ex omni lemmatum genere reperies in Heroum symbolis tibi infrà compendio exhibitis, quod ex *Typotii*, *Anselmi* item *de Boodt*, *Petrasanctæ* & aliorum Iconographis, ac symbolis contraxi, tum ne exempla priscorum Heroum Doctorumq; virorum deessent: tum ut promptius ex tot imaginum collatarum habitu ac dignitate, meliora à deterioribus secerni; materiæque ac formæ, de qua tractavimus, varietas oculis animisque subjici facilius posset. Quanquam & suo quodam jure ad hujus operis partem veniant, in quo Veterum præcipuè bibliothecas excutimus, ac per trita olim vestigia explorandæ veritati, certisque artis legibus experiendis insistimus.

CAPVT XLII.

Veterum Heroum, Principumque orbis symbolicæ imagines, ex Typotio præcipuè.

Symbola Pontificum.

I. 1) *Hierarchia Rom. stabilis.* 2) *Humilis exaltatus.*

1. RUpes insulâ Pontificiâ coronata, inter fluctus & ventos immota, cum Inscriptione, *In æternum non commovebitur.* Romanæ Hierarchiæ, in Christo tanquam rupe fundatæ, imago est. Usus hac *Innocentius VI.*

2. Vas fictile, seu poculum cum ansa gemina, super mensam exhibetur, Inscriptum. *In honorem.* Allusit ad illud Apostoli Rom. 9. Aliud vas in honorem, aliud in con-

contumeliam, Gratiam hanc figuli Dei agnoscens, quòd se potius in honorem, quàm contumeliam formasset. JOANNES XXIII.

3. Tiaræ Pontificum, coronæ Cæsarum, sceptra, miteræ, gladii, uno rogo consumuntur. Inscript. *Sic omnis gloria mundi.* MARTINUS V.

4. Bilanx & ulna in manu suspensa. Inscript. *Redde cuique suum.* Justitiæ professionem continet. RUGINIUS II.

5. Navis in mari, & Tilia suggesta circum terreo mutumque versantur navigia, ut cum merce felicitèr ad portum redeant. Tilia, ut optatâ profusâque umbrâ adolescat. FELIX V.

6. Crux unà cum ramo palmæ decussato coronâ spineâ quadruplici tecta, Inscript. *Victrix casta fides.* Id est, in Cruce ac fide Christi, in quatuor orbis partes sparsa, vincimus. NICOLAUS VI.

7. Crux imminens Tiaræ Pontificiæ. Inscript. *Omnes Reges serviens ei.* Cruci, scilicet, & Romanæ sedi omnes sese in fide submittent. CALIXTUS III.

8. Virga arida frondescens (uti illa Aaronis olim) manu sustentata. Inscript. *Insperata florent.* Videlicet ÆNEAS SILVIUS insperato ad Pontificatum evectus, hoc symbolo profiteretur, sibi præter spem illos honores delatos. PIUS II.

9. Luna in nocte, quâ PETRUS BARBUS Venetus profiteretur, se ex tenebris in lucem emersisse. Inscript. *Noctu renidet.* PAULUS II. dictus.

10. Pons in Tiberi, quo se totum profiteretur ad usum, ac velut transitum publicum totius sibi commissi gregis futurum, XYSTUS IV. Pontifex. Inscript. *Curare rum publicarum.*

11. Tres scipiones seu fulcra peregrinantium in una corona, Inscript. *Tentanda via.* Id est SS. mæ Trinitatis, unâ naturâ velut coronâ cinctæ, auxilio superandas hujus mundi difficultates esse. Vel designat potius Spe, fide, & charitate, nos ad coronam pervenire, ALEXANDER VI.

12. Turris in rupe, & sol inter nubes abditus. Inscript.

3] *Gloria mundi vana.*

II.

4) *Justitia*

5) *Spe duci*

6) *Christi fides victrix.*

III.

7] *Rom. sedes suprema.*

8) *Honor præter spē delatus.*

9) *Humilis exaltatus.*

10) *Popularis.*

IV.

11) *Fides, spes & charitas coronantur.*

12) *Adversitas superabilis*

cript. *Post tenebras spero lucem.* Id est, Ecclesia in Christo fundata, post adversitatem hujus mundi speratlucem æternam. JULIUS II.

13] *Præmium & pœna.*

13. Oleæ ramus cum virgis betulæ. Inscript. *Pœna & præmium.* utriusque electionem esse liberam subditis respectu Principis, vel Dei significabat Pius III.

V.

14) *Vis carni adhibenda.*

14. Pila pugillatoria in altum excussa, cum subjecto folle, Inscrip. *Vi & virtute*, Hominum, opinor, pilæ comparabat, qui vi & virtute in altū & cœlestia excollendus, quod se, qui orbem regeret, in subditis factarum pollicebatur. LEO X.

15) *Jugum Christi suave.*

15. Jugum Inscript. *Suave*, Quia jugum fidei ac Christianæ religionis omnibus rectè viventibus suave. *Idem.*

16) *Integritas.*

VI.

16. Stella, sive Sol, cum Inscript. *Cādor illæsus*, id est, qui nullis rebus hujus mundi inficì possit: animi integritatem designat. CLEMENS VII.

17] *Illustratio cælestis.*

17. Navis in fluctibus maris affulgente de cœlo luce Inscript. *Fluctus ejus tu mitigas.* Id est, Ecclesiæ adversitates gratia cœlestis mitigat Pius V.

18) *Ecclesia florens*

18. Germen florens in manu, cum suspensis ex eadem clavibus, Inscript. *Congratulamini mihi.* Quia scilicet cum potestate suprema clavium florentem Ecclesiam in virtute ac fide nactus sum. *Idem.*

19] *Ecclesia bona administratio fructuosa est.*

19. In tripliei colle tria exhibentur, in dextro cornucopiæ, in lævo oleæ ramus, in medio eminentiori erectus gladius, qui in acumine bilancem sustinet cruce terminatam. Inscript. *Fecit in monte convivium pinguium.* XYSTUS. V. ante dictus PIRETUS de monte alto. Significare igitur voluit Administrationem Ecclesiæ, sub Cruce ac vexillo Christi, cum justitia conjunctam, abundantiam & pacem adferre; quibus omnes, velut pingui convivio in suis montibus instructo, oblectentur.

VII.

20] *In bono regimine clementia severitati jungenda.*

20. Pedum & gladius lyræ harmonico instrumento decussatim inn exa. Inscript. *Nihil ille reliquit.* Id est, nihil omisit, qui gladium justitiæ pedūmque religionis rexit, ut immoderatè illis non uteretur, vel qui severitatem, [quæ per gladium cum pedo significatur] clementiæ seu moderationi [quæ per lyram indicatur] admiscuit.

miscuit. Quod si à Servio Tullio hoc symbolum mutuatus sit Pontifex, ut qui cum illo Rege, juxta TYPOTIUM, Numæ religionem & Romuli fortitudinem sociandam exiltimaverit, sensus erit: armis ac pietate Ecclesiæ harmoniam consistere. CLEMENS VIII.

Quæ alii usurpavetint symbola, haud satis cognovi. Dum hæc iterata recuduntur, quædam sententiæ lemmatum instar usurpatæ ab amico transmissæ sunt. Ut quod PAULO V. placuerit: *Serviamus illi in sanctitate & justitia.* GREGORIO XV *In semitis tuis perfice gressus meos.* URBANO VIII. *In Domino sperans non infirmabor.* INNOCENTIO X. *Unde veniet auxilium mihi.* ALEXANDRO VII. *Vivo ego, jam non ego.*

Symbola Imperatorum.

VIII.

1. Anchora, cui celerrimus piscium Delphinus implexus est: Inscript. *Festina lentè*, quod Adolphus Nassau. Romanorum Imper ab Augusto desumptum, usurpavit. Significat nil præcipiti consilio agendum Imperatori, in bello præsertim, ubi nullius pœnitentiæ est locus. 1) *Moderatio.*

2. Manus armata cum sparo armorum genere & olivæ ramo. Inscript. *Vtrum libet.* Id est, bellum, aut pacem accipite. RUDOLPHUS I. Rom. Imp. 2) *Ad bellū & pacem paratus.*

3. Manus armata telum missile librans. Inscript. *Tolle moras.* Id est in bello omnis mora noxia est; sed utendum celeritate. ALBERTUS I. Imp. Rom. 3) *Celeritas in bello iuvat*

4. Virgam Mercurii coronatam manu s secomplexæ mediam sustinent. Inscript. *Fide & consilio.* Fidem, manus, consilium virga cum serpentibus designat. Fide verò subditorum, & consilio imperantis regna firmantur. HENRICUS VII. 4 *Fide & cōsilio regna firmātur.*

IX.

5. Aquila ad Solem versa. Inscript. *Deo & Cæsari:* tribue, videlicet, quod debetur, alludendo ad Christi dictum: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari &c. nam Aquila Cæsarem, Sol Deum designat. LUDOVICUS Imper. Rom. 5) *Deo & Cæsari sua tribuēda.*

6. Lynx (vel quod verius judico) Panthera. Inscript. *Nullius pavet occursum.* quod de Panthera intertito animali 6) *Audacia. Providentia.*

mali rectiùs dixeris, nisi à perspicacia audaciam lynci tribuas, quòd mala prævisa longè minùs terreant. CAROLUS IV.

7) Voluntati supremæ parendum.

7. Navis tempestate impulsa. Inscript. *Tempestati parendum.* Id est, voluntati divinæ parendum, & fortunæ nimis iniquæ concedendum. WENCESLAUS Imper. quod deinde expertus ostendit, cum Imperii honore spoliatus est.

8) Dissimulandum ut regnes.

8. Corona in orbe. Inscript. *Nescit regnare qui nescit dissimulare.* Ut si diceret: imperabis orbi, si prudenter dissimulare noveris. SIGISMUNDUS Imp.

X.

9) Lege & armis.

9. Gladius, armatâ manu, in libro patente erectus. Inscript *Hic regit, ille tuetur.* Id est, leges regunt, arma defendunt, Imperium. FRIDERICUS III.

10) Nō degener.

10. Aquila in arbore pullos suos in sole explorat. Inscript. *Iudice, fulva Iovis, Phœbo, hinc nihil eiicit, ales.* Maria Burgunda Maximiliani uxor, generosâ utriusque sexus sobole lætatur, tanquam parentibus digna.

11) Progressus felix.

11. Duæ Herculis columnæ coronatæ, cum Inscript. *Plus ultrà.* Significat, illas columnas, quas Hercules tāquam victoriarum terminum statuisse fertur juxta Gades extremósque maris mediterranei terminos, CAROLUM V. occupatâ per suos Indiâ transgressum.

12) Ad supremæ niti

12. Zodiacus cum Sole. Inscript. *Nondum in auge.* Id est, nondum ad illam gloriam virtutemque perveni, ad quam tendo. Nam auge suprema in Cancro solis sedes, cælique regio est, ubi sol orbi illustrissimus affulget. Idem CAROLUS.

13) Victoria de improbis.

13. Aquila altero pede serpentem sustinens, altero basiliscum premens, cui ex opposita numismatis facie adjecta erat corona laureata cum baccis, & Inscript. *Fundatori quietis*, post captos, vel oppressos hostes, per basiliscum & serpentem designatos. Bruxellenses CAROLO Imperatori inscripsêre

XI.

Protectio Dei.

14. Geminum M. hoc modo M. sub manu, ex nubibus protensa Inscript. *Manus Domini protegat me.* Hoc Mariæ filiæ CAROLUS MAXIMILIANO postea Imp. traditæ attribuit: nam M. duplex initiales utriusque nominis literas complectitur, sub quo schemate illos divinæ protectioni committit.

15. Aqui-

15. Aquila biceps coronata quæ medio corpore pendentem velut è Cruce Christi imaginem sustinet, Inscriptio ex vocalibus *a.e.i o.u*, ea significatione est concinnata, *Aquila electa justè omnia vincit*, Christi scilicet Ecclesiam ac veram fidem defendendo. FERDINANDUS I. Alibi eidem Aquilæ loco Christi Crucem addit, & sphœræ universi modò imposuit; modò supposuit, cum inscriptione: *Christo Duce*, hunc videlicet orbem illius ductu, & sustinebo regendo, & virtute ad cœlum enixus superabo. 15) *Victoria Rom. imperii.* *Cruce & Christo auspice.*

16. Inter sceptrum & gladium medius orbis, M. & corona imperialis Inscript *Dominus providebit*. ut, scilicet, ego MAXIMILIANUS II (per M. expressus) orbem sceptro regam, ense defendam. 16) *Providētia Dei niti.*

17. Aquila biceps coronata semilunæ Turcarum, pressis utrimque cornibus insistens Inscript. *Comminuam vel extinguam*, oppressis Turcis *idem*. XII. 17) *Turcis se opponere*

18. Aquila biceps in ramum olivæ, hinc à sinistris fulmen habens Inscript. εὐκαιρώτερον *in tempore utrūque*, id est, severitate juxta ac clementia utendū. *Idē.* 18) *Clemētia & severitate opportunè uti.*

19. Aquila, serpentem ore complexa orbi cancellato insidet, Inscript. *Dominus providebit*. Id est, in mundi regimine multis difficultatibus, velut cancellis, implicato, Dominus ita providebit, ut in orbe quiescam, post hostem, tanquam serpentem, superatum. *idem*. 19) *Hostes Deo auspice superare*

20. Pyramis in cujus fastigio luna deficiens, inscriptum pyramidi est, *Anima æterna*. Luna deficiens, animæ migrationē, vitam q; in corpore deficientē indicat. Pyramis, tanquam opus & monumentum æternum, virtutem significat, per quam solam perennamus & sursum, tanquam pyramis in cœlum ferimur *Idem*. 20) *Vita huius finis initium alterius.*

21. Ariadnes corona stellis 8 (velut totidem beatitudines indicans) super Iridem, quæ in medio tres coronas regnorum, Castiliæ, Imperii, & Arragoniæ complexa est, supra coronam spineam quintuplicatam, & tot vulnerum Christi stigmata continentem: hæc deniq; universali corona ex frondibus, fruticibus, & pyris compositâ cinguntur. Inscriptio hæc est. *Sola spes mea*, videlicet Christi vulneribus hic in terris nixa est, & cælestis gloriæ 21) *Spes nostra in Christi vulneribus.*

riæ exſpectatione. Unde illam Chriſti coronam, & exteſtis gloriæ meæ felicitati, ac coronis tot regnorum opúmque præfero, MARIA CAROLI V. filia.

XIII.

22) *Deo auſpice regnare.*

22. Aquila volans telum unguibus complexa. Inſcript. *Adſit*, quod per initiales hic tantum literas, ſed alibi explicatius uſurpavit, *Adiutorium Domini ſit imminentibus timor*, ut proinde fruſtra Typotius exponat: Adjuvante domino ſuperabo Imperatorem Turcarum. RUDOLPHUS II.

23) *Potestas omnis à Deo.*

23. Aquila ſolem aſpiciens, atque ad illam aſpirans. Inſcript *A domino regnum venit imperiique poteſtas.* Quæ licet Typotius in averſa nummi parte, ſuper orbem ſceptro gladióque inter lauros cinctum, exhibeat, hucusque tamen ex hieroglypto ſpectare conſtat. *Idem.*

24) *Virtutes cardinales ad cœlum ducunt.*

24. Eſſedum quatuor equis provectum, cui moderator inſiſtit. Inſcript. *Sic ad aſtra*; ſcilicet, itur, virtutum quatuor cardinalium ductu. *Idem* RUDOLPHUS.

25) *Reſignatio.*

25. Aſtrum Cæſaris inter borealem ventum, & lunam Turcarum, Inſcript. Wie Gott will. *Vt viſum ſuperis*, ſic nimirum luceat inter adverſa. *Idem.*

26) *Deo auſpice vincere.*

26. Aquila biceps in monte, alteto capite ſolem, altero ſerpentes per montem atrepentes contuens, Inſcript. *utrumque* Id eſt, & Deum pro auxilio aſpicio, & hoſtes ſub pedibus deſpicio. *Idem.*

Imperatores Turcarum.

XIV.

1) *Mors imperat regibus.*

1. Saladinus Sultanus Imper. Turcarum induſtum ex haſta penſile habuit, cum Inſcript, *Reſtat ex victore orientis.* Hoc enim jam moriens circumferri, præcones has voces acclamante, voluit. Ut alios doceret, ex rerum ſucceſſu inſolescere fruſtra, qui meliorem ſperent exitum.

2) *Chriſti Iudex.*

2. Chriſti Crucifixi effigies in hieroteca, baculo lateo ſubnixa Inſcript. *Victoriæ teſtis*, ut perfidiam noſtris, & infelices rerum eventus exprobraret, ultorémque Deum contra nos teſtem adduceret. BAIAZETUS Sultanus.

3) *Incrementum regni.*

3. Semiluna cum Inſcript. *Redibo plenior.* Id eſt, ut luna accreſcit radiis, ſic ego glorià, & amplificato imperio ab hoſtibus revertar. SELIMUS Imp. Turc.

4. Qua

4. Quatuor candelabra suis instructa candelis, quarum una tantùm ardet. Inscript. *Deus dabit*, videlicet, ut & reliquæ tres, orbis totidem partes significantes, accendantur fide Mahumeticâ. SOLIMANNUS Imper. Turc. 4) *Religionis propugnandæ spes.*

Reges Hispaniarum.

XV.

1. Pelicanus pullos suo pascens sanguine. Inscript, *Pro lege, & pro grege* Id est, vitam pro religione ac Reipubl. impendam subditis. ALPHONSUS X. Rex Legionis. 1) *Vitam religioni & reip. impendere*

2. Mustela fimo circumvallata Inscript. *Malo mori quam fœdari*. memorant enim hoc animal, nec vitæ periculo in sordes adigi posse. ALPHONSUS XI. Rex Leg. & Cast. 2) *Horror scelerum.*

3 Aquila expansis alis. Inscript. *Sub umbra alarum*. Id est, uti a Romano imperio in terris regnum meum defendi, sic & à Deo me cupio. PETRUS II. Aragoniæ. 3) *Sub Dei & imperii protectione vivere.*

4. Murex retragonus, qui stat, eâdem formâ in quamcunque partem incubuerit, cum corona inscriptionem habet. *Quocunque ferar*. Petrus Rex Arragoniæ cui animos hos fecerant contra Gallos in Sicilia triumphi, ut existimaret se minimè de statu deiiciendum. 4] *Constantia.*

5. Cervus alatus, æripes, auratísque cornibus, quem Herculem cœpisse fabulantur. Alas hic autor adjecit. Inscript. *Conestas*, id est, *Cum istis*, videlicet alis, fide, opinor, ac pietate, cœlũ petam. JACOBUS II. Rex Arrag. 5) *Fide & opere niti.*

XVI.

6. Armata manus hastam complexa, Inscript. *Hoc opus est*. nimirum Rex armis eget, ut regnum tueatur. Petrus III. Rex Leg. & Castellæ. 6) *Armis defendi.*

7. Cynosura in duabus anchoris decussatis, coronatísque, Inscript. *Bonus Dux* Nimirum, Deo duce, & fide Christi spem duorum regnorum firmandorum, & amplificandorum habebat. HENRICUS II. Reg. Leg. & Castel. 7) *Christi ope niti.*

8. Falco manu sustinetur. Inscript. *Majora cedunt*. Sperabat se majoribus etiam hostibus dominaturum, non mole rerum, at virtute. JOANNES I. Rex Castellæ. 8) *Majores se vincere.*

9. Junctæ sub corona rupes ex quibus adamantes eminent. 9) *Natu donum.*

eminent. Inscript. *Naturæ, non artis opus*, per rupem se ostendit intelligi, qui fortitudinem naturæ magis, quàm artis beneficio obtinuerit. *Ferdinandus Iustus* Rex Arrag.

10) *Deo auspice regendum* XVII.

10 Navis affulgente sidere. Inscript. *Bonus Dux.* Nimirum Deo duce in Repub. administranda non erratur. *Alphonsus* Magnus Rex Arrag.

11) *Bello decernere litem.*

11. Nodus Gordius inflicto gladio dissectus, ut de Alexandro refert Curtius. Inscript. *Tantum ausendo.* Provocat æmulum, ut de regno Siciliæ velut nodo Gordio arte ac gladio disceptent. *Ferdin. Magnus* Catholicus Rex Hisp.

12) *Vanitas.*

12. Pavo in orbe terrarum explicatâ caudâ. Inscript. *Vanitas* id est, etiamsi toti orbi superbè domineris, est tamen illa vanitas. *Ioanna Regis Philippi* uxor.

13) *Gloria auctæ.*

13. Sol curru per cœlum vectus, inscript. *Iam illustrabit omnia.* Sol radiis, Rex PHILIPPUS II (cui id Belgæ accinuerunt) imperii gloriâ. Eidem orbem cum cœlo stellato obtulêre, inscriptum *Cum Iove.* Velut olim accinuit Augusto Poëta, *Divisum imperium cum Iove Cæsar habet.* Tanti erat illis Philippus, unicus Catholi heres ac filius.

Imperium Felix.

14) *Proceres.*

14. Malum punicum apertum, ac decussato sceptro (quod Burgundiæ insigne est) in medio diademate ornatum, inscript. *Tot Zopyros*, videlicet, tot fideles optarem Principes Belgarum, quod grana hoc pomum habet. Zopyrus enim Regi Dario Persarum fidelissimus: mutilato vultu, velut abs Rege hoste, transfuga ad Babylonios, eo æstu urbem Regi comparavit. *Idem Philippus.*

XVIII.

15) *Pax illustris.*

15. Pax ante Iani templum conclusum (ut in Pace solebat) sinistrâ cornucopiæ, dextrâ facem tenens, quam ad arma comburenda adhibet; sed ut arma flammam non concipiunt, sic Pax se absque viribus esse declarat. Inscript. *Pace mari terráque compositâ*, scilicet cum Henrico II. Galliarum Rege, idem Philippus.

16) *Successor adiutor regis.*

16. Hercules cœlum pro Atlante, ut in fabulis est, sustinet. Inscript *Vt quiescat Atlas.* Philippus II. Rex Hispaniarum, postquam CAROLO V. parenti fesso

essò succesſerat. Hoc aliunde ſumptum adieci. Deinde nummi parte Equum (Pegaſum opinor) orbi elatè inſiſtentem tulit, cum Inſcriptione. *Non ſuffi-it orbis.* De regno Indiarum intellige, cui *Philippus* latè præerat, vel certè de cælo, quò virtute contende-ret.

Dominari orbi alteri.

17. Truncatæ frondes lauri, quæ decuſſatim velut ex affrictu ſcintillas (quod de lauro memorant) ſpargunt, ornatæ ſupernè coronâ, in medio loricâ munitæ. Inſcript. *Dominus mihi adiutor*, ut, ſcilicet, & muniar contra hoſtem, & coroner victoriis, regniſque novis, ſymbolum à domo Burgundica *Philippus* petiit.

XIX.

17) *Pugnæ victoriosa à Deo.*

18. Mantica manibus ſociatis adhærens. Inſcript. Juſques à porter la beſace. *Vſque ad ferendam manticam*, ſcilicet, juratâ, nos amicitiâ cohærebimus. Quod *Genſii* in defectione ac tumultu Belgico uſurparunt.

18) *Societas indiſſolubilis.*

19. Sol & Luna variis per radios circùm ſparſa ſtellulis, tum corona 12. ſtellis, velut regnis parvis, Hiſpano ſervientibus ornat. Inſcript. *Iam feliciter omnia* Id eſt poſt pacem, & nuptias cum *Philippo* contractas, dicebat *Iſabella Valeſia* Henrici Galliarum Regis ſoror, quæ ſibi lunam more proavorum, Philippo ſolem illi communicantem tribuebat, ſtellæ circùm, Principes, & urbes erant.

19) *Rex, regina & Principes conjuncti.*

20. Globus cœleſtis & terreſtris. Inſcript. *Et patri & patriæ*, id eſt, cœlo & patriis terris pro aris & focis pugnando ſerviam. PHILIPPUS III. Rex Hiſpan.

20] *Cælum & terra ſpectandum.*

Reges Francorum.

XX.

1. Manus complicatæ elevataque, aliis duabus fultæ. Inſcript. *Tutiſſimus.* Ille ſcilicet qui fide, ac ſpe niſus cœleſtium, manus ad Deum ardenti charitate ſublevat. *Clodoveus* Rex Francorum.

1) *Deo nititur ſtiſſimū.*

2. Rota molendini aquis verſa. Inſcriptio. *Mens immota manet.* Id eſt, ut rotæ axis perſtat, illa licet fluctibus jactata; ſic tua mens in vexato adverſi-

2) *Suſtinere fortiter adverſa.*

tati-

tatibus corpore immota persistat. *Clotarius* Rex Franc.

3) *Deus regna dat, firmatq;.*

3. Corona in apice ferè erecti gladii inter duo lilia. Inscript. *Consilio firmata Dei.* Id est, non tam gladio bellico corona regni, quàm nutu & consilio divino sustinetur. *Childericus* ultimus Franc. Rex.

4) *In fide eniti.*

4. Nummus aureus divisus utrimque manu cohibitus. Inscript. *Fortuna fidem mutata novavit.* Idem: qui cùm esset regno coactus subditorum voluntate cedere in Thuringiam, Guimeus Regi fidus mansit, qui demutandis civium animis clam laborarat; quod postquam, successore jam exoso, obtineret: medium aureum, quem cum *Childerico* ante diviserat, submisit, ex quo pacto redeundum esse moneret, quod feliciter audenti cessit.

XXI.

5) *Effugiū patens.*

5. Rana terræ juxta aquas insidens. Inscript. *Mihi terra lacusque.* Ludovicus VI. Franc. Rex ex *Pipini* familia postremus, qui fortè jam imminentem calamitatem præsagiens, alicubi sibi aut insulam aliquam, aut solitudinem, ad fugam aperiendam sperabat.

6) *Pace & armis celebratus.*

6. Gladius palmæ arbori additus Inscript. *Illustria bello quoq;.* Id est, non tantùm pace, sed & bello victorioso, quo pax & quies paritur, celebris. *Robertus Valesius* Rex Franc.

7) *Erepta hosti potestate fidendum.*

7. Scorpius in libro, cujus cauda imminente cultro præputatur. Inscript. *Tutissima jures.* Id est noli doloso hosti credere, priusquam vim nocendi ademeris; tam etsi sacris tactis juraverit, (quod per librum Evangeliorum, cui incumbit, intelligitur) pacta infringet, ubi facultatem nactus fuerit. Apertior sensus esset, sed Machiavellisticus, non parcendum hosti, licet cum religionis & sacrorum neglectu. PHILIPPUS I. Vales.

8) *Hostis imbellis facile vincitur.*

8. Elephas serpentem pedibus circumvolutum premit. Inscript. *Virtuti fortuna cedit.* Nam Elephas fortior serpentem facilè devincit. Ita Rex justus improbum. LUDOVICUS VII *Crassus* Vales. Rex Franc.

XXII.

9) *Regni æterni spes.*

9. Sceptrum ab annulo tanquam basi in pyramidem assurgens in apice coronatum. Inscript. *Volo solidum perenne*, Id est, regnum in æternitate, velut annulo, fundatum. LUDOVICUS IX. Vales.

10. Se-

10. Semiluna inter nubes sursum versa. Inscript. *Dum vixi, crevi.* Id est, ut sidus hoc, ad pleniorem semper lucem, ac gloriam vivus aspiravi: *Philippus III.* Audax. 10) *Profectus.*

11. Gladius testudinis dorso imminens. Inscript. *Domi forisque*; scilicet, tuta sum, ab omni ictu defensa meo integumento. Id est, Rex à fidelitate & virtute civium satis munitur contra omnem hostium impetum. *Ludovicus X. Vales.* 11) *Protectio firma.*

12. Cornucopiæ, affulgente sole, utrimque manu, velut in fœdus porrectâ, sustinetur. Inscript. *Non deficit alter.* Id est, nec sol, nec terra deficit ad frugum copiam procreandam; quando nostræ manus non deficiunt junctim sustinendo. *Carolus V.* Pulcher. 12) *Labore obtinemus.*

13. Hasta cum galea. Inscript. *Ultorem ulciscitur ultor:* alius, scilicet, iisdem nos armis ferit, quibus ferimus. *Philippus IV.* Vales. XXVII. 13) *Ultio re penditur.*

14. Astrum coronatū. Inscript. *Monstrant Regibus astra viam:* Id est, ut tres Orientis Reges cœlorum sidere ducti sunt; ita omnes in administrando imperio de cœlo reguntur. Vide supra l. 3. c. 7. 14) *Deo duce regendum.*

15 Gladius cujus in capulo semiluna apposita Soli in apice. Inscript. *Rectè, & fortiter, Rectè* nimirum Solem, Deum (ut luna) intuendo; *fortiter* gladio adversus hostes utere, *Carolus Sapiens Vales.* 15) *Deo duce pugnādum.*

16. Hystrix spinas ejaculatur (ut, in canes insequentes immittere dicitur) Inscript. *Vltus avos Troiæ*, videlicet, illatis in orientem & Græcos armis, ego, qui ex posteris Trojanorum feror, antiquam Trojanorum cladem ultus sum in meis Proavis. *Ludovicus XI.* Rex Franc. 16) *Hostiū remotorū victoria.*

17. Cervus cum monili. Inscript. *Hoc me Cæsar donavit*, quod Cervum qui hac inscriptione monile in collo ferret, sub hoc Rege *Carolo VI. Vales*, repertum memorent. Alarus est cervus, atque ad coronam in aëre pensilem erigitur. Opinor, quòd Rex ad cœlestem coronam aspiraret *Carolus VI.* XXVIII. 17) *Desiderium cœlestium.*

18. Crater signum cœleste. Inscript. *Inter eclipses exorior*, Nimirum Rex, *Carolo* herede regni sublato, per mortem, velut sole lunáque per eclipsim: sic ad lucem regni pervenire gloriatur, uti stellam in eclipsi apparentem, *Ludovicus XII.* 18) *Mortе unius, regnum alter.*

10) *Amore pasci.*

19. Salamandra sub corona in ignibus, inscript. *Nutrior & extinguo.* nempe flammas amoris. *Franciscus Vales* 1.

20) *Regni propagatio.*

20. Semiluna triplex implicata sub corona inscript. *Donec totum impleat orbem,* quæ trium regnorum, seu orbis partium occupandarum desiderium ostendunt. Vide supra de semiluna Imper. Turcicotum &, *lib. 3. c. 7. Henricus II. Vales.*

XXIX.

21) *Regnū par Romano Imperio.*

21. Luna plena, inscript. *Cum plena, sit æmula solis,* quâ ostendere videtur desiderium toti orbi imperandi, ut luna plena totum illustrat. *Idem.*

22) *Orbem regere virtute.*

22. Annulus, in quo sphæra terrestris incumbit Delphino coronato, inscript. *Pacatum ipse regam avitis virtutibus orbem,* id est, Princeps Galliæ Delphinus à suis dictus, ubi imperium adeptus fuerit pacatè regat. *Idem.*

23) *Spes serenitatis.*

23. Iris in nubibus inscript *Lux adferet ista serenum.* Nimirum *Catharina Medicea* Regina Franciæ per se regno tranquillitatem promittit. Usurpavit & illa pro insigni hastæ fragmina, quâ maritus *Henricus* in hastiludio perierat, cum inscript. *Hinc dolor, hinc lacryma,* dolor marito; mihi lacrymæ.

Armis opprimi.

24) *Probatio fidei.*

24. Aureus nummus ad lydium lapidem manu explo-ratur, inscript. *Sic spectanda fides,* nimirum aurū hoc lapide, nostra fides adversis probatur *Franciscus II. Vales.*

25) *Erigere remp. & relig.*

25. Duæ columnæ, unâ manu, adolescentis lauro coronati, & baculo alterâ manu nixi, eriguntur, inscript. *Mira fides, lapsas relevat manus una columnas:* id est religionem & rempublicam Rex novus *Carolus IX.*

XXX.

26) *Astutos capere ac prodere.*

26. Cervus cujus odore (ut Plinius autor est) serpentes latebris protrahuntur. Inscript. *Nullis fraus tuta latebris.* Id est, Reges dum ad fraudulenta multorum consilia inspicienda incumbunt, multorum artes, & fallaces animos deprehendunt, *idem.*

27) *Pietate & Iustitia regnū fulcitur.*

27. Duæ columnæ supernè implexæ sub corona, inscript. *Pietate & Iustitiâ,* his scilicet, optimè regnum velut columnis fulcitur. *Carolus IX.*

28) *Cælestie regnū terrenis addere.*

28. Duæ in terra coronæ, tertia inter nubes. inscript. *Manet ultima cœlo, Henricus III. Vales.* Rex Poloniæ, ac deinde Galliæ.

29. Bū-

XXXI.

29. Buxus, seu palma Belgica. Inscript. *Nostra vel in umulo.* Ludovica Henrici uxor vidua, hanc usurpat, quod infecunda sit buxus femina, mari ex vicinia sublato, itaque se viduam, ad tumulum fore pollicetur. 29) *Vidua.*

30 Struthio-camelus ab Accipitre lacessitus hunc victorem sub pedibus calcat, inscript. *Provocatus pugno.* Henrici IV. Borbon. qui se victorem contra hostes fore persuasum habuit, à quibus lacessitus esset. 30) *Provocatus vincit.*

Reges Anglorum.

XXXII.

1. Anchora ita erecta, ut formam crucis referat, inscript. *Fata viam invenient.* In Deo suam spem collocare, ac velut in cælo anchoram figere. *Henricus II.* Rex Anglorum. 1) *Spes Deo fixa.*

2. Mons ardens, inscript. *Præluceamus.* nam Reges tanquam montes populis exemplo prælucere decet. Mons ille Hiberniæ Hecla dicitur: qui ut Vesuvius, in Campania, & Ætna in Sicilia, flammas vomit. 2) *Exemplo suis Reges sunt Ioannes I.*

XXXIV.

3. Palma, cum inscript. *Est mortale*, id est, quidquid orbis habet, & in Regibus etiam admiratur victoriosis, caducum esse: uti ipsa palma, quæ semper viret, non viret semper. *Henricus. III.* 3) *Victores denique occumbunt.*

4. Vinea in oppugnatione urbium usitata. inscript. *Hinc fortius ibo:* Alludere videtur ad captivitatem, quâ privatæ inclusus domui, evasit denique, velut è carcere ad militares vineas, ac deinde armatus conjuratos superavit. *Edvardus I.* Nec malè. nam ab adversis toleratis fortiores reddimur. 4) *Adversa superare.*

XXXV.

5. Aranea telam, obstante licet vento, perficit. inscript. *Audentios ibo:* id est, obnitar fortius adversis. *Eduardus II.* 5) *Adversis obnixi.*

6. Serpens palmæ & lauri ramis in orbem coëuntibus coronatisque implexus, inscript. *Regis victoria ac virtutibus.* Serpens enim prudentiam, palma fortitudinem, laurus victoriam, corona Regem, signat. *Richardus II,* 6) *Prudentia ac fortitudine vincitur.*

XXXVI.

7. Gladius in ara sub corona erectus, inscript *Pro ara & regni custodia:* videlicet arma geram. *Henricus IV.* 7) *Pro religione & regno pugnare.*

8) *Deus orbem gubernat.*

8. Manus divina ex catenula orbem suspendit, velut tribus digitis, ut loquitur scriptura. inscript. *Nil sine Deo.*

XXXVII. *Eduardus VI.*

9) *Rex vigilans esto.*

9. Grus in globo, collo in pectus inflexo, dormienti similis, verùm altero pede lapidem sustinens, ut solent vigilantes. Inscript. *Non dormit qui custodit.* Id est, Rex populo semper invigilat. *Henricus VII*

10) *Regnũ mite.*

10. Rosa sub corona. Inscript. *Rutilans rosa sine spina.* Rosa Angliæ Regum, ut lilium Galliæ insigne est, fuit: que olim alba quorundam, uti & purpurea aliorum ex regia familia insigne, qui æmulatione mutuâ, ferróque tamdiu concertarunt, dum in unum denique stolonem pace & connubiis coaluerunt. *Henricus VIII.* qui quidem existimavit seriosam sine spinis, multos tamen pupugit.

XXXVIII

11) *Regnũ virtute mereri.*

11. Serpens in coronam implicatus cujus in medio stella fulget, diadema in vertice. Inscript. *Fato prudentia major.* Id est astro natali, sive nascendi sorte, regnum non meremur; sed prudentiâ. *Bolenia* Henrici uxor.

12) *Latitia oversa.*

12. Chelys, cum Inscript. *Versa est in lacrymas.* Id est, lætitia in nostris usurpata nuptiis, in mœrorem versa est. *Anna Henrici uxor* Guilielmi Cliviæ Ducis filia à Rege demum repudiata.

Reges Scotiæ.

XXXIX.

1) *Pugnare pro religione & repub*

1. Crux & ensis in medio jacentis coronæ defixa. Inscript. *Pro lege & grege,* Crucem scilicet, & gladium in regno geram. *Iacobus II.* Stuardus.

2) *Rex fovens subditos.*

2. Gallina sub corona pullis incubat: Inscript. *Non dormit qui custodit.* Id est, Rex subditorum curam gerens. *Iacobus III.*

3) *Hostibus nõ cedere.*

3. Duæ rupes aut scopuli in mari Inscript. *Durabo.* videlicet inter Britannos & Gallos hostes, velut inter scopulos geminos. *Iacobus III.*

4) *Cælestẽ regnũ terreno præferendum.*

4. Sphæra terrestris sub corona 12. stellis ornata. Inscript. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Id est universus mundus, & regius honor vanus est. *Rubertus.*

5. Sceptrum cum gladio per coronam decussatim tra-jecto,

jecto, orbis globo intermedio. Inscript. *Aut ornari, aut mori*, id est gladio occumbam, aut sceptro potiar, fortiter magis, quam piè sensit. *Ioannes Stuardus.*

6. Nomen Dei Iehova in corona viridi herbarum, inscript. *In virtute tua*: scilicet, regnum moderabor & coronam defendam: *Iacobus IV.*

7. Caput bifrons in columna: inscript *Vtrumque* puta, respiciam, tam præterita, quam futura: quod prudentis officium Regis est, vel utrumque Regem, hinc Galliæ, inde Britanniæ concertantes, velut medius, intuebor. *Iacobus IV.*

8. Musculus exilis piscis magnum cetum præit, ne hic incautè in vada aut scopulos impingat, inscript: *Vrget majora*, nempe à minoribus, & humili genere natis plerumque Principes in aulis, ne impingant, ducuntur. *Iacobus V.*

9 Gladius coronatus, inscript. *Pro me, si mereor, in me. Iacobus VI.* qui, sinistro latere, natus gladium præferre visus, unde hoc symbolo de se actus, illum sibi, vel pro defensione, vel, si mereretur, pro clade & exitio datum putabat.

5) *Pugnare spe regni.*

XL.

6) *Deus regna tuetur.*

7) *Prudēs.*

8) *Reges ipsi ab aliis regendi.*

9) *Arma pro regib⁹ & contra reges.*

Reges Portugalliæ.

1. Arbor in litore hiuc maris fluctibus inde ventis jactata, quercus videtur: inscript. *Nec moveor ventis, nec terreor undis*, id est, adversa contemno *Alphonsus III.*

2. Navis triplici velo prolata, inscript. *Velum ventis*, id est, fortunâ utar favente, & rebus secundis, vel benignâ populi voluntate. *Alphonsus IV.*

3. Orbis aquis circundatus, inscript. *Primus circumdedisti me.* Emmanueli id Regi tribuitur, quia sub ipso cœptæ navigationes Indicæ, quibus deinde totus orbis circumcirca aditus.

4. Laurus inter boreales ventos & solem. Inscript *Haud hieme, minùs æstate*, nempe virorem amittet, nam viret æquè inter secundam & adversam auram. *Ioannes II.*

5. Crucem, cum inscript. *In hoc signo vinces*, à Constāt. Magno mutuatus. *Ioannes III.*

XLI.

1) *Adversis non cedere.*

2) *Fortuna favēs.*

3) *Novum orbem Deus texit, & aperuit.*

4) *Adversa inter vigere.*

XLII.

5) *In cruce salus.*

6) Incrementum bonorum à Deo est.

6. Concha piscis, dictus pinna, cum pisciculo Pinnothere indiviso comite, quem Concha alit. Luna in cœlo cum stellis pauculis; sed accerescens, cum qua & Conchæ accrescent: Inscript, *Serena celsa favent.* Id est, crescam superis faventibus. *Sebastianus* Rex, pisciculus ille fidos Regis asseclas denotat, eius simul incremento fruituros.

7) Quæ pro sunt sæpe nocent.

7. Delphinus Navi alludens in mari. Inscript. *Vber & tuber.* Id est, piscis hic licet & hominibus favere videatur, & captus utilitatem præbeat, tamen & sæpe lædit etiam imprudens punâ dorsi, quâ, ut acutissimâ, si in carinam impingat, eam perforat. *Henricus II.* Rex Portug. ultimus.

Reges Hungariæ & Bohemiæ, Poloniæ, Daniæ.

XLIII.

1) Adversa vincere gloriosum.

1. Adamas insignis in annulo sub stella. Inscript. *Durat & lucet*, videlicet in adversis durat patientia, lucet gloria. *Matthias Hunniades* Rex Hung. & Boh.

2) Animus in corpore integer.

2. Speculum, thecâ reductâ, Inscript. *Vndique illæsus.* Id est, animus in corpore integer existit. Dicitur, ante diem, nondum coalitâ membranâ natus, ad quod videtur alludere, sed & ante diem cum Turcis temerè congressus mortuus. *Ludovicus Rex* Hung. & Boh.

3) Vigilantia.

5. Gallus in tuba. Inscript. *Cura, vigila.* Nam & tuba, & Gallo vigilante noctu excitamur, & vigiliarum admonemur. *Rudolphus* Rex Boh.

4) Regnũ consortem non fert.

4. Bos in pingui prato. Inscript. *Neminem admitto*, hi enim consortem à latere dimovent, solíque cupiunt pascere, videlicet, & regnum consortem non patitur. *Ioannes* Bohem Rex.

XLIV.

5) Somnus Regi sit rarus.

5. Papavera quinque coronata. Inscript. *Per non dormire*, seu, Non dormiendo regna videlicet custodiũtur. Papavera enim somnum malè conciliant imperanti. *Stephanus Bathorius* Rex Poloniæ.

6) Dolor fictus.

6. Crocodilus lacrymans, quod alios interimens facit, Inscript. *Nostri simulacra doloris*: id est, simulati tantum, unde fictæ lacrymæ Crocodili dicuntur. *Anna Regina Poloniæ* Stephani uxor.

7) Regibus semper hostes sunt.

7. Aquila cum Dracone pugnat. Inscript. *Dimicandum*

dum. Id est, hostis imperanti non deest, quicum dimicet; aut subditus, aut alienus erit, *Christiernus II.* Daniæ.

Reges Navarræ, Austrasiæ &c.

XLV.

1. Pallas inter subjecta pedibus arma, Inscript. *Requies hac certa laborum*, id est, inter arma tutius, quàm in otio quiescam. *Carolus Borbon.* Rex Navarræ. 1) *In armis quies tutior.*

2. Urnæ duæ altera igne, altera aquis plena effunduntur, flamma cœlum, aqua terram subit. Inscript. *Par obitus*. Id est, improbus qui terrena sectatur, uti aqua in terram dilabetur; justus, ut ignis, cœlum petet. uterque obibit mortem. *Ioannes II. Borbon.* Rex Navarræ. 2) *Iustus cœlo improbus infero cadit.*

3. Lembus in mari sine velo, remis, remige, inter alucentia de cœlo sidera Inscript. *Quo fata vocabunt*. Id est, quo divina providentia, inter adversa mundi, duxerit, insequar & obsequar. *Henricus I. Borbo.* Rex Navarræ. 3) *Providentiæ Dei se tradere.*

4. Columba ad sociam columbam sibi recte succedit. Inscript. *Quasi columba secunda*. Iana *Elbeta Henrici uxor*, Regi viduo matrimonio jungenda usurpat, quasi ad illum, sub easdem conjugii plagas, ventura. 4) *Conjugium.*

XLVI.

5. Caput mortuale, in quo serpens, quem ferunt in demortui cadavere subnasci. Inscrip. *Te nunquam timui.* Id est, non timeo mortem: bona, opinor conscientiâ fretus. *Henricus II.* Borbon. 5) *Mortem nõ timere.*

6. Cornucopiæ geminum infrà coalitum, suprà medio adamante, velut in annulum coiens, sole & lunâ & centro annuli junctis. Inscript. *Simul, & semper.* Sol, & luna, Regem, & Reginam denotant, cornua copiæ annulo conjuncta, perpetuitatem amoris, & connubii regalis felicitatem in alios exundaturam, quæ inscriptio magis exponit. *Margareta Vales. Henrici uxor.* 6) *Conjugium regale felix.*

7. Caltha flos ad solem conversus, Inscript. *Non inferiora sectus.* Id est, postquam maritus ad superos transiit, ego nullum alium nisi Deum, ut Caltha solem, secuta fui. *Margareta Vales.* eadem. 7) *Deũ in omni opera spectare*

8. Lilium Gallicum, & Bellis sive Margarita flos geminus,

8) *Consanguinitas regia.*

minus, velut inter lilii folia, pullulans, inscript. *Mirandum naturæ opus.* Significatur Margaritas geminas Reginas ex Galliæ Regibus ortas. *Eadem.*

XLVII.

9) *Cedēdo vincere.*

9. Fax ardens in aquam immissa extinguitur, inscript. *Omnia vincit*, videlicet, patiens, velut aqua, cedendo. *Theobertus* Rex Austrasiæ.

10) *Afflictio spe sustinenda.*

10. Arbor hieme exsucca, & foliis nuda, inscript. *Gaudium meum, spes est*, scilicet, veris instantis, quo rursum vestiar, & florebo. *Iacobus* Rex Cypri ultimus, qui vel ad regni meliorem sortem, vel futuræ vitæ respexit.

11) *Pericula superata feliciter.*

11. Musculus gladium transiens, inscript. *Sic super irrepat, Contramus* Rex Burgundiæ: è cujus somniantis de thesauro, ore hic musculus egressus, ad proximum spelæum fertur, ubi latebat aurum servo spectante & ut musculus aquam transiret, gladium, pontis loco, substernente. Optatur hic felix rei novæ eventus.

12) *Severitas in justitia administrāda.*

12. Gladius duplici fune ad apicem usque decussatim involutus, inscript: *Discite justiam moniti.* Bassanus Rex Sicamb. quem historiæ memorant severè jus exercuisse, etiam proprii filii supplicio, pro more autem illi exercuisse fuisse, ensem fune implicatum prælatūmq; tanquam fasces Rom. subsequi.

Venio nunc ad alteram Typotii *partem, ex qua illustriora tantùm symbola decerpam, explicatione etiam, ubi non obscura fuerint, præteritâ, ne alienis ubique ingeniis diffidere videar, aut sine necessitate ori ationem extendam, ubi de aliorum sententia sæpe est divinandum.*

Symbola Cardinalium Rom. Ecclesiæ.

XLVIII.

1) *Constās in diversa.*

1. Sol clarus, inscript. *Idem per diversa.* Videlicet, per diversa sol uno eodémq; vultu, diversis omninò operationibus, incedit. *Carolus* Arragonius.

2) *Præluceret virtute.*

2. Lampas in hasta inversa pleno lumine, inscript. *Lux publica Principis ingens.* Alludere videtur ad Persarum Principes, quibus publicum subeuntibus ignis præferebatur. Verum ipse Princeps suis rectius virtute præluceat *Carolus* à Lotharingia.

3. Ta-

3. Tabula rasa ac nuda inscript. *Melior fortuna notabit.* Ludovicus *Borbonius* fortè Pontificiâ se dignitate ornandum sperabat. 3] *Honoris exspectatio*

4. Phœnix in busto, inscript. *Se necat, ut vivat.* Andreas *Bathorius* nepos Regis Poloniæ Stephani. Mundo se credo subduxit & mortuus est, ut DEO viveret. 4) *Mori mundo.*

5. Pyramis, per quam hedera in orbem assurgit, inscript. *Te stante virebo*, id est, Rege meo stante, vel Romana Ecclesiâ, cui tanquam virens hedera nitor, *Claudius* Guisius. 5] *Fide subniti.*

XLIX.

6. Ciconia pede & ore serpentem mordicus complexa. inscript. *Amon profit.* sive *Meo commodo.* debellat enim, ut fruatur. Sic ex hostibus devictus commoda obventura ominabatur. *Ludovicus Guisius* Lotharingus. 6] *Hostiũ spolio ditari.*

7. Novem hæc 000000000. inscript. *Hoc per se nihil sed si minimum addideris* (unitatem scilicet) *maximum erit.* Nimirum ex re sæpe levi gravissimi errores nascuntur. Athenis puer cornicum oculos configens sublatus est, quòd hoc ingenium ætati junctum majora ausurum crederent. *Aloysius* Guisius. 7] *Levis rei neglectus, sæpe grandia destruit.*

8. Adolet thus super aram vir infulatus. *Ioannes Mediceus Cardin.* inscript. *Quò sum vocatus?* Utinam plures hac cogitatione defixi Deo servirent! 8] *Vocationis suæ memor.*

9. Luna, interfecto orbe terræ, inter solem eclipsin patitur, inscript. *Hinc aliquando eluctabor*, id est, ex tenebris adversariorum gloriam meam opprimentium, *Alexander Medices.* 9] *Oppressio brevis.*

L.

10 Hedera Arbori virenti implicata. Inscript. *Vix nata sustentor.* Arbor videlicet à sole; hedera ab arbore, se hederam: Pontificem intelligit arborem. Pontificem à Deo, se à Pontifice sustentari docet. *Ioannes* Angelus Medices. 10) *Ope aliena nutriri.*

11. Turris sepulchralis. Inscript. *Ingressus & non regressus.* Videlicet à sepulcro & morte non est reditus ad vitam, *Hippolytus Medices.* Florent. 11) *Mors sine regressu &.*

12. Pila. Inscript. *Emergit pressa* videlicet pugillari in terram depressa in altum extollitur. Ita adversis patienter toleratis elevamur. *Idem.* 12] *Adversis extollimur.*

13] *Lumẽ petendum de cœlo.*

13. Prometheus inter nubes de cœlo ignem adferens. Inscript. *Altiora*. scilicet, in operibus secteris, ac de cœlo lumen ac gratiam petas. *Aloysius Eistensis* Cardinalis.

LI.

14] *Sequi viros illustres.*

14. Scambrus piscis Alausas pisciculos post se trahens, ut proinde illum, Galli, lenonẽ, has meretrices appellent; rectius *Idem Cardinalis* usurpat inscribendo. *Sic tua nos virtus*: (Pontificem credo intelligit) attrahit.

15] *Sensim sed bene cedere.*

15. Testudo sub cochlea incedens. Inscript. *Cum tempore*. videlicet, eò perveniam, quò contendo; ego *consilio, & actione*, ut testudo pedibus. *Idem.*

16) *Onus par viribus sit.*

16. Camelus submissus sponte ad onus non assurgit, cum vires ferentis superat. Inscript. *Non plus tollo, quàm sim ferendo.* Id est, plura munia atque officia in me non suscipio, quàm administrare rectè possum: *Hippolytus* Eistensis.

17] *Innocentes sæpe vincunt.*

17. Aquila cygnos naturali odio petens à duobus, hinc atque hinc alas ipsius mordicus complexis, tenetur. Inscript. *Sic repugnant*. Id est, innocentibus, contra noxios victoria plerumque est. Et fortè ad hoc allusum; quòd *ne Hercules quidem contra duos* sufficiat. *Hercules* Gonzaga Cardin.

LII.

18] *Fortitudo in malis.*

18. Hercules contra hydram pugnans. Inscript. *Tu ne cede malis*, quod licet Typotius Perino *Gonzaga*, ego tamen *Herculi*, majori gratiâ, tributum putem.

19) *Pacis amor.*

19. Aquila in trunco olivæ, hinc atque inde ramusculis pullulante. Inscript. *Bella gerant alii.* Nam ego [cui Aquila gentilitia est) Ecclesiæ pacificæ me addixi. *Franciscus Gonzaga* Card.

20) *Religionis veræ amor.*

20 Nudum brachium crucem sustinens. Inscript. *Potiùs mori, quàm fidem fallere*, id est, cum cruce, aut pro cruce ac fide Christi moriar. *Scipio Gonzaga.*

21) *Finis operis bonus.*

21. Mures ex viridi cespite, in cujus medio scopus sagittam infixam sustinens. Inscript. ΟΤΤΩΣ ΒΑΛΑΕ. *Sic feri.* ut scopum tangas id est, omnes tuas actiones ad rectum finem dirige. *Alexander Farnes.* Cardinalis.

22. Homo in fronte uno oculo, in vultu duobus, sed clauso altero, in pectore item binis, uno clauso, effictus. Inscriptio Hispanica, *Los cerrados por no mirar, los aviertos*

tos, por no errar, vel ut alii, *por Plorar* id est, Clausos ad non videndum, apertos ad non errandum. vel ut alii, ad plorandum. Monet his oculis in operatione Deum, proximum, & seipsum intuendum esse. Deum ante omnes uno in fronte oculo velut ratione, nullâ dissimulatione ullius rei, quæ clauso oculo significatur: proximum monet ita observandum, ut in quibusdam ipsius erratis conniveas; te verò tuumque pectus ita illi manifestandum; ut quæ secreta esse debent, illum, velut altero oculo pectoris concluso, celes; vel potius, oculos claudendos ad proprias virtutes, aperiendos ad vitia; contrà quam in proximo. Posterior tamen inscriptio, Pœnitentis viri speciem exprimet, qui claudat oculos ad suam aliorumq; in mundo, vanitatem, & aperiat tantùm ad eandem deplorandam, vel, qui claudat oculos, ne suam calamitatem videat, aperiat, ut ploret. Rodericus Borgia Valentinus.

22) *Finis operis, Deus, proximus, vel nos ipsi sumus.*

LIII.

23. Manus oculata obeliscum indice ac medio tangens. inscript. *Fide & vide Manus* (inquit, apud Plaut. lenonem) *oculatas habeo, credunt quod vident*, solùm dum capiunt promissa. Tu, si tanquam obeliscus firmus stare cupias, nec aliorum subverti fallaciis: non porrige manum, id est, ne fide, nisi videris cui fidas. *Matthæus Lantgius Cardin.*

23) *Fidere cum circumspectione.*

24. Fasciculus sagittarum. *Vnitas*, nimirum, facit, ut frangi non possint, quæ dissolutæ poterunt, quod ab exemplo *Sciluri* Regis desumptum est. *Christophorus* Madrutius.

24) *Conjunctio firmat.*

25. Daniel in lacu leonum. Inscript. *Si Deus nobiscum quis contra nos?* id est, nullos hostes Deo nixus metuo. *Philippus Boncompangius.*

25] *Deo fidendum.*

26. Luna in nocte stellata. inscript. *Illuminatio mea.* id est, ut luna terram in tenebris; sic me Deus in adversis illuminat. uti, David inquit, *Dominus illuminatio & salus &c.* *Christoph.* de nomine Aretino.

20] *Lumen à Deo.*

LIV.

27. Luna inter solem, terramque obscuram; quia sol obtenebratur. inscript. *Totum adimit, quo ingrata refulget.* terræ, scilicet, lucem, quam à sole accipit. Sic *Ascanius Sphortia Card.* Pontificem Alexandrum VI. tanquà lunam,

27] *Ingratitudo erga benefactores.*

nam, ingratum esse queritur: quòd se obscuret, & sublatum cupiat, à quo ad hanc dignitatem potissimum evectus fuerat.

28] *Occasio præterit.*

28. Occasio in rupe. Inscript. *Erit altera merces.* Id est. dum tempus est, operemur mercedis futuræ intuitu. *Franc.* Sphortia.

29] *Deus finisque ultimus semper intuendus.*

29. Stellæ, Cireinus, Pyxis nautica, liber rationum. Inscript. *Aspicit unam*, videlicet, Nauta in cœlo unam præcipuè stellam; Circinator unum centrum; Temporis explorator, in mari pyxidem; Creditor rationum syngrapham. Ita scilicet, in omni opere, unum tibi præcipuè finem ac Deum propositum specta: In matrimonio unam conjugem: in literis unam scientiam: in medicina sanitatem: in judiciis justitiam. *Matthæus Vrsinus* de monte Jordano.

LV.

30) *Adversa inter & prospera proficimus.*

30. Caltha in vasculo, hinc pluvio madescit vento, hinc sole fovetur. Inscript. *Vtriusque auxilio*, id est, tam rerum adversarum, quàm secundarum ope proficimus. *Iacobus Vrsinus* Card.

31) *Deipara Virg. cultus prodest.*

31. Elephas nova luna ad Mauritaniæ saltus, [ut Plinius] in Amilo flumine se lavat, veneratus lunæ sidus. Inscript. *Sic ardua peto.* Nimirum ad cœli portum ex mundi fluctibus, Christo, aut D. Virgine honoratâ, exeundum. *Fulvius Vrsinus.*

32) *Vita brevis.*

32. Cepæ tres cum bulbis facescunt semine per terram sparso. (Ascaloniam Theophrastus vocat, quæ semine fuso mox intereat. (Inscript. *Prius mihi, post soboli*, scilicet, pereundum. Brevis vitæ mortales admonet, qui vix generant alios, & pereunt. Unde cepis ostendit ita fluxis, præsertim à jacto semine; conjugalem se vitam fastidire. *Prosper Columna.*

33) *Spes nostra in Deo sit.*

33. Seges pluviâ irrigatur. Inscript. *In te Domine speravi:* qui rigas corda. *Pompejus Columna.*

34. Anser strepens. Inscript. *Nocet esse loquentem*, id est, anser ceteroquin avis non ingrata, solâ voce aures multorum offendit, se etiam suosque prodit raptoribus, quanquam Romanis in capitolio semel profuerit suo stridore. *Franciscus Caraffa*, qui putaverit eis tacendum, qui digna auribus loqui non possent.

LVI.

34] *Loquacitas noxia.*

35. Cal-

35 Calvaria & stella in corona hederaceo duplici, decussatis corollis, texta. Inscript. *Æterna virtute paranda*tur. id est, mori debes, carni & mundo tanquam calvaria esse, cœlo vivere, & velut stella, lucere, ut coronam merearis. *Hieronymus Doria.*

35] *Moriendum mundo, ut vivas Deo*

36. Cervus. Inscript. *Vigilantibus.* Videlicet, in præda occurrit. Ut gloriam, atque intenta laboris præmia consequaris vigilandum *Hieronymus Auria.*

36] *Vigilandum.*

37. Corona spicea. Inscript. *Vitæ mortisque comes*, scilicet, fructus laboris. *Iacobus Sabellus.*

LVII.

38. Cervus vulneratus, & cinctus serpentibus fontem insilit. Inscript. *Una salus.* ferrur verò, comesо cancro his vulneribus mederi. Fons noster Christus. *Carolus Borromæus*

37) *Fructus laboris manet.*

38) *Baptismus & pœnitentia.*

39. Araneus in telæ medio, quam pertexuit. Inscript. *Calitus datum*, id est, quidquid possumus ingenio, & possidemus nostrum, licet tela hac levius sit, est tamen à Deo. *Hieronymus Moronus.*

39] *Deo ingenium debemus.*

40. Ara accensa, quæ retinaculo anchorarum statuis (infrà in columnam, supernè in hominem, at sine lacertis, terminatis,) adstringitur. Inscript *Tensis vi retinaculis.* Per aram (cui inscriptum, *litatur*,) cultum Divorum, per statuas indicant constantiam in bono, nam manibus carent ad operandum mundo: à ventre in columnas desinunt, ut inferior homo abolitus & oppressus intelligatur, retinacula, sunt conjunctio religionis, sive pietatis eum constantia, quæ idea quædam Religiosi est. *Rudolphus Pius de Carpi.*

40) *Mortificatus & religiosus homo.*

41. Leo ex freno per manum tenetur. Inscript. *Dies & ingenium.* scilicet, docuit parêre Leones. Et Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit, &c. *Ioannes Paulus Chiesia.*

LVIII.

41] *Tempore & arte feritas domatur.*

42. Vesuvius ardens. Inscript *Ego semper*: nempe ardeo, in amore Dei? an cupiditate rerum terrenarum? multum interest. *Petrus Franciscus* Ferrari.

42) *Amor nobis insitus.*

43. Puteus cum trochlea & situlis, ut hauriatur, Inscript. *Motu clarior*, nam putei, unde non hauritur, sordescunt algâ, aliisque vitiis, quibus aqua laborat. Ita fit otiosis, qui motu & exercitatione clarescerent, *Guido Ferrari.*

43] *Otio perimus.*

44] *Resignatio.*

44. Caltha in vasculo solem sequitur. Inscript. *Dum volvitur iste.* Ita anima nostra in corpore, ut vasc fictili, solem rectè Deum sequitur quocunque rapit. *Petrus Bembus* Venetus.

LIX.

45) *Constans.*

45. Tetragonum seu quadrangularis murex vento furente impetitur. Inscript. *Undique frustra*, nam stat quocunque vertas, sic vir constans &c. *Antonius Cararus* Venetus.

46) *Deus ubiq; præsens.*

46. Sol radiis illustris. inscript. *Non cernuntur, & adsunt.* radii nimirum solis, Dei oculi, atque etiam Regum, quibus, ut longæ manus, & multæ aures; sic & observatores oculi, quibus videant, etiam non visi *Philippus Spinola.*

47] *Opes perituræ.*

47. Naves quatuor, quarum duæ submersæ, duæ ancipiti periculo jactatæ. inscript. *En curas hominum.* inanes, scilicet, ut qui sæpe portum non attingant. *Ioan. Baptista Cagala.*

48] *Adversa superare.*

48. Sol inter nubes. inscript. *Premitur non opprimitur.* Ita vir generosus inter adversa. *Zacharias Delphinus* Venetus.

LX.

49) *Prudens finē spectat.*

49. Serpens Pyramidis apici implexus. Inscript. *Per ardua virtus*, scil. nititur. *Alex. Compegius.*

50] *Labor expolit.*

50. Vomer splendens. inscript. *longo splendescit usu.* Videlicet experientia rudes, & incultos mores expolit. *Io. Francis. Gambara.*

51] *Onus suave.*

51. Hercules captum à se æripedem cervum humeris defert Inscript. *Onus meum suave.* nempe præda, licet gravis, dulce est onus. Ita & onus religionis dulce. *Stanislaus Hosius.*

52] *Sublimia sectari.*

52. Abies tenera & accrescens, sub sole, & pluvia. inscript. *Altiora peto.* Id est, ad majora, sive in terra, sive in cœlo, per virtutes assurgo. *Georgius de Armiaco* Gallus.

53) *Fraus fraude cōpensata.*

53. Grus ex anguisti oris vase cibum haurit, vulpe structa invitatâ. inscript. *Fraus fraude compensata*, quod antè, ut apud *Æsopum* est, illa cibum grui hospiti in lance exhibuerit. unde lambendum, magis quam edendum. *Hugo de Verdala.*

LXI.

54] *Constans.*

53. Globus terræ inter undequaque spirantes ventos. inscript. *Semper immota.* Ita mens nostra, exsurgentibus tentationum ventis, immota stare debet. *Idem.*

55. Tria

55. Tria in agro lilia. Inscript. *Considerate lilia agri*, supple ex Evangelio, & ore Christi, quæ neque laborant, neque nent, &c. Nempe Deus provisor omnium optimus. *Aloysius* Venetus. 55) *Providentia Dei*

56. Vipera fœtu ventrem perfossa. Inscript. *Ingratis servire nefas*. Patria ferè Christus de Judæis queritur. Filii matris mei pugnaverũt cõtra me, *Franciscus de Mẽdoza*. 56) *Ingratus parentibus.*

57. Palmæ colligati rami. Inscript. *Iustus ut (palma* scilicet, quæ picta est) *florebit*. quo allusit ad nomen. *Hieronymus Palmerius*. 57) *Iustus.*

58. Cribrum per quod farina à siliquis separatur. Inscript. *A bono malum*; scilicet, separo quod prudentis & æqui est judicis. *Innocentius Cybo*. 58) *Iudex æquus.*

Ineus & juxtà malleus. Inscript. *Durabo*, nempe inter adversa. *Idem*. LXII. *Adversa ferre.*

59. Sol in apice obelisci. Inscript. *Sine fine*. Obeliscus constantiam seu perennitatem; sol æternam lucem præfigurat. Ad hunc solem adspirat. *Idem Innocentius*. 59) *Spes lucis æternæ.*

60. Turturum duo in jugo diffracto. Inscribit. *Concres*. Nimirum Hungariæ supernæ & inferioris regnum significat, *Ludovici Regis* intempestivâ morte, in partes diremptum, neutrâ liberâ. Ferdinando Imper. & Jovitius *Hungarus*. ceterùm aptum esset symbolum duorum thoro divulsorum conjugum. *fractum* (scilicet *jugum*) *at non liberata*: 60) *Regnũ divisum.* *Conjuges separati.*

61. Pomusita fructibus onerata, ut rami & sponte laterentur, & divulsi ab aliis appareant. Inscript. *Inopem me copia fecit*, nam propter copiam pomorum etiam ramis spolior. Ita suas opes liberalis animi vir, cum suæ fortè valetudinis jactura, ob laborem conjunctum, aliis impendit. *Franciscus à Dietrichstein* Cardinalis. LXIII. 61) *Copia sæpe opprimit.*

62. Sol in cœlo, cum manu illum indigitante. Inscr. *Vbique similis*. Id est vir justus & fortis, vel certè Ecclesia, aut Christus ipse. *Franciscus Villadum* Gallus Mag. Equit. Rhodiens. 62) *Constans.*

63. Rota, sua in orbita. Inscript. *Non excedet orbitâ*, Id est, viâ, quâ benè cœpit, non excedet Fide ac virtute, quâ cœpimus, non abeundum. *Hugo Verdala* Magist. Equit. Melit. 63) *Fide Ecclesia non decedere.*

Symbo-

Symbola principum Electorum, Archiducum Austriacorum, Ducum Burgundiæ &c.

LXIV.

1] *Mors immota.*

1. Statua in viridi, exurgens cespite quadrata usque ad humeros. Inscriptum. *Terminus*, & circum: *concedo nulli*. Inscript. sive explicatio symboli, est. *Mors ultima linea rerum*. Nempe Terminus Deus agros, hæc vitam terminat. *Albertus Cardin. & Archiepisc. Moguntinus* Elector Imperii.

2) *Laborare frustra.*

2. Duo in navi piscatores, sole occidente, retia colligunt. Inscript. *Pudeat nos perdidisse diem*. Apostoli sein nocte laborantes nihil cepisse queruntur, hi quod de die meritò pudet, cùm rudes se piscatores ostendant. Nempe illustrati sæpe fidei lumine minimè laborant, ac proficiunt. *Daniel Archiep. Moguntinus.*

3] *Libertas grata.*

3. Falco, pendente ex collo perophthalmio, volat in aëre. Inscript. *Recepto visu libertatem arripio* nos verâ fide, aut cognitione Dei vendicamur in libertatem filiorum Dei: nam omnis peccator ignorans. *Salentinus Archiepisc. Colonienſis.*

LXV.

4] *Deus ubique præsens.*

4. Sol & luna, ac deinde oculi duo, alter in cœlo, alter in terra, ubi Adam & Eva sub arbore: Inscript. *Omnia nimirum Dei oculi lustrant omnia*, uti sol & luna. *Ernestus.* Archiep. Colon. Dux Bavariæ.

5) *Iustus semper fructificat*

5. Vitis subnixa perticæ. Inscript. *Semper fertilis*. Nam vitis nisi prorsùs neglecta tarò omni fructu caret: sic Ecclesia, vel etiam justus. *Iacobus Archiep. Trev.*

6] *Iudex justus.*

6. Libra ex nubibus super orbem pensilis. Inscript. *Qui judicatis terram, diligite justitiam. Fridericus S.* Rom. Imperii Elector, *Dux Bavariæ.*

7) *Fortitudo delusa arte.*

7. Cetus in mari, cui vasa pilæque objectæ sunt. Inscript. *His artibus* nimirum, deludunt nautæ, cùm periculum à Cetis imminet, dum enim vasis in altum jactandis occupantur, Navis prætereat, Ira hostem, quem virtute non potes, arte ac dolo aggredere. *Maurinus Dux Saxoniæ* S.R. Imper. Elector.

8. Duo enses decussati in rhombo gentilitio bicolori, lauri

lauri ramis cingentibus, quos pileus Electoralis superne claudit. Inscript *Tandem bona causa triumphat.* Fratri nimirum, cui invisus erat, supervixit ac successit. *Augustus Dux Sax.* Elector.

LXVI.

8) *Æquitas sensim aperitur.*

9. Pavo explicatâ superbè caudâ. Inscript. *Interna præstant.* nempe caro plumis melior: Sic mens nostra corpore, opibus virtus. *Anna uxor Augusti.*

9) *Gloriãtur inanibus.*

10. Leo insignia gentis sustinet. Inscript. *Fide, sed vide,* Id est, vide, cui familiam tuam defendendam confidas, vel fortibus defendas eam viris. *Christianus Dux Saxon.*

10] *Fortimagis fidendum.*

11. Tribulus seu flagellum frumenti in manu. Inscri. *Telum virtus facit* nam animoso ad defensionem etiam hoc sufficit. *Ernestus Ferreus Archidux Austriæ.*

11] *Virtus protelo est.*

12. Navis velis passis ventos excipiens, sed & anchoris hærens. Inscript. *Resistunt firmata.* Anchora nostra spes est, quâ obnitimur vitæ fluctibus. *Ferdin. Archid. Austriæ.*

12] *Spes Deo nixa.*

13 Manus rosas complexa. Inscript *Sustine & abstine.* nempe in mundi blanditiis, & carnis voluptatibus. *Carol. Arch. Aust. Dux Burg.*

13 *Temperantia.*

14. Ramus palmæ & lauri in orbem ita coeuntia, ut infra Austriæ, suprà Burgundiæ corona claudat. Inscrip in medio: *Soli Deo gloria.* id est, sive belli sive pacis tractem opera. (illud Lauro, hóc palma intellige) Deo tribuendum est, quidquid præclarè egero. *Ernestus Arch. Austriæ Dux Burg*

LXVII.

14) *Gloria Dei spectanda.*

15. Grus suspenso pede in palma vigilans, duobus antè hanc Geniis orbem sustentantibus. Inscript. *Amat victoria curam.* Matthias Archid. Austriæ &c. Alibi eandem super arma hoc sensu exhibuit. Alibi *Perseum* Mercurii alis, Plutonis galeâ, & Minervæ clypeo gladioq; Mercurii, armatum & Andromedam à Ceto liberantem proponit, id est, se Hungariam à Turca defendentem, cum eadem inscriptione.

15) *Vigilãdum.*

Patria ab hoste defensa.

16. Leo in pugnam, pedesque enixus. Inscript. *Fortibus resistit*, nam grandibus sese animantibus objicit, Gallum cantantem fugit. Ita virilis animi est, non nisi cum viris pugnare, uti hic Dux cum Turcis. *Maximilianus Archid. Austriæ.*

16) *Pugnare cum fortibus.*

LXVIII.

17] *Vita militia est.*

17. Castra locata. Inscrip. *Militemus*, nam militia est vita nostra, ut Job *idem*,

18] *Pugnandum constanter*

18. Jason cum vellere aureo, Draçone sub pedibus calcato, & aversis bobus ignivomis. inscript. *Assiduitate nimirum*, Turcæ superandi, opesque orientis recuperandæ, sed Christiani Principes nec fœdera, nec bella in hunc hostem urgent, *Albertus Archid. Aust.* Solum vellus Philippus bonus (de quo lib. 3. c. 7. dictum) Dux Burg. usurpavit, cum Inscript. *Pretium non vile laborum.*

Honor & opes æstimantur.

91] *Bello gravantur subditi*

91. Ignitabulum, ex quo ignis undique, percussu silicis, emicat, inscript. *Antè ferit quàm flamma micet.* Ita in bello antè clades infertur propriis subditis, onere tributorum, quàm flamma micet, quâ hostem perdas. *Philippus Dux Burg. Brabant.*

20] *Bellicosus.*

20. Hystrix seu porcus spinosus, Erinaceo pilis similis, coronatus jaculatur spinosas in hostem setas, inscript. *Cominus & eminus.* id est, paratus ad pugnam. *Carolus Audax Dux Burg.* & Brab. idem Carolo 6. Regi Gall. tribuitur. l. 3. c. 7.

21) *Celeritas in bello*

21. Ignitabulum & laurei rami decussati quorum attritu ignis quoque emicat, Inscript: *Ante ferit, quàm flamma micet.* Carolus Dux Burgund. qui hoc solitus agere & gloriari; quòd ante bellum inferret, quàm putaretur adfuturus.

LXIX. Ducum Principum ac Comitum Romani Imperii.

1) *Puniêdi mali, ut serventur boni.*

1. Occa seu rastrum, quo agri sati occantur, inscript. *Evertit & æquat.* nempe solum, Ita Princeps ex agris suæ ditionis perditos homines, tanquam occâ de agro verso zizania tollere, & æquare bonis legibus omnes voluit. *Guilielmus Comes Ostrovetanus* Palatin. Rheni. Holl. Zeland.

2) *Potentiores subigere.*

2. Leo Agnum complexus, & alter domitus à Magistro, inscript. *Parcere subjectis & debellare superbos. Albertus Dux utriusque Bav.* & Palat. Rhen.

3) *Artevires delusæ.*

3. Panthera, ut videtur, simiam odore alliciens quæ blanditiis detinetur, dum hæc, arbori proxima, ho-

stem

tem deludat. Inscript. *Vincit vim virtus*: sive prudens astutiâ, quâ sæpè à fortiori hoste se imbellior explicat. *Guilielmus Dux* utriusque *Bav. Palat.* Rheni.

4. Laurus à fulmine [uti & hyeme] illæsa. Cum eadem inscript. *Vincit vim virtus.* uti enim fulmina laurus, sic virtute munitus facilè vim declinat. *Idem.* 4) *Virtus vim superat.*

5. Navis in mari, stellâ affulgente jactata, Inscript. *Cynosurâ Duce obdurandum.* Quisquis in mundo, ut mari; carne, ut navi jactaris; Deo Duce perfer. *Guilel. IV. Dux Bav.* LXX. 5] *Deo auspice vincendum.*

6. Hippodromus supra orbem (maris immersum fluctibus) medio elevatus aëre, in quo equites duo à meta ad carceres redeunt, ut errores in cursu admissos corrigant. Inscript. *Agnosce, dole, emenda*, si, videlicet, ad coronam, quæ in pyramide super nubes eminet, aspires. Nempe vita nostra Hippodromus est, in quo, instaurato subinde cursu, aberrantibus à meta, errores licet corrigere, quod Angelis non licuit. *Idem.* 6] *Recognitio & emendatio actorum.*

7. Duæ frondes laureæ in scrtum coeuntes sub ducali pileo, & utriusque domus Bavaricæ & Lothar. insignia complexæ. Inscript. *Cor unum & anima una. Renata Lotharinga* Guilielmi uxor. 7) *Conjucti Duces.*

8. Duæ manus calicem complexæ, in quo duo, hinc & hinc turtures, sub cruce media assurgente. Inscript. *Concordia æterna*, videlicet, inter conjuges. *Idem Dux.* 8] *Concordia.*

9. Justitia nuda cum bilance Delphino insidet, ad Iustrus respectans, velut à suis per mare abitura, Inscript. *Cognosce, elige, matura*, primum per nuditatem; nam veritas nuda est: alterum per bilancem, quæ res ponderat, tertium per Delphinum piscium celerrimum indicatur, ita prudëter ac justè ages. *Ferdinand. Dux Bav.* 9) *Iudex æquus nõn differat.* LXXI

10. Palmæ lauriq; rami decussatim familiæ Palatinæ insignia sustinent, intra annulum, hinc adamante, inde manu copulata clausum. Inscript. *Constantiæ & syncerè.* Constantiam adamas, syncerìtatem annulus manusq; promittunt, idque perpetuò, uti laurus, & palma indicat. *Ioannes Casimirus Comes Palatinus Rheni*, Dux Bavariæ. 10) *Fides constans & syncera*

11. Manus duæ annulum complexæ hæc quidē simul palmæ frondem, illa lauri tenens, medium annuli in- 11) *Cõstãtia & fide pervincere*

signia occupant. Inscript. *Invia virtuti nulla est via* Et infrà. *Deo auspice*. Id est constantiâ, & fide, victoriam contra hostes hæc familia obtinebit. *Ricardus Comes Palat. Dux Bav.*

12] *Ex bello gloria.*

12. Lampas ellychnio succenso fumantique ardens. Inscript. *Ex fumo lucem*. Ex fumo, opinor, bellico, lucem gloriæ sperat. *Io. Georgius Comes Palat.*

LXXII.

13) *Gratia affulgens divina.*

13. Navis in mari lunâ stellisque noctu affulgentib⁹. Inscript. *Vias tuas Domine demonstra mihi*. Nempe erramus & facilè aberramus sine Dei gratia. *Antonius Dux Lotharingiæ.*

14] *Iaculatio felix.*

14. Tres aves uno confixæ jaculo. Inscript. *Dederitne viam, casusve Deusve?* Inde sumptum, quòd *Godefridus Bullonius Dux Lothar.* in obsidione Hierosolymitana uno in aërem jactu tres apodas confixerit. Disputatum; casu, an Dei ordinatione ad futurorum significationem id evenisset? unde lemma à Duce assumptum.

15] *Pugnare pro Dei honore.*

15. Arcus manibus adductus, atque in astra sagittam mittens. Inscript. *Sic itur ad astra*, si videlicet pro Deo ejusque honore milites. *Ericus Dux Brunsuici.*

16] *Deus illuminat.*

16. Sol. Inscript. *Visitavit nos oriēs ex alto*. Id est, Deus illuminavit. *Henricus Dux Brunsuici.*

17) *Princeps servit subditis.*

17. Candela, quam Silvanus homo sustinet, forte aulicus: Inscript. *Aliis inserviendo consumor*. Uti candela, sic vel aulicus, vel ipse etiam Princeps subditis. *Iulius Dux Brunsuici.* Qui & *Equum* sub eadem inscriptione usurpavit.

18] *Hostis sublatus*

18 Leo capram intercipit, supra quem corona à Genio suspenditur. Inscrip. *Tandem bona causa triumphat*. Nempe hostem à se, tanquam capram passim herbis & fruticetis carpendo noxiam, interceptum gaudet. *Henricus Iulius Dux Brunsuic.*

LXXIII.

19] *Innocens nullū vimet.*

19. Veritas nuda solo tergo velata, calumnia & mendacium sub pedibus stratæ. Inscript. *Rectè faciendo nēminem timeas* Idem *Henricus Iulius.*

20) *Fides vera.*

20. Luna. Inscript. *Lux in tenebris*. scilicet, lucet, & tenebræ non comprehenderunt. Existimavit se comprehendisse, qui hæc posuit *Henricus Dux Brunsuic.*

21) *Cœlestia spectare.*

21. Aquila super orbem, Inscript. *Altiora peto*. nempe cœlestia. *Carolus Dux Geldriæ ult.* 22. Li-

22. Lilium florens. Inscript. *Hodie aliquid* [nempe flos sum] *cras nihil. Ioannes II. Dux Clivia.* 22. *Vita flos.*

23 Sol nubibus obsessus. Inscript. *His quoq; subjectus.* Et Principibus suæ nubes sunt, & justus quoq; patitur. *Ioannes Dux Clivia & Iulia.* 23] *Principes quoq; afflictur.*

24 Corda velut in scuto sociata, inscriptio una latina, *Hic murus abeneus esto*; altera Italica: *Benevolentia bonissima guardia*, id est optimum præsidium benevolentia, seu concordia subditorum. *Carolus Frider. Iulia Princeps.* 24) *Concordia bonum scutum.*

LXXIV.

25. Populus arbor juxta aquas fertilis, inscript. *Audaces fortuna juvat.* Nimirum cum populo, seu gente Hollandicâ inter aquas nutrita ausus hic Dux est, quæ fidem penè superant, quia contra fidem *Guilielmus Princeps Orangius, Nassavicus.* 25) *Audacia cum successu.*

26. Duo funalia coronata in medio, atq; deorsũ versa, inscript. *Extinxisse nefas.* Guilielmus filius parenti per fraudem sublato; quibus & mortuum coronâ dignum, & æternis facibus mortem celebrandam prædicat. 26) *Gloria à morte superstes.*

27. Hercules cum Acheloo bove congressus cornu evellit. inscript. *Bona spei.* Mauritius Princeps Orang. Regi Hispaniarum Hollandiam tanquam cornucopiæ subtrahit, Rege frustra variis formis mari terraque congrediente. 27) *Terra fertilis bello occupata.*

28. Canis in rogum, opinor Domini sui bustum, desilit. Inscript. *Hoc quoque feciſſem, si mihi vita foret.* Renatus Orangiæ Princeps Regi fidus Qui professus est se Dominum in mortem potius secuturum, quam fide abditurum. 28) *Fides erga Dominum.*

LXXV.

29. Navis malo fracto nec vela, nec remiges ferens, ad anchoram inter fluctus hæret. inscript. *In silentio & spe fortitudo mea.* Hugo de Melun Vicecomes Gandensis, qui in Belgicis tumultibus, tutiùs latere ac quiescere, ratus est 29] *Tumultum declinare.*

30. Typho plaustris cum pappis pluviâ succumbit. Inscript. *Tempestati parendum*, id est, cedendum aliquando, ne frangaris. *Christophorus Marchio Baden-* 30) *Credere turbu.*

31] *Deo fidere.* LXXVI.

31. Arboris truncus cui novæ plantæ insertæ. Inscriptum, wan Gott will. *Si visum Superis.* nempe succedet, *Guilielmus Princeps & Comes de Henneberg.* vel si vel posteros alienæ licet stirpi insertos fructum facturos sperabat.

32) *Bellicosus.*

32. Gladius nudus, erectusque Inscrip. *Ex hoc in hac,* bellum scilicet, translatus, nec quietus unquam in Principis latere *Christianus Princeps Anhaltinus.*

33) *Labore vincere.*

33. Triremis, demissis in fluctu velis, remis propellitur. Inscript. *Non frustrà* nam labore sæpè variis tentationum venti fluctusque vincuntur. *Philippus de Lamberg.* Eques ordinis S. Joannis Hieros.

34) *Sibi sufficere.*

34. Camæleon. Inscript. *Se ipse sustinet*, nam vento ali ac vivere creditur. Ita existimat fortè bellum Belgicum seipsum absque tot regni impensis posse alere, modò benè administretur. *Carolus Philip. Crojus Dux Arschotanus.*

35) *Principes sibi mutuò infesti.*

35. Luna & Sol oppositа mutuò se ex parte obscurant. Inscript. *A Domino factum est istud.* nempe & Deus voluit, ut dum Principes mutuò sibi bellis adversantur, alter alterius luminibus obstrueret. *Carolus Dux Munstergensis.*

36] *Dei gratia proficimus.* LXXVII.

36. Vitis circum perticam volvitur & sol in cœlo. Inscript *Dum volvitur iste*, id est. dum sol vitis & Deus in cœlo fovet, proficimus. *Henricus Dux Ligniz &c.*

37) *Celeritas in bello.*

37. Tibia calcari armata in stapede pender. Inscript. *Hoc opus est.* id est, incitatis equis, sive celeritate in re conficienda. *Sighertus Comes Habsburgi.*

38] *Gratia Dei illustrat.*

38. Vitis affulgente solo. Inscript. *Ad salutem illustrat.* Lux cæsestis nos tantum ad salutem illustrat, non ad gloria ac splendor. *Idem.*

39) *Concordia bello potior.*

39. Citharam brachium armatum sustinet. Inscript. *Hæc mihi tuba*, id est ad concordiam, quæ harmonia animorum est, potiùs, quàm ad bellum incitabo. *Otto bertus Comes Habsburg.*

40] *Benevolentia subditorũ Principes tuetur.*

40. Corona inter duas parmas, geminis utrimque hastis, pendentis. Inscript. *Benevolentia*, nempe subditorum in bello & pace optimè coronam defendit Principum *Babo Comes Habsb.*

42. Fulminis ignes per nubes obsidentes prorumpũt.

In

inscript. *Vim viribus* nempe perfringo & repello, hoc & nobis licere natura voluit. *Rotherius Comes Habsb.* 41] *Vim virepelle-re.*

42. Sol arbori virenti profusæque lucem affundit, post quam altera arbor arida vix sole fruitur. Inscript. *Superabo alibi*, id est, radios favoris malè tibi impensos aliis cum majori utilitate impendam. *Hotoprechtus Comes Habsburgi.* 42] *Favere dignis.* LXXVIII.

43. Cava pila ænea in focum conjecta vicinum focum ore spirante animat & succendit. Inscript. *Lasus juvo*, id est beneficium rependo iis, qui affligunt. *Lamprechtus Comes Habsburg.* 43] *Beneficus in malefactorem.*

44. Clypeus à tergo gladium ferens, in umbone noctuam cum lauri ramo. inscript. *Non solum nobis.* sed & aliis vigilemus cum noctua in armis, ita triumphabimus. *Contramus Comes Habsburg.* 44] *Miles vigilans.*

45. Equus effrenis columnæ alligatus, inscript. *Hac vera potentia*, effreni scilicet hosti intercepto parcere, constrictum tamen tenere. *Luitfridus Comes Habsb.* 45) *Parcere captivo rebelli.*

46. Testudo marina à sole cortice exsicato mari innatat, nec mergi potest. Inscr. *Sic immersabilis.* Nimirum justus ad Deum conversus siccato humore terrenarum affectionum mergi adversis nequit. *Hunfridus Comes Habsburgi.* 46) *Justus Deo tutò nititur.*

47. Elephas sese in pedes posteriores etigens & cani colludens. Inscript. *Tempore & assiduitate*, nempe Elephas cani assuescit, & hic Elephanti blanditur. sic familiaritate cum subditis & humili modestia Principes maximè placent. *Cuntramus Comes Habsburgi* dictus Modestus. 47] *Mansuescimus sensim.* LXXIX.

48. Taurus retia prætervectus, inscript. *Conscia virtus*, nempe plagas dolosas hostium despicit generosus animus. *Betzo Comes Habs. dictus Audax.* 48] *Virtute ductari.*

49. Orca aut alia marina bellua dentata in retibus, quam manus è nubibus cautè prensat. inscript. *Timentem time.* id est, noli hostem iis angustiis circumvenire, ut velut desprabundus extremas vires adhibeat. *Ropatus Comes Habs.* 49) *Despe rans cautè tractandus.*

50. Arbori folia hieme defluunt. Inscript. *Facilis jactura* bonorum scilicet, reparari possunt, uti arbori vere folia; modò radix & vita maneat. *Bernherus Comes Habs.* dictus liberalis. 50] *Temporalis boni jactura levis.*

51) *Domãda sensim ferocia.*

51. Leoni manus caput demulcet. Inscript. *Paulatim.* nimirum domandus ferox & fortior hostis arte tractandus, non vi. *Otto Comes Habs.* dictus prudens.

LXXX.

52) *Prædator sæpè capitur.*

52. Accipiter, dum noctua ab aliis infestatur avibus, ipse adest prædæ intentus. Inscript *Ego movebor*, nempe dum vos amicam avem prosequimini, ego vos persequar. Æquum sanè ut amico Principi Princeps subveniat. *Albertus Comes Habsb.*

53) *Vitam pro suis offerre*

53. Gallina se Accipitri pro pullis objicit. Inscript. *Dulce & decorum est* uti pro patriâ, sic & pro sobole emori. *Albertus 11. Habs.* exul.

54) *Ardua sensim absolvenda.*

54. Navis cum velis & omni apparatu in æquore. Inscript. *Tempore perficitur.* habet locum in re operosa & multiplicis curæ qualis navis est. *Carolus Comes in Arenberg* &c.

55) *Impossibile non tentandũ.*

55. Camelus sub nimio onere procumbit, recusans progredi. Inscript *Nemo ad impossibile tenetur.* Ita non cupit, vel ipse exigere, vel à se exigi adynata. *Joannes de Luxenburg Comes de Ligni.*

56) *Opum jacturam fortiter sustinere.*

56. Laurus omni fronde spoliata. Inscript. *Haud facilè virtus extinguitur.* Nempe licet natis & externis opibus spolier, non succumbam. *Petrus Ernestus Comes Mansfeldius.*

OBSERVA.

In tertia parte ad Typotium operâ ac studio Anselmi de Boodt Brugensis addita præcipuorum Italiæ Ducum Principum ac Marchionum Symbola proponuntur, in quibus exponendis cœpta brevitate utar.

Symbola Magnorum Ducum Italiæ.

LXXXI.

1 *Fides constans.*

1. Duæ manus se & laurum mediam complexæ. Inscript. *Sic immortalis sum.* fides nempe, ut laurus semper virens, durabit. *Thomas Mocenigus Dux Venetus.*

2) *Constãs in quavis sorte.*

2. Pyramis amplâ basi inter ventum & solem. Inscript. *Sic semper.* nempe Pyramis inconcussa, juxta adversa & prospera, stabo. *Christophorus Morus Dux Venet.*

3) *Ad cœlũ suspirare.*

3. Virgo nuda laqueis insistens, & inter laurum palmamque cœlum suspiciens. Inscript. *Immortale quod opto*, mentẽ hominis indicat, quę calcatis mundi laqueis mor-

morales palmas lauróſque aſpernatur. *Nicolaus Thronus Dux Venet.*

4. Columba, cum ramo olivæ, ad arcam Noë in Armeniæ montibus hærentem properat Inſcript. *Bonæ ſpei.* ſcilicet nuntius. Deus enim poſt calamitates ſuos conſolatur, & poſt bella pacem largitur uberem *Nicolaus Marcellus Dux Venet.* 4) *Spes ſalutis.*

5. Elephas uterum gerens. Inſcript. *Naſcetur,* ſcilicet proles, quam decem annis in utero ferre dicitur. Magna enim tardè proveniunt. *Leonardus Loredanus Dux Venet.* 5) *Magna tardè proveniunt.*

6. Accipiter ollæ carnium ſuper ignem imminens Inſcript *In ollis venari.* nempe hoc Principum virorum non eſt, privatorum ollas ſpoliare. *Petrus Landus Dux Venet.* LXXXII 6 *Cibis inhiare alienis.*

7. Equus ſolutus. Inſcript. *Libertas ſub metu.* Sumptũ ex fabula equi dominum fugientis, ſed inter ſilvas in lupos incidentis. *Franciſcus Donatus Dux Venetus.* 7) *Libertas ſe. culoſa.*

8. Clepſydra in ſolari horologio Inſcript. *Sumus;* ſed ut Clepſydra, quæ effluit, & hora, quæ præterit. *Marcus Anton. Triviſanus Dux Venet.* 8) *Vita præterit.*

9 Horologium ſolare. Inſcript. *Nulla hora ſine linea,* nempe ut ſol nunquam quieſcit, ſed alias aliaſq; pingit motu lineas, ita Reip. Præfecto ſemper laborandum. *Laurentius Priolus Dux Ven.* 9) *Laborãdum ſemper.*

10. Teſtudo. Inſcript. *Paulatim, paulatim,* verùm ſecurè teſtudo ſub tecto ingreditur. Sic Principi videndũ, ut tutò magis, quàm properè agat. *Hieronymus Priolus Dux Ven.* 10) *Feſtinatio ſæpè nocet.*

11. Duo haſtarum manipuli decuſſatim vinculis conſtricti Inſcript. *Non ſunt tales amores,* ſive talis non eſt conſpiratio & unitas Italorum contra hoſtes. *Petrus Loredanus Dux Ven.* LXXXIII 11) *Concordia firmat.*

12. Elephas robuſtus. Inſcr. *Vi parva non invertitur,* Ita vis parva magnam & adultam, jam Remp Venetorum non evertet. *Aloyſius Mocenigus Dux Venetus* 12) *Robuſta non facilè ſuccumbunt.*

13. Pons aquis inſtratus. Inſcript *Aliis inſerviendo cõſumor,* ita Dux Reip invigilans, ad quem omnia tranſeunt onera. *Nicolaus de Ponte Dux Ven.* 13) *Vitam Reip impendere.*

14. Ciconia in altum contendens Inſcript. *Vltra nubila,* nam

14) *Deo adhærere tutum est.*

la. nam hæc avis, ut secura ab omni tempestate commeet, nubila transcendit. Ita Dux licet in altum Fortunâ evectus, sibi tamen terrena hæc transcendenda putat, ut securus sit, instar Ciconiæ, quam suo nomine præferebat. *Pasqualius Zicogna Dux Venet.*

LXXXIV.

15) *Iracundi non facilè concitandi.*

15. Canis venaticus sub arbore viridi quiescens. Inscript. *Nemo quietum impunè lacesset* quo autor indicat, se nemini nociturum, nisi lacessitum. *Franciscus I. Sphortia Dux Mediolan.*

16) *Fideles beneficiis obliges. Calumniatores compesce.*

16. Canis columnæ alligatus. Inscrip. *Securius alteruter* quod vel in bonam partem, ut videlicet fideles beneficiis nobis obstringantur, vel in adversam flecti potenti; ut, scilicet, Principum calumniatores vinculis constringamus. *Lud. Morus Sphortia Dux Mediolani.*

17) *Proficimus tempore.*

17. Tres ordine palmæ in rupibus totidem, sed majores media, inter minores. Inscript. *Tempore,* nimirum adolescent, minores fortè soboles: quanquam nulla ex illo successerit. *Franciscus* II. *Sphortia Dux Mediolani.*

18) *Puritas animi.*

18. Turris eximia, ad quam columbæ advolant. Inscr. *Accipiet nullas sordida turris aves.* Purâ animi sede delectatur Spiritus S. & Christus, quanquam aliter intellectum videtur, nempe Virginem sordidam procis carturam. *Christierna Dani soror Francisci uxor.*

LXXXV.

19) *Amissa magis æstimantur.*

19. Arcus, cujus fracta chorda, ad exsuccam admotus arborem, telis recidentibus in terram. Inscript. *Fracta magis feriunt.* Ludovicus Dux Sabaudiæ, post uxoris, ut videtur, obitum, quando velut arcu amoris fracto, magis tamen amissæ uxoris amore tangebatur.

20) *Ira exagitatione crescit.*

20. Ollæ duæ accensæ missiles in stipite decussato erectæ. Inscript. *Iactæ crescimus,* in hostem, scilicet, vel urbes projectæ agitatione crescimus. Ita adversis exercita virtus. *Amadeus Dux Sabaudiæ.*

21) *Animus supra vires.*

21. Aquila solem obliquè contuens, sed defectu virium à cælo ad terram relabens. Inscript. *Præstantio animus,* qui ad cœlum contendit, licet corpus vix sinat. *Philibertus* II. *Dux Sabaudiæ.*

22) *Natura secum pugnat arte fortior.*

22. Cœlum pluviâ totam inundat Siciliam, contra Ætna vastis ignibus in cœlum assurgit. Inscript. *Natura majora facit:* quàm videlicet ars possit. Indoles in homine na-

ne naturæ plus, quàm educationis potest *Carolus Dux Sabaudiæ.*

23. Tormentum bellicum anteriori tantùm scapo de terra prominens. Inscript. *Hærent sub corde sagittæ*, id est, jaculatorii globi, qui in homine ira sunt, & vindicandi ardor, terrâ comprimendus humilitatis, ne inflammetur. *Carolus Ioa. Amadeus Dux Sabaud.*

LXXXVI. 23) *Ira recondita.*

24. Elephas ingrediens proboscide oviculas, ne conterat, submovet. inscr *Infestus infestis*, id est contra mites subditos nihil infestum molior. *Philibert Dux Sab.*

24) *Generosus imbellibus parcit.*

25. In orbe hinc manus sociatæ, illinc serpentes, in medio aquila in cœlum tollitur, inscript. *Fide & consilio* scilicet, & orbis regitur, & tanquam alis geminis in cœlum tollimur, fidem manus, consilium serpentes indicant. *Carolus III. Dux Sabaud.*

25) *Fide & consilio Resp. benè regitur.*

26. Tres faces, sub coronâ, leoni territo atque in tergum erecto objectæ. Inscript. Italicè *Contestas*. Lat. *istis*: nempe, te arcebo & vincam, igne enim leo terretur. *Beatrix Emmanuelis Regis Portugalliæ filia*, potentem insanumque amatorem fugiens, hac icone aversata est. Id est, divinâ fide, spe, & amore, tanquam facibus, tuum ego furorem avertam & coronam exspectabo.

26) *Amore divino terrenus cedit.*

27. Corona ex lauri foliis baccisque, quæ gemmâ unionibusque circum rosæ speciem reddentibus, claudi-tur, inscript. *Instar omnium*. nempe, vel coronâ triumphantium, quæ laurea erat: vel, cœlestis, quæ perpetuo virore signatur: Et gemma quidem sive rosa, in illa corona Princeps; in hac Deus est. *Emmanuel Philib. Dux Sabaud.*

LXXXVII. 27) *Cœlestis corona terrenâ potior.*

28. Palo arma omnis generis suspensa, inscript. una, *Reconduntur, non retunduntur*. nempe in pace, altera inscript. *Spoliatis arma supersunt*, id est, semper invenit potens Dux malè tractatus & spoliatus arma, quibus se ulciscatur. *Idem.*

28) *In pace ad bellandum paratus.*

29 Corona Margaritis ornata regiè Crucem in medio amplectitur, in cujus centro duæ literæ EL; quorum una incipit, altera terminat nomen Emmanuel: conjunctæ autem Deum apud Hebræos signant. inscript. *Quis dicere laudes?* scilicet possit, & Crucis pretiosæ, in qua Deus pependit, & uxoris meæ Margaritæ, quæ me qui-

29) *Amorē divinū terreno conjugis adjungere*

quidem, sed & Deum corde suo medium velut in corona amplectitur: *Emmanuel Philibertus Dux Sabaudiæ cum uxore Margarita.*

LXXXVIII.

30) *Genere non degener.*

30. Aquila super ovi putamen, unde prodiit, assurgens, inscript. *Non degenero.* Carolus Emmanuel Dux Sabaudus, qui se à majoribus degenerare nolle profitetur.

31) *Victoria & pax præmio ac pœna obtinentur.*

31. Palmæ & oleæ ramus decussatus in corona. Inscrip: *Præmio & pœnâ.* Id.

32) *Aut vincere aut mori.*

32. Rhinoceros, Inscriptio Italica: *Non buelue, sin vincero:* latine: *Non recedo, nisi vincam;* aut etiam succumbam: quando scilicet cum Elephante congredior internecino odio, dum ventet ipsius cornu nasi aut dorsi perforetur, pertinacis est militis. *Alexand. Medices Dux Hetruriæ.*

33) *Veritas denique patet.*

33. Sol eclipsi subjectus Inscript. *Premitur non opprimitur.* Ita Heroica animi virtus, aut etiam veritas. Idem.

34. *Successio virorũ fortium.*

34 Palma ex qua aliqui rami avulsi, inscript. *Vno avulso, non deficit alter,* id est, uno duce victorioso sublato, (uti Alexandro ab inimicis) non deficit alter. *Cosmo* enim *Medices* consanguineus successor Alexandri, *Dux Hesruriæ factus.*

LXXXIX.

35) *Firmus*

35. Duæ anchoræ decussatæ inscript. *Duabus* nempe navis tutò contra tempestates firmatur. Respublica legibus & armis munitur *Idem Cosmus.*

36) *Virtutis ac fortunæ æmulatio.*

36. Capricornus orbi ac remo juxtà nixus, cum cornucopiæ, quondam *ab Augusto, à Carolo* deinde V. usurpatum: quod sub eo, felici ut putabant, sidere nati essent, quem horoscopum cum idem Dux *Cosmus* nactus esset, inscripsit eidem symbolo: *Fati fidem virtute sequemur,* id est, fato felici fidem; sed virtute nostra faciemus.

37) *Vindicta & defensio justa.*

37. Ruscus, seu taxus arbor, foliis aculeatis, inscript. *Lædentem lædo,* id est, qui me primum violenta manu invadit, lædit. *Franciscus Medices Dux Hetruriæ.*

38) *Antidoto muniri.*

38. Mustela rutæ se ramusculo contra bufonem munit, cujus odore is enecatur: aliàs halitu suo interempturus, Inscr. *Amat victoria curam.* sane, hæc ad omnem hostem,

hostem tam internum, quàm externum superandum requiritur. *Idem.*

XC.

39. Galerita se æstate in altum, garritu continuato, de terra elevans: inscript. *Garrula vade*, id est quisquis obtrectaris aliis, abesto *Ioanna Francisci uxor.* 39) *Obtrectatores invisi.*

40. Rex apum, coronatus in duplici apum circumvolantium corona. Inscript. *Majestat tantum*; quia aculeo carore fertur. Ita Principes regere convenit. *Ferdin. Medices Dux Hetruria.* 40) *Regetum manuetudo.*

41 Clavis & gladius decussatim ad mediam inter fluctus columnam, Inscript. *In fide & justitia fortitudo est.* Clavis & gladius, hanc columna signat *Nicolaus III Marchio Estensis & Ferrariæ &c.* 41) *Fides, & justitia regna tuetur.*

42. Globus incendiarius dissolutus. inscript. *Au lieu & temps.* latine *loco & tempore.* alias sæpè amico nō hosti nocebit, primus horum globorum ante Ravennam inventor, *Alphonsus I. Dux Ferrariæ* &c. 42) *Opportunè irascendum.*

43. Juvenis serpentem circularem manu complexus, uti olim exhibitus Saturnus. inscript. *Perficit & consilia*, videlicet tempus omnia. *Hercules II. Dux Ferrariæ.* 43) *Tempore res expediuntur.*

XCI.

44. Rami lauri decussati cum manibus implicatis, sub corona inscript *Una fuit*, scilicet laurus, unde duo rami detracti, sic ex una me plures nascentur. *Renata uxor Herculis* 44) *Fecunda uxor.*

45. Sol sub nubibus emicans. inscript. *Obstantia nubila solvet*, id est, splendor familiæ illustris facilè hostes & invidiam superabit. *Cæsar Dux Modenæ* &c 45) *Invidiam superare.*

46. Capreolus in alta rupe, ad quam evasit, inscript. *Ad nos laudis amor*, id est, nitimur in arduam virtutis sedem ubi vera laus quiescit. *Ioannes Franciscus Gonzaga Marchio Mantuæ.* 46) *Virtute extolli laudabile est.*

47. Sol. inscript. *Solus indeficiens*, id est, humana omnia pereunt, Deus unus idemque manet; ut proinde illi adhærendum. *Fridericus Gonzaga Marchio Mantuæ.* 47) *Deus solus non deficit.*

48. Fumus probatorius incensus, in quo hiantes catinus virgulis aureis plenus, probatur enim & purgatur ignibus aurum. inscr. *Domine probasti me, & cognovisti sessio-* 48) *Virtus tribulatione probatur.*

sessionem meam: id est, igne me adversitatis probasti.

XCII. *Franciscus Gonzaga Marchio Mantuæ.*

49) *Amore torqueri*

49. Stellio lacertæ genus, Veneris nunquam stimulis agitari dicitur. inscript. *Quod hic deest, me torquet.* videlicet amor. *Franciscus Gonzaga Dux Mantuæ &c.*

50) *Amor cõjugalis.*

50. Arbor hederâ implicata inscript. *Sic meriplacet.* Nimirum conjugis illud votum est, unà cum conjuge, mori optantis: *Leonora Austriaca Guilielmi Ducis filia.*

51) *Homo microcosmus est.*

51. Corona florum herbarumque, sol in medio & aqua, aer, cùm non appareat, ejus loco inscriptum Φύσα, Flatus corona terram, uti sol ignem repræsentare videtur, cetera elementa facilè patent: Φύσα, uti aerem sic & evanescentem omnium conditionem notat, quæ omnia hominis microcosmi naturam explicant. *Vincentius Gonzaga Dux Mantuæ.*

52) *Desiderio cœlestium accendi.*

52. Semiluna cornibus ad cœlum versa inscript. Sic nempe crescam, & quidem cælum intuendo. *Vincentius Gonzaga.*

53) *Princeps Reip. debet vivere.*

53. Arbor in solitudine virens. inscript. *Se sibi relevat, nec aliis fert frondes, aut fructus.* Ita non oportet Principem, qui aliis potiùs debet vivere. *Pet. Aloysius Farnesius Dux Parmæ.*

XCIII

54) *Virib⁹ & arte vincendũ.*

54. Clava, longumque circa illam erectam filum, ac tres glomi, quæ sint, velut instrumenta Theseï, inscr. *His artibus*: nempe, fortitudine clavæ, & sagacitate Ariadnæ filum subministrantis, hostes superandi. *Octavius Farnesius Parmæ & Plac. Dux.*

55] *Cœlestia spectãda.*

55. Olympus Mons. Inscript. *Nubes excedit.* Id est, Ducis animus transcendit terrena, & divina sectatur. *Idem.*

56) *Adversa sustinenda.*

56. Silex inter tria ignitabula medius: inscript. *Non quovis teror:* sed ex chalybe esse debet, quod ignem eliciat, sic non omni casui cedendum est *Fridericus Rovereus Vrbini Dux.*

57) *Sublimia petere*

57. Flamma ex rogo ascendens. inscript *Quiescit in sublimi.* Guidobaldus Ducis filius, pro ignitabulo, ignem maluit, neque se quieturum, nisi summo loco, fortè in rebus divinis, spopondit.

58. Candela succensa ad quam admoventur aliæ succen-

tendendæ. Inscript. *Non degener addam.* Id est, lumen aliud honoris ad Majorum gloriam. *Franc. Maria Rovereus Vrbini Dux.* 58) *Genus illustrare.*

XCIV.

59. Annulus adamante ornatus, cui tres plumæ adduntur: una alba fidem: altera viridis, spem: tertia rubra, charitatem denotans. Inscript. *Semper*, nimirum constans, ut adamas, his virtutibus Deo animam desponsabo. *Laurent. Medices Vrbini Dux.* 59) *Fide, spe & charitate Deo jungi.*

60. Bubo in solitudine. Inscript. *Ea sola voluptas.* nempe, solitudinem habitare, & mecum esse. *Otto Antonius Rovereus Vrbini Dux.* 60) *Solitudinis amor.*

61. Meta, seu tres parvæ, una in ara, pyramides. Inscr. Φιλαρετωτάτῳ seu Virtutis amantissimo: nimirum optat hanc metam virtutis, gloriamq; Dei tri-unius attingere. *Guido Vualdus Rovereus Vrbini Dux.* Usurpavit & currum triumphalem. 61) *Deo Trin uni jungi.*

62. Rota, quam hinc atque hinc manus apprehensa immobilem sistit. Inscript. *Adversis adversa solatio*, scilicet, dum eandem fortunæ inconstantiam, velut rotam alios etiam sustinere cernimus. *Idem.* 62) *Fortuna inconstantia sustinenda.*

XCV.

63. Palma lapidem impositum ramis sustinens. inscript *Inclinata resurgo.* Ita fortis animus adversis non deprimitur, sed erigitur. *Franc. Maria II. Rovereus Vrbini Dux.* 63) *Adversis extollis.*

64. Hystrix setis decorè munitur & fortiter defenditur, uti suprà. Inscript. *Decus & tutamen in armis.* Ita & forti Duci arma conveniunt. *Vespasianus Gonzaga Dux Trajetti* &c. 64) *In armis decorè vivere.*

65. Tria fulminis tela. Inscript. *His impii terrentur.* *Idem.* 65) *Impiè trepidant.*

66. Camelus Arabicus gibbosus Inscript. *Iuvat empta labore Gloria.* Gaudet enim submittitque se ultro ad labores & onera, sitis famisque patientissimus. *Idem.* 66) *Laborũ patiẽtia*

Symbola Ducum, Marchionum ac Comitum Italiæ.

1. Plumarum variarum fasciculus in qua penna aquilas ceteras (ut memorant Physiologi) deficientes consu- XCVI.

mit

1) *Illustre factū minus illustria obscurat.*

mit. Inscript. *Sic alias devorat una meus*, id est, una victoria, quam sub Aquila, pro Imperatore militans obtinui, ceteris longe illustrior est, qui tot victorias, quot pennas: more Hungarorum (qui tot gruum pennis caput ornant, quot Turcas mactarunt) numero. *Ferdinandus Gonzaga Dux Dariani &c.* Vice Rex Siciliæ.

2) *Victor quietè guberno.*

2. Ramus palmæ, & sceptrum decussatum, in corona. inscript. *Hæc est sola nostra gloria*, nempe, de hostibus palmam retulisse, & in quiete moderari subditos. *Cæsar Gonzaga Dux Dariani Marchio Gnastalla. &c.*

3) *Vigilantia & studio animæ corpoisq; decus tuetur.*

3. Aurora in essedo, Pegaso & Gallo vectores facem manu extollit. inscript. *Virtutis formæ præviæ*, id est, ad virtutem requiritur vigilantia, quæ Gallo, & diligentia quæ alato Pegaso indicatur, utraque hæc etiam ad formæ cutam custodiamque requiritur. Sol autem tam animæ pulchritudinem, quæ in virtute; quam corporis, quæ in forma consistit, exprimit. *Hippolyta Gonzaga Ferdinandi filia.*

4) *Festinatio sæpe nocet.*

4. Pygmæus & grandis quercus. inscript. *Festinata minuuntur.* id est, quæ citò excrescunt, minora manent, ut Pygmæus; quæ tardè, ut quercus, grandia evadunt. *Pyrrhus Gonzaga Rom. Imp. Princeps D.S. Martini.*

XCVII.

5) *Senium abjectum.*

5. Pars una navis & ex curru rota, junctim lauro coronata. inscript. *His Deus otia fecit.* Horatius *Gonzaga S. Rom. Imp. Princeps Marchio Soluarini.* jam emeritus in servitio Imper. Maximiliani senex, se illi terra quondam curribus, mari navibus victoriosè serviisse, nunc in senio inutilem, quiete & coronâ dignum, declarat.

6) *Morte sua prodesse.*

6. Scorpius. Inscript. *Qui vivens ladit, morte medetur.* Scorpius enim occisus, & parti, quam lethali veneno percussit, adhibitus medetur. Ita hostis qui læsit, morte suâ dolorem abstergit. *Andreas Gonzaga Marchio Gnastalla.*

7) *Afflictus spe vivit.*

7. Pinus à fulmine dejecta, inscript. *Ilmio sperar.* latinè *hæc spes mea*, quæ excrescens, ut pinus, & sublimia perens, dejecta nunc à Deo fulminante est. *Ludovicus Gonzaga Marchio Castillionis.*

8. Aquila soli alas expandit, ut fit, cùm exustis excussisve plumis antiquis, innovantur. Inscript. *Morò*

fruun-

fruantur oculi; ardeant pluma. quod vel sponsæ multis opum impendiis quæsitæ ab amante dictum; vel, Deo etiam, cum opum contemptu. *Aloysius Gonzaga Marchio Castilionis.* certè hoc ultimo sensu à B. Aloysio ejus familiæ juvene usurpari potuit.

8) *Amare cũ jactura opum.*

XCVIII.

9. Fanum Dianæ Ephesinæ nobilissimum flammis, u in historia est, ab homine famam hoc facinore æternam aucupante, traditum inscript. *Alterutrâ clarescere flamma.* id est, vel Româ ineensâ famam mereri non pudet. *Aloysius Gonzaga* contra Romanos sub Carolo V. pugnans. *Addidi ex Sylvestro Petrasanctæ.*

9) *Famam facinore quovis captare.*

10. Vitulus maris in tempestate ad scopulum innixus altè obdormiscit. inscript. *Sic quiesco.* Ita nimirum qui conscientiâ securus est, inter adversa Dei voluntate acquiescit, magnóque adversa animo excipit. *Curtius Gonzaga Marchio Castilionis.*

10) *In adversis adquiescere.*

11. Plantæ & arbores sub sole. inscript. *Cosi vivo* latinè, *Sic vivo.* amati nimirum, seu hominis, seu Dei vultu, ac favore, tanquam planta sole excitata. *Sigismundus Gonzaga S. Rom. Imp. Princeps.*

11) *Amati adspectu vivere.*

12. Oleæ ramus ensi involutus. inscript. *Utroq; clarescere pulchrum:* nempe pace ac bello, dignis virtutibus. *Alphonsus Carettus Marchio Finarii* &c.

12) *Pace bello clarè*

13 Vespertilio sub sole, cujus tamen radios ferre non potest. Inscript. *Potiùs mori, quàm abstinere.* id est, sectabor gloriam in bello etiamsi moriturus sim. *Idem.*

13) *Gloriã etiam cũ morte sectari.*

XCIX.

14. Equus in pascuis. inscript. *Ad meliora;* quæ videlicet equus, semper progrediens, neglectísque quæ juxtà sunt, appetit: Ita magnus animus &c. *Ioannes Carettus Marchio Finarii.*

14) *Meliorum semper appetens.*

15. Arx in rupe à ventis frustra oppugnata inscript. *Fortes probantur impetu,* animus generosus adversis. *Alphonsus II. Carettus Marchio Savonæ* &c.

15 *Fortitudo in adversis probatur.*

16. Palmæ & cupressi ramus decussatus. inscript. *Erit altera merces,* id est, vel victoria, vel mors mihi in bello proposita est. M. *Anton. Carettus Princeps Melphi* classis præfectus.

16) *Vincere aut mori.*

17. Compedes adjectâ securi Inscript. *Patientia in adversis. Paulus Iordanus Vrsinus Vice Rex Sicilia* à filio

17) *Adversis injecta.*

C. carceribus inclusus, sed & mori, atque ad securim paratus,

18) *Vicissitudo sortis.* 18 Rota aquaria vasculis sive haustris cincta, quæ nunc vacua, nunc plena, nunc depressa, nunc elata: inscript, *Rerum vicissitudo*, quam, vel in parente, notavit *Virginius Vrsinus Pauli filius, Dux Brachianum, &c.*

19) *Finis prævidendus.* 19. Orbis coronatus, cuius veluti Zonæ inscriptum, *Respice finem*, nimirum mundi huius, & regnorum, *Virginius Vrsinus Dux Celsi* &c.

20) *Virtus proficit adversis.* 20. Ignis vento aspirante animatus, Inscript, *Contraria juvant*, nempe gaudet patientia duris. *Ludovicus Vrsinus Dux* Celsi &c.

21] *Dura prosunt.* 21. Millus seu collare canum armatum cuspidibus, Inscript. *Sauciat & defendit* contra hostes nimirum invasores. *Nicolaus Vrsinus Nolæ Princeps &c.*

22) *Vigilantiâ & moderatione suos tueri.* 22. Bubo in corona ex Pomonæ fructibus collecta medio freno. inscript. *Vigiliis* (quas bubo signat) *& moderatione* (quam frenum indicat,) coronam videlicet & regni copiam tuebor. *Idem.*

CI.

23] *Nocēs suâ arte sibi.* 23. Æneum Perilli bovem usurpavit *Prosper Columna Dux Paliani*, cum in amore rivalem fertet eum, quem ipse, feminæ ostentandæ gratiâ, adduxerat, adeoque hoc sibi malum creasset.

30] *Constans in omni casu.* 30. Turris in rupe inscript. *Neque pluvia, neque vento*, scilicet imperentibus moveor, id est, nec rerum copia, nec ariditate ac penuriâ frangor, *Pyrrhus Columna Marchio Mortara* &c.

31] *Experiri extrema.* 31. Dædalus inaëre, Navis in mari. Inscript. *Nil inquereinausum.* ut qui aëris & undarum negatas hominibus vias tentare cupiat. *Pompeius, Columna Dux Paliani* &c.

33) *Adversis cedēdo, aut durando vincere.* 32. Manus cum gladio (utique Mutii Scævolæ) in focum ardentem extensa. inscript. *Fortia facere & pati, Romani est.* nempe imitari hunc voluit Mutius Columna Marchio Mortaræ.

33. Siren bicaudata inter duas columnas, Inscr. *Contēnit tuta procellas*, & Siren propter facilitatem cedendi, & columna propter firmitudinem resistendi. *Hieronymus Columna Dux Paliani &c.* 34. Lu-

34. Luna sub nubibus sese explicans. inscript. *Adimit quæ ingrata, refulgens.* Ita, luce virtutum, facilè adversa superamus.. *Sarra Columna Dux Paliani* &c.

35. Sol stellis lumen præbet. inscript. *Omnes sub jugo meo.* id est, mihi ut luceant, subsunt. Ita facit Princeps in sibi subjectos liberalis. *Ioannes Caraffa Dux Paliani* &c.

36. Toga ex asbestino aut amianto lapide filatim sciissili contexta in igne, ut solet, expurgatur. Inscript. *Semper pervicax*: quia inter flammas non consumor, sed purgor. Ita Dux fortis. *M. Anton. Columna Dux Paliani* &c.

37. Sol, nubes, ciconia, mare æstuans, flores in terra, inscript. *Naturâ dictante ferori* sol motu suo, nubes ventis, ciconia in altum alis &c. Ita ad altiora se animi instinctu ferri profitetur, *idem Dux Columna.*

38. Domus regia flammis succensa, inscript. *Opes non animum*; hæ, scilicet, flammæ perdunt: *Felix Vrsina columna Dux Paliani*, quæ in jactura opum animum sibi integrum superesse testata est.

39. Quercus inter ventos adversos, inscript. *Semper immota. M. Antonius II. Columna Dux Pal. &c.*

40. Duæ lampades aut faces in perticis vinculo eodem obstrictæ. inscript. *Vna fui*: dum scilicet sola eram, nunc accensa mariti amore cum illo, tanquam face, jungor, majori utique luce. *Hieronyma Arragonia Dux Paliani, Antonii uxor.*

41. Arbor grandior, cujus ex radice emergit junior. Inscript. *Tandem* nempe, ex hac radice adolescam in arborem. *Anton. Medices Princeps Calpestrani*, qui se ad parentum gloriam tandem progressurum speravit.

42. Fons publicus Inscript. *Fontes derivarunt* id est, in Rempubl. suum laborem opesque profuderunt, Duces prudentes & boni. *Ioannes Maria Varanius Dux Camerini.*

43. Manipuli 4. triticei sub dio erecti. Inscript. *Flavescunt*, tempore scilicet & æstu, ita Princeps ad fructum maturescit æstu laboris &c. *Ioannes Farnesius Dux Castri* &c.

CII.

34) *Virtute adversa superare.*

35) *Subditi dant capiuntque decus à Principe.*

36) *Fortis adversis illustratur*

37) *Generosus animus nunquam segnescit.*

38) *Adversis non frangi*

CIII.

39) *Constans.*

40) *Conjuges amantes.*

41) *Spes bona progressus.*

42) *Utiles reip.*

43) *Tempore proficere.*

CIV.

44) *Afflictione proficimus.*

44 Securis arbori adhibita, Inscript. *Ex vulnere vigor.* dum, scilicet, inutilia amputantur, dum nobis tolluntur superflua, ex hoc vulnere virtus est. *Carolus Spinellus Dux Seminaria.*

45) *Cautè excurrendum.*

45. Limax capiti, sub tecto exerto, telum gerit infixum. Inscript. *Cautius* scilicet incedendum per periculà, *Ferdinandus Dux Calabria Vice Rex Valentia &c.*

46) *Marte aperto cõgredi.*

46. Equus Trojanus. Inscript *Non cæca condemur in alvo*, id est, nolumus occultis insidiis & fraude congredi, sed aperto marte. *Ioannes Fridericus Dux Andri.*

47) *Libido magis magisq; alita accendit.*

47. Aquila, quam dipsas mordicus pectore attinet. Inscript. *Semper ardentius*, nempe, dipsadis morsus, sitim magis magisque inflammat, ita libido cùm semel animum momordit. *Franciscus Dux Andri &c.*

48 *Simplex cautus.*

48. Columba apici abietis, passis alis, insidet. Inscrip. *Prudens simplicitas.* quia, licet columba simplex sit, illo tamen loco considet, unde hostis sui accipitris insidias observare possit. Idem sibi agendum censet. *Fridericus Dux Montis alti.*

CV

49) *Extra Deum vivere, mors est.*

49. Cetus, vel aliud marinum monstrum in sicco hæret. inscript. *Quid in arido?* aqua viva tibi deserenda non est, inquit *Andreas Matthæus Aquaviva Dux Adria*, nos in Deo, ut pisces in aqua, vitam habemus.

50) *Calumniam innocens facilè spernit*

50. Olor in aquis, tres in aëre vespertiliones, inscript. *Candor illæsus.* id est, licet nocte inter Vespertiliones (calumniatores intellige) oberret, meus candor (id est, integritas) manet inviolatus. *Constantia Sphortia Duc Sora.*

51) *Præsetia Dei unius.*

51. Caltha flos ad solem versus. inscript. *Non alio convertam oculos*; nisi ad te, mi conjux. Anima dicat nisi ad te mi DEUS. Isabella Roverca Princeps Bisignani.

52) *Gratia & luce cælesti proficimus.*

52. Concha maritima soli se rorique ad scopulum explicans. Inscript. *His perfusa.* scilicet, ut *Plinius* inquit, uniones pario, anima nostra luce & gratia cœlesti perfusâ virtutes concipit, adolescens exemplis majorum proficit, &c. *Nicolaus Bernardinus Princeps Bisignani.*

53. Navis passis velis, sub pluvia & vento, Inscript. *Iuvat aer & imber.* nimirum imber velorum poros obstruit, ne ventus transmeet, id est, tam ventus prosper, quàm pluvia (ut videtur adversa) cursum adjuvant, nam & adversa prosunt. *Antonius Castriotus nepos Scanderbegi.*

CVI. 53) *Prosunt sæpe, quæ videntur nocere.*

54. Malleus in rupem ab homine adigitur. Inscript. *Hebetat & acuit.* si directè impingas hebetat, si decliviter, acuit. Ita qui vi omnia à subditis extorquere vult, offendit, qui nonnihil cedendo, faciliùs impetrat. *Ioannes Alphonsus Dux Ferdinandus* &c.

54) *Moderatè subditos premat, qui vult obtinere.*

55. Labyrinthus extremo vallo clausus: arbor in medio. Inscript. *Non video exitum*, nempe in negotio implicato, ut regnum, & vita nostra. *Alphonsus Piccolomineus Dux Melphi.*

55) *Opus intricatũ.*

56. Duo rami oleæ ita implicati rotæ, ut sistant. Inscript. *Ex bello quies.* gaudet tandem rotam belli in pace (quam bello spectamus) quiescere. *Ludovic. Piccolomineus Dux Melphi.*

56) *Ex bello quies.*

57. Pœnitentia sub velo in rupe relinquitur. Occasio in orbe stans avolat, Inscript. *Obviis ulnis.* scilicet amplectenda præsens erat priusquam se verteret, nunc illa abeunte, sola tibi reliqua est Pœnitentia. Ausonius hæc eleganti carmine exprimit. *Hieronyma Columna Dux Montis leonis.*

CVII. 57) *Occasio præsens neglecta, dolet.*

58. Vigil in navi. Inscript. *Non dormit qui custodit.* Ita qui præsunt *Andreas Doria Melphi Princeps Archithalassus generalis Caroli V. Imper.*

58) *Vigilãdum Rectori.*

59. Turtur in arboris virentis ramo atido. Inscript. *Ille meos.* (supple ex Didone Virgilii) primus, qui me sibi junxit, amores abstulit, ille habeat servétque sepulcro. Nimirum viduitatem tueri cogitabat: *Felix Sanseverina Dux Gravinæ* &c.

59) *Vidua dolens.*

60. Explicantur in navi vela. cum Inscriptione *Omnia fortunæ committo.* Joannes *Andreas Doria Melphi* Princeps, dum videlicet se pro Cæsare mari committit.

60) *Periculum adire.*

61. Navis in mari, testudo in terra, arbórque succrescens. Inscript. *Morâ, & velocitate*, optimè scilicet negotia ardua administrantur. Morâ; ut ante benè perpen-

61) *Festinatio, circũspecta.*

pendantur : velocitate ; ut citò dein opere explean-tur. illud testudo, hoc navis ; utrumque arbor indicat. *Peretta Cybo Caretta Doria Vxor Andreæ.*

CVIII.

62) *Providentiæ se divinæ cõmittere.*

62. Navis sine instrumentis deserta in mari. Inscript. *Nullo moderante feror.* Id est fortunæ ac Deo commissi omnia inter media pericula. *Ioannes Bentivolius Princeps Bononiæ &c.*

63] *Bellicosus.*

63. Gladius, & fax decussatim. inscript. *Confectæ est animus* scilicet, hostes ferro & igne. *Ioannes Cracciolus Princeps Melphi.*

64) *Amor moras nescit.*

64. Testudo alata. inscript. *Amor addidit alas. Felix Princeps Salerni.*

65] *Proficere.*

65. Vas pice illitum succensùmque, Inscript. *Debono in melius :* nempe ignis proficit. Ita & Princeps virtute debet ac gloria. *Iulius Cybo Malaspina Marchio Massæ.*

66] *Gratitudo erga parentes.*

66. Ciconia uno pede in cubo, qui est corpus 6. superficierum, sive tessera, ut latini. inscript. *In cubo gratitudo* : Id est ciconia, gratitudinis in parentes, quos senes alit, nota. Ita profitetur se gratum fore. *Albericus Cybo Malasp. Princeps Massæ.* collocatur Ciconia sub aliquot cœli signis ; quòd veris & autumni tempus observet profectioni suæ destinatum.

CIX.

67] *Fidei lux captanda.*

67. Candela in medio patentis basilicæ, & stellæ in cœlo. inscript, *Aliis spretis te solam*, id est veram fidei lucem præfero stellis. *Idem.*

68] *Amare noxia.*

68. Blatta candelæ lucem involat. inscript. *Me quod urit, insequor.* fortè indignos amores sectatus, fortè etiam, quòd lucem aulæ Hispanicæ suo malo amaverit, queritur, certè utrimque facilè in casus impingitur. *Philippus de Lanoy Princeps Sulmonæ.*

69) *Virtus in medio.*

69. Duæ metæ Romanorum. inscript. *Nec citrà, nec ultrà.* nam ut victoria in ipsa erat meta, sic virtus, quæ ita in medio est, ut si citrà aut ultra steterit, in vitium amissâ virtute incidas. *Constantia Caretta Princeps Sulmonæ &c.*

70) *Cautela post lapsum.*

70. Galeæ inversæ margini inscriptum. *Cautius.* quo usus symbolo est *Bonifacius* II. *Marchio Montis Fyrati* cùm

cum neglectâ in bello galeâ vulnus grave in capite accepisset

71. Virgo nuda, arborem dexterâ aridam, sinistrâ virentem complexa. inscript. *utrumque*, fortè virgo mens est, quæ juvenilis & similis ætatis tempus Deo addicere decreverit; aut, utramque fortunam amplecti. *Guilielmus Longospada Marchio Montis Fer.* CX. 71) *Sortè utramq; amplecti.*

72. Arcus cum sagittis & clava. inscript. *His artibus* eminus scilicet, ac cominus : cum hoste pugnando gloriam sectabor, *Bonifacius III. Marchio Montis Fer.* 72) *Bellicosus.*

73. Canis ad stipitem alligatus custos, inscript. *Fide & patientiâ* scilicet, opus est fideli ministro erga Dominos. *Ioannes Iustus Marchio Montis Ferrati.* 73) *Fidelis Domino.*

74. Funis velut serpens in gyros aliquot contortus. inscript. *Torto & forza.* latinè *Torturâ* [sive *injuriâ*] *& vi.* In torto, voce Italica, luditur, quæ curvum, seu torsum & injustum significat, fortè injuriosè se tractatum queritur *Alphonsus Marchio Estensis* : neque enim probabile est ipsum violentiam minari. 74] *Injuriam pati.*

75. Anguis gladio dissectus adhuc movetur, & coire rursum vult partibus. inscript. *Dum spiro spero.* licet adversis casibus ictus. *Antonius Caraffa Marchio Miratelli.* CXI. 75) *Sperare in morte vitam.*

76. Leo febricitans, ut ferunt, simiam devorat. inscript. *Mihi medelam.* Princeps ut valeat, adulatores de aula tollat. *Hercules Malaspina Marchio Oramala &c.* 76] *Adulatores à Principe tollendi.*

77. Pila ventosa in altum à subjectis brachialibus elevata, inscript *Percussus elevor.* Et nos elevant adversa, & hostes superati. Joannes Jacobus Medices Marchio Marignani. 77) *Adversa extollunt.*

78. Pilæ quinque ventosæ, follis, & syrinx ventos spirantia, inscript. *Totum ventus est.* nempe & superbia, & honor mundi, brevi expirat, & evanescit. *Idem.* 78] *Vanitas ubiq;.*

79. Sol oriens discussis tenebris. inscript. *Quis dicere falsum, Audeat?* nempe in Solis divini conspectu, qui omnia illustrat. *Ioannes Paulus Sphortia Marchio Cavatii &c.* 79] *Deus cor intuetur.*

CXII.

79) *Conjuges uniti sint animo.*

79. Duæ faces ardentes quos serpens in medio complexus unit. Inscript. *Sola, non sola repræsento.* nam utraque confuso lumine repræsentat singula, quæ videntur; licet corpora luminosa sint diversa: Ita conjuges corpore diversi, animo uniri debent. *Violanta Bentivoglia Sphortia March Caravatii* &c.

80) *Nimium opprimit.*

80. In curru nimis onusto equi subsistunt, Inscript. *Præ nimio pondere.* Nihil aget, quem nimiùm onerare volueris. *Philippus Croius Marchio Areschottanus.*

81) *Gratia Dei cum opibus mundi.*

81. Arbor ad aquas, & sub sole crescit, Inscript *His suffulta:* nempe divinâ gratiâ (fortè mariti favore) & mundi opibus, proficiam. *Constantia Columna March. Caravatii.*

82) *Conjugum amor & auxiliũ mutuum.*

82. Sol ad lunam oppositam conversus, proponitur, & Soli quidem tanquam marito inscriptum est, *Sic mutor ad illam:* Lunæ tanquam feminæ: *Me tuis ornari,* scilicet radiis juvat, quod mutui amoris symbolũ exhibẽt *Guilielmus Marchio Turremaioris & Hippolyta Caretta uxor.* Ille se ita mutari profitetur, ut ab aliis, quam illa (ut sol in eclipsi) nolit videri.

CXIII.

83) *Deus omnib⁹ etiam hostibus benefacit.*

83. Oriens sol inter nubes, Inscript. *Etsi displiceam,* fortè somnolentis aut malitiosis, qui tenebris latere malint, tamen benefaciam orbi & perfringam nubes. *Paganus Doria, Generalis Regis Hispaniæ.*

84. *Forma & honor vanescit.*

84 Fax ardens ventis extinguitur. Inscript. *Splendor vanescens,* nempe & forma talis est, & honor, & ipsa, vita nostra. *Leonora Malaspina Marchion. Terasanæ.*

85) *Dei ope vincimus.*

85. Palma soli exposita, sine hoc enim negant fructiferam. Inscript *Haud aliter:* nempe fructum facio: nos sine gratia Dei, nil boni possumus. *Marcellus Pignovius Marc. Rivoli.*

86) *Fecũditas ex cõsorte.*

86. Palma, cum altera palma conjuge, sine qua etiam infrugifera est Inscript *Mutua fecunditas,* nempe conjux conjugi est *Hermes Marchio Soncini* &c.

87) *Non vincit qui fingit pericula.*

87. Desertus homo in scopulo maritimo, ut vitam servet nando in mare se agit præcipitem. Inscript *Immergar, ut emergam.* paria in arduo fortè belli suscipien-

piendi negotio sibi tentanda exist imavit. *Robertus Marchio Pallavicini belli generalis.*

88. Caryophillum flos in caule testudine arrosus marcescit. Inscript. *Ogni Belleza ha fine* latinè, *Omnis pulchritudo finem habet. Camilla Pallavicina, Roberti uxor.* CXIV. 88] *Formæ vanescit.*

89. Lotus herba ad solem sese in flumine extolleus, in Euphrate hæc frequens, ut Plinius, ex quibus altè depressa, ut manus etiam fugiat, emergit ad solem, & cum illo magis se magisque extollit, denique & occumbit rursum. Inscript. *Sic Diva lux mihi*, scilicet prodest, ut erigat forte ad amicam, fortè ad gloriam, fortè ad Deum etiam respexit autor. *Ferdinandus Caraffa Marchio S. Lucidi.* 89] *Deus & gloria vos erigit.*

90. Canis rogo incumbens, ut Lysimachi & Hieronis Regis, amore dominorum. fecêre inscript. *Intrepida fides*, nempe in mortem usque. *Petrus Franc. de Malaspina Marc. Ædificiorum.* 90] *Fidus usque ad mortem.*

91. Tigris raptos iniequens catulos ad speculum, arte venatoriâ objectum, hæret, rata suos se in imagine catulos tenere, qui multiplici speculo hic plures refulgent, inscript. *liberalitate & mora*, liberalitate quidem, quia appropinquante ferâ celerrimâ unum venator abjecit catulum, quem dum refert, dumque ad specula objecta sistitur, morâ eam fallit. *Ioannes Baptista Castaldus Marchio* Mortaræ &c. 91] *Specie veri fallere.*

92. Stylus ferreus in quadrato marmore sub sole. inscript. *Non cedit umbra soli* Joannes Jacob. *Trivultius Dux Gallorum in Italia*, ob æmulationem cum Ludovico Sphortia, Ducatus Mediolanensis, contra Nepotem, invasore, usurpat hoc symbolum, in quo licet se umbræ comparet & Ludovicum soli, non tamen cessurum minatur. CXV. 92] *Constanter persequi.*

93. Vitis arbori adhæret, inscript. *Metuis adhærere ramis*, nempe, juvat, *Theodorus Trivultius Marchio Picichitoni* Regem Galliæ arbori, se viri comparat. 93] *Opes majoris niti.*

94. Ignis surgens juxtà manus, ad fidem, sociatas. Inscript *Nunquam deorsum*, scilicet ignis fertur; sed eò citiùs quàm alia elementa ad altiora tendit. Ita verus amor semper crescit. 94) *Amor verus semper crescit.*

CXVI.

semper assurgit, bendquidem, si ad Deum. *Olympia Vrsina March. Monticelsi.*

95] *Coniugũ pax & fides laudanda.*

95. Femina Palladis hastam, dextrâ, serpente implexam tenens, sinistrâ Junonis Pavonem indigitans. Inscript. *Vtrumque*, nempe pacem, & decorem formæ, ac dignitatem nominis tuebor. *Portia Ceri Marchion. Riani.*

96) *Fortuna uti favente.*

96. Fortuna in orbe, velo expasso, nuda ac semifexa. inscript. *Volente*, scilicet, fortunâ tollar in alrum sper communem hominum sortem. *Clelia Farnesia March. Civitatis novæ.*

97] *Constans fides inter adversa.*

97. Falco annulum cum adamante complexus. Inscript. *Semper*, nempe constans ero, inter adversa licet, in fide: nam adamas vix igne emollitur, vix malleo teritur. *Petrus Medices fil. Cosmi Magni Ducis Hetr.*

98] *Libido adolescentiam perdit.*

98. Quatuor trunci virides in tetragonum dispositi succensique. inscript. *In viridi teneras exurit flamma medullas.* quâ consumptâ ante tempus exarescunt: ita qui in adolescentia cupiditatibus malis exuritur.

Petrus Medices fil. Laurentius Ducis Vrkani.



Liber V.

De figuratis imaginibus symbolorum.

CAPUT XLIII.

De etymo symboli & emblematis.

I.

PRiusquam symbolorum atque emblematum naturam aggrediar, vim nominum paucis expendam. Sanè latiùs hæc nomina omnino, primâ significationis impositione quàm ad nostrum propositum extenduntur: nam symbolum origine suâ græcum ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν id est conferre, contribuere, comparare, adjuvare, paciſci, ſtipulari deducitur, adeoque omnem collationem significat, ſive ea plurium ſit ad eundem finem, munera, opem, ſententiàſque conferentium: ſive unius aut plurium, externo aliquo ſigno, animi ſui decretum profitentium, ac velut in publicum efferentium. Priori ſenſu illa eſculentorum, ſive æris collatio, quam convivæ olim olim ad inſtruendas epulas conferebant, ſymbolum dicta. *Ita Terent.* in Eunucho act. 3. ſcen. 4.

Symbolū collatio quædam eſt, ſive ea ſit pluriū hominum ad idem opus, ſive unius aut plurium externo aliquo ſigno mentis ſententiam ſignificantium, quo ſenſu nobis ſerviit.

Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræo,
In hunc diem ut de ſymbolis eſſemus.

Qui nihil hanc in rem contulerat, aſymbolus dicebatur. Eodem ſpectat Apoſtolorum collata articulorum fidei doctrina, quæ ſymbolum dicta eſt. Sic ferè & teſſera ex conſpiratione voluntatum aſſumpta, ſive militare illa ſit ſignum, ſive collybiſticum, ſymbolum appellatur. Sed hæ, aliæque ſimiles hujus vocis uſurpationes, propriè ad noſtrum inſtitutum non faciunt.

ciunt. Posteriori tantummodo in sensu hac voce uti-
mur. Cùm scilicet nota aliqua, seu signum est rerum
vel conceptuum, aut decretorum, in animo unius, aut
plurium latentium. Ita quod Aristoteli symbolum, hoc
Ciceroni nota est: ille originem seu etymologiam vo-
cum, (quæ rerum ac conceptuum quædam notæ sunt)
symbolum; hic notationem appellat. Ita tessera thea-
tralis, quæ in congiariis à Principe jaciebatur, ac certâ
quadam notâ Largitionis speciem præferebat, oblatâ-
que præmium merebatur, symbolum dicta. Ita signa
militaria in vexillis, clypeis, galeisque, quæ insignia, si-
ve arma dicimus, symbolorum vocabulo accipiuntur.
Ita deniq; similitudo quædam occultior per symbolum
indicatur: quæ, modò involucris sententiarum myste-
ria complectatur, quo sensu Pythagoræ συνθήματα, &
pronuntiata ad mores spectantia, symbola dicuntur;
modò signis quibusdam rerum, abditos sensus involu-
ventium, proponuntur: ita Alciati etiam emblemata
symbolorum nomine accipiuntur. Hæc de præcipua
hujus nominis virtute ac significato sufficerint, de em-
blemate nunc videndum.

II. *Emblema propriè est insertio certarum figurarum in artefactis operibus, ut vasis, clypeis, parietibus quæ figura cum modò pinguntur, saepius, quàm inseruntur, emblemata tràque eas dem pictas significant.*

Emblema ἀπὸ τῦ ἐμβάλλειν, hoc est, injicere, aut immittere, inserere, seu interponere dictum est: pro-indèque quidquid ornatûs causa alteri immittitur, seu inseritur, id universè emblematis nomine accipi potest. Unde ornamenta illa figuratum ex segmentis tessulisque lignorum, claviculorum, gemmarum, lapillorum affabrè rebus diversis inserta, quibus pavimenta, vasa, pocula, parietes, clypei, variis, aut florum, aut animalium formis incisa, & coagmentata illustrabantur, emblemata sunt dicta. In parietibus hæ imagines vermiculati operis dicebantur, quòd obliquis longisque ductibus vermiculos referrent. Quo sensu in Brutto de M. Calidii oratione Cicero. *Nullum nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate structum videres.* In pavimento tessellatum opus dicebatur, quòd ex tessellis insititiis compositum esset. Hinc illud Tullii in Oratore ex Lucilio:

Quam

Quam lepidè λέξεις compositæ, ut tesserulæ omnes
Arte pavimento ac emblemate vermiculato.

Quod de dictionibus concinnè ad affectationem usq; locatis usurpat. Eadem emblemata segmentata in lignis appellabantur tanquam per segmenta concinnata. Porrò varias rerum imagines atque effigies animantium his adumbratas fuisse, & *Plinius*, nobis lib. 35. autor est. & superiorum ætatum opera etiamnum spectata abundè testantur. Ita seculis posterioribus, cùm ejusmodi effigies in tabulis, ære armisque gentilitiis, penicillo aut scalpro elaboratæ potiùs, quàm in vasis, aut pavimentis spectantur, nominis usurpatio, cum arte, ad eas potissimùm imagines, quas nos figuratas dicimus, transiit, non verò ad carmina iconi poëticæ subscripta, neque enim ratio ulla est cur Claudio Minoi in Alciatum ita adversus omnem vocis inter priscos usum sentienti, tum quibusdam ejus assecl is suffrager, qui ad carmina potius, quàm figuras rerum hanc inscriptionem inflectunt, cùm hæc non alio sensu, quàm ornata verborum figuris oratio emblematica appellari possit; quem titulum, ubi sine hoc ornatu incederet, jure amitteret. Quòd si tamen, præter expositionem imaginis, rem ipsam, sive protasin, hæc carmina involvant, ut Batillius in emblematis, quæ sine rerum umbris exhibuit, præstitit: nomen eis emblematis μεταφορικῶς, aut μετωνυμικῶς non denegabimus. *Nomen emblematis aliquâ. dotransfertur ad orationē quæ figuras includit.*

III. *De emblematum & symbolorū distinctione varii variasentiunt.*

Ex quibus manifestò constat, vi etymiorum ex his nominibus figuratas imagines in emblemata ac symbola ita separari non posse, quin alterum cum altero pro arbitrio usurpantium rectè aliquando confundatur. Quare pro utriusque distinctione obscurè ac variè autores loquuntur. Neque mirum, cùm primo fundamento ex principiis ac natura imaginum diversa pertendo destituti sint, ideoque in lubrico incerti fluctuent. Ab Italis in hac imaginum facultate & perspicacissimis & exercitatissimis hactenus, labor ille præcipuè occupatus est, qui in symbolorum natura exploranda atque

at

arte excolenda consisteret. Belgæ non infelici ingenio-
rum conatu eosdem aut insecuti, aut assecuti etiam,
vulgarunt non pauca. Illi tamen potissimùm hanc ar-
tem præceptionibus excoluêre, quorum utinam ma-
jor apud me copia! Aresio Bargalióque nobilissimis
symbolographis vix paucis diebus ex alienis manibus
uti licuit. Petrasancta mihi instar omnium est, in quo
aliorum quædam vestigia eminent.

Verùm multi, cùm de symbolis exornandis labo-
rant, ac modò has, modò alias imagines civitate donant
aut excludunt; parum soliciti sunt, quam figuræ reli-
quæ sedem aut titulum nanciscantur. Paulus Aresius &
Hercules Tassus, ad symbolorum nomen admittunt fa-
bula & apologos, Scipio Bargalius & Petrosancta rejiciunt. Exempla probat Aresius, improbat Bargalius, ac proinde necessarium, ut illi qui fines symbolorum extendunt latiùs, emblematum constringant, & hic omnia secùs constituant. suntque rationes plerorumq; quibus nituntur ejusmodi ut contendere pro se quisque magis, quam evincere videatur. Ars verò ut certis principiis, sic certis rationibus exploratæ veritatis nititur. Neque tamen ego mihi illam compertam esse asseram, sed quod mihi, idem ego, ad scopum collineo, an tetigero, aliorum esto judicium. Certè operam hanc pluribus in poëtica iconographia, de quovis imaginum genere instructionem aliquam postulantibus ita impendi, ut si eis utilitatem aliquam ad bonas artes in Dei honorem convertendas attulerim; jam toto prorsus scopo non aberraverim.

IV. *In circumscribendis symbolis & emblematis autores hactenus non conveniunt certis principiis destituti.*

CAPVT. XLIV.

De natura & definitione symboli.

I. *Varia variorum symboli definitiones.*

SYmbolum Heroicum circumscribit Silvester Petrosancta: *Est contracta ad solam protasin, partim figuram partim lemmate comprehensam similitudo, vim habens exponendi perfectè, & persuadendi consilium de re-
dua & laudabili molienda.* Alexander Donatus ait, esse

esse figuram cum verbis certam repræsentandi facultatem adipiscentem.

Hercules Tassius, figuram vel naturalem vel artificialem, cum verbis aliquot, seu propriis, seu translatis consilium autoris explicantem. Julius Cæsar Capacius, ait, esse speciem rei naturalis elevatæ supra naturæ propriæ significationem, Scipio Bargalius, ait esse imaginem rei naturalis (exceptâ specie humanâ) & artificialis cum materiæ brevi, & acuta epigraphe. Scipio Ammiratus, esse significationem mentis, quæ uno annexu rerum & verborum infinuet secretò id, quod clàm animus molitur. Lucas Cortesius consilium virtutis magnanimæ. Hi igitur omnes, ut emblema contra symbolum distinguant, aliam aliamq; concepit. Emblema est suavis expositio rei veræ vel fictæ, constans pictura ac metro, & vim habens admonendi. Quibus accedam, quantùm nostra principia, superiori libro exhibita, patientur.

Certa quædam supponuntur ante symboli definitionem.

II.

Certum 1. tam similia quam non similia figurate significare posse.

Certum ante omnia, & similia, & non similia ad imaginum figuratarum disciplinam universè admittenda esse. quàm multa enim in hieroglyphicis similitudinem, quàm multa rem aliam Metonymicè velut signa, instrumenta, causæque aut effectus præfigurant, quæ in censu imaginum poëticarum habendæ sunt.

Certum 2. aliter similia, quàm non similia figurare. Certũ 3. aliter creaturas ratione præditas, quàm expertes figurarũ.

Certum deinde, aliter nos similia per imagines proposita; aliter non similia erudire. quod nemo ullus hac in arte versatus inficias ire poterit.

Certum tertiò, aliter creaturas ratione præditas, aliter illâ destitutas per imaginem instruere, si cum alia intellectu prædita conferatur. nam illa comparatio fit inter eandem rerum intelligentium speciem, hæc à non intelligente ad intelligens, infinitâ, sic dicam, perfectione separatum, transit.

III.

Certũ 4. rem omnẽ aliud propriè signi-

Certum quartò, rem omnem imagini figuratæ idoneam, ut hoc nomen mereatur, aliud deberi propriè, aliud figuratè aut tropicè, sive μετωνυμικῶς sive μεταφορικῶς designare posse. Sic v. g. imago Leonis non tantùm Leonem, Navarchi Navarchum adumbrare debet

care, aliud figuratè, etiamsi ficta sit, ut chimæra: illud verò significatū proprium, imaginem ultimò nō perficere, sed hoc tātum figuratum.

bet ac potest; verùm etiam ferocem ac Rempublicam moderantem. quarum imaginum prior deservit posteriori prorsus ut materia, id est, quatenus res est quæ ferocitatem, non verò quatenus Leonem repræsentat. unde licet tigris pro leone substitueretur, eadem tamen significandæ ferocitatis ratio maneret. imò si chimæram fallacis sævientem surroges, nihil interierit: cùm repræsentandi vis maneat, ac sufficiat, quòd monstrum tale fingi imaginatione possit. uti rursum tigris ad ferocitatem declarandam sufficerit, etiamsi nulla unquam, nisi humano in cerebro, concepta esset.

IV.

Symbolū rectè restringitur ad collationem rei similis, exclusâ, non simili. Vera symboli descriptio.

Hæc supra lib. 4. latiùs exposita à me Lector reperiet. Quibus addo ex vocis symboli etymologia constare, illud restringi posse ad illas imagines significandas, quæ non tantum generatim collationem, sed etiam similitudinem contineant, atque iccirco rectè adductos paulò antè Italici nominis doctores suis in symbolis ante omnia similitudinem requirere. Emblematis porrò nomen cùm vi primæ institutionis, non magis simili quàm dissimili adstringatur, vagum manebit, illisque tantummodò relinquetur proprium, qui aut symboli, aut alterius in specie imaginis (ut hieroglyphica & ænigmata censemus) nomen non occupant neque enim video, quod aliud horum vocum discrimen constitui hac in arte possit. Quibus, ex omnium rectè sentientium suffragio facilè stabiliendis, symboli definitionem subjicio. Est enim: *Imago figurata similitudine rei non intelligentis, vitam moresque rei intelligentis uno conceptu clarè repræsentans.* Per hoc, quod à non intelligente ducatur, ab emblemate distinguitur: per cetera cum emblemate convenit, ab ænigmate verò & hieroglyphicis differt, ut ex sequentibus constabit.

(**)

CAPUT

CAPVT XLV.

Quæres ac materiæ symbolis deserviant, & quâ ratione sint adhibendæ?

I. *Rei nõ intelligentis translatio, cùm à ceteris distinguatur, symboli nomine erit distinguenda, cum aliud non suppetat, magis congruum.*

REs omnis ac sola, quæ similitudinem continet, tum rei non intelligentis ad intelligens translationem, ad symboli compositionem admittenda est. Ratio ex fundamentis jam positis desumitur. Nam ejusce modi imagines ex natura sua, tam à non similium figuris, quam ab aliis inter eandem rerum intelligentium speciem contentis, distinguuntur (ut hic ex libro quarto ostensum, supponimus) adeoque in certam aliquam classem distribuendæ erunt, cùm verò nomen aliquod concedendum iisdem sit, quòd ceteris discernantur: aliud, quàm symboli, magis proprium non occurrit. Quare reliquum ad totius rei controversiam absolvendam id tantùm videtur; ut quænam illæ imagines sint, digito velut intento monstremus. Quas similitudines ad imaginem figuratam admittamus, libro superiori de metaphora, & comparatorum formis fusè tradidimus.

II. *Ad symbola admittuntur primò res naturales non intelligentes.*

Hic omnium consensione locum habent res naturales rationis destitutæ, ad hominem in comparatione relatæ. Ita suprà citati autores. Patet ex ipsa rerum inferiorum natura, quas homo eminenti quâdam in se ratione complectitur, atque iccircò ad illustrandam explicandamque hujus naturam adhiberi possunt. Nam patvus hic quidam mundus est, in quo & inanima quædam corpora, ut ungues pilique; & quædam sine sensu viventia, ut dentes atque ossa, quædam etiam sensilia absque ratione, ut caro & nervi reperiuntur. Deinde in sua ratione immutabiles constantesque earum, quas semel exhibent, rerum imagines manent; ut, nisi iconologiæ poeticæ illæ serviant, nulla prorsus res servire possit.

Deinde res artefactæ, &c.

Parem his locum sibi vendicant res artè factæ: quibus nihil obstat, quòd humano ingenio repertæ, majori, quàm res creatæ, inconstantiæ subjectæ sint,

aliàmque atque aliam, pro temporum hominumque varietate, formam induere possint, nam postea quam semel reperta consensuque vulgi probata sunt, stat immota illarum vis ac facultas aliquid efficiendi, Sic licet, introducto equorum usu, boves multis locis aratris sub jugo non serviant, tamen jugum ejusmodi semper erit, ut bobus arantibus insterni possit, adeoque ad hominis servi, subjectique labores figurandos rectè adhibebitur. Quocirca & hæc symbola ab iconologis omnibus probantur.

III. *Tertiò res fabulosæ ad naturæ vel artis imitationem fictæ modò non fingantur personæ ratione præditæ, quia rerū existentia nihil facit ad vim figuratè significādi, Genius quandoq; humanæ speciei ad symbolum admitti poterit, cū tantū conringenter ratione alterius, v.g libræ*

Deinde res omnes fabulosæ ad naturæ vel artis imitationem ita confictæ, ut fieri ac esse, sine ulla naturæ repugnantia possint, excludi à symbolographia, hoc titulo quòd fictæ sunt, nequeunt, modò similitudinem involvant.

Eædem illud rationes convincunt, quæ de superioribus concluduntur. Neque enim rei existentiæ quicquam ad repræsentandi veritatem facit. Sive enim hydra, chimæra ac Pegasus fuerint, sive potuerint esse illa quoque arbor Tantali, & Danaidum dolium & Harpyiæ, extiterint, nec ne, parum ad repræsentandi vim fecerit. Faciamus esse. (neque enim hæc Deo ἀδύνατα) an iccircò vis adumbrandi alia futura est? cujus rei rationem ex quarto fundamento prioris capitis & alibi tractari disces. Suffragiis verò bonorum autorum in hac sententia non destituor: Nam Herculem Tassus & Aresius, Petrosanctâ aliisque nequiquam obnitentibus, subscribunt. Quanquam ego non promiscuè omnes fabulas, ut illi; sed has tantùm quæ sunt rerum non intelligentium ad intelligentium imagines, patiar. Etenim cùm humanas ideo omnes symbolo excludendas censeam, quòd non in eandem speciem intelligentium comparationem instituant, eodem jure damno omnes fabulosas constructasque humanâ specie imagines, nisi Genius aliquis sit, qui ad primum imaginis conceptum naturam non spectet, sed tantùm contingenter majoris expressionis, aut etiam ornamenti gratiâ accedat: ut

in rebus quibusdam ab humana actione pendentibus. v.g. libræ quæ subducto pondere sursum elevatur, ut animæ sub curis terrenarum depressæ, atque his subtractis, ad cœlestia assurgentis vim indicet; qua in re non elevans homo (qui tamen ad ponderis subductionem necessarius est) sed natura bilancis, seu libræ, exprimitur. Quare inscitè homo in hac imagine proponeretur, quia primus symboli conceptus ad illam velut figuram, vertendus esset: quod non fiet, ubi vel è nubibus manum vel Genium humanum libram moderantem exhibebis: nam communi jam usu Genii illi præcipuam in iconoglypto sedem non possident. Si tamen aut se solus Genius, aut manus v.g explicata cum inscriptione: *Parva sed efficax*, adhibeatur: emblema erit, non tamen si inscriberes cum Aresio: *Disparitate pulchrior*: quia hoc non habet, quâ hominis est manus, & cum ratione usurpatur, sed solùm ut quanta est. Sic autem spectat ad gradum non viventium.

quam dirigit, admittitur. velpes, si impleat aut premat v.g. tanem, vel etiã si hæc membra usurpẽtur prout corpora tãtũ habentur.

IV.

Hieroglyphica admitti possunt ad symbola, sed nõ quæ talia, verùm ut similitudinẽ aptam rei naturalis vel artefactæ, ineludùt: quamsi non possideant, rejiciuntur.

Postremò hieroglyphica, secundum rem (ut institutionem excludamus) à symbolorum familia non arcemus, eorundem, quorum antè, suffragiis nixi. Verùm cum illis omnia non probamus, sed ea solùm, quæ similitudinem aptam, nec prorsus abditam præ se ferunt: tum quæ ex humanis membris purè non constant, quamlis est occulta manus, quæ actionem hominis, videlicet in opere circumspectionem, designat. Cæterùm junctum hominis membrum v. g. pes aut manus velut in alterius destinata subsidium non excluditur, uti illa Otthoberti Comitis Habsburgensis armata manus cum cithara & inscriptione, *hæc mihi tuba*: id est pace & concordiâ, etiam in bello, delector. quia videlicet figuræ præcipuæ contingenter additur.

V.

Instrumẽta etiam quàtalia, v.g. citharaquà

Rejicio etiam hominum aptata usibus instrumenta, quatenus signa istius sunt artis ad quam adhibentur: ut sunt, fecures, palæ, gladii, libri: quòd similitudinem non adferant: vi cujus in symbolo significent: nam gladio bellum, palâ laborem, libro studium tanquam instrumento ad hæc instituto designamus, neque ingeniosæ inventioni locus relinquitur.

musicæ artis signũ rejiciũtur: admittũtur metaphoricè sive ut similitudinem includunt usurpata, v. g. eadẽ cithara, ut concordiã significat.

Possunt tamen instrumenta eadem metaphoricè etiam usurpari, uti in symbolica Ottoberti Comitis cithara patet, quæ armata manu sustinetur; ut translata appareat: si enim illam nudis manibus & ad ludum aptis complexus esset, tanquam instrumento ludionum uteretur, faceretque hunc sensum; citharâ ad lusum, quàm tubâ ad bellum magis delector: fuissetque mollis animi, & heroe indigna professio, nunc cùm armatâ manu teneat, designat concordiam sese per arma quærere; quam cithara metaphoricè indicat: nam ut chordæ in cithara conspirantes harmoniam efficiunt, sic corda Civium in Republ. Ita gladius, clypeus, aut galea, & metonymicè pro bello accipi poterunt, quo sensu à symbolis relegamus, quia similitudinem iis necessariam non continent; & metaphoricè pro afflictione, vel tutela; ut cum D. Virginis sub Cruce dolores per gladium figurantur, atque eadem Deipara clypeus in se sperantium ab Ecclesia nuncupatur, quo sensu minimè rejicimus, quia similitudinem postulatam involvunt; ut enim gladius corpus, sic in adversitate Virgo sibi devotos tuetur. Quare si gladium in clypeo liligero fractum Deiparæ, cum hoc lemmate, tribueris: *Quod tuli averto*, facilè hieroglypton admittam; si militi dederis, non patiar. Ita Friderici III. armata cum gladio super librum manus; lemmate inscripta: *hic regit, ille tuetur*, mihi non probatur, licet Symbolistis, qui tolerant Hieroglyphica, pro exemplo sit, uti & ille Pii III. Pontificis oleæ ramus, cum inscriptione: *Pœna & præmium*. Hæc enim metonymicè solùm, tanquam instrumenta ac signa, non metaphoricè per similitudinem significant, adeoque ad figuras imaginum diversas ableganda sunt.

VI. *Quacunq; signa, sive ex natura sive ex arte & compositione*

Et verò mirum est; tum Aresium Tassumque, qui similitudinem in symbolo requirunt, hæc aliàque hieroglyphica familiaria tolerare, tum Petrosanctam aliosque eadem universim rejicere, quanquam hic si ex natura petantur, admittat, quemadmodum cornicem in hieroglyphico symbolum esse conjugii patitur; sed

sed qualiacunque illa sint, sive ex natura, sive ex arte, sive etiam compositione iconographi similitudinem involvant, ac translatæ usurpentur, non minùs quàm naturæ & artis figuræ admittendæ erunt. Neque verò hominum ad significandum institutio repugnat: quia hæc non attenditur, at similitudo sola rei non intelligentis, neglectâ institutione, per quam hieroglyphicè significat. Neque obstat compositio rerum naturâ non cohærentium: modò sibi invicem non repugnent, atque uno similitudinis conceptu coire possint. Nam Paulus III. Papa, ut significaret moderatè properandum, appositè junxit Delphinum celerrimum pisci remotæ. Aldus Manutius anchoram Delphino. Eidem quoque testudini eleganter Felix Saletni Principis alas dedit cum epigraphe: *Amor addidit.* quæ tantum abest, ut à symbolis rejicienda censeam; ut locum etiam non postremum indulgeam, quemadmodum in compositis imaginibus infra docebo: quia, præter similitudinem, inventionem ac poësin ingeniosam amplectuntur. Non tamen Cosmi Medicei testudinem cum velo nautico laudaverim; quod ἀδύνατον sit, & naturæ animantis repugnet ejusceomodi figmentâ poterunt. Alæ illi à Deo, vela aptari nunquam illâ in natura. *Iconographi modò similitudinem & translationem involvant, symbolis serviunt.*

VII. De exemplis & ritibus, apologis, prodigiis, monstris, auguriis, rebusque fortuitis superest ut inquiramus. De quibus ita generatim statui poterit. Si quam includant rei naturalis aut artificialis non intelligentis similitudinem cum re significata, secundum hanc idonea fore symbolo, ubi verò hæc gratia defuerit, symbolis annumerari non posse. Ratio ex jam dictis petenda erit. Prædicta igitur pleraque, ut talia sunt, rejiciuntur. Quia exemplum, ut tale, humanam actionem proponit, aut vitandam, aut imitandam homini, ubi si quæ similitudo deprehendatur, illa rei intelligentis est, adeòque à symbolis rejecta. Unde cum Sigismundus Malatesta Princeps Arimini Mutium Scævolam focco ardenti manum ingerentem proponit, junctâ inscriptione: *Hisgraviora*, symbolum non exhibet. Ita & lacerti Moysis elevati cum lemmate, *tutissimus*, *Exempla rejiciuntur, nisi non intelligentium & translatè usurpata.*

quod Clodoveo Regi placuisse legimus, quo Deo fidentem tutum maximè designat, eodem jure relegamus; nam persona Moysis malè subtracta, non facit ad symboli titulum promerendum, quanquam etiam iccircò excludatur quòd in utrisque apta translatio desit. Ita nec indusium Saladini Sultani, quod is funeri post mortem præferri voluit, cum lemmate: *Restat ex victore orientis.* Nec piscis annulum Policratis fortunatissimi Regis in ore ferens; cum lemmate: *Invitum fortuna fovet.* Symbolis à Paradino adjuncta, probo. Quia solam historiam referunt, non transferunt.

VIII. E diverso tamen illud Christophori Madrucii Card. fascem hastularum usurpantis, cum lemmate: *Vnitas*, etiam laudo inter symbola: nam illustrem similitudinem adfert, tum etiam Sciluri apud Plutarchum insinuat factum, qui moriturus filiis hoc schemate unitatem suasit; quod juncti animis, tanquam in fasciculo hastilia, ab hoste non facilè vincendi essent, oblato enim filiorum singulis (quos habebat octoginta) fasce hastilium, ut frangerent, post irritos conatus, ipse deinde relegata seorsim facilè infregit, idem separatis illorum dissensione animis futurum præsagiens. Ita Equus Trojanus Friderici Ducis Andri inscriptus: *Non caca condemur in alvo.* Et canis Lysimachi rogo incumbens, cum lemmate: *Intrepida fides*, qui Francisco de Malespina placuit, probantur. Uti etiam apud Alciatum embl. 123. Elephas Antiochi cum tropæo, & embl. 29. Leones Antonii in curru, quorum illud victoriam ab insperato auxilio, hoc ferocissimum quemque domari posse significat. Sed rector à curru dimovendus, aut certè supponendus erit Genius: quia præcipua symboli vis in Leonibus est, quos jugo illigatos esse sufficit. Verum illud, quod Philippus II. Rex Hispaniæ usurpavit de Zopyro Darii Regis Persarum Duce aures naresque sibi præcidente, ut Babylonem frustra obsessam Regi suo vendicaret, non admisero; dum nimirum malogranatum apertum proponit cum lemmate. *Tot Zopyros*: nam licet figura in hoc non complectatur personam humanam, lemma tamen inedit, adeòque in protasi res intelligens continetur.

1] *Concordia invincibiles facit.*

Et

Ex ritibus moribusque gentium non minùs cautè ad usum nostrum traducenda erunt symbola. Etenim si porcum sub lapide manuque ferientis, more Romanorum in fedus jurantium, exhibeas, inscribàsque cum Paradino, *si sciens fallo*: quid aliud, nisi antiquitatis memoriam in tabula & imagine innovas? aut si musca in scuto Lacedæmonii cum inscriptione, *cominus*: quam gratiam symboli obtinebis? licet enim autor promittere videatur, in porco, se fidem nolle fallere; in scuto & musca, se adeò cominus hostem aggressurum, ut vel muscam in scuto pictam observare possit: similitudine tamen adducta, id non præstat; sed rei factæ, historicæque veritatis solâ adumbratione, quâ imaginibus facultatem nullam figuratè repræsentandi tribuit, quia prorsus & apodosin ejusdem generis adhibet, idem autem non repræsentat translatè seipsum. Rectiùs Paradinus stupis in canna accensis, subitoque igne subvolantibus utitur, cum lemmate *Nil solidum*, ut hujus vitæ gloriam, fumi illius flammæque in modum, evanescentè, proponat. nam præter veterem in Pontificia electione ritum, comparationem aptam includit, & suo aliquid ingenio per lemma inscriptum eruit. Quod si tamen hanc epigraphen adderet, *Sic transit gloria mundi*, symbolum quidem exhiberet, propter translationē & comparationem, idoneum, verùm tamen alienum, & historicè solum. propositum nam Romanus cæremoniarum magister, electo Pontifice, stupas in canna succendit, additque *Pater sancte, sic transit gloria mundi*, ut iccircò in tota imagine, præter historiam, nulla poëtæ invention appareat.

IX. *Ritus & mores varios, nisi simile ineludant, serviunt.*

De Apologis ita sentio; in plerisque elegantia continetur symbola, ut suprà lib. 3. exemplis plurimis traditum. Nam & cucurbita in pinu altiùs sublevata tumens! ut apud Alciatum est. embl. 124. cum hemistichio ejusdem: *Brevis est hac gloria*. Et vultur spectator leonis, dum aprum opprimeret, ejusdem embl. 125. cum lemmate ab eodem petito. *Spectator grandia captat*: idonea sunt, quæ in symbolis numerentur. Illud tamen hoc loco observatione dignum, quòd apologus non quà talis est, sed tantum quà rerum non intelligentium similitudinem inducit.

X. *Apologus quà talis est, cum res pugnantes involvat, non servit symbolis, sed ut similitudinem includit.*

litudinem includit, symbolis deservias, siquidem quâ apologus est, rerum inter se pugnantium fictam unitatem complectitur. Conjungit enim ratiocinationem aliquam homini propriam cum natura rationis experte; quod ipsi etiam Deo præstare non liceat; qui, ut brutis humanam tribuere vocem possit, vim tamen ratiocinandi humanâ voce non potest. Quocirca cum eâ lege, neque existant, neque existere possint, imò nihil omninò sint, imago veritatis alicujus esse nequeunt, quæ, ut minimum, rem existentiæ capacem postulat: a nihilo enim nihil repræsentatur.

XL. Fundamentum tamen apologorum ex naturalium rerum affectione desumptum commentitium non est; sed ratâ plerumque rerum, aut sympathiâ, aut antipathiâ nititur, adeòque ubi similitudinem complectitur, symbolis se facit opportunum. Ornabit verò etiam illa apologi, licet pugnantium inter se rerum, fictio, ut gratia symboli & significandi ratio existat illustrior: nam ubi illam pinus, cucurbitam tumore foliis atque altitudine arrogantes elatam reprehendentis, orationem exceperis:

——— *Nimirum brevis est hæc gloria: nam te*
Protinus adveniet quæ malè perdat hiems.

magis admiraberis & amabis veritatem, nunquam diu florentis exultantisque arrogantiæ, hoc schemate propositam. Quin etiam fieri poterit, ut ipsa apologi fictio [modo nota doctis fuerit, nec omnia involvat pugnantia] symboli protasin tanquam pars ejus aliqua ingredi possit, quatenus nimirum pugnantia non complectitur. Ita rectè Hugo de Verdala Cardin. Gruem proposuit ex augusti oris vasculo escas captantem, spectante jactâ vulpe & frustra ad cibum invitata, sub titulo, *fraus fraude compensata* (ut ex Æsopi apologis in Cardinalium symbolis notavi, quæ consule) in quo elegantia comparationis intercideret, subtractâ ex protasi fabulâ.

Quare hæc non modò à symbolis rejicienda non sunt, verùm ultrò etiam accersenda, nisi fortè obscuritatis vitio ignorata damnentur.

Prodigia ac monstra, modò rerum non intelligentiâ simi-

similitudine consistet, ad symbola spectant: tantò quidē illustriora, quòd divino non humano reperta ingenio sint, atque ad hominum formandos mores quasi nata videantur.

Sic in monte Capitolino Deus Terminus immobilis: Cometes anno hujus sæculi 18. toti Europæ fatali luce irradians; natus in cucullo unâ cum hæresi Lutherana vitulus, cur idoneum non præbeat symbolo argumentum? Enimverò Alberto Card. & Archiep. Moguntino placuit Deus Terminus, cum inscriptione una, quæ prosi serviebat; *Concedo nulli*, & altera, quæ apodosis loco erat, *Mors ultima linea rerum*. Quod symbolum Erasmo usque adeò placuisse visum, ut sibi illud, sed posteriori epigraphe detersâ, proprium fecerit [1] Luthero vitulum cucullatum superi de cœlo obtulēre. [2] ipse vitulum adjecit, *Novus Evangelista*: Quintus videlicet accensendus ita reliquis, ut eum D. Lucas meruisset hovem, ipse possideret vitulum. Cavendum ne similitudo desit: neq; enim illud Contrami Regis Burgundionum de musculo gladium transeunte, cum lemmate, *sic super irreptat*, propter analogiæ defectū placet. De quo consule lib. 4 Regum symbola, quod ex sola inscriptione rem vagam definiente pendet, si enim cometæ inscripseris, *Triste minatur*: tantum in protasi, tuum de re futura præsagium indicas, historicus propemodum ac præsagus futurorum: neque per similitudinem apertè satis ad mores quicquam derivas: at si nonnihil inflexeris, dicendo; *Lux est, sed tristior umbris*: ad gloriam improborum infelicis plerumque exitus, præfagam, non malè adhibebis. XII. *Prodigia ac monstra ratione similitudinis in symbolis locum habent.*

1) *Arrogantia seu pertinacia.* 2. *Lutherus vel Monachus apostata.*

De auguriis, somniis, aliisque fortuitis eadem, quæ de superioribus existimo, annumeranda symbolis, modò rerum non intelligentium similitudinem continent. Ita Aquila in Aristomenis tumulo, de quo Epigramma Antipatri græcum est, non inelegantet ab Alciato embl. 33. viro (pura Carolo V. Imperatori) usque ad mortem forti, adhibetur. Uti & perpetuò virens amarantus, in tumulo Achillis fortuitò natus ad immortalem virorum fortium gloriam ab eodem autore embl. 135. rectè ac symbolicè usurpatur. XIII. *Eadem de auguriis, somniis, & fortuitis ratio est.*

Et Ciconia ab Aquileiæ occupandæ muris demigrans (de qua nos lib. 1.) cum lemmate. *Veteres migrate coloni.* quo civibus, sive incolis migrandum significetur. Faciebat tamen pleraque hæc propter obscuritatem, quia minus in vulgus cognita sunt ad postrema symbolorum subsellia meritò rejici, non iccircò omninò proscribenda, quamdiu similitudine aliquâ innotescunt, quâ Capricorni sidus Augusto & Carolo V. natale, adeoq; utrisque usitatum, destituitur. Tres item aves à Godefrido Bullonio Duce casu trajectæ, atque in symbolum traductæ: hasta quoque intorta Catharinæ Medicææ, quâ Vir Henricus Rex occubuerat. De quibus symbolis Heroum lib. 4. plenius erudiemur.

XIV. *In symbolis explorandum, per comparationem significantis cum re significata, aut metaphoricam unius pro altero usurpationem, an apta similitudo insit.*

An subsit imaginibus similitudo facilè explorabis, si primum, quod icone proposità significatur diversum, à re quæ picta aut sculpta est, cogites. deinde experiaris, an per comparationem, adhibita particula *sicut*, res quæ continetur in protasi (id est symbolo ac lemmate) cum re in apodosi (id est, per symbolum ac lemma significata) conferri possit. Exempli causa, in bene augurandis rebus ex S. Scriptura, columba olivæ ramum ad arcam deferens occurrit, boni utique ominis, quâ pro symbolo usus est olim Nicolaus Marcellus Dux Venetus, hodieque summus Pontifex Innocentius X. in gentilitiis insignibus utitur, dubitas; an ex legibus nostris, symbolicè? Expende cum inscriptione, quæ sit V. G: εὕρηκα, latinè, *inveni*, quibus significetur à mansueto Principe pacem esse comparatam. Ut verò intelligas symbolicè hæc adumbrari: alteram legem servaram facilè animadvertis, quæ requirit rem non intelligentem, alteram per comparationem ita exploras: sicut Columba mitis ingenii ac bellorum fugiens animal, reperto diluvii tempore ramo, mitis etiam olivæ, delectata est; ita Princeps noster, ingenio minimè durus, mansuetudine ac pace gaudet. Vel brevius: instar columbæ mitis est Princeps. deinde alterum compara (nam geminum hic symbolum componitur) pax mitis, ut oliva fertilis est. Vel expende, an dicere liceat, columbâ mitior, oleo tranquillior, &c. brevissimè per metapho-

ram

tam experire? an propter mansuetudinem Princeps columba, Pax oliva dici possit. Non tamen in compositis symbolis ubique necessarium, ut pars utraque similitudinem aut metaphoram contineat. Uti in Achilllis tumulo sufficit amarantum perpetuò virentem, suâ duratione immortalitatem, suo vigore gloriam referre, tumulo non symbolicè, sed tanquam signo mortis tantũ addito, ut post mortem hæc futura intelligamus, quod alibi in imaginibus tolerandum docebimus. Deinde non semper involvendum primæ comparationis partiem est lemma, quando scilicet hoc ad apodosin, sive explicationem protasis refertur. Quod an rectè fiat, post videbimus. Nam si inscribas cum Marcello Duce Veneto columbæ oliviferæ, *Bonæ spei*, observandum; an & quomodo columba cum bona spe conveniat: quia explicationem subscriptio hæc continet, ubi certè comparatio apparet difficilis. Nam hic nihil occurrit in columba simile bonæ spei, sed hæc tantùm affectio in Noë & arcæ incolis fuit, apparente columbâ, unde arcæ præcipuus in symbolo locus tribuendus esset, ac deinde columbæ oliviferæ; quæ imago ad exempla sperantium hominum esset referenda, adeoque (nisi quid desit aliud) ad emblemata spectabit. Quod si columbam tanquam causam bonæ spei in hominibus perpendetis: jam metonymicè solũ causam pro effectu exhibebis, quòd ad symbolum negamus sufficere. Ex quo facilè etiam notabis solam epigraphen & dare & tollere vim symbolicæ significationi posse.

Supereſt ut fundamentum quo nititur Petrasancta aliique, quos citat ac sequitur, expendam, ne à laudatissimo symbolographo, quem Arosius inter ceteros adversarios, quos ultima editione suæ Iconologiæ confutat, maximè veneratur, temerè videar descivisse.

Convenimus in eo, quòd in symbolo comparationem utrumque nostrum requirat, quæ sit similis ad simile collatio. Ita quidem, ut ratio totius similitudinis in protasi contineatur: ut quemadmodũ metaphora est contracta ad verbum similitudo, ita symbolum sit contracta

XV. *Petrasancta laudatissimus symbolographus symbolis malè vim certam promissionis tribuit futurum id quod autor proponit.*

cta ad protasin, id est, imaginem cum lemmate, similitudo.

XVI. *Symbolū est contracta ad protasin cum lemmate similitudo, qua vim probabiliter suadendi (qua major non inest) illi tribuit.*

Alterum à Petrasancta postulatum est, ut symbolum non tantum habeat vim consilium autoris exponendi; sed etiam persuadendi. In quo partim assentior, siquidem vim exponendi postulo: partim dissentire cogor; quia vim certam suadendi symbolis tribuere nequeo, quamvis mihi exigere passim videtur, dum ait, *autorem symboli, fidem per illud obstringere, ita prorsus futurum, ut ipse proposità imagine, velut stipulatâ manu, pollicetur, instar enim promissionis habere, tam illustri figurâ mentem suam declarare.* Quo loquendi modo tantum similitudini in iconographia indulget, quantum demonstrationi inter argumentationes conceditur, de cujus solum veritate fidem præstare licet: aut certè symbolographi decretum ad robur symbolo communicandum sufficere existimat. At manifestè fallitur: nec enim refert, quâ mente sit ipse imaginis conceptor, vel dixerit, nec ne, certum indubitatumque esse, quod proponit, si ipsa ex sua natura res exhibita id nō præstet. Natura ut ille, qui sestertium palam exhibet, voluntate suâ non facit; ut is regalis sive aurei valorem præstet: ita imaginis in symbolo exhibitor, id volendo, fidemque quacunque ratione obstringendo, ager: ut aliam, quam à natura sibi concessam, virtutē significandi ac suadendi possideat. Accedit, quòd licet hæc virtus à voluntate autoris imagini accederet, ipsius tamen voluntati impar futura esset facultas; cum multa per symbolū proposita, eius potestatis limites excedant, proindeque ea dem promissis habere nequeat. De aliorum enim mo ribus exhibita symbola, quomodo stabiliet? V. G. de doleſcente, si verni & florenti arbusculæ comparet, inscriptione juncta: *Fructus calo aspirante sequetur*, an dem suam interponet, Superis licet aspirantibus; ado scentem frugi futurū? imò de seipso usurpet V. G. Tu earum Imperator semilunam crescentem, inscribat qu *Donec totum impleat orbem*, id est, crescet Turcarum perium ut luna, donec totum orbem occupet. Quom do id, licet juratus appromittat, suadebit? lunare qu dem lumen orbe perfecto extendetur, non tamen

nè non fallet apodosis, quamvis mille testibus id Turca asserat.

Quod si tamen Petrasancta hanc vim persuadendi intrinsecæ virtuti similitudinis potiùs assignet, non minùs aberrabit. neque enim quisquam Philosophorum unquam admisit, argumentum à similitudine ductum demonstrationis vim possidere. quin similitudo non est necessariò ex natura sua connexa rei significatæ, ut illâ positâ, hanc sequi necesse sit. Et licet quædam ejusmodi symbola in sacris literis reperiantur, quæ certæ veritatis ac demonstrationis instar obtineant, uti *Iustus ut palma florebit*, & *tanquam stella* &c. tamen hoc ex sua natura minimè postulant, sed Dei ita statuentis voluntate, quæ sola fidem facere veritati potest, quia nec fallentis veritatis, si tam figura in se, quam significatum sit indubitatum. ita Lunæ inconstantia stulti hominis inconstantiam repræsentat: nam semper verum erit, *Stultus ut luna mutatur*; non tamen ob hanc lunæ mutationem, aut vim repræsentandi, sed suo ingenio talis est insipiens. Hoc igitur fundamento diruto, manet solius ratio similitudinis in rebus non intelligentibus, quæ symbola ab aliis figuratis imaginibus distinguat, cui aliam vim, quàm, cum voluptate, & singulari quadam luce, consilium autoris, veritatemque significatam exponendi, non tribuimus. XVII. *Ratio similitudinis in non intelligentibus, est per quam distinguitur symbolum ab aliis fig. imaginibus.*

CAPVT. XLVI.

An per inscriptionem, seu lemma, symbolum ab emblemate; emblema contrà per expositionem à symbolo distinguatur?

RERUM ad symbola spectantium vim ac naturam expendimus, ad lemmata & expositionem accedimus.

I. Lemmatis adhibēdi necessitas ex varia figurarum ad significandum facultate nascitur; quæ nisi certâ verborum sententiâ, restringi sæpe ad autoris mentem exponen-

In symbolo non obtinet lemma rationē formæ, & figura materiæ, sed rei non intelligentis conuenientia cū intelligente est forma. corpus verò figura materiæ: quia conuenientia sola est ratio repræsentandi.

nendam non potest. Unde nonnulli lemma formæ figuram materiæ loco, ad symboli compositionem venire autumant: cùm hæc per illud certâ significandi ratione absolvatur, ac velut animam vocemque tribuat. Verùm falluntur, cùm lemma clavis quodammodo, aut signi instar sit, quod nobis occultam similitudinem, ac cum re significata analogiam, aperiat. ipsa autem similitudo, in qua vis imaginis repræsentantis consistat, forma ac ratio symboli meritò censeatur; nam hæc sola est, qua significare, loqui tacitè, ac suadere symbolum nobis videatur. Ignis tibi in schemate proponitur, & lemma, *Cum luce fumus*, aut, *In cineres abit*. Verba tantùm audis legisve, ijsque excitatus ad ignis splendorem animum convertis, cum quo fumus jungitur, quorum ille imago quædam est humanæ gloriæ, hic vanitatis ut plurimum illi sociatæ: aut certè expendis, quàm brevi consumptis alimentis ignis in cineres recidat, quâ imagine honoris fluxi evanidiq; ingenium tibi explicatus, qui suos, in morte, cultores levi momento destituat. Quis hic dicat in verbis potius, quàm fumante rogo repræsentandi suadendive vim inesse? aut, te magis eorum significato, quàm imaginis in flamma compertæ elegantia delectari.

II.

Symbolū igitur ab emblemate non distinguitur per lemma, neque per expositionem figuræ subjectam sed aliâ tantum conveniantia rationē.

Quæ idcircò dissero, ut intelligas, errare illos qui potissimam symboli rationem, atque ab emblemate distinctionem ex inscriptione petūt, ac emblema illud esse volunt, quod neglecto lemmate, subjectis versibus aut oratione explicetur: nam in hac imaginum facultate distinctio inde petenda est, unde omnis significandi vis ac ratio ducitur: Arbitraria hæc nimirū est cum inscribendi symbola, tum exponendi per versus emblemata consuetudo, quæ pro autorum ingeniis variata symbolorū atque emblematum naturam variare nequicquam rentabit: neque enim continuò, ut ego lemma emblemati, orationem symbolo adjecero; ex symbolo emblema, ex emblemate symbolum finxero. Sed & hac religione tam lemmatis, quàm explicationis usurpandæ nos absolvunt illustres hujus ac superioris ætatis symbologiphi, quorum alii præter inscriptum symbolo lemma, expositionem versibus subjecerunt: alii emblematibus

passim

passim inscriptiones adjecerunt: Utriq; consultò, nam, ut alibi ostensum, lemma figuræ definiendæ servit, quæ in lemmate sæpe non minus vaga, quam symbolo reperitur. Expositio verò, sive illa versibus, sive oratione soluta absolvatur, rem per figuram significatam explicat, ac comparationem protasis cum apodosi instituit; ut quidquid in figura obscurius latet, minus etiam perspicacibus innotescat, quod cur symbolo negemus, indulgeamus soli emblemati, nondum est ratio. Alciatus certè, sive symbolis', sive emblematibus expositionem non negat: multis etiam, ac nonnullis quidem emblematis inscriptionem adhibet, ut nudo Scythæ illud Philosophi: *Omnia mea mecum porto:* Asello Isidis, *non tibi, sed religioni.* Et Camerarius passim, in symbolis', tam lemmate, quàm explicatione usus est. Paradinus eodem jure & symbola & emblemata habuit, doctissimi quique in hac arte recentiorum, ut Catsius, Patres Belgæ in sua imagine, aliique; nulli, neq; symbolo, neq; emblemati, aut inscriptionem, aut expositionem negarunt. Quibus certè ratio ipsa suffragatur. Nã imprimis quod inscriptionem symbolo concessam, emblemati pari jure vendicent, quis indignetur; aut improbet, cum eadem non rarò vagi emblematis vis diversa significandi adstringenda hoc vinculo sit, ne dissoluta incertum inconstantium animum fallat. Scytham illum impudentem, aut vagum facilius hominem', quàm rerum humanarum contemptorem dixeris, nisi inscriptione ductus huc cogitationem verteris. Poteritne arrogantia tibi in mentem venire, cum Asinum sub fustibus & onere afflictum cernis? sanè alia omnia meditaberis priùs, quam ad tam remota animum adhibueris; verùm inscriptio fabulæ memoriam, simul & sententiæ comprehensæ subjicit. Concedamus igitur emblemati non minùs lemma, quàm symbolo: cùm pari ab utrisque jure plerumque exigatur.

Vnde & lemma & expositio, tam symbolis quã emblematis rectè adhibetur

Deinde parferè utrimq; expositionis adhibendæ necessitas: cum vix paucæ inscriptiones suâ figuram significatione ita definiant', ut alio inflecti sensu ad diversã neqveat. Expende Camerariũ passim symbola versibus subjectis illustrantem. Et ut exemplo utar: illâ imagine, quâ

quâ proponit accipitrem, post unam perdicem unguibus apprehensam, plures insequentem, quis non ingenium avari hominis adumbrari existimet, istâ præsertim inscriptione junctâ, *Parta tenens non parta sequor?* attamẽ alio intentâ ipse mente ferebatur, ut ex disticho subjecto liquet, cùm Sapientem exhibeat uniùs rei cognitione minimè acquiescentem, dum ait:

Vaga significandi libertas in utrisque est restringenda.

Multa licet fido sapiens in pectore condat,
Plura avido tamen usque appetit ingenio.

Et ut exemplo Petrasanctæ utar, quod ille à Famiano Strada traductum, ad solis imaginem certâ inscriptione definiendam, adhibet. Christum is in morte maximè ab omnibus spectatum figurato schemate propositurus, solem eclipsi laborantem sub hoc lemmate adumbravit *Spectatur cum deficit*. Quod laude dignum est. Verum tamen ita circumscriptum atque huic significationi affixum esse nego, ut expositione aliquâ mens auctoris declaranda non fuerit. Quid si enim illustrem aliquem in regno Dionysium, aula Seianum, aut Belisarium hoc eodem symbolo proponam, in quos totus orbis intentus fuit, cum suâ dignitate exciderent? Quid si divitem auro fulgentem exprimam, in quem morientem spe prædæ oculos quam multi intendant: an à te prorsus discessero? Quod si egregiæ vitæ ac sapientiæ hominẽ, quem, Invidia viventem fixo obtutu ferre non potuit, morientem, dissipato jam livore insignem; an omnino incongrue! Et ne multa, videbis opinor quot rem unam, sub restricta licet epigraphe, sensus comitentur.

IV. Lusi nonnunquam aliquot symbolis in DEI parentis MARIÆ honorem atque dum aliquot illi quoque proprietates adhiberem, occurrit in ceteris Henrici II. Regis Franciæ de luna accrescente hoc titulo symbolum: *Donec totum impleat orbem*. Tum illud Philippi 3. Franciæ etiam Regis, *Dum vixi, crevi*. Denique & Selimi Turcarum Imperatoris bellum adeuntis de lunâ accrescente occiduâ *Redibo pleneor*. quæ omnia, cur non rectius Virgini, quàm suis illi regnis, adhibuero? teste Sapiente Prov. 4. 18. *Iustorum semita quasi lux Splendens procedit & crescit usque ad perfectum diem*. Dicamus sanè

Deipara Virgo semper profecit in gratia.

Profi-

Profiteit accrescens solari lumine Phœbe.
Proficit ex radiis, Christe, Maria tuis.

Quin & alii in plena, luna hanc inscriptionem usurpent. *Dum plena, sit æmula solis.* Ego de Matre Dei prius eadem scripsero quæ dum vixit, virtutis, & gratiarum luce indies plenior accrevit, donec totum virtutū orbem conficeret, ac tandem in gloriæ splendore æmula, ac Christo proxima illucesceret. Hæc tamen, licet sub ipsa adhuc inscriptione vaga, ejusmodi sunt, ut non postremā apud symbolographos laudem tulerint. Quocirca frustra est Petrasancta, dum laudat symbola quæ *omni, soli, ac semper* conveniant, vix enim hactenus à me tale compertum est. Imo, nec jure illud postulari existimem, ut eadem animi dotem lemma, etiam diversis rebus applicatum, designet: nam exemplū quod usurpat, fallit, dum videlicet arundinibus inscribit: *Flectimur, nō frangimur.* (1) hoc enim, inquit, sive arundinibus sive salicibus præfigatur, semper erit infracti animi symbolū. Quid si ego arbuscula, aut plantæ ad rectitudinem indoles tenero in ævo flectenda rectè adumbrabitur? Eadem diversam animorum affectionem propositā, & lemma idem. Hac igitur lege contrahendi per lemma symbolum nolim alios obligare, quâ ipse teneri noluero. quanquam certum sit tantō nobiliora quæq; esse symbola, quantō minus vaga sunt.

(1) *Infractus animus.*

V. *Inscriptioni subscriptio recte jungetur.*

Quod igitur remedium quære adstringendi symboli? Sanè præter expositionem subjungendam, vix aliud reperias, quod prorsus satisfaciat, nisi fortè duplex lemma præter inscriptionem videlicet subscriptionem, ut suprâ appellavimus lib. 4. adhibere libuerit: certè hoc infra de ea repeteris, quæ utrimque & figuram & ejus significatū, seu protasin simul & apodosin, propriè aut proximè tangant, elegantiam conciliis. tale in principio operis apud Petrasanctam seræ, per orbes, inscriptumque verbum divisæ, adhibitum lego, *unipatet verbo,* (2) quod lemma non minus propriè D. Virgini, quàm literariæ seræ competit. quanquā iccirco asserere nolim, expositione nullâ opus esse, cùm tardioribus ingeniis non sta-

(2) *Virgo concipit.*

tim ea penetrare liceat, quin etiam eiusmodi nondum sit, ut soli Deiparæ conveniat: nam & verbum Dei malleus dicitur conterens petras cordium humanorum ad cetera omnia immobiles, tum usque adeò inscrutabile est cor hominis, ut soli Deo pateat: (1) proindeque in alium sensum detorqueri hoc etiam symbolum possit. Maneat igitur, quod initio statuimus, symbolo, ubi Heroicum fortè exceperis, non minùs quàm emblemati expositionem aliquam deberi, quâ mens autoris explorata esse possit. Ceterùm qua arte lemmata formari debeant, libro superiori tradidimus.

1) *Cor hominis soli Deo patet.*

CAPVT. XLVII.

De symbolorum, in moralia, & heroica, divisione, atque eorum discrimine.

I. *Symbolũ aliud morale, aliud heroicum est. Differunt 1. quod materia heroici symboli tantum virtutes sint moralis etiam vitia.*

CUm symbolis, non tantùm aliorum hominum indolem moresq; adumbrare, reprehendere, laudare atque erudire liceat; sed etiam animi sui mores, consilia, decretaq; explicare ac confiteri propalam. Factum est ut Heroes nobilesque familiæ, Academiæ, gentes symbolo, tanquam tesserâ notâque generosæ mentis ac propositi, uti passim cœperint: quod cum Sil. Petrasancta Heroicum symbolum vocabimus, ad distinctionem alterius symboli, cui moralis significatum relinquimus.

Inter hæc symbola discrimen breviter statuendũ est. Primum ex parte materiæ sese offert, quod morale symbolum, non tantùm virtutes aliorum ad laudem, sed & vitia ad reprehensionem adumbrare possit, secùs quàm Heroicum, quod in sola virtutum professione consistit nisi quis tam vecors sit, qui scelerata animi decreta vulgare non erubescat: quanquam nec talis Heroëm, verùm scurram potiùs acturus videatur.

II. *2. Symbolum heroicum per lemma solàm, abs-*

Alterum occurrit ex parte lemmatis inscribendi discrimen, quòd illud in Heroico symbolo non tantùm adhiberi figuræ, sed meritò etiam significato debeat: cujus ea est ratio, quòd Heroica symbola, cùm sine explicatione supposita armis, clypeis ceterisq; nobiliũ insignibus

bus adjiciantur, claritatē suam omnem à figura & epigraphe postulent, quòd non tantùm sapientū ingeniis, sed & viris militaribus parum sæpè eruditis, suam viri illustres virtutem profiteri cupiant, quare apodosis, nisi figura illā de se satis offerat spectantium animis, digito veluti est intendenda. Quod triplici potissimū ratione fieri poterit: Primo illo lemmatis genere quod apodosin clarè subijcit, & nos subscriptionē dicimus, quam ab antiquis symbolographis non ratò adhibitam vidimus, ut lib. 4 exemplis multorum constat. Ita Eridericus Dux alti montis, ut prudentiam se cum simplicitate conjunctam amare ostenderet, columbam in arboris vertice sedentem exhibet (quem locū eligunt, ut hostis insidias observent) juncta erat subscriptio. *Simplicitas prudens.* Deinde, præter subscriptionem, etiam ad protasin spectans inscriptio addi poterit. Ita tali columbæ, lemma hoc dari posset: *Spectatur & spectat.* Spectatur enim abomnibus, quod candidorum est sese omnibus aperientium: & spectat aliorum fraudes, quod cautorum. Similē Alberti Cardinalis & Archiepiscopi Moguntini est symbolum, cum Deo Termino, qui solus Deorum Capitolio dimoveri non potuit, inscripsit *Concedo nulli:* subscripsit, *mors ultima linea rerum.* Tale & illud Caroli Friderici Juliæ Principis, quod scuto cordibus insignito lemma geminū adhibuit. inscriptio, licet metaphorica, hæc erat, *Hic murus aheneus esto*: subscriptio. *Benevolenza bonissima guardia*, id est, *optima custodia benevolentia.*

que expositione adstringendum est ad vim certā significandi, quod tripliciter fieri potest vel subscriptione solā, vel subscriptione simul & inscriptione, vel solā inscriptione protasin simul & apodosin spectante: quod ceteris elegantius est.

III.

Quod lemmatum duplicatorum, in figuratis imaginibus, genus Antonio à Burgundia magnopere placuit, neque eo imperitè est usus in Lapide Lydio. Ita enim ut vino deditos scitè adumbraret, calci per affusam aquam exat descenti lemmata hæc dedit. *Accenditur ut extinguatur*: Et, *Pretiosa suis* [1] Globo Pyrio in aëre soluto [2] adjecit: *Perit ut perdat*: Et, *Optata vindicta.* Vitteæ in mensa suppellectili adjunxit, *Bonū fragile*: Et, *Formosa filia.* Hederæ muris adhærescēti adscripsit. (3) *Amplexu enecat.* Et, *Vagus amor.* Quē sanè qui in moralibus etiā symbolis imitatus fuerit, laudē non infimā merebitur, quanquā non semper eum probem, cū inscriptione

1) *Potator.*
2) *Vindicta fervit autorem.*
3) *Amor turpis nocet.*

neglectâ, geminis subscriptionibus figurâ onerat quan-
doque magis, quàm ornat(nisi, cùm oppositione gra-
tiam mereantur, ut cùm igni fumum generanti (1) sub
scribit. *Praclarus pater. Et; clari progenies obscura patris.*
ubi alteram fumo, alteram igni subscriptionem donat.
cũ etiam Papilioni lumen circumvolanti hinc jungit(2)
Amicus assiduus: inde *subitus hostis*. Verũ has subscrip-
tiones, nisi in Heroicis symbolis non requiro, in aliis si
opportunè adhibeantur, solum tolero: nam ut Heroicã
symbologiam apertam minimèque obscuram desidero, sic in morali conjectationem aliquàm exercitatio-
nemque ingeniorum laudo: ex qua ad spectantem sua
etiam inventionis propriæ voluptas manat.

1) *Filii horum noxæ*

2) *Honor indignis nocet.*

IV. *Vt inscriptio symboli heroici apta sit, non metaphorice alterutri, protasi aut apodosi; sed propriè utrique debet cõpetere.*

Supereſt tertia, eàque præstantissima ratio, Heroici symboli per lemma adstringendi. si nimirum inscriptio-
ne donetur, quæ figuram ejusque significatum propriè
tangat: nam quæ metaphoricè apodosi seu rei significa-
tæ adhibentur, de pluribus ferè eodem jure enuntiari
possunt: cùm tamen certæ virtutis professio in Heroico
symbolo requiratur. Laudem igitur meretur symbolũ
Henrici VII. Anglorum Regis, qui vigilem gruem la-
pidem pede sustinentem usurpavit, juncta inscriptione
Non dormit, qui custodit. Videlicet neque grus, neque
Rex dormit, dum suos custodit. Et soli inter nubes Za-
charias Delphin⁹ rectè adjecit: *Premitur nõ opprimitur*:
quod non minus propriè ipsi autori inter adversa, quam
soli inter nubes convenit. Hæ in symbolis tam morali-
bus, quàm Heroicis raræ sunt elegantiæ. Et quidem si
ad Heroica inscriptionibus protasin spectantibus uti li-
buerit, alias non facilè probavero, quã quæ utrique, tã
figuræ, quàm significato propriè applicentur. Quare il-
lud Ludovici Cardinalis S. Sabinæ lemma quod tabu-
læ tasæ inscripsit: *Melior fortuna notabit*: non admodũ
laudo; quia neque figuræ, neque significato propriè
competit. & quis satis definiet virtutem hic aliquam, an
potiùs ambitionem orbi manifestet? Hoc verò Alber-
ici Cybo Melespinæ lemma, quod Ciconiæ cubo insi-
stenti adhibetur, *In cubo gravitudo*, licet venustè in cubo
ludat, protasin tamen cum apodosi malè confundit.
Quod verò Vincent. Medices canis vulnerato inscrip-
serit:

serit. *Ni lingat, languet.* (1) Et vomeri Cardin. Franciscus Gambara, *longo splendescit ab usu.* (2) pro Heroicis symbolis non probo, quia nulli significato propriè competunt, adeòque cum metaphoricè ad plura transferri possint, alium, quàm in symbolis moralibus, loeũ non merentur. illud enim rectè pœnitenti sua vulnera retractanti sanatique; hoc vir rerum usu eluescenti confitebitur nam in illo confessio scelerum; in hoc arrogantia parum digna continetur. Accedit, quod ex ipsa inscriptione mens illorum satis non constet. Faciamus enim Gambaram exercitationem sibi propositam hagendo? peregrinando, an præliando voluerit? purgari huisse, quis satis definiet exercere ille se patiendo, an alios, an virtutibus maluerit? splendescere honoribus, an illustrati gloria? hæc verò nec potuisse omnia, nec voluisse singula est visus.

1) *Pœnitẽs.*
2) *Experientia clariorem facit.*

V.

Alii hieroglyphicis signis, aut artiũ instrumẽtis adstrinxêre vim symboli heroici nõ quidem vitiosè, minus tamen elegãter, quanquã in moralibus symbolis etiã vitiosè; quia vis adcò definitè significandi his necessaria non est.

Quocirca alios symbolorum Heroicorum autores video, ut explicatius animi sui sententiam definitiusque exprometent, hieroglyphicis signis instrumentisque, metonymicè & strictius repræsentantibus, usos, quòd mallent parum elegantes, quàm obscuri incertæque professionis haberi. Ita Rudolphus Imperator bipennem cum oliva exhibuit, ac lemma adjecit: *Vtrum vultis?* & Rudolphus Alberti I. Imp. filius Gallo in tuba militari, stanti, *Cura & vigila*, subscripsit Palmæ, & Cupressi ramis addidit Carettus Princeps Melphi, *Erit altera merces*; nempe vincendum sibi aut moriendum statuebat. Talia ut multa inter Heroum symbola lib. 4. reperies, ita ab his prorsus eliminanda non existimem, cum elegantiæ detrimentum utcunque claritate pensent, & aliqua saltem ex figuris traslatè per similitudinem repræsentare videantur. Quæ tamen ne existimes ad symbola moralia, pari, aut necessitate lemmatũ, aut libertate materiæ cũm laude traduci. Dispar eorum natura aliis regenda est legibus. Hæc non profitentur Heroïs alicujus virtutẽ; quod magnanimi est viri de seipso egregium aliquod facinus promittentis; sed mores instruunt, vitia reprehendunt, laudant virtutes. quod docti ac sapientis hominis officium est, quanto difficilius,

lius, quòd aliorum non assensum modò, verùm & affectum executionemque bonorum, ac malorum fugam exigat: quæ cum obtentu difficiliora sint, quàm sola persuasio de egregio aliquo facinore Heroi proposito; & ingenio, & facultate ad persuadendum majori in moralibus, quàm Heroicis symbolis opus est. Nam hic acquiescet, qui mentem autoris ex signis intellexerit: quod licet eo non præstiterit ingenio, ut eum voluptate singulari percipiatur; tamen fine suo non excidit, si persuaserit. At qui mores erudit, quia difficilem nactus, ad finem obtinendum provinciam est, nisi conetur, quod optimum est, muneri defuisse censebitur.

VI. Jam verò hæc symbolographia iccirco potissimùm à primis autoribus instituta est, ut delinitos, jucunda veritatis repræsentatione, animos in assensus affectumque illius raperet; quod nisi fecerit, officio defutura est, ac scopo aberrabit. Porrò nullo argumento suaviùs efficaciùsque influet, quàm rarâ & aptâ similitudine, quæ si oculis quodammodo spectetur, atque aliquâ simul intuentis inventione eruatur, mirum est, quàm altè quantòq; sensu animi combibatur ac hæreat. Et hæc res ad virtutis æstimationem vitiorumq; horrorem ingenerandam proderit, neque aliquantulum ab autoris mente spectantem suo ingenio aberrare ad similem aut propinquam sententiam error censebitur; quia à meta tam ampla, qualis est morum disciplina, deflectere vix poterit. At qui de Herois alicujus professione, patientiam (exempli gratiâ) an æquitatem promittat? incertus hæserit; fidem nullam pollicitis adhibebit. Ex quibus opinor diversam utriusque symbologiæ rationem facilè prudens lector observabit, simulque docebitur, quando symbolis inscriptionem, aut subscriptionem, aut utramque adhibere, quando etiam negare expositionem jure liceat.

VII. *Plura corpora in unam symboli figuram tum convenire possunt, cum inter se ex natura, aut arte cohærent.*

Reliquum videtur, ut de symbolis compositis ac plurium figuratum schemate instructis nonnulla dicamus. Verùm hic sufficerit intellexisse, plura nunquam unius symbolicæ imaginis corpora debere tolerari, quæ inter se connexionem adeòque unitatem aliquam non habeant, ut sunt unius gregis oves aut sol um-

columbæ, aut unius ursæ; diversa sidera, unius prati flores, sive arbores, vel quæ actionis societate jungunter, ut apes in floribus, in arbore nidi & aves &c. Plenius hac de re formaberis infra de Emblematum compositione. Nunc ad elegantiam, venustatem, atque arguram quandam subtilitatem figuratarum imaginum accedimus, in qua hactenus pertractanda perfunctorie ferè ceteri symbolographorum versati sunt. Cujus ego potissimum studio, communicandi cum aliis gratia, suscepto, ad ceterorum quoque tractationem inductus sum, ne mutilum imperfectumque opus darem.

CAPVT XLVIII.

De fontibus elegantiarum symbolicarum.

I.

PRæcipuum figuratæ poëseos ornamentum, ac velut symbolorum animam vitamque, unde sensus affectusque ad spectantium quoque mànat animos, tandem aggredior. succus hic in flore est, nucleus in cortice, in venis sanguis, in osse medulla: ipsa videlicet similitudinis cum re significata venustas, atque inexspectata quædam aptitudo. Haud dissimilis epigrammaticæ illi elegantiæ argutiæque, de qua libro singulari à nobis pertractatum est. Nam illa ante omnia, & avidissimè excipi, & altissimè insidere cogitationibus hominum novimus, quæ à vulgari sensu remota exspectationem superant, quod uti in epigrammate, ita figurata in poësi locum habet. Quare iisdem nobis principiis insistendum erit, quibus ad ornatum ac varietatem epigrammaticæ subtilitatis incessimus.

II.

Tanto major est symbolica similitudinis.

Quotundam jam suprà traditorum hic memoria innovanda erit. Primùm quòd in omni traslatione & imagine tam dissimile, quàm simile requiratur: nam sine dissimilitudine translatio nulla erit, absque similitudine nulla imago. Deinde tantò majorem similitudinis

elegantiam fore, quantò in re magis dissimili reperta eruatur, juxta Aristotelis Rhet. l. 3. scitum; qui simile in rebus maximè distantibus invenire acuti esse hominis pronuntiat. Et hæc inprimis ingeniorum commenta delectant, quia exspectationem fallunt, ac superant, quo uno fundamento uti omnis epigrammatum, sic figurarum elegantia nititur. Ne verò ignores quæ res à se invicem maximè distent, triplicem rerum creatarum ordinem gradumque observabis, quædam corpora tantùm sunt animali vitâ sensuque destituta: alia animam quidem, quâ vegetantur & vivant, habent, ut plantæ; verùm sensus omnis expertia, denique & sentientem alia, quæ animalia dicimus, vitam agunt, verùm ratione privantur. Hic imaginum symbolicarum campus est, unde flos omis ac color ad hominum mores scitè adumbrandos petitur. Terras hic cœlumque, elementa ac mixta, naturalia atque artefacta scrutari licebit, atque illas creaturarum eruere voces, quibus nos ad virtutem, Deique observationem erudiunt, quòd tantò præstabis argutiùs feliciùsque, quantò magis dissimilia, id est illa, quæ sine sensu ac vita sunt, ad formandum cum ratione hominem adduxeris, magis enim distant illa ab homine, adeòque magis inopinatas, atque à communi sensu remotas similitudines involvunt.

elegantia, quantò res magis dissimilis est in qua reperitur; nam in figurâ imaginibus (uti in epigrammatis) hæc placent maxime quæ maxime exspectationem superant. In triplici rerũ creat. gradu magis ab homine distant, quæ sensu vitâ quo carẽt, quã quæ possident. unde & magis inexspectatas similitudines involvũt.

Quocirca & hi magnoperè errant; qui artefacta in postremo symbolorum ordine, post opera naturæ, veluti certiora nullique mutationi obnoxia, collocant. nam hæc, quam dixi, ratio distantis atque occultæ similitudinis præter exspectationem erutæ, plus momẽti ad venustatem adfert. sunt verò artefacta quàm maximè ab homine remota atque in ultimo non viventium ordine censentur. Hæc frequenti exemplorum appositione infrà disces, ubi rem eandem per imagines ex singulis rerũ creatarum ordinibus petitas exponam. præterea, facilè observabis in singulis illorum ordinum, suos etiam gradus reperiri, magis enim e. c. in eodem sentientium genere ab homine musca, quàm canis dissidet: uterque tamen impudentiæ ejusdem imago est, tantò quidẽ illustrior

III.

Quæ causa cur etiã universim artefacta plerisq; rebus naturalibus, contra receptam opinionem, præferenda sint symbolographis.

stior illâ, quantò homini dissimilior. Quæ regula ubique locum habet: nisi quid obstet aliud, unde elegantia symbolo detrahatur. Nam & eadem musca, & canis olaris ac fictæ amicitiæ argumentum sunt; sed aptiori symbolo canis, quia adulatur ac hæret blandiùs, quàm musca, quæ parum amicè sociatur; unde similitudinis in illo proportio illustrior est. Ita formica ab homine, quàm bos aut asinus remotior; major etiam in formicæ industria ad humanos labores convenientia; sed quòd minùs in symbolo laboris adferet, quàm bos sub jugo, facit nimia figuræ ac corporis exilitas; quæ, si apis ejusdem loco adhiberetur, jam utcunque pensatâ mole aliisque dotibus censeretur.

In singulis etiam rerū gradibus e.e. vivētium, novietiam perfectionis gradus sunt: magis enim ab homine musca, quam carnis distat, unde, & ceteris, illa in symbolo præferēda.

Denique neque illud negligendum est, in una eademque re suos esse naturæ ac proprietatum gradus, alios aliis nobiliores. Api, quàm multa non insunt symbolis opportuna? Manè vigilant, sedulæ ad laborem, arte, ordine, cum obsequio, & imperio, temporis locorumq; ratione observatâ peragunt; mel ex floribus colligunt, sed & felle aculeum imbunnt, inter se concordes, hostes, suæ etiam vitæ jactura, ulciscuntur. Rex earum absque aculeo imperat. Ex his minùs obviæ similitudines deligendæ sunt, ut ex spectationem superes, nihil certè novi adferes, si laboris symbolum apem feceris, nisi fortè ex adjuncto minùs exspectato ornetur, ut illo Virgilii hemistichio, *Vos non vobis* subjice, mellificatis apes; aut de bove, Sic *Vos non vobis*, fertis aratra boves &c. ubi oppositione minùs vulgari symbolum ceterà frigidum, nonnihil excitatur. Nolim tamen hinc inferas, ex rebus ignotis obscurisque petendas videri symbolorum figuras; siquidem longè aliter res habet. Ex obviis, notisq; minùs obvia perspectàq; eruenda sunt, ut qui intuetur, latuisse tam recondita, in cognitis sibi rebus, obstupescat, & avidè hauriat. quo fructu carebis, si ignota dedetis in his enim cùm se rudem agnoscat, nihil admirabitur, aut magnopere amabit. Cùm novum sit nemini in rebus à nostra cognitione longè dissitis, novum aliquod incognitumque occurrere, sed neque dissimilis similisque in eadem

Res etiam qualibet suos natura, ac proprietatum gradus habet, ex quibus, prout qualibet minus obvia est, magis exposita per lemma placet.

IV.

Gratissimum est in corpore & figura notes dotē

invenire reconditam: nam hoc maximè fallit.

materia rationes subitò dispiciet, verùm per ambages explicationesque rerum ducendus, in ænigmate potius, quàm symbolo versari videbitur. Hæc universim de materia advertisse suffecerit. nunc ex ipsis elegantiæ fontibus propiùs hauriendum est.

V. *Vt epigrãmatum, sic & symbolorum quatuor sunt fonces Quidquid enim exspectationem hic fallit: aut ex rara conveniẽdi ratione (quæ in proportionatis ferè reperitur) id facit: aut alienando quippiam, aut repugnans aliquid, vel alludens re aut voce adducendo.*

In epigrammate quatuor potissimùm fontes aperuimus, venis non paucis aquam copiosè suppeditantes. Quæ enim exspectationem fallerent, ejusmodi existimavimus esse, quæ rei aliquid tribuerent aut negarent, quòd ab illa alienum ac remotum videretur, aut etiam cum natura & affectionibus pugnaret: quorum illa quidem *alienata*, hæc *opposita* aut *repugnantia* diximus. aut certè quæ cum alia re dissimili illam velut simili componerent: aut denique rerum vel sermonis allusione uterentur. quorum illa *comparatorum*, hæc *allusionum* nomine accepimus. Utemur iisdem, & fontibus, & vocibus in hac imaginum materia, comparatorũ tamen loco (quòd hæc vox omnibus symbolis conveniat) *Proportionatorum* titulo unum fontium donabimus, quæ videlicet duplicem cum analogia comparationem involvant, qualis in illo est schemate Isabellæ Rovereæ Prîncipis Bisignani, dum calthæ ad solem versæ inscribit, *Non aliò convertam oculos*, indicans se nulli præterquam marito [alius Deo senserit) adhæsuram. nam uti se caltha ad solem; ita Roverea ad virum habet, in qua proportione una est comparatio calthæ cum fœmina conjugata, altera solis cum principe, utraque ilustris & rara si momentis suis expendatur; quanquam præcipua ex conjunctione sit gratia. Quod si calthæ ad occidentem solem calicem contrahenti inscriberes, *Illius occasu cadam*, tanquam superfuturam se Roverea post viri mortem, doloris magnitudine, non crederet, ad fontem alienatorum spectaret: quia ut aliquis alterius casu intereat, hoc alienum prorsus est. Deinde si hoc lemma adjiceres calthæ nimio solis æstu elanguenti: *Quod me fovet, enecat idem*, qualis Roverea amoris desiderio [præsertim divini) videri posset: ex oppositorum fonte symbolum duces. Illa etenim sibi adversari existimantur, quòd iidem solis radii flo-

rem

rem & foveant, & obruant. Denique si pro caltha Bellis flos adhibitus inscriptusque fuisset. *Bella, sed unius oculis.* ex alluſionum fonte irrigasset hanc imaginem Isabella Roverea; tum ipso flore, tum inscriptione ad nomen suum alludendo: auxisset lusu alio, si lemma esset: *Soli bella.* Sed ut horum fontium variam amœnamque scaturiginem propius explicatiusque intueamur, per singulos ordine incedendum erit.

CAPVT XLIX.

De primo fonte ex figurarum proportione ducto.

QUàm altè insideant animis figuratarum rerum imagines, alibi meminimus, neque difficile erit persuadere iis, qui persuadendi ipsi artificium prorsus non ignorant. Sanè ex ipsa rerum proportione ac convenientia, ratio non parva existit hujus cùm facilitatis, tum voluptatis, quâ, velut illitum melle bolum, animus similitudinem excipit. Quod cùm exemplis nonnullis firmare constituerim, illius etiam venit in mentem Thomæ Rotarii apud Belgas Hispanosque superioti seculo non ignoti hominis, qui ubi fragilem mortalium fortunam naturamque vitro non inscitè comparatam acciperet; hanc, post amatorium poculum, haustamque cum illo certis in rebus amentiam, tam altè sententiam animo, atque imaginem phantasia combibit; ut vitreum sese hominem crederet, nulliusque contacta hanc opinionem, aut diserti viri oratio, aut experimenta, solidi robur corporis probantia, valerent. Quare perinde ac vitreus esset, contactum rerum solidarum fugiebat, mollibus tantum corpus acclinabat, rhedâque non aliter quàm vitrum (1) stramineis illigatus fascibus sese vehi patiebatur. Ad quam hominis insaniam tam integer ad cetera dijudicanda accessit animus, tam arguta ac prompta sermonis facultas, ut egregiè sapere videretur, & ne alieno quamvis loco, pauca in mul-

I. *Convenientia & proportio rerum, quæ primùm ornat fontem, magnam vim habet animos penetrandi, ut exemplis traditur.*

1) *Humana vitæ fortuna fragilis.*

in multis exempla negligam : rogatus aliquando, num felix iter habuisset? Nullum, respondit, iter jam confectum pro infelici habendum est, nisi quo ad patibulum est ventum. Poëta stro quærenti; nunquid & ipse Poëta esset? Tam propitias ait Musas non habui, ut bonus fierem Poëta; nec tam aversas, ut malus. Quanti, igitur, alter subjicit, Poëtas facis? Scientiam ait plurimi, Poëtas nihili. Quid ita? reponit alter. quia, inquit, bona illorum ars est, sed prava ferè vita. De Medicis, quid sentiret? rogatus plurimum, inquit, his licet. Advocati enim homines argento emungunt, Judices spoliant, Mercatores defraudant, Medici verò etiam impunè vitam tollunt. Sartorem decussatis in officina manibus sedentem conspicatus : in via salutis es, inquit. Quid ita, quæris alter. quamdiu, refert, ita sedebis, nihil alienum ex vestium reliquiis subleges, nec die festo opus facies, nec denique mentieris. Hic tam in alienis morbis acutus, cum se vitrum esse credidit, vitream quoque ostendit hominis sapientiam, ut quæ tam facili errore infringi possit. Restitutus menti denique, ut sapiens vitreum etiamnum se suamque fortunam ostenderet, à Palladis calamo ad hastam manum adhibens, in celebertimo apud Neoportum Flandriæ prælio occubuit. Plura, si voles, Casparem Ens in Pausilypo consule. *lib. 2.*

II. Multum ponderis ad suadendum symbolicæ imagines adferunt, neque tam vi trahunt, quàm illecebris quibusdam humanæ sapientiæ inducunt. Ludovicus Rex Franciæ II. in illo, quod adversus Turcas bellum gessit, Soldanum eorum Principem interceperat. Capuamque Italiæ urbem abduxerat, ubi is biennio integro nunquam risisse observatus, pretio licet invitatis quàm multis, ut risum excuterent, donec is fortè, ex currus prætervecti contemplatione, auferto homini excidisset. Rex cùm à Soldano causam inexspectati risus postulasset : respondisse fertur; currus prætereuntis ropam contemplabar, atque in hac felicitatis humanæ imaginem ac præsertim meæ : ut quæ sumas in imum devoluerit partes, imasque ex luto in altum rursus extolleret. (1) Quæ oratio apud Regem suæ etam conditionis

1] *Fortuna magnorũ instabilis errat.*

ionis memorem, tantum valuit, ut Soldanum hospitem magis deinde, quàm captivum habuerit, uti *Cedrenus* memorat. Lepidius est, verùm loci hujus, quod de Nocio, an tantum symbologiæ accensendum. hæc apud Ecclesiasticum Principem joco liberiori querebatur. Equid tandem causæ esset, cur fœminæ audiendis confessionibus excluderentur? Responsum vir sapiens imprudenti postulato nullum dedit. verùm, ut exemplo argueret: postridie velut ad rem magni momenti accersitæ, dixit: negotium sibi esse, quod nollet nisi fideli ad amicum sibi hominem committere, simulque, sibi omnem illa fidem spopondisset, sportulam amico deferendam commisit eâ tamen lege, ne ipsa arbitra secreti apertam intueretur. Promisit sanctè omnia, discessit, atque in viâ, non multum innatæ fœminis curiositati obluctata, corbem aperit, latentemque inibi aë de improviso subvolantem avem (1) amisit. redux, ubi, rondum sat gnara symboli, casum inspectatum queri cœpisset. Nimirum, Princes inquit, his conscientiam utò fidas, quibus nec avis quidem committi securè possit. Levis hæc imago tantùm valuit, quantùm nec oratoris gravissimi persuasio potuisset ad mulierum levitatem confutandam.

1) *Nulla vel levis fides.*

III. Juvat hic quoque non illepidi commenti meminisse, quod *ex vetusto codice qui Senecam autorem citat.* scriptor commemorat Regis fuisse ad filiorum exploranda ingenia. Tres ex senatos censebat, quorum unum, regno maximè idoneum, cupiebat, sua post fata subrogatum imperio. Quare velut per ludum examinans, edicere quemque jussit; quo imprimis avium genere caperetur? & si voluntate Superum in cujuspiam volucris naturam, transmigrandum esset, quo quisque ex avium genere suo voto haberi mallet? Primogenitus Aquilam sibi in ceteris placere asseruit. hujus sese plumis indui ingeniosque potiri malle, si avium forma, novâ aliquâ metamorphosi, subeunda esset. alter falconem, qui in milvium est genere, placere ante reliquas professus est. tertius denique ficedularum in numero esse, & suaviter vi-

vere,

vere, quàm aut imperare cum aquila ferociter, aut cum falcone rapto vivere malebat. (1] Suas ubi quisque rationes votorum dixerat: intellexit, catus animorum explorator Rex, primum in Tyrannidem, alterum in avaritiam, tertium in mollem placidàmque vitam propendere; ex quibus ultimum deinde imperio digniorem habuit, quòd subditis minus gravem crederet futurum. Quam opportuna hic symbola volucrum ad persuasionem extitêre?

1) Propensus ad tyrannidem ad avaritiam, ad mollem vitam.

IV. Magis etiam ad suadẽdum illæ valent imagines, quibus Deus aliquando mortales erudit. Guilielmum III. Boiorum Ducem, Pauperum imprimis ac religosorum egregium parentem, *Ioan. Nider. lib. 2. form. c. 3.* memorat è Consilio Basiliensi reducem, hanc per somnum Monachi vidisse imaginem. Cervus erat, formâ ac corporis mole prorsus eminenti, qui altero quidem cornu ex ære campanulas, altero cereos ardentes sustineret. Hunc venator, suis stipatus canibus, magno impetu fugientem premebat, dum salutis anxium, incertumque fugæ atque asyli, denique in Virginis Deiparæ cœmiterium cogeret: ubi cum sepulchrum in humando apertum homini subiisset, interceptus, periit. [2) Somnium hoc, postquam evigilasset Princeps, aulæ proceribus exposuit & variis varia conjectantibus demum ipse interpres subjicit. Ego verò ille sum cervus, cujus in fuuere brevi & faces lucebunt & campanæ sonabunt. neque alio quàm Virginis cœmiterio sepeliri destinatum est, mors brevi secuta, non vanam ad persuadendum imaginem fuisse docuit.

2) Moriẽtis Principis imago.

V. Huic, de ejusdem sanguinis Principe Barbara, aliam ex symbolo injectam cælitus persuasionem lubet adjungere. Hæc spreto Regis Galliarum thalamo, fratrisque Alberti Ducis consilio, *ut Drexelius ex Chronic. Monast. Monach. in Prod. ætern. c. 3. § 20.* Deo sese Virginumque cœnobio addixerat. In domestico illa horto prodigiosæ magnitudinis amaracum alebat, loco alicaveam avibus plenam curabat, honestum à pietate studiis diverticulum, torquem aureum gestabat, non vestibus illum quidem ad vanitatem; sed nudæ carni ac

ad illius castigationem, applicitum. Verum evenit no-
cte unâ, ut amaracus repente exaresceret; [1] mox al-
terâ, ut aves emorerentur omnes; tertiâ denique, ut
ruptis torques catenulis corpore defluere. Agnovit
veniens, moriendum sibi asserunt. neque falsa interpres,
in ipso primæ ætatis flore, nondum egressa annum de-
cimum septimum fatis concessit. anno Christi 1472.
decimo & quarto post amaracum arescentem die. Vim
igitur singularem suadendi inesse symbolis nemo faci-
le negaverit. 1) *Mortis imago.*

Jam verò & in illis, quæ ad reprehensionem ac con- VI.
tumeliam spectant, nulla tam acris vis orationis, quàm
multis in symbolis reperietur.

Boleslaus Poloniæ Rex cùm adversus Russos pugna-
turn ad Haliciam infeliciter fuisset: uni procerum fu-
gientium magis, quàm pugnantium ductori, pellem le-
poris columque ac fusum muliebrem [2] per legatos
velut rerum in bello gestarum præmium ac imaginem
destinavit. quâ cum homo arrogantiæ plenus timidita-
tem atque ignaviam sibi muliebrem ignominiosè ex-
probari intelligeret; vim infamis symboli atque exposi-
ti dedecoris non sustinens, suspendio vitam, non igno-
miniam, absolvit. *Cromerus lib. 6, rer. Pol.* Vim istam
symbolicæ exprobrationis non ignoravit ex Sphortia-
rum familia Galeacius, qui licentiâ juvenili elatus Bar-
tholomæo Bergomati Venetorum duci, jam exactæ
ætatis viro non incalkido, verùm tamen pari aliorum
astutiâ quandoque circumvento, antiquam misit vul-
pem cavêâ interceptam. (3) Dux illusionem, juvenis-
que arrogantiam sentiens, ut paria refunderet, tinnun-
culum seu accipitrem remisit loris compeditum & cre-
pundiis nolisque instructum puerilibus, (4) quo illius
levitatem ingenii ferocemque infantiam loris constrin-
gendam non inscitè adumbravit. *Paulus Iovis in Elog. Berg. l. 3.* 2) *Timiditas & ignavia.* 3) *Callidi-tas delusa.* 4) *Levitas & ferocia constricta.*

Verùm unde hæc suadendi facultas, ac gratia? hæc a- VII.
nimos penetrandi virtus in symbolis quo fonte exstitit?
Certè exempla jam exposita præter illam figuræ cum re

signifi-

significata convenientiam nihil magnoperè obtinēt, in quibus illa præsertim eminent, quæ analogicâ proportione ac similitudine geminâ unam imaginem constituunt, uti illa accipitris cum crepundiis, vulpisque cum cavea. nam accipiter rapacem ferocemque aptâ comparatione, uti crepundia levitatem atque inconstantiam, lora etiam castigationem indicāt. Non tamen quarumlibeat rerum proportio sufficit, sed earum quæ naturâ aut arte cohærent. unde rerum nullo usu connexarum, ut est pellis leporinæ ac fusi societas, ob conjunctionem majorem imagini non conciliat gratiam: nam exspectationem magis fallit, si plures inter se cohærentes figuræ, aliarum quoque rerum connexarum diversum ingenium explicent, siquidem ut inventu difficiliores, ita repertæ plus laudis & admirationis merentur. Quocirca primum in his elegantiarum symbolicarum fontem constituimus. Ne tamen existimes duo semper corpora in figura requiri. nam vel operatio rei cum re collata sufficit; ut cum flammæ inscribitur. *Nunquam deorsum.* ubi flamma Amori divino, ejus verò in cœlum elevatio, aversionem viri amantis à rebus terrenis exhibet, vel etiam corporis alterius connexi, quamquam non exhibiti in schemate, collatio. ita sol propositus tanquam figura Regis, cum lemmate *Vnicus*, ad terram refertur, licet non expressus, ut non minus orbis cum imperio, quàm sol cum Rege comparetur. Hæc appositione exemplorum ex peritis symbolographis congestorum, & clariora & faciliora reddentur.

In proportionatis duplex quidem convenientia cum re significata, non tamē duplex semper corpus figuræ requiritur.

Exempla symbolographorum ad fontem primum proportionatorum.

VIII.

MOLENDINUM alatum, quod auram exspectat, lemma. *Ni spirat, immota.* Scipio Bargalius. Ita Nisi aura favoris multis spiret, nihil agunt.

2. Sclopetum adductum. lemma. *Si tangar, exardescam.* Bargalius. ita homo præceps ad iram.

3. Cribrum Intronati Academici cum farina agitatum

1) *Vanâ gloriâ operari.*

2) *Iracundus.*

3] *Vexatione melior.*

tum usurpant. lemma *Donec impurum*. Bargal. Tam diu scilicet disputando exercendoque discipulos agitamus, donec impurum discernatur.

4. Ferrum sub malleo & incude Infocati Academici exhibent. lemma. *In quascunq; formas*. Bargal, videlicet. nos aptamus, ut ferrum, ingenia. 4] *Dura bene formans.*

5. Columnam sub sole collocant Academici Constantes, lemma. *Tantum volvitur umbra*, Bargal. id est æmuli intereunt, & prætereunt, nobis stantibus. 5] *Constantia inter adversa.*

6. Trochus ovalis sub flagello. lemma. *Per te surgo*. Barg. Id est per adversa à tempore & sordibus extollimur. 6] *Adversa eriguntur.*

7. Cithara chordis instructa, lemma. *A variis varia*. Bargal. talis Resp. aut familia, vel etiam animus, ob diversos in nobis affectus. IX. 7] *Varietas delectat.*

8. Cochlea. lemma, *Omnia mea mecum porto*. Bargalius. talis vir religiosus. 8] *Pauper religiosus.*

9. Morus arbor tardè florens, sed securè ac copiosè fructus proferens. lemma. *Moram ubertate rependet*. Guil. Zincgreſius. Quo autor se tarditatem operis sui fructu compensaturum promittit. 9] *Mora sæpe juvat.*

10. Canes pro osse certant. lemma. *Non bene convenient*. Ælian. l. 7. de an. c. 17. Inter canes, ubi nulla est societas, ut persæpe de osse inter se sic lacerent, quemadmodum de Helena Paris & Menelaus. *Zincgreſius*. 10] *Discordia propter opes.*

11. Sol. lemma. *Unicus*. Alexander apud Plut. Neque duos soles, neque Asia duos Reges patitur. 11] *Rex sit solus.*

12. Vel inscribitur, *Omnibus exorior*. Plinius in Panegyr. ad Trojanū. Omnia perfudisti, ut sol & dies, non parte aliqua, sed totus: nec uni aut alteri, sed omnibus in commune profertur. *Zincgref.* X. 12] *Liberalis Rex & æquus:*

13. Luna à sole illustrata. lemma. *Acceptum communicat orbi*. Plutar. de doctr. Principes ministri Dei sunt ad curam salutem hominum, ut bona quæ Deus illis largitur partim distribuant, partim servent. *Zincgref.* 13] *Gratis dandū, quod datū.*

14. Luna in eclipsi solari. lemma. *Cuncta refundit*. vel, ut Atesius, *Cœlo datur quod demitur orbi*, lumen scilicet à sole acceptum in solē refundit. Dio Cassius l. 49. de fideli Augusti ministro. Quantùm, inquit alios virtute anteibat, tantū ultro cōcedebat Augusto. *Zincgreſius*. 14) *Occasio quemvis probat.*

15) *Occasio quemvis probat*

15. Vas cujus aquâ infusâ rimæ patent, lemma *Tunc vitium apparet*. sic Bias de quodam. Magistratus virum declarabit. Tacitus 1. hist. 49. de Galba, inquit, *Omnium consensu capax imperii, nisi imperasset. Zincgref.*

XI.

16) *Pœna paucorũ, multorum metus.*

16. Fulmen. lemma. *Omnium metu.* Ovidius l. 3. de Ponto. cum feriant unum, non unum fulmina terrent. l. 1. c. ad leg ul. repetund. unius pœna metus debet esse multorum. *Zincgref.*

17] *Dux trahit exemplo.*

17. Caprum ex ponte desilientem totus grex, neglecto periculo, sequitur. lemma. *Sic ducis urget amor.* Zincgref.

18) *Principum ira sit rara.*

18. Elephas à culicibus obsessus, quorum morsum sentit, nec curat. lemma. *Ego verò haud mordeor.* Lucanus l. 3. Dignum te Cæsaris irâ Nullus honor faciet. Sen l. 2. c. 34. de ira. Imbecilla se lædi putant, si tanguntur *Zincgref.*

19] *Non tangi cõtumeliâ.*

19. Adiantum herba aquâ perfusa sicca manet. lemma *Nil tamen haret.* Zincgref. Diogeni quidam dicebat, plures te irrident, Ego verò, inquit, non irrideor, quia nihil risu illorum inficior, aut moveor.

XII.

20) *Majores exemplo suis præeant.*

20. Grandior Delphinus minores commitatur. lemma. *Casus artesq; docet.* Zincgref. sic reges doctoresque exemplo suo præeant. *Sen.* epist. 6 Omnis turba plus exemplo quam ex verbis Socratis traxit.

21] *Dona variorum varia.*

21 Fasciculus clavium. lemma. *Non omnia possumus omnes.* Seneca l. 3. controv. Magna quoque ingenia quando plus, quam in uno eminuerunt operer? Zincgref.

22) *Mala bonis mixta*

22. Malum punicum apertum quibusdam granis purpureis integrum. lemma. *sunt mala mixta bonis.* Zincg. Nam vitiis nemo sine nascitur, *Horatius* l. 1. sat. 3.

23) *Audẽdum ut possit.*

23. Infans in fulcro rotatio fertur. lemma. *Qui nunquam sic, nunquam melius.* Zincg. Publius Syrus: vix quisquam transit in bonum, nisi ex malo. Sen. ep. 94. Nullum sine venia placuit ingenium.

24] *Terrena sapimus*

24. Rubus in terram unde exit rursus capite insigitur. Zincgref. Pers. sat. 2. *O Curvæ in terras animæ & cœlestium inanes;*

XIII.

25) *In creaturis apparet Deus*

25. Solis imago in aqua. lemma. *Monstratur in undis.* Zincg. Hinc Paulus Rom. 1. cap. 10. Dei invisibilia per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. 26. Alvea-

26. Alveare in quo omnes apes laborant. lemma, *Privati nil habet illa domus* Plin. l. 11. c. 5. Remp. & mores habent (apes) & nihil noverunt nisi commune.

27. Flamma. lemma. *Nunquam deorsum*. Aresius. amor scilicet Dei quæ deorsum sunt, non spectat.

28. Flos anemone vento aspirante panditur. lemma. *Clausus te sine manerem*. Aresius. Ita sine favore Dei aspirante nil agimus.

29. Heliotropium. lemma. *Ostendit etiam inter tenebras solem*. Aresius. In adversitate animus proborum ad Deum quoque convertitur.

30. Ligna fumantia. lemm *Dabit*, scilicet, ignem: qui fumum sequitur. *Aresius* Nimirum, fumantem hujus vitæ arrogantiam pœna sequitur.

31. Mare in quod flumina currunt. lemma. *Nunquam dicit, sufficit*. Aresius. Sic avari principes.

32. Laurus ramis ad coronas & signa triumphalia olim adhibitis cæsa lemma. *Cæsa triumphat*. PP. Belgæ in Imagine primi seculi. Ita Martyres cæsi triumphant.

33. Vasa navi periclitante in mare projecta. lemma. *Jactemur modò prosimus*. PP. Belgæ. Votum est Patrum in navali missione versantium.

34. Hedera altius altiusque per arborem enitens. lemma. *nexus non sufficit unus*. PP. Belgæ. Ita Societas per frequentem obligationis votorumque innovationem sese arctius Deo obstringit.

35. Gallina pullos suos sub alis fovet. lemma. *Sinite parvulos venire ad me*. Luc. 18. PP. Belgæ. Ita Societas per catechesin parvos fovet.

36. Clatri ferrei ante focum arcendis pueris reperti. lemma. *Sic cautum pueris*. PP. Belgæ, nempe catechesis pueros ab inferno arcet.

37. Canis obsequio suo defungitur, priusquam cibos ostensos capiat. lemma, *non capit ante cibum*. PP. Belgæ Ita pietatis antè officio defungantur, quam cibus offeratur.

38. Arca Noë. lemma. *Surgit surgentibus undis*. PP. Belgæ. Ita Societas per adversa extollitur.

26. *Labor communis.*
27] *Amor Dei sursù.*
28] *Gratia Dei possumus.*
29] *Deo adhærens in adversis.*

XIV.

30) *Pœna sequitur superbos.*
31) *Avarus Princeps.*
32) *Martyres*
33) *Suo damno aliis prodesse.*
34] *Deo adstringi juvat;*

XV.

35) *Fovere infantes & rudes.*
36] *Cavè dum periculis.*
37) *Orandum ante cibum.*
38) *Adversa tollunt.*

39. Picus arborem rostro perforat, lemma. *Repete.*

XVI. Catsius, sive gladiator, sive amator, sis & apud Deum
39) *Iterandæ preces, ut obtineas.* deprecator: repete, cum pico ut vincas, & obtineas.

Ex his facilè animadvertes illustriora in ceteris esse symbola, in quibus & corpora diversa eminent, & translatio ab utrisque ad cohærentia quoque significata non impropria reperitur. Ita Noë arca cùm aptè religiosum ordinem reptæsenter, & inundatio quæ arcam sublevet adversitatem altiùs extollentem; elegans comprimis symbolum est. ego mediocria optimis miscui, ut ex plurium collatione magis veritas & pulchritudo dignioris emineret. Ceterùm autorum expositionem non ubique secutus sum. vel studio, quòd mallem puriora dari, vel necessitate, quòd librorum exemplis caremus, Arcsi præsertim ac Bargalii, veniam igitur merebor, ubi non volens deflexero.

Exempla autoris ad fontem proportionatorum magnæ Dei Matri ac Virgini MARIÆ inscripta.

XVII. NOstram quoque ad symbola, uti in Epigrammatis fecimus, symbolam conferre libuit, ita etiam, ut eadem re omnis hæc nostra esset commentatio. Christum nascentem alibi spectavimus, proximam Matrem tanti ducis venerationem debemus.

Hoc igitur quantulumcunque laboris est, illi perpetuâ clientelâ obnoxii devovemus consecramusque.

MÂGNA DEI PARENS AC VIRGO MARIA Est.

1. Anchora ad littus ejecta. Inscriptio. *Instabilem firmat.*

2) DEIPARA *instabilis firmat.*

Corpore mens ægro, dubio ratis æquore nutat:
Firmat Virgo animos: anchora fixa ratis.

Stabilis anchora iis qui tempestate jactantur, præsidium vexatorum, spes desolatorum. *Buteo* in Florilegio.

2. Aquila solem intuens. *Sola capax solis.*

2] *Deum ante oculos habuit.*

Par aquilæ Virgo est, cœlesti lumine gaudent:
Illa capax magni Solis, & illa Dei,

Seraphim incomprehensæ visionis. *Epi.* or. de Dei 3. Arc

3. Arca sive cista rerum pretiosarum. *Pretiosa latent.*
Arca rudis Virgoque humilis, pretiosa recondunt.
Virgo suas dotes, arca recondit opes.
Arca vere regia, arca pretiosa, quæ excepit totius sanctificationis thesaurum, *Christ.* or. de Deip. & Greg. Neocæsar. orat. 1. de Annunciat.
Arca nova gloriæ in qua Dei spiritus delapsus quiescit. *Andreas Hieros.* orat. de salut. ang.
4. Areolæ florum in horto concluso. *Procul hinc talpa.*
Exclusis procul hinc talpis se floriger hortus
Explicat, & pictis Flora superbit agris.
Florida virtutum vernat tibi purpura Virgo;
Hæretici talpæ, vos procul esse decet.
Areola aromatum Sanctorum. *Ecbertus* in deprec. ad V. V.

3] *Humilis dona oculit.*

XVIII.

4) *Hæretici non observant.*

Hortus non seminatus, fertilis, incultus, *Hesych,* Ora 2. de Deip.
Arx in Monte. *Tuta latenti.*
Est a liquidis tutis firmasse in montibus arcem
Dum vigil ad prædas insidiator obit.
Hæresis infestis depromat tela pharetris,
Sævus Amor feriat: Virgine tutus eris.
Propugnaculum fidei Christianorum. *Andr. Cret.* or. de Assump.
Arx religiosorum, *Io. Geometra* hym. 4. de B. M. V.
Murus inexpugnabilis & munimentum salutis. *Hol Græc.* in Mesonyctio.
Castellum muro undique vallatum ad quod nullus it accessus libidini. *S. Anselm.* homil. in Evangel. ic. 10.
Cedrus in monte excelso. *In summo summa.*
Summa petit cedrus, superat virtute Maria:
Illa subit nubes, grandior illa polos.
Cedrus exaltata in Libano, *D. Bonav.* in psalt. Miser. Civitas Romæ similis. *Civem esse juvabit.*
Magna fuit quondam Romani gloria civis:
Nunc major fuerit, si Marianus eris
Civitas refugii Num. 39. Urbs fortitudinis. Esa. 26. Civitas animata, de qua dicebat propheta: Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei. *Greg. Neocæs.* orat. 3. de annu.

5) *Refugium est.*

6] *Excelsa virtutibus.*

XIX.

7) *Refugium*

8) *Cœlum pandit.*

8. Clavis ædium. *Clausa recludo.*
Parva licet magnas clavis custodio gazas,
Quamque alii subeant pravia pando viam.
Virginis iste labor, clausi qua clavis Olympi est,
Oblatâ cœlum clave viator adi.
Clavis regni cœlestis, ut *S. Ephrem* in laud. B.V.
Clavis regia Christi. *Buteo* in hym. gr. 126.

9] *Tenebras discutit.*

9. Cœlum sole oriente illustratum. *Sat luci ab uno est.*
Obsideant furva cœlum quacunque tenebra,
Sol satis est solus, lux satis una polo.
Hæresis obscuret divinæ Matris honorem,
Ex tenebris major gratia lucis erit.
Cœlum splendidum, incomprehensum cœlis, continens Deum. *S. Epiph.* or. de Deip.
Cœlum mirabile proferens solem. *Philippus Abbas* l. 6. in cant. c. 18.

XX.

10) *Dulcis fuit cultoribus.*

10. Favus mellis, à quo fuci ab apibus repelluntur. *Nec à fucis, nec pro fucis*
Nil fuco debere favus censetur inani,
Sed neque pro fuco mella recondit apis.
Dulcis Virgo favus, mel gratia creditur esse:
Hæreticis fucis gratia nulla favi est.
Favus Christi mellis. *Rupertus* l. 3. in cant.
Dulcedo credentium animarum. *Richard.* à S. Laur. lib. 4.

11] *Frugifera.*

11. Hortus, quem ventus afflat. *Hoc aspirante vireb[it],*
Pascitur irriguis hortus genialis ab undis.
Flos patet ad ventos; spirat aroma notis.
Vincere delicias hortorum credita virgo est,
Aspirante Deo eum parit illa Deum.
Hortus non seminatus, fertilis, incultus. *Hesych.* o[r.] 2. de Deip.
Veni auster, perfla hortum meum, & fluant aromat[a] Cant. 4.
Hortus conclusus soror mea sponsa. ibid.
Hortus deliciarum in quo condita sunt universa fl[o]rum genera, & odoramenta virtutum *Sophron* hom. de Ass.

12. Im[-]

12. Imago D. Virg. in tabula ut exemplar imitanti proposita. *Hujus ad exemplum.* XXI. 12) *Exemplar virtutum.*

Hujus ad exemplum te pictor imagine formes,
Quisquis Apellaâ dirigis arte manus:
Et quicunque rudes formas virtutibus annos:
Hoc nihil exemplo pulchrius orbis habet.

Imago divini archetypi rectè descripta *Andr. Creten. orat* 2. de assumpt.

Exemplar maximæ perfectionis. *Andr. Hieros.* in salut. angel.

13. Lampas veterum conclusa. *Lucis habet alimenta perennis.* 13) *Inextinguibilis gloria.*

Qualis in antiquis nunquam moritura sepulchris,
Lampadis æterna nutrit oliva jubar.
Talis, ab invidia quamvis caligine septa.
Non defecturo lumine virgo micat,

Lampas inextinguibilis. *Cyril. Alex.* adverss. Nestor. l. 6. cap. 6.

Lampas splendida his, qui in tenebris sunt, conspicua immortali accensa lumine. *But.* Hym. gr. p. 132.

14. Luna soli eclipsato opposita. *Abscondit orbi.* 14) *Gloriâ occultans.*

Luna suum præsens Solem dum plenius haurit:
Quem trahit, hunc mundo subtrahit ipsa, diem.
Virgo suum gremio caperet dum plena Tonantem,
Quo propior luci est, hoc magis illa tegit.

Absconde Maria novi solis fulgorem, pone in præsepio, involve pannis infantem. D. *Bernard.* serm. 4. de Nativ.

15. Magnes lapis annulo ferreo sociatur. *Facit utraque unum.* XXII. 15] *Deo nos unit.*

Hinc jacet oppositus magnes: jacet annulus inde,
Quos suus occulto glutine stringit amor.
Stringitur humanâ Divûm Sapientia carne:
Virgo fuit magnes; annulus ipse Deus.

Causa unionis omnium cum Deo. *Buteo.* in Hym. græc.

Gemma singularis. Blos. in precibus.

Speciem gemmæ omne pretium excedentis. *Chrys.* ora. de Deip.

16. Malum punicum apertum. *Quot grana, tot gratia.*

Grana tot muratis non condit Punica malis,
Gratia quot Virgo pectore dona suo.

16] *Gratiarum plena.* Genæ tuæ sicut fragmen mali punici. *Cant. 4.*

Fructus æternæ benedictionis, *Giselbert.* cap. 19. alterc.

Pomum odoriferum pariens odoramentum regis. *But.* p. 123.

17] *Refrigerium.* 17. Malus, sub qua ardente sole Genius pascitur & quiescit *Alis atque tegit.*

Frondibus æstivas malus rapit obvia flammas.
Quosque regit foliis, fructibus arbor alit.
Exhibet hospitibus fructum virgo, exhibet umbras.
Ne tibi displiceat, visa placere Deo est.

Placitum Dei umbraculum. *S. Bonavent.* in Litan. D. Virg.

Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios: sub umbra illius quem desideraveram sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo. Cant. 2. 3.

XXIII.

18) *Pascit suos.* 18. Ovicula agnos ubere pascens. *Omnes pendemus ab una.*

Materno fragiles pendemus ab ubere nati:
Lacte ovis, at Virgo pascit Amore suos.

Mamilla Orphanorum & parvulorum S. *Bonavent.* in Litan.

Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ? Cant. 8.

Nutrix nutritoris omnium. *Phil.* Abbas lib. 1. in Cant. c. 14.

19] *Parens immaculata.* 19. Margarita sive unio in patente concha panditur. *Cœlo fecunda parente.*

Vnio, quem rutilo pariunt conchylia sole,
Conceptus tenui rore parente fuit.
Sic fecunda suum peperit dum Virgo Tonantem:
Sol Deus est, IESVS unio, concha parens.

Cochlea purissima divinæ Margaritæ. *Butea* hym. Græ. p. 130.

Concha quæ cœlitus divinitatis fulgetra in utero concepit, ac peperit Christum ingentis pretii unionem Damasc. or. 1. de nat. B.V.

Concha unionem in purpureo colore natantem exhibens, Id. 20. Ci-

20. Cimelia varia in officina proposita, *Hinc accipe gratis.*

Muneribus quisquis caperis; tantùm accipe gratis,
Quantùm Virgo capit, quæ capit una Deum.

20) *Donis cœlestibus plena.*

Officina bonorum immensorum omnem captum superans, Damasc. orat. 1. de ass.

Ipse summus Imperator negotiator meus factus est. D. *Bern.* hom. 1. super Missus est.

XXIV.

21. Mons olympus. *Nubibus altior extat.*

Cede minor, quamvis nubibus altior extes.
Virgo Deum tangit, tangis Olympe polos.

21) *Exaltata super omnes.*

Mons in vertice montium exaltatus super colles, S. Greg. l. 1. in 1. Reg. init.

22. Navis institoris. *Medias portat nutritque per undas.*

22) *pascit suos.*

Et portat Siculas Pinus Romana per undas,
Vectoresque suos nutrit onusta ratis.
Virgo suis ratis est, velut æquor fluctuat orbis.
Illa suos portat, nutrit & illa suos.

Navis institoris portans de longe panem suum. *Hesych.* or. 2 de Deip.

Navis salutem quærentium. *Put.* hym. 92. p. 127.

Navis mercibus referta nullo egens gubernatore, *Hesych* or. 2. de Deip.

23) *Suis doloribus nobis gaudia creat.*

23. Nubes super mare & vasa in navibus, *Dulcior inde redit,*

Haurit ab æquoreo nubes salsa æquora Ponto:
Dulcior excoctas sole refundit aquas.
Hauserat hic nostros, Christo patiente dolores,
Virgo, sed hac nobis gaudia nube parit.

Nubes cœlestis, quæ imbrem spiritus S. in universam terram ad producendum fidelibus fructum cum impetu dimisit. *Epiph.* or. de laud. Deip.

Nubecula parva quasi vestigium hominis dulcis & pura de mari salsissimo & iniquinatissimo *Io. Hier* de inst. mon. c. 32. & seq.

Rorate cœli desuper & nubes pluant Iustum, *Isai.* 45.

24) *Protegere.*

24. Platanus juxta aquas, viamque *Frigus prohibebit & æstum.*

XXV. *Suavius in platani nunquam requieſcimus umbra,*
Sub patrocinio quàm, bona virgo tuo.
Frigoris hæc frangit vires, hæc temperat æſtus:
Æſtus amor frigus, crimen, & umbra Parens.
Platanus exaltata juxta aquas in plateis. *Eccleſiaſt.* 24.
Lignum adumbrantium foliorum multos prætexens *Buteo* hym. gr. p. 113.

25) *Ad cælum deducit.* 25. Pons per flumen ad urbem ſtratus. *Vt tranſeas.*
Tutus ut ad patriam redeas novus hoſpes arenam,
Panditur adverſis pons tibi ſtratus aquis.
Vita tua eſt flumen, vacuus tranſire periculi,
Si cupies, pontis ſit tibi Virgo loco.
Pons traducens omnes de morte ad vitam. *Buteo* hym gr. p. 127.
Pons homines à terra traducens in cœlum, *Ibid.* p. 127.

26) *Virginem virgo parit.* 26. Radix Roſæ. *Pulchra latent.*
Quæ tantùm informi ſpectatur cortice radix;
Illa dabit pulchras mox paritura roſas.
Quamque rudis circùm Nymphæ circumdat amictus;
Naſcentem pariet Virgo ſtupenda Deum.
Radix floris ſpecioſiſſimi *Metod.* or. de Hypap:
Radix æternitatis, floris flos, & fructus æternæ benedictionis, *Giſelb.* c. 19. Altere.
Radix omnium bonorum. *Chryſip.* or. de Deip.

27) *Meta ſalutis.* 27. Scopus ſagittantium. *tetegiſſe, viciſſe eſt.*
Quiſquis in armata victor jacularis arena:
Diceris in poſitum figere tela ſcopum.
Nobis meta ſalus: Aſpiras victor honori?
Ne malè deflectas, ſit tibi Virgo ſcopus.
Scopus qui excogitatus fuit ante ſæcula. *And. Cret.* or. 2 de aſſ. B. V.
Finis iræ Dei. S. *Bonav.* in pſ. min.
Apex gaudii noſtri, meta dedecoris, *Io. Geom.* hym. 3. de B. V.

XXVI. 28. Speculum propoſitum. *Aſpice, ut emendes.*

28) *Morũ ſpeculum.* *Ad vitreum quiſquis formam ſpeculaberis orbem.*
In vultu, diſces, quæ tibi menda tuo.

Virgi-

Virginis exemplar tantùm vigil inspice, mores
Emendare tuos moribus una potest.

Speculum sanctis perlucidum. *Laur. Iust.* serm. de Nat. B. V.

Sit igitur vobis tanquam in imagine descripta virginitas, utraque B. Mariæ, in qua velut speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. *Ambros.* de virg. l. 2. 29. Tela in textorio pulchris liliorum figuris adumbratur. *Commendat opus artificem.* 29) *Opus Dei solius est*

Sæpe stupes, variis ludit dum tela figuris,
Dædalus ornatâ quam regit arte labor.
Admirêre licet, Virgo paritura Tonantem
Nascitur, artificem quis neget esse Deum?

Tela admirandæ œconomiæ, in qua tunica admirabilis illius unionis confecta est, cujus textor Spiritus S. nectrix virtus ex alto umbrans, lana vetusta Adami pellis, trama impolluta virginis caro, radius textorius immensa gestantis gratia, artifex verbum per auditum illapsum *Procl.* or. de Nat

30. Thalamus. *Vni sponsi.*

Infidit malesuadus Amor at sede sagitis: 30) *Sponsa solius Dei.*
Sponsa torum sponso, Virgo dat una Deo.

Thalamus in quo Verbum carnem humanam sibi desponsavit. *Proclus* or. de Nat. Dom.

Thalamus purus nativitatis Dei secundum carnem. *Greg. Neoc.* Or. 3. de Ann.

31. Typus. *Tantùm imprime.*

Ecce typum licet, hunc pura imprime chartæ,
Exprimet effigiem, te cupiente, suam.
Matrem corde premas, typus est imitabilis: illa
Ingenio finget te meliore suum.

Typus imitabilis. S. *Anastas.*

CAPUT L.

De fonte altero elegantiarum symbol. ex oppositione ducto.

OPpositione rerum diversarum hanc artem I. sym-

Oppositis universi orbis harmonia lōgè est elegantissima, proinde eximia in symbolis etiam gratiam obtinent.

symbolicam maximè illustrari, nemo vel rudis figurarum æstimator inficiabitur. Totum hunc mundum ejusque compositionem multo elegantissimam si animo conceperis, si respublicas moralemque vitam, si denique æternæ felicitatis ideam quandam mente formaveris; an non præcipua ejus pulchritudo atque elegantia contrariarū rerum conjunctione illucescit? quæ solis æstimatio absque tenebris; quæ vitæ & sanitatis absque morte & ægritudine? quæ tanta virtutis absque scelere? quæ malorum dignitas absque subditis? quæ copiæ absque inopia? cælestem illam beatorum vitam, infelicitas damnatorum quantum extollet? verbo, rem nullam suo opposito, ac velut adversatio, carere voluit autor naturæ sapientissimus, qui nec seipsum absque inmicis repugnantibus existere gloriosum existimavit. Quocirca ijsdem poëticas hasce imagines partusque ingenii nostri exonerare quid prohibet, aut potius non suadet? dum enim hac arte naturam imitamur, quò naturæ ipsius autorem assequamur propiùs, hoc opus absolutiùs moliemur.

H. Intellexit fortasse hanc oppositorum ad suadendum vim Friderici Saxoniæ Ducis Morio, *ut Caussin. in sym. l. 3. f. 45* qui miris salibus ingentem sibi cùm aliorū gratiam, tum ab opibus facultatem paraverat. Is hoc tempore, quo Lutheri schismate in partes religionis contrarias abibat Germania, Proceres, ea forte de re suo cum Principe agitantes consilia, veste nobili ac Principe viro digna adit, atq; ex Duce sciscitatur, hoc in habitu quēadmodum illi placeat? Ubi ille, cum laude etiam probasset; egressus, non multò post rediit, forsice vestē fœdè scissam laceramque in corpore referens. (1) Et qui nunc, inquit, eâdem in toga placeo? Cùmque omnes hanc insolentiam virgis dignam clamarent. Næ, verò ait, vos multò virgis digniora geritis, qui fœdius antiquam fidem, quam hanc ego vestem divellitis. Sanè Morio hic sapuit, dum tot sapientes Germani desiperent. Franciscus Marchesius Genuensis Reip. legatus ad Galeatium Mediolani Ducem eorundem symbolorum gratiam non ignoravit. Etenim, cùm difficilem omnō

1) *Religio integra schisma*

aditum reperisset; ut arte illum sibi ingenioque aperiret, festâ D. Joannis luce vas herbâ basilicâ instructum Galeatio submisit: qui cum mysterio donum minimè carere intelligeret, jussit Matchesium adesse herbæ & symboli interpretem. *ut Fulgos l. 8. c. 10.* accersitus docuit, se, ubi verborum locum minus opportunum reperisset, herbam illam legationis munere functuram substituisse, cujus illud sit ingenium, quod suorum Genuensium: nimirum, leniter manibus tractatam spirare non ingrato naribus odore; cùm verò gravius attrita fuerit, scorpiones procreare. (1) Brevis hæc oratio, ac penè disertæ basilicæ virtus, usque adeò, intractabilis antea ducis, animum inflexit: ut de superato atque in suam sententiam inclinato Principe herbam portasse Basilicam visus meritò fuerit.

1) *Clementia Principis subditi tractabiles qui severitate exasperantur.* III.

Illud de Lycurgi canibus symbolum tarâ sui inventione æternitatem meruit. Cives enim ille suos ad aptam accuratamque filiorum educationem excitaturus, ut quantum prima institutio posset, exemplo traderet, duos eduxit in arenam canes, & postquam aliquod famelicis edulium objecisset, leporem de cavea vinculis solutum dimisit, ad cujus intuitum excitatus alter, neglectâ in socii faucibus offa, sese ad feram intercipiendam effudit: alter nihil motus, aut socii exemplo, aut prædæ exspectatione, præsenti pabulo avidâ voracitate inhæsit. (2) Tantùm, inquit suis Lycurgus, interest à prima juventute laboribus potiùs, quâ voluptati insuescere. Par ferè illud, quod Frontinus *Strateg. lib. 5.* de Principe Dacorum (qui ab hoc Scorylo, à Fulgoso Scorus dicitur) memorat. Ille cùm populum Romanum, armis civilibus dissidentem nequaquam bello lacessendum existimaret: ut suorum populariũ contra obnitentium opinionem corrigeret, suamque illis probaret sententiam, duos in arenam canes immisit, qui cùm mutuis odiis dentibusque concurrerent, lupum vinculis solvit: tum enim verò canes, à mutua dissensione, in unius lupi cervices rabiem omnem convertêre. (3) Valuit exemplum hoc ad belli cogitationes pacis consilio inflectendas. Nimirum in hac imaginis affectione contrariam

2) *Educationem bonam pravamve sequimur.*

3) *Bella intestina per externos hostes impediuntur.*

IV. Romanorum sibi indolem appositè adumbratam existimabant, ut futura jam tum intueri, coram sibi viderentur. Est sanè eximia oppositionis gratia si tamē nata potiùs, quàm coacta in medium veniat. Sed neq; unâ hic fons venâ scaturit, quas singulas rivis deducere singulis longum operosumque fuerit, qui penitus hæc animo pervadere statuerit, epigrammatum fontes consulat, quin & subjectorum exemplorum diversitatem expendat (quod brevitatis studio negligimus) nec magno, opinor, labore assequetur Illud tamen observandum fuerit (quod in alienatis atque allusionibus etiam locum habet) quandoque in sola materia oppositionē, idque minus eleganter, exhiberi, ut cum solem sub eclipsi obscurū hoc donas lemmate, *non opprimitur*. rectiº enim dixeris ad conciliandam venustatem. *Premitur, nō opprimitur*. Sic canis millo elegantius inscripseris: *defendit & offendit*, quàm solum, *defendit*. Quandoque & contrariorum alterum in figura, in lemmate alterum proponitur. Ita Stellioni animali frigido Gonzaga Dux Mantuæ, igne amoris calens, adjecit: *Quod huic deest* (scilicet calor) *me torquet*. Sed exemplis autorum crebrioribus hunc fontem exundare faciemus.

Exempla symbolographorum ad fontem alterum oppositorum.

V.

1) *Lex premit imbelles, non potentes.*

1. TEla aranearum Anacharsis, in quam grandia perrumpunt animalia, minoribus in illa hærentibus, subscriptio. *lex exlex*. Paradinus. symb. 131. Quia videlicet indigentior imbelliorque populus tantùm secundum legis judicium pœnasque subit: potentiores, evadunt indemnes, ut petinde lex sine lege videatur. siquidem: *quidquid delinquunt Reges plectuntur Archivi*.

2) *Duplicitas fraus vel finis considerandus:*

2. Amphisbæna, quæ etiam in cauda caput gerit, lædit quebifrontium & occultorum hostium instar. lemma, *Prohibere nefas*. Parad. symb. 159.

3) *Superbi sine fructu*

3. Ovum putridum aquæ supernatat, integrum mergitur. Inscriptio. *Haud sidit inane*. Parad. symb. 165. Nimirum corruptæ indolis homines leviores reliquis

sunt

sunt, atque aliis sese arroganter præferunt.

4. Arbuta inflexa resurgunt. Iemma. *Vsque recurrit.* Parad. Symb. 161. Ita scilicet: naturam expellas furcâ tamen usque recurrit.

5. Telum in duram rupem illisum resilit. Iemma. *Infringit solido.* Parad. Symb. 170. nempe rupes solido marmore, vir cōstans pectore adversitatis tela infringit

6. Lapis in quo ferrum acuitur. Inscriptio. *terit & teritur.* Parad. symb. 173. sic qui lite invicem exercentur.

7. Pileus in hasta propositus qualem conjurati in Cæsarem circumtulêre subscriptio, *Captiva libertas.* Parad. symb. 188. armis sc. redimenda.

8. Cancer. Iemma. *Retrocedens accedit.* Bargalius Ita nemo ad opes itur, à salutis cura recedendo. Vel ad honores per demissionem acceditur.

9 Horologium solare ad solem, cum lemmate. *si aspicis, aspicior.* Bargalius Nimirum sol affulgere debet, ut alios habeat observatores temporis horologium: Ita si Deus nos aspexerit suis donis affulgens, aliorum in nos meritò oculi vertentur.

10. Perspicilia, cum lemmate. *Non ipsa, sed per ipsa.* Bargalius non ipsa, sed ut per ipsa alia intueamur, adhibentur; sic non tam creaturas spectare, quam per ipsas Deum oportet.

11. Avicula in corte orbiculari & rotatili in solo axe quiescit lemma. *In axe tantùm.* Bargal. nempe in solo Deo nostro quies.

12. Sol in nubibus: lemma. *Discutit & fovet* Ita res amatas fovemus, sed adversamur quoq; dū cruciāt. Barg.

13. Insitius ramus conjugii symbolum. lemma. *Idem & alter.* Bargal. ut ramus cum trunco, sic conjuges.

14. Sol in vitro reflexo accensit fomenta. lemma. *Vnius splendor alterius ardor.* Bargal. O quot ad pulchras exarsêre & perîêre hominum formas.

15. Ciconia incensum nidum pullorum extinctura alis, se consumit, ut factum anno 1586. Delphis in Batavia. lemma. *Extinguere quærens.* Aresius. Nempe D. Paulus, qui dum extinguere ignem quem Christus venit mittere in terram, volebat, inflammatus ipse est. *Crudo spectata nocuit.* VIII. 15. *Hostes religionem magis accendunt.*

4) *Natura corrigi vix potest.* VI.

5) *Fortitudo infracta, hostes frangit.*

6) *Lite certantes mutuo obsunt*

7) *Libertas armis redimēda.*

8) *Ad opes venire cū salutis damno* vel *ad honores per demissionem.*

9) *A Deo & virtute verus honor.* VII.

10) *Non creatura, sed Deus in illis spectandus*

11) *In Deo certa quies.*

12) *Amor adversa fert & dissipat.*

13) *Conjuges*

14) *Pulc.*

16] *Adulator aulicus.*

16. Canis. *domesticis blanditur, externos mordet.* Aresius. tales aulici adulatores.

17) *Aula regum sis vicinus, non præsens.*

17. Caminus seu fornax. *Nec propè nec, procul* Aresius, ita ad aulas Regis nec propè nimis accedendum, nec recedendum nimis.

18) *Constans in adversis*

18. Cælum, cum lemmate. *sæpius motum, nihil moveor.* Aresius, constantis est animi argumentum, qui inter varios adversantium motus nil movetur.

19) *Exercitatio mutua doctorum.*

19. Cultelli se mutuo attritu exacuunt lemma, *Acuimus, acuimur* Aresius Ita Doctores in scholis, in Palæstra magistri, &c.

IX.

20) *Ieiunium prodest animæ.*

20 Millus seu vinculum canum, lemma. *Sauciat & defendit.* Aresius, tale jejunium, & carnis afflictio animam defendit, corpus sauciat.

21) *Martyr.*

21. Phœnix in flammis. lemma *Perit, ne pereat,* vel *uritur, ut vivat.* Aresius. Ita fidei causa martyres.

22) *Clementiâ bene regitur.*

22. Flamma cui ventus aspirat; lemma. *levis alit, grãdior necat,* Aresius. Ita tractandi à Regibus subditi. Ita & cibo alendum corpus, ut reficianttur vires, non opprimantur.

23) *Mors sensim accedit.*

23. Horologium in sole. lemma *Motus sine motu.* Aresius. Ita vita nostra labitur sine sensu.

24) *Memoria præsentis futura opprimit.*

24. Lupus cervarius prædæ obliviscens quam cœpit lemma. *Quod mihi deest tibi obest.* Aresius. Nempe memoria rerum præsentium nostrum animum à futuris & cælestibus detrahit.

25) *Prædator captus,*

25. Piscis lemma. *Me prædæ spes una capit.* Aresius. Ita in militia complures, dum prædæ inhiant, præda fiunt.

26) *Avarus eget.*

26. Arbor copiâ fructuum rupta caducâque. lemma. *Inopem me copia fecit.* Aresius. Talis avarus dives.

27) *Virtus in adversis.*

27. Horologium sub sole. lemma. *Vmbra lucem* scilicet, indicat. Aresius. nempe in adversitate virtus innotescit. In cellæ tenebris divina gratia.

28) *Vanitas suos labore opprimit.*

28. Fax sub vento. lemma. *Qui me alit, extinguit.* Aresius, nempe honorẽ & laudem dum sequor laborando consumor.

29. Vermis sericus orbe suo evolutus. lemma *Construxi destruxique.* Aresius Dei in carne nati morientisque quædam figura est. Qui de se, ego sum vermis, inquit.

30. Fasciæ. lemma *sunt ligamina, non catenæ.* Aresius,

29) *Christus moriens.* 30) *Beneficiũ aut votũ relig.* a-

amor scilicet, & beneficia, aut vota religiosorum. XI

31. Malogranatum, lemma, *Amarum dulce*. Aresius. Certè amaritiesCrucis Christi, quam ex amore susci-pimus, dulcis est ferentibus. 31) *Pati amare Dei dulce,*

32. Passer in cœlum evolans vinculis artinetur captus. lemma, *prohibent vincula* Jacobus Catsius. Nempe & animum corpus captivum, & conjugem conjux sustinet, quo minus divinis se liberè impendat. 32) *Caro animam aggravat.*

33. Titio una parte ardens, lemma. *Quâ non nocet arripe*. Catsius, Nempe sunt etiam in amore dolores. Ignis amor est, cave lædaris. 33) *In amore dolor*

34 Ad ignem luculentum, versando carnes, coquus properat, lemma. *Serius perficit, qui nimium properat*. Ita cautè ac tardè ad nuptias properandum. Catsius 34) *Cunctandum in nuptiis,*

35. Mus laridum devorans muscipulâ intercipitur. lemma. *Fit spolians spolium*. Catsius, videlicet, Pœna voluptatis comes est. XII 35) *Voluptas plexa*

36. Magnes ad clavem & fusum adhibitus, illam trahit: lemma. *Id curat quod pondus habet*. Catsius. Nimirum sapiens leviculorum hominum societatem respuit, gravium admittit, & Reip. deditus domestica negligit. 36) *Societas bonorum*

37 Multum in vase inclusum vi erumpit. lemma. *Si premis erumpit*. Catsius. Nimis arcta disciplina juventus coërcita, vi nonnunquâ ad noxiâ libertatè erumpit. 37] *Iuvētus nimis adstricta solvitur*

38. Testudo sub domo: *fugiendo nō effugit*. Catsius. Nempe quocunque te subduces, pravas cum carne affectiones tecum circumferes. 38) *Caro premit*

39. Avis non capitur ad laqueos veniens, sed abite properans: lemma. *Quod licet, ingratum est*. scil. & nos mortales. Nitimur in vetitū semper, cupimusq; negata. 39) *Vetitū cupimus* XIII

40. Candela: lemma. *Si nimis emungas, extinguitur*, Nempe si vires nimiâ curâ, studio, labore, amore enerves, obtruuntur. *Catsius* 40) *Nimium in vitio*

41. Calx aquis superfusis, efferveścit: lemma: *Efrigore fervor*, Catsius, adversis nempe Dei amor magis exardescit 41) *Adversa accendunt amorem*

42. Nycticorax solem, oculis clausis, excipit: lemma, *Nimis video*, Barthol. de Rubeis: Imago invidorum est. 42) *Invidus*

43. Gallus alas concutiens priusquam canat: lemma *Excitatus excitat*, De Rubeis: Te primùm excita vigilanti 43) *Exemplo præuidum*

lanti pietatis studio quisquis aliis erudiendis præfectus es.

XIV.

44) *Morbus virtutē auget.* 44. Salix infracta mortificataq; ad ligandum : lemma. *In infirmitate firmior.* De Rubeis. sic Apost. 2. Corinth. 12. cum infirmor, tunc potens sum.

45) *Ladens laditur.* 45. Ericius à canibus exagitatus morsusque : lemma: *Ladentem ladit illæsus* : De Rubeis : Ita vir fortis patiensque invidorum calumniis appetitus.

46) *Præsules vigilantes.* 46. Aquila ex rupe leporem prospiciens : lemma. *Procul & prope.* De Rubeis Iob. 39. de longe oculi eius prospiciunt: inde contemplantur escam. Tales summi Pontifices pro grege vigilantes.

47) *Adversis defensus.* 47. Avis in nido ex spinis. lemma. *In labore requies.* De Rubeis. Baruch. c. 6. in spina forti omnes aves sedebant. Talis S. Sebastianus.

XV.

48) *Religiosus pauper.* 48. Vitis ramis luxuriantibus amputata lemma, *Exspoliata ditior.* De Rubeis. Luc. c. 6. Date & dabitur. Talis S. Martinus.

49) *Sancti morientes.* 49. Phœnix in monte super arida in sole ligna comburitur. lemma. *ut vivam.* De Rubeis. sic nimirum B. Virgo igne magis amoris, quàm dolore soluta, ut viveret cum Christo.

50) *Humilitas elevat.* 50. Aquæ fons delabitur, ut ascendat. lemma. *Descendendo ascendit.* De Rubeis. Ita Christus fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Eccl. 1.

51) *Detractor aliorum vitiis latus* 51 Gallus altero gallo devicto concinit. lemma. *Hic cadit, ille canit.* Anton. de Burgundia. Nimirum linguæ detractorum statim divulgant, cum aliquem labi animadvertunt.

XVI.

52) *Activa vita contemplativā juvat.* 52. Horologium, cujus pondera alia deorsum vergūt, alia sursum elevant. lemma. *Descensus juvat ascensum* PP. Belgæ. Ita Societas labore suo ad pueros se demittens & alios ad cœlum attollit.

53) *Solitudo pietatē auget.* 53. Lebes quò magis clauditur, erumpit exæstuatq; magis lemma, *clausus magis æstuat.* PP. Belgæ. Ita solitudo fervorem spiritualium exerciriorum acuit.

54) *Videri malum quod non est.* 45. Regula fabrilis in aqua curva apparens, subscriptio. *sibi conscia recti* PP Belgæ videlicet Societas, licet multis in mundo, tanquam in mari, curva videatur, suâ tamen integritate perstat.

55. Bi-

55. Bilanx una lance curvata. lemma. *Vis eadem attollit, quæ deprimit.* PP. Belgæ. Ita Societas per quos deprimitur, attollitur. 55) *Adversis extolli.*

56. Avis chartacea vento adverso in sublime fertur. lemm. *præstant adversa secundis.* PP. Pelgæ. Nam secundo vento præcipitatur. Ita Societas inter adversa potius efferetur, secundis rebus deturbanda. XVII. 56) *Adversa prosperis præferenda.*

57. Canis leporem insectatur. lemma, *agitas, agitaris & ipse.* Ovid. l. 1. met. Julius Guil. Zincgrefius. Nimirum uti Sidonius. l. 2. ep. 13. Sicut hominibus Reges, Ita Regibus dominandi desideria dominantur. 57) *Alios exagitantes ipsi inquieti.*

58. Gladius in vagina. lemma, *Promptius extrahitur quàm immittitur.* Zincgref. Recte Terentius in Eunucho act. 4. s. 7. omnia prius experiri, quàm armis sapientem decet. 58) *Bellū tardè auspicandū.*

Exempla autoris ad fontem alterum oppositorum.

Virgo Deipara est.

1. A Potheca, omnibus aperta, ubi in eminentiori vitro serpens apparet. XVIII.

Medicinam & toxica præbet.
Et præbet medicam tibi pharmacopola salutem:
Dat quoque præsenti toxica certa neci.
Quod lubet acceptes: dedit hinc tibi Virgo parentem.
Vltorem peperit sed simul inde Deum. 1) Deipera *salvatorem nobis dedit.*

Apotheca Christi medici. *Richard.* à S. Laur. l. 10. p. 592.

2. Aurora oriens inter tenebras. *Lux in tenebris.*
Pulchrior obscuris aurora intermicat umbris.
Pulchrior invidiâ nocte Maria micas. 2) *Inter malos Virgo illustrior sui virtute*

Aurora de qua nascitur sol justitiæ, solius solis claritati succumbens. *Petrus Damian.* serm. de assump.

Aurora solis prævia, & dies noctis nescia. *Petrus Cluniac.* in prosâ de B. V.

3. Cera in cordis specie ex literis per manum cum signaculo extensum configuata. *Disparium paritas*

3) *Deo maxime similis.*

Ductilis impressas recipit dum cera figuras,
Mollis ad exemplar pingitur illa suum.
Humanam propriâ cum duxit imagine formam,
Proxima quam finxit Mater imago fuit.

Sigillum novi & veteris testamenti S. *Germ.* or. de Nat. B. V.

Sigillum Virginitatis speculum Castitatis. *Alanus* c. 1. Cantic.

XIX. Pone me ut signaculum supra cor tuum. cant. 8.

4. Clamat adversus rupem amor *fiat*: cui Echo respondet idem *fiat*. *Vna, nec una,*
Vox fiat *satis una fuit, dum cuncta creantur:*
Vox reddenda eadem, dum recreantur, erat.
Istâ voce Deus mortalibus induit artus:

4) *Vnâ voce fit Deiparens*

Hac immortali virgo Maria Deo.

Volumen in quo Verbum scriptum est digito patris. *But hym.* Gr. p. 105.

Responde verbum & susci pe verbum, profer tuum & concipe divinum. *D. Bern.* hom. 4. super Missus.

5. Clypeus in se sperantium. *Defendit licet offensus.*

5) *Protegit*

Hostibus obiicitur clypeus, defendit amicum,
Et proprio quamvis vulnere, membra tegit.
Virginis in castris miles sum, cedite scuta:
Pro centum clypeis, virgo sat una mihi.

Clypeus fortissimus sagittam in die volantem dissipans: *Zachar.* Christ. ser. de ass. B. V.

6) *Suos illustrat & educit.*

6. Cœlum stellis ornatum. *Nox una, at lumina mille.*
Sit licet obscuris nox intercepta tenebris:
Lumine milleno nox tamen una micat.
Nox scelerum nos alta premit: tamen una Maria
Mille oculos nobis semper aperta gerit.

Polus mille oculis præditus, ornatus globis & septenis tonis spirituũ: polus mente plenus. *Ioan. Geom.* hym. 2. de B. V.

7) *Lux & refrigerium.*

Cœlũ vivũ ipsis cœlis latius. *Damasc.* or. 1. de Nat. Firmamentum dogmatum Christi But hym. p. 117.

7. Columnæ geminæ nubis & ignis. *Lux nocte, ac umbra die.*
Iſacida pergunt geminâ ducente columnâ:
Nubila luce prior, lucida nocte prior.

Instar

Instar habet gemina ductrix bona virgo columnæ:
Lux tenebras mentis, temperat umbra faces.

Nubes columnæ similis Deum habens, ductrix per desertum. *Epiph.* or. de laud. Deip.

Loquebatur in columna nubis & gloriam suam manifestavit. *Exod.* 33.

Et de qua Eccl. 44. 7. Thronus meus in columna nubis, ut Hugo Card. & alii.

Columna ignea his qui sunt in tenebris viâ demonstrans. *Buteo.* hym. græc. p. 122.

8. Esca ex hamo super aquas suspensa. *Sine fraude fallit.* XX.

Qualis ab hamato suspenditur esca flagello,
Abdita quæ blando porrigit ara cibo:
Talis ab absconsi capiendum Numinis hamum,
Instar habet dulcis mellea virgo boli.

8) *Dulcedine suos trahit.*

Esca spiritualis hami quæ est divinitas. *Epiph.* or. de laud. Deip. S. Bruno ser. de Nat.

Ministra cibi Sancti. *Buteo* hym. gr. p. 22.

9. Ferculum, seu lectica gestatoria Salomonis. *Fertur, ut ferat.*

Vt lectica ferat simul illa feratur oportet,
Alterius sic res altera poscit opem,
Portantem cum te portares, Virgo Tonantem,
Quam similis forclo tunc Salomonis eras!

9) *Tuli portantem omnia.*

Ferculum veri Salomonis de lignis Libani. *Rich. à S. Laur.* l. 10.

10. Flumen in quod diversæ aquæ influunt. *Quo majus, minus hoc periculi est.*

Qua minor in dubiis fluit unda celerrima tesquis;
Hanc vites; plenis certior illa vadis.
Credimus? an plenis virgo benè convenit undis?
Non mergit: placide provehit illa ratim.

10) *Gratiam tribuit.*

Flumen Dei repletum aquis gratiæ. *Rich. à S. Laur.* l. 9. p. 516.

Flumen multifluum gratiarum, *Buteo* hym. gr. p. 137.

11. Fons in terra inculta locisque silvestribus. *Purus ab impura.*

Sæpe paludosâ fons limpidus exilit algâ,
Nativisque nihil sordibus unda trahit.
Scilicet infectis virgo majoribus orta:

11) *Pura ab impuris nascitur.*

Pura nihil scelerum, quo vitietur habet.

Fons signatus totius figillum Trinitatis, ex quo vitæ fons manat, *Sophron.* homil. de assump.

Fons incorruptionis. *Theosterictus* in canone conciliat.

Fons inexhausta aquæ viventis. *But.* hym. gr. p. 123.

XXI.

12. Hamus ex virga. *Capit dum capitur.*

12) *Deus captus amore Virginis.*

Allicit, & blanda curvas placet hamus in esca.
Piscibus, ac captus dum fuit, ipse capit.
Virgo Deo placuit: virtus fuit esca Tonanti:
Sed caro, quâ verbum stringitur, hamus erat.

Ave virgo gratia plena, virtutib⁹ cumulata, cibe cœlestis, Divinitatis hame. S. *Epiph.* serm. de laud. Deip.

Sic est sermo Dei tanquam pisci hamus, tunc capitur cum capit *S. August.* tract. 42. in Joannem.

Esca spiritualis hami, qui est divinitas. *Epiph.* or. de laud. Deip.

13) *Virgo parva Deum capit immensum.*

13 In annulo horologium; ut Caroli 5. fuit. *In Parvo magna.*

Cæsareus totum complectitur annulus annum,
Quo regitur versis nixque dieque rotis.
Desine mirari claudi tam grandia parvis,
Dum capit immensum virgo pusilla Deum.

Compendium incomprehensibilium perfectionum Dei *Andr.* Cret. or. 2. de aff.

Corona regia pretiosissimum habens lapidem, & gemmis similem, Christum *Epiph.* in or. de laud. Deip.

14) *Exemplo praluceat.*

14. Lampas oleo plena & accensa. *Aliis, non sibi.*

Non sibi, verùm aliis mitis profundit olivum,
Lampas ab accensis viva flagransque rogis.
Sic tranquilla parens & lampade clarior omni,
Exemplo nobu lucet, amore flagrat.

Lampas lucentissima cujus splendore invẽta est drachma perdita. *Ecbertus* in deprecatione ad B.V.

15) *Immaculata de maculatis*

15. Lilium illustre. *fœdæ stirps pulchra parentis.*

Lilia deformis cernis pulcherrima terra,
Maternum soboles vincit honore decus.
Progenies Evæ virgo est, discrimen in uno est.
Hæc nullum crimen quo maculetur habet.

Flos campi de quo ortum est pretiosum lilium convallium, *S. August.* S etm. 18. de SS. Lili-

Lilium immaculatum rosam immarcessibilem generans. *Epiph.* or. de laud. Deip.

16. Liliū inter spinas locatū. *Defenditur, non offenditur.* XXII.

Vidimus in mediis surgentia lilia spinis,
Inter hæreticos Virginis esse decus.
Spina tegit florem: Virgo defenditur hoste.
Adversis virtus quæ caret, illa minor.

16) *Inter adversa pulchrior.*

Lilium inter spinas. *Cant.* 2. & *Damasc.* or. 1. de Nat.

Lilium suave spirans, fideles odore perfundens. *Buteo* hym. Gr. p. 123.

17. Lucerna in obscuro loco. *Prodest & obest.*

Et nocet & rursùm prodest ardore Lucerna:
Quas bene direxit visa cremare manus.
Ne Divam violes: micat hæc errantibus ignis,
Sed tamen & Flammam, quá cremet, ignis habet.

17] *Prodest suis, obest hosti.*

Lucerna oris expers à seipsa ardens. *Hesych.* or. 2. de Deip.

Lucerna luminosa. *Andr. Cret.* or. 2. de assumpt.

18. Luna plena accepros solis radios in nocte orbi affundit. *Dat quod habet, nec minus habet.*

Cynthia, dum tristi jacet orbis nocte sepultus,
Prodigit acceptas, nil minor ipsa faces.
Virgo piis animis, tristi quod Cynthia mundo est:
Omnia donat, opum nil habet inde minus.

18) *Nihil amittens.*

Radius solis intelligibilis. *But.* hym. g. p. 122.

Splendor jacentium in tenebris. *S. Germ.* or. de præsent.

19. Mons Atlas cui cœlum impendet. *Quod non capit accipit.*

Cernis Atlantiaco libratum vertice cœlum,
Pendet ut immensus monte minore polus.
Angustá dum virgo Deum complecteris alvo,
Tu locus es moli, qua fuit absque loco?

19] *Virgo omni creatura major.*

Mons qui collem omnem ac montem, id est, angelorum & hominum sublimitatem exsuperat. *Damasc.* or. 3. de Nat. B.V.

Receptaculum illocabilis. *Cosmas Hier.* hym. in pentec.

Virgo major cœlo, fortior terra, orbe latior: quæ Deum, quem mundus non capit, sola cepit. *Pet. Chrysol.* serm. 143.

XXIII.

20. Mons excelsus cum vallibus. *Non est sine valle.*

Quo major sublatus humo mons surgit ad astra:
Hoc hiat in valles deprimiturque magis.
Virgo parens summi, licet exaltata, Tonantis,
Quo maior superis, hoc sibi visa minor.

20) *Quo maior, hoc humilior*

Vallis vallium. *Bonav.* in spec. B. V.

Mons montium virgo virginum, *Rupert.* l. 9. in Cant. in f.

21. Nubes lucida in qua sol majori specie effulget. *Illustratur & illustrat.*

Phœbeo veluti nubes illustris ab astro,
Illustrat Phœbum, grandior orbe, suum.
Sic dum Virgo capit divinum, ut lumina, Numen:
Numinis effusas auxit in orbe faces.

21) *Lumine divino illustris.*

Nubes dici nunquam in tenebris, semper in luce. *Hieron.* in ps. 77.

Quid splendidius eâ quam splendor elegit? S. *Ambr.* Virginit l. 2.

22. Paludamentum regium. *Ornatur, & ornat.*

Ornat & ornatur regali corpus amictu.
Corpus velle decus, corpore vestis habet.
Ceu vestem, sic Christus habet de virgine carnem.
Virgo Dei decus est, Virginis ipse Deus.

22) *Dona accepta in Deum refundit.*

Vestis absque macula ejus, qui lumen induit sicut vestimentum. *Method.* orat. de Hypap.

Purpura regia quæ cœli terræque regem vestivit. *Epip. or.* de laud. Deip.

23. Rosa, in qua scarabæus & apis. *Mors est malis vita bonis.*

Carpit odoratum scarabæus apisque rosetum.
Mors scarabæ rosa est, vita Melissa tibi.
Livor amorque suas carpunt è Virgine dotes.
Ille trahit vitam hoc flore, sed ille necem.

23) *Bonis vita, malis mors est.*

Rosa ex spinis Judaicis orta divinâ fragrantiâ perfundens omnia. *Dam.* or. de Nat. B. V.

Sicut spina rosam, genuit Iudæa *Mariam.* Hugo de S. Vict. serm. 65.

XXIV.

24. Rosa inter spinas educata. *Ex spinis sine spina.*

Nascitur è spinis verni flos regius horti:
Sed procul à spinis purpura mollis abest.

24 *Inter peccatores innocens.*

Ada-

Adamidûm in spinis flos est Nasarethicus ortus.
Spina fuit crimen, sed rosa Virgo fuit.

Flos de spinis spinâ carens, flos spineti gloria. *Adam.* de S. Vict. de assump.

25 Vitis quæ uvis foliisque spoliatur. *Sunt aliis mea damna lucrum.*
Vt prosim, raptis jaceo viduata racemis:
Hoc Maria est Christus, quod fuit uva mihi.

25) *Virginis fructu pascimur.*

Vitis ferens botrum per quem pulsa mundi sitis. Bonav. in psal. min. quinque.

Vitis vera quæ racemum maturum aluit, vinum stillantem quo exhilarantur animæ. *Buteo* hym. gr. pag. 135.

26. Turris in arcis Sion propugnaculis erecta. *Custodita custodit.*
Arx est virgo tibi, sed custodita tuetur.
Obsequium quisquis postulat, ante ferat.

26] *Observata tuetur.*

Turris fortissima. *Bern.* serm. 4. super Salve.

Turris immobilis Ecclesiæ *Buteo*, in hym. p. 134.

Condidit turrim illam David, & super murorum excelsa ædificavit, ut subsidio pariter & decori esset, quia hostem prævidet, & expellit. &c.

Turris spei nostræ. *Bonav.* in ps. min.

27. Turtur in arido ramo. *Luctu sua gaudia miscet.*
Dum viduo mutat turtur sua gaudia nido:
Nil nisi, subducto compare, triste gemit.
Triste gemit virgo rapti post gaudia nati,
Lætitiæ fons hic mœstitiæque fuit.

XXV.

27] *Christus gaudio & dolori fuit Matri.*

Turtur munda. *Hesych.* or. 2. de Deip.

Hesych or. 2. de Deip.

28. Vas sub canali plenum & effluens. *Affusa refundit.*
Dum pluit affusas gravis aura canalibus imbres;
Vna semel captas plena refundit aquas.
Defluit in plenam cœlo nova gratia Matrem.
Hinc sterilis largo fonte rigatur humus.

28] *Gratiam acceptam refundit.*

Vas vitæ & salutis universorum. S. *Ansel.* alloq. cœl. 27.

Vas atque receptaculum supercœlestis lætitiæ & mysteriorum omnium. *Greg. Neocæs.* or 2. de assumpt.

CAPVT LI.

De fonte tertio ex alienatione derivato.

I. *Alienatorum major est, quàm oppositorum gratia, & inventio difficilior*

ALienatorum non rarò major, quàm oppositorum est gratia, quòd difficiliora inventu, adeòque hominũ exspectationi minùs sint obvia. Ut enim aliquid à re ejusve proprietatibus, causis, effectis, aut adjunctis ceteris alienum in speciem, convenienſque simul, reperiatur, & fœcũdæ, & ingeniosæ mentis opus est. Oppositа ex oppositis ipsa natura ferè animis subjicit, aliena magis arte eruuntur. Sertorius exemplo esse poterit, hic *ut Iulius Frontinus strateg. l.* 1. junctus Hispanis in civilibus belliis arma contra Romanos verterat, cumque se armatis imparem viribus cerneret, Hispaniqué nihilo minús de summa rerum prælio uno contendendum existimarent, duos in theatrum eduxit equos, robustum ac gracilem, quorum caudis evellendis singulos admovit juvenes, robusto equo gracilem, gracili robustum adolescentem, hac præceptione, ut singulos ille caudæ pilos velleret, hic simul omnes. verùm cum robustior equi imbellioris pilos nequicquam traheret; illic sensim educeret universos: (1) suasit Hispanis Sertorius carptim adversus Romanos pugnandum esse, nisi vinci potiùs, quàm victores haberi vellent. Geminum huic Scilutii Principis Seytharum facinus, quo moriturus filiis in jaculorum fasce uuitatem suasit, quod alibi memoratũ otiosè non recolo, quæ licet oppositione aliquâ exornentur: illud tamen, quòd alienum sit, aut equi caudam simul vellere, aut jaculorum fascẽ junctim infringere, ratâ inventione laudem voluptatemq; imprimis meretur Quanquam hoc loco unitatem ac divisionem crinium & jaculorum potiùs quàm actum hominis (qui ad emblemata spectat) attendamus. Unde solæ manus jaculis aut crinibus applicitæ hic in figura exhibendæ.

(1) *Hostis multus & fortis patim invadendus.*

II. Ita spectaculo olim atque admirationi fuit, caput demortui hominis, alveare, pro melle condendo, factum apibus. Onesili enim Cypriorum Regis, *ut* Pierius *lib.* 26. *c.* 3. craniũ Amathusii portæ urbis ad ludibriũ impẽsum, ubi melligeris apibus stipatum favoque oppletum conspe-

conſpexêre, odio quamprimum in venerationem converſo, illi quotannis ſacrorum honorem decreverunt. [1] tantúm rei à loco apibuſque alienæ imago perſuaſit. Ne tamen exiſtimes neceſſarium, ut res propoſita ab ordine naturę, vel artis reipſa diſſentiat, ſatis eſt modò ſenſu vulgari aliena videatur. Ita ſtruthionem alas ferre, nec tamen volare, (2) vulgò alienum ab ave creditur, quòd alæ pro volatu ceteris concedantur, ſed exemplis plura ſpectemus, ex quibus illa, cum varietas, tum elegantia, ſatis eluceſcet.

1] *Mortui honorãdi*, vel *mortui præſidium vivis.*

2] *Homo carni & terræ adhærens.*

Exempla ſymbolographorum ad fontem tertium alienatorum.

I.

1. Truthiocamelus plumis penniſque inſtructus fruſtra alas ad volatum erigit, inſcriptio: *Non penna ſed uſus.* Hypocritarum imago eſt. Paradin. ſymb. 52.

1] *Hypocrita.*

2. Corvus injectis in ollam lapillis aquam ſublevat, ut Plinius meminit. ſubſcriptio. *Ingenii largitor neceſſitas.* Paradinus Symb. 152.

2) *Neceſſitas ingeniosa.*

3. Vulpes Sampſonis, quarum caudis illigatæ faces. ſubſcriptio *Vindicta trahit exitium.* Paradinus ſym. 153.

3) *Vltio lædẽti nocet.*

4. Purpura ex lingua vivit & eâdem captatur. inſcriptio. *Sic prædæ patet, eſcæ ſui.* Nimirum, quod paſcit, hoc perdit. idem: ut eſt lingua. Parad. ſymb. 174. Nempe & in lingua hominis mors & vita, bonum & malum.

4) *Lingua bonum & malum.*

5. Cucurbita medica, quæ noxium tantum ſanguinẽ extrahit lemma *Paſcor noxiis.* Parad. ſymb. 192. Ita ſceleratus animus, aut calumniarum appetens

5) *Calumniator vitiis alitur.*

6. Sacrabæus in roſa, lemma. *Turpibus exitium.* Parad. Ita optima quæque improbi ſuam in perniciem vertunt.

6) *Bona improbis mala.*

II.

7. Graviores ariſtæ in ſegete ad ventum ac pluviam proſternuntur. lemma. *Mihi pondera luxus.* Parad ſymb. 245. Nimirum opes nimiæ poſſeſſores ad terram atque adeo orcum deprimunt.

7] *Luxus gravat.*

8. Platanus cum lemmate. *Vmbra tantum.* Scipio Bargalius: nam fructus nullos facit, ſola prodeſt hæc arbor umbrâ. Ita dives honoratus, cujus favorem multi ambiunt, plerumque ſine fructu eſt.

8) *Dives avarus ſine fructu.*

9) *Mortuo avarus prodest.*

9. Porcus jugulatur, cum lemmate, *tantùm frugi.* Bargalius. nempe dum moritur: nam vivus nulli prodest. ita avarus dives.

10] *Abstinentia amorē auget.*

10. Luna soli apposita cum lemmate *quantò abscedit longiùs, magis resplendet.* Bargalius. Nimirum quò res amata à nobis remotior, tantò pulchrior videtur.

III.

11) *Adversa virtutē juvant.*

11. Planta piperis, lemma *Contusum acrius.* Bargalius. Nempe ex adversitate homo in Dei amore proficit.

12) *Adversis sapimus*

12. Ursus apiarium invadit, *Iæsusque* aculeis apum visui medetur. lemma. *Aciem acuent aculei.* Bargalius. Nempe icti rebus adversis cautiùs sapere discimus.

13] *Adversa purgant*

13. Cucurbita in undis. lemma. *Abluimur non obruimur.* Bargal. ita. videlicet homo adversitatibus.

14] *Amāti nil grave.*

14. Vitis fructifera innixa arido stipiti. lemma. *Onus leve.* Aresius adhibet D. Josepho Christum in ulnis ferenti, cui præter sustentationem nil contulit.

15] *Mens corporis defectu proficit.*

15. Subula acuitur, cum lemmate. *Deficiendo subtilior.* Aresius. nempe quantò magis corpus nostrum deficit, tantò perspicacior fit ad cœlestia animus.

16) *Dives indoctus.*

16. Annulus sed absque gemma. lemma. *Deest optimum.* Aresius, nimirum talis vir dives, aut doctus, sed absque virtute.

IV.

17] *Vindicta nocet.*

16. Apis manum pungens concipit amisso aculeo. *Sibi magis.* Aresius. Talis qui immoderatè vindictam quærit, lethali enim vulnere suum affligit animum.

18] *Turbator Reip.*

18. Camelus ex turbida aqua bibens. lemma. *Placet turbida.* Aresius. Ita quidam non nisi turbatâ repub. quiescunt.

19] *Amāti nihil amarum.*

19. Capra amaras vorat salices. lemma. *At mihi dulce.* Aresius. Nimirum amor, & consuetudo multa nobis amara facit dulcescere

20] *Adversa prosunt.*

20. Caulis seu brassica. lemma *Frigore perficior.* Aresius. Nempe adversa prosunt fortiter sufferentibus.

21) *Labore fortior.*

21. Columna cui pars domus innititur. lemma. *Ponderefirmior.* Aresius. Nempe in otio facilis ruina est, non in labore.

V.

22) *Lacrymæ hæredis ficta.*

22. Crocodilus hominem devorans. lemma. *Plorat & devorat.* Aresius. Hæredis avidi, sed mortem defuncti lugentis est.

23. Corallium cum lemmate. *Herba fuit sub unda.* Aresius. Nempe multi sub adversitate, seu obscuro adhuc loco molles sunt & tractabiles, qui secundis in rebus ad lucem educti, cum corallio lapidescunt. 23) *Secunda res indurant.*

24. Corona regia. lemma. *Ferro sculpta.* Aresius. Nimirum ferrum ac vis multos ad regnum provexit, & coronâ induit. vel, per dura & aspera ad coronas via patet. 24] *Corona ferro parta.*

25. Fulmen in ardentem focum incideus eum extinguit. lemma. *Compescit ignibus ignes.* Aresius. Nempe ignis divini amoris, cupidinis ignes dolet. 25] *Amor divinus humanũ premit.*

26. Luna sub eclipsi lemm. *Cœlo datur, quod demitur orbi.* Aresius. Nimirum animus ad cœlum conversus mundum negligit VI. 26) *Aversus à mũdo ad Deũ.*

27. Manus explicata. lemma. *Disparitate pulchrior.* nempe digitorum Aresius. Ita familia & respublica. 27) *Varietas ornat.*

28. Noctua vesperi. lemma. *Sol absens dat mihi visum.* Aresius. Ita damnati apud inferos primùm intelligent malum suum, 28] *Bonũ sublatum acsi natur.*

29. Urtica. lemma. *Compressa non urit.* Aresius. Tale quorundam rebellium nationum ingenium est: premendi sunt, ne suos Principes affligant. 29] *Rebelles premẽdi.*

30. Sol sub nubibus. lemma. *Mihi clarus.* Aresius. Nimirum, sanctissimi quique viri latere cupiebant, sibi cœloque, non mundo clari. 30) *Eremicola.*

31. Fax. lemma. *Aliis lucens exuror.* Aresius. Tales ferè Aulici in regum servitio, aut etiam Principes subditorum se curis impendentes. VII. 31) *Aulici,* vel *Principes aliis vivunt.*

32. Tigris objecto speculo sui imagine tanquam prolis aspectu & amore detinetur. lemma. *Fallit imago sui.* Aresius. O quot sui amore falluntur. 32] *Amor sui decipit.*

33. Torpedo quæ capientes stupefacit. lemma. *Eprada stupor.* Aresius. Multi prô dolor, in omni æquitatis sensu obstupescunt, auri prædâ intercepta. 33) *Opes stupidos reddunt.*

34. Molendinum vento agitatum. lemma. *Modò plus, modò minùs.* Aresius. Qui ad favoris ventum circumferuntur, inconstantes in labore sunt. 34) *Vana gloria.*

35. Grandis arbor. lemm. *Virga fui.* Aresius multi ex humili stirpe ad magnam altitudinem assurgunt. VIII. 35) *Humiles evecti.*

36) *Oratio humilis.*

36. Viola. lemma. *Suavior è longinquo.* Aresius. Talis Publicanus: nam oratio humiliantis se penetrat nubes; Ita in rebus humanis, non rarò minuit præsentia famam.

37] *Morti obluctari.*

37. Anguilla dissecta frustra obluctatur. lemma. *Quid juvat obniti?* Catsius. semel anima à corpore, semel conjux à conjuge separandus.

38) *Consuetudine teneri.*

38. Piscis unco interceptus frustra obluctatur. lemma. *Sera est post vulnus cautio.* Catsius Sic qui semel cupidinis hamo captus tenetur.

39] *Amor acerba vincit.*

39. Muræna Siculi maris piscis à sole adustus mari rursum mergi nequit. lemma. *Et in æquore flamma est.* Catsius: In adversitate verus amor accenditur.

IX.

40) *Castus in mundo.*

40. Alpheus fluvius per medium mare suavis prætetfluit. lemma. *Tangor non frangor ab undis.* Sic qui in mundo castus vivit. Catsius.

41) *Charitas delicta tegit.*

41 Simia fœtum suum deformem amplectitur lemma. *Delicta operit charitas.* Catsius. & amor informidat formam.

42) *Amor Dei penetrat.*

42. Gladius in vagina illæsa à fulmine consumitur. lemma. *Sine Vulnere lædor.* Catsius. Ita scilicet divinus amor sine vulnere sauciat, animosque illapsus liquefacit.

43) *Religiosus lætus* vel *conjux lætus.*

43. Avicula in corte læta concinit. lemma. *Amissâ libertate latior.* Catsius. Ita religiosis à mundo seclusis evenit. Quia libertas servire Deo est, vel conjux conjugio lætus.

X.

44] *Senibus sine fructu nubitur.*

44. Ramus jam fructus maturos proferens trunco inseritur. lemma. *Non dabit hæc conjunctio fructum.* Catsius. Nempe senibus stultè, & sine fructu nubitur.

45) *Senex seni conjunctus.*

45. Tædæ duæ sine lumine junguntur velut accendendæ. subscriptio. *Cascus cascam.* Catsius. ut si diceret, decrepitus vetulam ducit. quod in proverbiis, tanquam res insolens locum habet.

46) *Libido acerbis deficit*

46. Limaci sal aspersus, lemma. *Sale tange, liquescit.* Catsius. nimirum amorem impurum acribus & duris rebus obrue, deficiet.

47) *Ingrato alere.*

47. Lupus ab ove lactatus. lemma. *Mortis alimenta ministrat.* Bartholomæus de Rubeis Imago est illorum, qui indignos alunt, & malè remuneraturos.

48. Ca-

48. Canis simul reti inclusus, quo perdices capiuntur. lemma. *Modò capiantur.* Ita laqueos non metuit improbus, dummodo alios captet ac perdat. De Rubeis.

49. Vas quo ad humectandos flores utimur. lemma. *Sibimet nihil.* scilicet reservat. De Rubeis. Est liberalis hominis imago.

50 Philomela concinens. lemma. *Vox, nil ultra.* De Rubeis. Nempe talis D. Joannes Baptista, qui fuit vox clamantis in deserto.

51. Bombyx de propria cella exiens alatus. lemma. *In egressu nobilior.* De Rubeis. Talis Christus resurgens, de quo Isa. c. 11. Erit sepulchrum ejus gloriosum.

52. Pica Bressila, quæ [ut Aldrovandus refert) os habet suo corpore majus. lemma. *Minor ore suo.* Anton. De Burgund. Talis scilicet garrulus, & impudens verbis.

53. Canis domini pedes lambens. lemma. *Etiam ulcera lambit.* Ant. de Burg. Ita aulicus adulator Regis sui vitia amplectitur.

54. Globus ingens sphæricus in mensa, lemma. *Quolibet impellas digito.* PP. Belgæ. Nempe, quovis nutu obsequens religiosus movetur.

55. Ursa catulos suos linguâ fingit, dum corporis habitu formentur, subscriptio *Vos mentes fingite linguâ.* PP. Belgæ. Nempe, qui pro Concione dicitis.

56. E rudibus lignis à statuario formatur Christus aliæque imagines. subscriptio. *Donec formetur Christus in vobis.* Gal. 4. PP. Belgæ.

57. Organum pulsatum harmonicè plaudit. lemma. *Multo fit plaujus ab ictu.* Ita S. Ignatius cum Apostolis gavisus est pro nomine Jesu contumeliam pati. PP. Belgæ.

58 Pannus minutis sectionibus ornatior. lemma. *Multo vulnere pulchrior.* PP. Belgæ. Ita societas multis vulneribus Martyrum ornata est.

59. Avis caveæ inclusa sine cura sua alitur. lemma. *aliunde pascitur.* PP Belgæ, sic religiosi inclusi monasterio aliorum ferè curâ aluntur.

60. Canis velut ad lectum stratum sese compositurus accedit. lemma. *Non tibi sum stratus.* Guil *Zincgrefius,*

48) *Improbus ut perdat. perit.*

XI.

49] *Liberalis.*

50) *Io. Baptista.*

51] *Christus resurgens.*

52] *Impudens ore.*

53] *Adulator in scelere.*

XII.

54] *Obediens.*

55] *Catechista* vel *concionator.*

56) *Instructio rudiũ.*

57] *Pati pro Christo dulce.*

XIII.

58) *Martyres Ecclesiæ ornatus.*

59) *Religiosis nil deest.*

60] *Impudentes,* vel *maledici arcendi.*

fius. Nimirum invidis & calumniatoribus sese autor laborem librûmque suum offerre negat.

61) *Adversis cedere vinci est.*

61. Crocodilus. lemma. *cedentibus atrox*, Seneca ep. 77. Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus, sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti & averso. *Zinegresius.*

XIV.

62] *Facilis jactura boni.*

62. Anguilla. lemma. *Citiùs capiar, quàm tenear.* Curtius lib. 4. *Zineg.* faciliùs quædam est vincere, quàm tueri.

63) *Exercitatio roborat.*

63. Aries adversus arbores arietando sese exercet. lemma. *Fortior ut redeat.* Zineg. Privata exercitatio publicis officiis præmittenda est.

64] *Senes primùm sapimus.*

64. Mespila in arbore, lemma. *Non matura priùs, quàm putrida.* Zineg. Nêpe in senio primùm maturè sapimus. Plato in symp Mentis oculus tunc acutè incipit cernere, cùm primùm corporis oculus defloreſcit.

60) *Rex indignus.*

65. Simius in purpura. lemma. *Claro sese deformat amictu.* Zinegref. Indigni, si regiam personam assumant, pro gloria ignominiam reportant.

Exempla autoris,

ad fontem tertium alienatorum.

XV.

MAGNA DEI MATER AC VIRGO EST.

1) *Deipara impunè non contemnitur.*

1. Arca veteris Testamenti. *Ne tange, peribis,*
Sacrilegas arcæ dextras admoverat Oza,
Lethalique manus obstupuêre gelu.
Et Mariæ mastix nascentis Numinis arcâ
Impleitas ausit contemerare manus?

Arca testamenti verissima, quæ auro vestita mundissimo, & virtutum gemmis ornata. *Laur. Iust.* serm. de Nat. B. V.

2] *Reconciliat peccatores Deo.*

2. Arcus cœlestis, seu iris. *Nihil iste minatur.*
Virgo nites vacuo qualis Thaumantias arcu,
Ille caret telis, tuq; furore cares.

Arcus fœderis divini & reconciliationis nobiscum. Sœ. *Bonav.* in laudib. B. V. n. 5.

3. Bal-

3. Balsamum, & juxtà sus averſa. *Non cuivis ſpirat.*
Grata licet placeant, nil ſpirant balſama porcis.
Hæreticus ſus eſt, balſama Virginitas.
Balſamum mundum univerſum opinionis optimæ redolentiâ inæſtimabiliter complens. *Hugo* de S. Victore ſerm. 47. 3] *Virginitas illis diſplicet impuris.*

4 Candelabrum aureum. 7. lychnis inſtructum. *Ignem haurit ab aſtris.*
Iguem hausêre ſacrum priſci reverenter ab aſtris,
Et proſcripta adytis flamma profana fuit.
Quicquid in illuſtri ſplendeſcit Virgine, quidquid
Ardet, ab æternis ignibus illud habet.
Candelabrum, quod ab altiſſimo throno accepit ter lucidum ignem. *Epiph.* or. de laud. Deip. 4] *Cæleſtibus donis plena.*
Candelabrum aureum ſeptem lychnis, donis ſcilicet Spiritus S. ornatum, clarum & lucidum. *Andr. Hieroſ.* or. in ſalut. ang.

XVI.

5. Caprea ſuper montem aromare conſitum. *Et inculta juus incolæ rupi eſt.*
Extra hominum mundique vias mens inſidet aſtris,
Qui tamen eſt capreis non inamœna quies:
Sit mundo contempta licet, quà proxima cœlum
Virgo ſubit, ſedes eſt tamen apta Deo.
Fuge dilecte mi, aſſimilare capreæ hinnulòque cervorum ſuper montes aromatum. *Cant* 8. 5) *Quantò à mundo remotior, tantò Deo gratior.*
Mons Sion, mons coagulatus, in quo beneplacuit Deo habitare. *And. Cret.* or. 2. de Aſſump.

6. Clavium faſcis juxta ſeram penſilem elevatur, in quibus una clavis, unius dentis, reliquis minor. *Quæ minor eſt hæc plura poteſt.*
Clavibus in reliquis quam cernis dente minorem,
Hæc referat plures aptior arte ſeras.
Quæ clauſum poſt mille quatuor reſeraret Olympum
Tempora, de N ſaret Virgo puſilla fuit.
Reſeramentum portarum cœleſtis paradiſi *S. Ephrem* in laud. B. V. 6) *Cœlum nobis aperuit humilitate.*
Clavis geminata paradiſi januam reſerans. *Bloſ.* in prec.

7. Concha unionem in purpureo colore natantem exhibens. *In candore rubor.* 7] *Virgo morte filii afflicta.*

Purpureos inter latices natat unio candens,
Cùmque nitore rubet, cùmque rubore nitet.
Virgo cruentatam sobolem dum sustinet ulnis,
Quam similis concha tum fuit illa rubræ!

Concha marina veri unionis ex cœlesti fulgore, & purpureo latice procreati. S. *Ephrem*, de marg. pretios.

Concha quæ divinam purpuram regi virtutum sanguine suo coloravit. *Bur. hym.* græco.

XVII. 8. Crater aureus vino plenus, *Satis omnibus unus.*

8) *Eucharistiam nobis dedit.*

Votum erat hoc quondam Bacchi de classe ministri,
Vt nunquam vacuus tangeret ora scyphus:
Haustus inexhausti modò propinatur amoris.
Virgineus Crater si, tibi Mysta, placet.

Crater qui Deum susscipit, sapientiæ, quæ non potest exinaniri. *Andr. Hieros.* or. 2. de assump.

Crater fundens exultationem. *Buteo hym.* gr. p. 133

9) *In cœlũ à Deo assumpta.*

9. Currus Eliæ igneus in in cœlum raptus. *Auriga latet.*

Qui tulit Eliam raptus supe æthera currus,
Hos vectore Deo creditur isse vias.
Quæque Deum rapuit, Deus hanc moderator agebat:
Sustulit iste solo, sustulit illa polo.

Vehiculum sanctissimum ejus, qui est super Cherubin *Buteo* hym gr. p. 126.

Currus Eliæ rapidis virtutum quadrigis conitus.

10) *Illustrat sibi devotos.*

Io, Geomet. hymno 1. de B. V.

10. Dioptra conclave obscurum illustrans sole affulgente *Accipit ut reddat,*

Illustrata diem vitreo simul orbe dioptra
Suscipit, acceptum reddit ab orbe Diem.
Postquam Virgo jubar (septis caligine terris)
Hauserat è cœlo, mox dedit illa solo.

Dioptra perspectiva, quâ sedentes in tristi umbra peccatorum recipientes solem Justitiæ, mirabiliter illustrati sunt. *Andr. Hierosol.* or. in salut. Ang.

XVIII. 11. Fax jactata, & vento agitata magis accenditur. *Iactata crescet.*

11) *Adversis crevit.*

Crescit ab adversis, uti fax animosior auris:
Fax amor est, Virgo cera, sed aura furor.

Fax.

Fax inextincta *Io. Geom.* in cat. cord c. 1. Luc.

12. Fenestra vitrea quam sol penetrat. *Clausum transit.*

12] *Virginitate illæsa parit.*

Aspicis ut vitreum radiis penetrantibus orbem,
Transmittit nullas Phœbus ab axe rotas?
Virgo vitrum est, potuit clausam penetrare sub alvũ,
Et nasci, salvâ virginitate, Deus.

Fenestra cœli, per quam Deus verum fudit seculis lumen. S. *Fulg.* de laud. B. V.

Fenestra & splendor mundi. Chrysost. serm. 6. de ascens.

13. Halcyon in mari tranquillo patiens. *Paret parientibus æquor.*

13] *Pacem suo ædulit partu.*

Incubat Halcyone tranquillis æquora nidis,
Et pariens stratis pace fovetur aquis.
Partum Virgo tuum sensit tranquillior orbis:
Nec locus est bellis, pax ubi nata fuit.

Factus est in pace locus ejus. *psal.* 75. qui scilicet pacis est Princeps.

Quies tranquilla navigantium in seculi pelago, *Matth. Philadel.* in or. de B. V.

14. Imago solis in mari *Mediis formosus in undis.*

XIX.

Vt Sol pacato describit in æquore vultus,
Et similis radiis pingitur ipse suis.
Sic puto virgineam Christus defluxit in alvum:
Sol Deus est, purum casta Maria mare.

14] *Imago pura Dei est.*

Simulacrum immaculatum puritatis & integritatis. *Greg. Neocæs.* or. 2. de annunc.

15. Lapis Amiantus, & tela, seu vestis ex eo igni imposita. *Medio nil lædorin igne.*

14) *In orbe immunde munda.*

Credimus? an flagrans Amianti tela sub igne
Mersa, velut mediis purior exit aquis?
Certa fides, quamvis magis inviolabilis una est,
Inscelerum mediis integra virgo rogis.

Sicut ex Amianto lapide telæ fiunt igni inviolabiles: ita B. Virgo agnum peperit, cujus glorioso vellere facta est nobis vestis immortalis. *S. Athan.* apud Leonem Castrium in cap. 43. Esa.

16. Leæna juxta quam leunculus. *Semel parit, at leonem.*

16] *Leæna parienti similis, sed absque feritate.*

Thressa leæna semel parit, at parit illa leonem:
Multorumq; instar, partus hic unus habet.
Te meritò dicam parientem virgo leænam;
Dissimile hoc solum est, ni l feritatis habes.

Si Dominus Leoni assimilatur non secundum naturam, sed propter ænigma; profectò etiam genitricem ejus leænam dixerim. Unde gignitur leo si non leæna mater vocabitur? leænæ autem non contingit secundus partus, ergo non amplius partum novit Maria. * *Epiph.* hæresi. 78.

XX.

17) *Liber uno omnia verbo continens.*

17. Liber explicatus purus ac candidus, cujus in medio notatum sit *verbum*. *Vno complectitur omnia.*

Vt cernis niveam complet vox unatabellam,
Non fuit ulla minùs plena, nec ulla magis.
Hæresis in charta quicquid male carpserit; unum
Hoc verbum est, quo nunc omnia verba ruunt.*

Chartâ putissima in qua verbum sine scriptis impressum scidit fraudis chirographum. *Georg. Nicomed.* or. de oblat.

Liber novus in quo inenarrabili modo Deus verbum citra omnem manus operam inscriptus est. *Damasc.* or. 2. de Assump.

18. Liber obsignatus *Doctis hic servit apertus.*

Non servit rudibus, nec clausâ fronte volumen,
Doctus erit lector: propositusq; liber.
Inspice Virgineas, diducto cortice, dotes,
Quisquis amas; quævis litera pondus habet.

Volumen in quo verbum scriptum est digito patris, *But. hym.* Gr. p. 135.

Liber obsignatus datus viro nescienti literas. *Greg. Neocæs.* or. 3. de Annunc. *Damasc.* 1. orat. de Nativit. B. V.

Liber incomprehensibilis, qui verbum Patris mundo legendum exhibuit. *Epiph.* or. de laud. Deip.

19. Mensa, in qua panis propositionis, quam mures & canes ambiant. *Vobis strata non est.*

Sint

* *Veritatem, hanc Physicis Historicisque examinandam relinquo.*

* *Heterodoxorum ruunt, orthodoxorum fluunt.*

Sint procul immundi mures, olidique molossi:
In Domini mensa turpe sedere canes.
Sta licet ante fores Mariani nominis hostis,
Carpere te pudeat, qui capis inde cibum.

19) Eucharistiam dedit.

Mensa fidei intellectualis panem vitæ mundo suppeditans. *Epiph.* or. de laud. Deip.

Mensa animata continens panem vitæ. *But.* in hym. p. 123.

XXI.

Mensa portans copiam propitiationum. ibid.

20. Nardus odorifera. *Spirat pressa suavius.*

20) Adversis profecit.

Sensimus oppressis nardum spirare capillis,
Suavius ad duros & redolere pedes.
Nardus virgo fuit, tot pressa doloribus una est,
Sed virtutis odor, non dolor, iste fuit.

Nardus pudicitiæ. *Blosius* in precibus.

21. Puteus aquarum viventium. *Dulcis; tamen à mari est.*

21] Dulcis & amantibus.

Ille Samaræis puteus dulcissimus undis
Hauserat ex salso flumina pura mari.
Si tibi despiant salsi nimis æquora mundi;
Fons procul impuro pura Maria mari est.

Puteus semper viventis aquæ. *Richar. à S. Laur.* l. 9. p. 914.

Fons ex quo vita orta est. *Damasc. or.* 1. de assumpt.

Fons universo orbi medicinam offerens. *id.* or. de ass.

22. Phœnix ex cineribus reviviscens. *Ex virgine virgo.*

22) Virgo virginem peperit

Qualis odorifera phœnix à morte superstes,
Virgine progenitus, virgo parente redit.
Talis matre Deus natus de virgine virgo:
*Virgo cinis, Phœnix Christus, uterque parens.**

Quid mirum, si virgo conceperit, cum Orientis avem, quam Phœnicem vocant, in tantum sine conjuge nasci vel renasci constet, ut semper & una sit, & semper sibi ipsi nascendo & renascendo succedat. *Cyprian.* in symb. Aost. p. 23 Porta clausa, quæ versatili sera claudi-

23) Soli Deo despõsata.

tur & inscripta vox, *Verbum* est. *Panditur ad Verbum*

* *Nam ut phœnix cinerem, & cinis Phœnicem; sic Deus Mariam, Maria Deum protulit.*

Aspicis inscriptum distinguere pessula verbum,
Verte, aperit clausas vox tibi lecta fores.
Æterno patuit Virgo castissima Verbo,
Nullius ad blandi verba movenda proci.

Porta pervia simul & clausa. *Ioan. Geom.* ad cap. 4. Luc.

Porta clausa in oriente sita, quæ introduxit portarum clausarum regem, S. *Ambros.* in virg. instit. c 8.

XXII. 24) *Invidia profuit ad gloriã.*

24. Rubus ardens incombustus. *Flagrat, non conflagrat igne.*

Innocuo qualis rubus incombustus ab igne
Flagrat, & ardenti fert alimenta rogo.
Talis in accenso flagrat hæresis igne Maria,
Livor, alit jactas, sed sine clade, faces.

Rubus ardens qui non exuritur. S. *Ephrem.* de laud. B. V.

Rubus naturæ animatus, quem divini ignis partus non combussit. *Proclus* or. de Nat. Domini.

25) *Scala cœli.*

25. Scala cœli. *Conjungit utrumque.*

Dissidet immensо cœlumque solumq; recessu:
Scala tamen strata jungit utrumque via.
Virgo via est: quisquis sine virgine scandit olympum,
Absque Deo scandit, quam præit ipsa viam.

Scala ascensusque omnium S. Ephr. de laud B. V.

Scala cœlestis per quam Deus descendit ad terras, S. *Aug.* serm. 35. de SS.

Scala per quam descendit Deus, sed ascendit homo, *Io. Geom.* in Cant.

Scala viva cujus locum Jacob. conspexit. *Domasc.* or. 1. de Nat. B. V.

26) *Deum carne indutum magis fecit amari.*

26. Speculum concavum quo collecti solis radii sarmenta inflammant. *Vis major in arcto est.*

Solis ut in speculo radiorum cogitur ignis,
Vnde bibunt fusas arida ligna faces:
Sic trahit immensum virgo sub viscera Numen,
Vnde suas flammas orbis amoris habet.

Lumen præfulgens quo mundus illuminatur. S. *Ephr.* de laud. B. V.

Splendor mystici sideris in occidui. *But.* in hym.

27. Speculum planum in quo sol repræsentatur. *Inparvo totum.*

Qui

Qui terras superat, speculari totus in orbe
Cernitur immissis Phœbus ab axe rotis.
O quam dissimilis speculo, similisque Maria est!
Hoc totum orbe diem continet, illa Deum.

27] *Speculum divinitatis.*

Speculum intellectuale contemplativæ cognitionis. *Andr. Cret.* in sal. Angel.

Speculum cunctarum virtutum. *Amb.* l. 2. de virg.

28. Tabula legum cui inscriptum: CHARITAS. *Lex omnis in una.*

Pluribus antiqua leges patuêre tabellis?
Pro legum tabula nunc satis unus Amor.
Non opus est tabulâ, satis est pro lege Maria:
Exempla legis vivum, & amoris erit.

XXIII

28] *Exemplar legis.*

Tabula scriptam legem mortalibus asserens. *S. Epiph.* in laud. B. V.

29. Tellus messem & vites ferens *Tellus inarata ferebat.*

Aurea cùm primo florerent secula mundo,
Seminis ignarus fruge scatebat ager,
Aurea jam tandem redierunt secula, quando
Magna parit nullis cognita Virgo viris.

29] *Sine viro pariens.*

Terra inarabilis cœlestis panis. *Damasc.* orat. 2. de Dorm. Deip.

Aperiatur terra & germinet salvatorem. Is. 45. votum erat Patrum.

Terra sui semper similis referta divinis alimentis, arationis expers & sationis *Io. Geom.* ad c. 1. Lucæ.

30. Vas ex luto illustri specie formatum *Vas in honorem.*

Vidi ego de luteis vas non ignobile glebis,
Ornamentum abaci sæpe fuisse sui.
Femina vas luteum est, fuit admirabilis una
Ere ta virgo luto; sed tamen absque luto.

30] *Vas in honorem.*

Vas atque receptaculum supercœlestis lætitiæ & mysteriorum omnium. *Gregor. Neocæs.* or. de annunt.

Vas pretiosum & excellentissimum, vas honoratum. *S. Epiph.* hær. 78.

31. Vellus expansum in quod solùm rore pluit. *Tacitis vos influit astris.*

Immaduit sudo vellus Gedeonis olympo;
Sicca tamen circum rore carebat humus.

XXIV.

31) *Vellus rore perfusum.*

Tota salutares tellus sitiebat ad undas:
Virgo Deum tacito condidit una sinu.

Descendet sicut pluvia in vellus. ps. 71. 6.

Vellus imperceptibilis roris. *Method.* orat. de Hypap.

Vellus virgineum cui cœlestis imber placido se fudit illapsu. *Pet. Chrys.* serm. 343.

32) *Vinea florens.* 32. Vinea florens. *Fructus in flore videntur.*
Vinea floriferis dum panditur ebria baccis.
Non vanam fructus spem facit illa sui.
Dum Virgo teneris pulcherrima floruit annis:
Ingentem fructus spem dedit illa boni.

Surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiant. *Cant.* 7.

Vitis uvarum ferax, valde florens, intacta. *Hesych. or* 2. de Deip.

XXV.

33] *Virgo Iesse.* 33. Virga arida florem proferens. *Sine semine germen.*
Cernis ut arenti vernans rosa stipite surgit,
Et nunc flore viret, quod modò truncus erat.
Virginis effigies parientis virga putatur;
De virgâ flos est: virgine matre Deus.

Planta feracissima virginitatis. *Damas.* or. 1. de Nativ. B. V.

Planta cœlestis pretiosior cunctis & sanctior universis. *Bern.* serm. 2. de adv.

Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. Isai. 11. 1.

Virga Aaron frugifera supra naturam, S. Aug. serm. 18. de temp.

Virga Aaron arida absque fomentis naturalibus fructificans. *Philip. Abbas* lib. 1. in Cant. cap. 16.

34) *Virga Aaron.* 34. Virga aromatica odorata. *Moriens placet.*
Ignis in optatos dissolvit aromata fumos.
Et lento sensim pascit odore polos.
Virgo virga fuit; virtus suffecit odores,
Ignis amor, fumus vita, quiesq; Deus.

Virgula fumi, *Raym. Iord.* p. 14. c. 56.

Quæ est ista, quæ ascendit per deserta sicut virgula fu-

la fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris; *Cantic.* 3. 35. Vultur concipit austrum hauriens. *Cœlo spirante maritor.*

35) Spiritus fœcũda.

Nescia connubii madidis fecundor ab austris,
Quod venus est aliis, hoc mihi ventus avi.
Par virgo est volucri: facit hanc fecunda parentem
Gratia; pro vento flatus Amoris erat.

Quid aiunt, qui nostra solent ridere mysteria, quòd virgo generavit; & impossibilem innuptæ, cujus pudorem nulla viri consuetudo temerasset, existimant partum? impossibile putant in Dei matre, quod in vulturibus possibile non negatur. Avis sine masculo parit, & nullus refellit. Et qnia desponsata virgo peperit, pudoris ejus faciunt quæstionem. *Ambros.* Hexam. lib. 5. cap. 20.

CAPUT LII.

De fonte quarto allusionum.

I. *Allusiones ut rara, difficilesq; sic perquã in fig imaginibus elegantes sunt.*

ALlusiones illas dicimus, quæ aut verborum aliquâ affinitate tantùm, aut rerum, aut verborum simul rerumq; vel convenientiâ vel oppositione ludunt. Perquàm elegans hic fons est, aquisque fluit sapidissimis, quanquam rarioribus, neque ubique locorum hauriendis. Ex hoc genere videri potest Seleuci Regis post Alexandrum in Asia regnantis anchora, *Appianus Alexand. in Syriac.* quâ cum ille ab ipsa nativitatis origine femur signatum gereret, evenit, ut dum fortè Babylonẽ occupatum pergeret, per viã, ad lapidem offensus, cogeretur sistere. Verũ non infelici dolore ac morâ detentus, humi expressam in annulo anchoram repetit, atq; hac velut imperii à Tellure oblati tesserâ; gentilitiã natalemque anchoram imitante, (1) recreari magnâ rerum futurarũ spe, per imaginem hanc subjectâ, cœpit, neque opinione sua falsus, brevi & victor hostium, & regni possessor evasit. Huc & illa Virginii Ursini ex nobilissima Italiæ gente herba semper viva, (2) facit, quã in clypeo ferebat, cum lemmate. *La virtu fa. Virtus facit*, videli-

1) Spes improvisa.

2) æterna vita à virtute.

cer, ut semper vivas, quæ verba ex herbæ allusione petebantur. quò & illa spectat Illustrissimi Fabii Chisii legati Apostol. imago à Majoribus suis petita, quæ tela aliquot decussata, hispanicè *dardos* appellata exhibet, cum lemmate *por un*. id est, *Pro uno* subintellige dardos quod divilim *dare duo* significat, ut si autor diceret; pro uno telo, hostibus duo refundam, (1) quod-piâ atque eleganti inflexione Chisius adhibuit Evangelicæ sententiæ: Domine quinque talenta tradidisti mihi, *Ecce alia quinque.* (2)

1) *Defensio generosa.*

2) *Donis Dei bene uti*

II. *Allusiones in ænigmatis magis, quam symbolis usitatæ.*

Faceor tamen hæc obscuriora esse atque ænigmatis, quam symbolis propiora. Familiaris hæc Italis ludendi in vocibus ratio, ut pluribus lib. 2. patebit. Ad propria familiarum nomina inter symbola heroica lib. 4 allusum reperies ita Pasqualio Zicognæ Duci Venet. Ciconia: Hieronymo Columnæ Duci Paliani columnæ geminæ media Sirenæ: Matthæo Aquavivæ cetus juxta narales aquas placuit. Herculi Gonzagæ ad facinora Herculis alludere visum, ideòque domitam ab illo hydram proposuit. Apud Petrosanctam etiam Margaritã in concha reperies Margaritæ Austriacæ, Hispan. Reg. Campanam verò Campanæ genti, ursum Ursinæ fuisse usitata. Non inelegans illud Herculis Tassi, qui Taxũ usurpavit, funestam aliis locis arborem, tamen in Italia subter quiescentibus innoxiam, adscripsit igitur: *Itala sum, quiesco.* quo nomine, & arborem, & seipsum, soli illius gentisque nobilitate suâ dignum indole, profitebatur. Appositа verò etiam illa fuit Alexandri Donati, qui Card. Francisco Barberino ad scholasticas exercitationes invitato, honoris gratiâ instruxerat præ Gymnasii foribus symbolicum ex floribus hortum tanquam Eloquentiæ florentis imaginem, cui inscripserat. *Exspectat apes* quæ ut Barberinis gentilitiæ erant, ita nihil horto florenti usitatius, quàm floribus apes excipere. Similia, ubi claritatem parem elegantiæ allusionum junxerint, mirificè delectant. Verum ex omni illud aurum solo non eruitur.

III. *Luditur in rebus ac verbis.*

Plura reperiuntur symbola, quæ in solis inscriptionum vocibus aliquâ inflexione ludãt; sed vel in materia symbolorum, vel in re & lemmate simul gratiùs luditur.

Mi-

nus enim ut raritatis, sic elegantiæ, obtinet Antonii Caraffæ. Mirabelli March. symbolum in quo gladio sectus anguis lemma præferebat, *Dum spiro spero*, quàm apes illæ Barberinorum in floribus. Nos aliquot exempla subjiciemus, inter quæ etiam nonnulla reperies sententiarumm metaphoricâ appositione ludentia; pleraque tamen in verbis tantum versantur, quod aliorum nulla copia suppeteret.

Hoc crebrius illud eleganti⁹.

Emblema 4. symbolographorum ad fontem quartum allusionum.

IV.

1. BOs in cujus capite accensæ faces, ut Hannibal ad terrendos Romanos fecisse memoratur lemma, *Terror & error.* Videlicet. Dolus, an virtus quis in hoste requirat; *Paradinus* symb. 180.

2. Firmamentum cœlorum lemma. *Immotum in motu.* Scipio Bargalius. Cardinali Estensi illud tributum, quod inter negotia turbasque frequentes non moveretur.

3. Cuneus à malleo in lignum adactus. lemma, *ut feritur, ferit.* Bargalius. Convenit in illum, qui quod ab aliis patitur, aliis infert.

4. Insititius ramus in trunco. lemma, *Alterius altera.* scilicet, res poscit opem: nam & ramum truncus & ramus truncum juvat. *Bargal.* nimirum anima corpori, conjux conjugi, proles parenti mutuam debet opem.

5 Canis arrectis auribus. lemma. *Aure auram.* Aresius ita superbus & laudis appetens

6. Penna ex ala anserina. lemma. *Non evehar, ni vehar.* videlicet à volucri primùm. Deinde nisi vehar à scriptore, non evehar ad gloriam. *Aresius.*

7. Navis in mari, lemma. *In magno magna.* Aresius. Nempe magni magnis prædis vela pandunt, & in magnis aulis sumptus magni.

8 Titio viridis igni appositus, qui hinc flammam concipit, inde aquis defluentibus stillat. lemma, *Tempore simul eodem.* De Rubeis. talis sanctus

1] *Terror, delusio.*

2] *Constãs*

3] *Malum referre.*

4] *Mutuũ subsidium.*

5) *Vanus.*

V.

6] *Altior virtus infirmos tollit.*

7] *Magna domus magni sumptus.*

8) *Amor sive ardor & lacrymæ Martyris.*

9) *Circũcisio.*

ctus Titianus martyr ; inter flammas & lactymas.

9. Lampas emuncta in festo circumcisionis Christi proposita, lemma, *Vt luceat omnibus.* Aresius. Alluditur tantùm ad S. Scripturam.

VI.

10) *Reges Christum quarunt.*

10. Apes volantes ad rosam. lemma, *In odorem currimus.* Aresius in festo Epiphaniæ, ubi rosæ Christus, apibus Reges comparantur.

11) *Io. Baptista*

11. Avis paradisiaca S. Joanni Baptistæ applicata. lemma, *Non manducans, neque bibens.* Aresius.

12) *D Bartholomæus Innovari.*

12 Serpens suâ pelle inter saxa exutus. D. Bartholomæo convenit. lemma, *Renovabitur juventus mea,* Aresius.

13) *Malũ pro bono.*

13 Apes fumo pulsæ. lemma, *Pro bono malum.* Aresius. tales Apostolici viri persecutiones passi

14) *Aliis impendi*

14. Fax. lemma, *Non quarit quæ sua sunt.* Aresius Sic Christus & Apostoli se aliis impenderunt.

15) *Tempore facere.*

16. Horologium quod suo tempore sonat, subscriptio. *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* Eccles. 3 Anton. de Burgund.

VII.

16) *Arrogans premitur.*

16. Navis inflatis nimium ex vento velis mergitur. lemma, *Si tumeas, timeas.* PP. Belgæ. nempe ambitio periculosa est, & sæpe obruit.

17) *Solitudo prodest.*

17. Vires sub terra conditæ, ut conserventur & fecundentur. lemma, *Dum condor, fecundor.* PP. Belgæ. Ita Societas per recessus exercitiorum spiritualium fecundatur.

18) *Bonus inter malos.*

18 Cygnus aquis innatans. lemma, *tangor, non tingor ab unda.* PP. Belgæ, sic inter sordidos & noxios homines castè versatur Societas.

19) *Plenus meritis moriens.*

18. Luna plena eclipsin patitur. lemma, *Tum me terra teget, cùm totum impleverit orbem.* PP. Belgæ. luna suo lumine : Franc. Xaverius, conversione gentilium, virtute, famâ nominis, orbem implevit.

VIII.

20) *D. Ignatii illusor.*

20. Simius fomite incaurè ludens pyrios pulveres sequè unà inflammat. lemma, *Malè luditur igne.* PP. Belgæ. malè scilicet D. Ignatio illusum est à Nobili viro, qui se ignibus devovit, nisi Ignatius ignem mereretur, quo die voti reus interiit.

21) *D. Ignatius in oratione raptus.*

21. Pyrium globum succensum ignis extollit. lemma, *Sursum rapit ignis,* PP. Belgæ. Ita D. Ignatium orationi inten-

intentum ignis divini amoris ſurſum elevat.

22. Chalybs ſilice percuſſus dat ignem. Uti Ignatius naturali lapide ignem amoris. lemma, *Percuſſus concipit ignes.* PP. Belgæ.

23) *Ignatius laſus convertitur.*

23. Ovis ſignata. lemma, *Noter, ut noſcar.* Guil. Zincgrefius. ſic. M. T. Lentulo l. 1. epiſt. fam. Illuſtrabit tuam amplitudinem injuria.

23) *Ex calūnia honor.*

Luſit in hoc genere felici ſymbolorum partu Guilielmus Heſius Belga Societatis Ieſu, dum fidei divina muſicorum inſtrumentorum fides translatè componit. Ex quo, exemplorum gratiâ, huc transferre aliquot imagines placuit.

IX.

1. Cithara ſine chordis. lemma, *Vis vitam tollere, tolle fidē.* id eſt qui incredulus, nō videbit vitam. Joan. 3.

1) *In fide vita.*

2. Chelys, in qua una fides fracta eſt. lemma, *Quò reliqua, ſi me deficit una fides?* ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Heb. 11.

2) *Fide Deo placemus.*

3. Chelys in qua una tantum fides. lemma, *Sola fides eſt vana fides.* id eſt, fides ſine operibus mortua eſt. Jac. 2.

3) *Fides & opera.*

4. Cithara cui aſſidet pulſio, ſed non tangit. lemma, *Muta fides, niſi mota.* Fides ſi non habeat opera, mortua eſt. Jac. 2.

4) *Fides mortua.*

5. In Sambuco fides laxæ & pendentes admota fruſtra manu. lemma, *Si laxa eſt fides, fidem negabit.* Væ diſſolutis corde, qui non credunt Deo, Eccl. 2.

5) *Fides laxa.*

6. Fides citharæ in menſa concuſſæ tremunt. lemma, *Rebus in trepidis fides animoſa vivit.* id eſt, ſancti per fidē convaluerunt de infirmitate, fortes facti ſunt. Heb. 11.

6) *Fides roborat.*

X.

7. Arcus qui fide ſeu chordâ adductâ frangitur. lemma *frangitur adductâ ſegnis inerſque fide.* Reſiſtite fortes in fide. Pet. 5.

6) *Fides ſtringit.*

8. Fides in chely adducuntur. lemma, *Vis ipſa tortura fidem facit animoſam.* 1. Petri 1. Probatio fidei veſtræ in honorem, &c.

8) *Fides martyrii.*

9. *Crede* ad rupem alliſum, ad quod echo reddit, *ede, ede.* lemma, *Nec ſola nec integra reddit, Perfidus interpres* Sepulchrum patens eſt guttur eorum, (hæreticorum) linguis ſuis doloſè agebant in pſal. 5. v. 11.

9) *Mutilare S. literas*

10. Puer utriſque manibus in ſambuco ludens. lemma. *Fidem concordia ſanam ſola probat.* Credentium cor unum Act. 4.

10) *Fides concors.*

Exempla

Exempla autoris ad quartum fontem allusionum.

DEIPARA VIRGO MARIA EST.

XI. 1. Arca federis. *Non nummis, sed Numini.*

1) Deipara *Arca federis.*

Non patet hac nummis, sed magni est numinis arca.
Quàm similis virgo, dissimilisque fuit!
Lapsas arca polo leges, ac manna tenebat.
Legifer hâc arcâ virgine clausus erat.

Arca viva & animata ac velut propitiatorium in terra. *Method.* or. de Hypap.

Verè arca est sanctissima virgo intrinsecus & extrinsecus deaurata, quæ universum sanctitatis thesaurum suscepit. *Greg. Thaum.* de annunt.

2. Arbor illustri fructu ornata. *Mors ex morsu.*

2] *Lignũ.*

Vna dabat vitam, malus dabat altera mortem;
A malo omne malum provenit, omne bonum.
Nunc eadem mortem malus parit atque salutem,
De planta postquam virgine natus homo est.

Lignum vitæ, quod solum fuit dignum portare fructum salutis. *Bernard.* Hom. 2. de advent.

3) *Arca Noëtica salutis.*

3. Arca Noë. *Sit cara* tibi.*

Qui malè Noeticam tardus neglexerat arcam,
Dicitur aquoreo mersus obisse salo.
Extra hanc nulla salus arcam est, extraque Mariam:
Illa salus paucis; pluribus ista fuit.

Arca Noë est. *ut Bonav.* in laud. B. V. n. 4.

Arca est, arcâ Noë latior, longior, illustrior. *Hesych.* or. 2. de laud. Deiparæ.

XII. 4. Aula ornatissima, seu palatium regium. *Regi non gregi.*

4] *Aula Dei.*

Vincit in auratis Regum palatia muris,
Quæ vivo clausit pariete Virgo Deum.

Palatium animatum Regis Anglorum *Greg. Neocas.* or de annunc.

Aula cœlestium sacramentorum. *S. Ambr.* l. de instit. virg. c. 7.

Aula

* *Arca* anagram. *cara.*

Aula regalis soli Deo subdita. *Ibid.*

5. Currus solis quadrijugus. *Hac soli est condita Soli.* 5] *Deum sola portat.*

Quam procul hinc cernis, soli patet aurea Soli,
Non parete Phaethon tanta quadriga tibi.
Virgo Deo plena est, nihil hinc sibi vindicat orbis:
Sol Deus hac oritur, qua fuit orta Deo.

Rheda aurea solis mystici. *Io. Geome.* 3. de B. V.

Quadriga Eliæ virtutibus trahentibus constita. *Io. Geom.* hym. 1. de B. V.

Vehiculum sanctissimum ejus, qui est super Cherubin. *Buteo* in hym gr.

6. Janua paradisi inter cœlum terramque in muro constituta. *Pandet ave, quod clausit Eva.* 6) *Ianua cœli est.*

Qua paradisiacum munivit Ianua campum,
Heu dolor! Eva, tuo crimine, clausa fuit.
Sed tamen, ut patuit nascenti virgo Tonanti:
Certior ad cœlum porta reperta fuit.

Porta cœli. Gen. 28. *Rich à S. Victor.* in Cant. c. 39. S. Aug. serm. 6. *Epiph.* or. de laud. Deip.

Porta Orientalis. *Greg. Neocæs.* or. 3. de annunc.

Janua paradisi *Petrus Damiani* ser 3. de Nat.

XIII.

7. Mare ex quo manus margaritam elevat. *Dant maria gemmas.* 7) *Ex mari impuro gemma.*

Impuro rutilam quis speret ab æquore gemmam?
Sunt tamen æquoreo munera fulsa salo.
Prodit ab impuris virgo majoribus insons.
Nonne iterum gemmam fundere credis aquas?

Mare spirituale habens gemmam cœlestem Christum. *Epiph.* or. de Deip.

8. Mare super quod rota cum situlis suspensis. *Haurit inexhaustum.* 8] *Mare gratiarũ.*

Vastum haurire licet, non exhaurire profundum:
Sufficit æterno gurgite pondus aquæ,
Plurima quantumvis profundat munera virgo:
Plura tenet, vastum est sola Maria mare.

Mare spatiosum est misericordiarũ. *S. Chrys.* in hor.

Pelagus gratiarum. *Damasc.* or. 1. de Nat.

Pelagus gaudii inexhaustum. *Damasc.* or. 2. de assump.

Pelagus sanationum. ibid.

9. Medi-

9) *Amari digna.*

9. Medica potio. *Et amaris amara.*
Non fugienda tuo est, quamvis sit amara, palato.
Dum redimat longis pota medela malis,
Punis virgo tuos, sed amara mereris amari.*
Verbera materni pondus amoris habent.
Medicina insanabilium vulnerum. S. *Germanus.*

* Maria *anag.* amari.

Myrrha electa, dant suavitatem odoris *Rich. à S. Laur.* l. 12 & Hebraicè *Maria* mare myrrhæ exponitur.

XIV.

10) *Ornat Virgo Ecclesiam.*

10. Monile ornatum. *Non onerat, sed ornat.*
Cernimus humano pendere monilia collo,
Ornatus tantum, non onus esse solent.
Christe caput, collumque Ecclesia, virgo monile es:
Hoc ornare suos, non onerare potest.
Monile paradisi inexplicabilis. *Epiph.* or. de laud. Deip.

11) *Fructu suo reficit.*

11. Oliva in Campo, quæ virgineis manibus fata uberior provenit. *Dat virgo vigorem.**
Virgo oleam plantet; fecundis major olivis
Sentiet admotæ virginitatis opem.
Quos igitur de te fructus sperare licebit,
Quæ plantas ipsum virginitate Deum?
Arbor fructum ferens splendidum unde fideles âluntur. *Buteo* hym. Græc. p. 125.
Quasi oliva speciosa in campis. *Rich. à S. Laur.* l. 12. ex Cant.

12) *Virgo remora est Christi.*

12. Remora navē in cursu sustinens. *In remora mora est.*
Credimus in medio remos torpescere ponto?
Et remoram parvâ sistere mole ratim?
In re certa mora *est, haret navisque, Deusque:*
De remora non est fabula, virgo trahit.

13) *Virga hac petras cordium scindit.*

13. Virga Moysis. *Et petras verbere frangit.*
Virga *suo potuit tactu diffindere petras,*
Saxea quantumvis pectora virgo *movet.*
Optatas traxit Moyses de rupibus undas:
Elicit lacrymas Virgo vocata tuas.
Virga mystica *But.* in hym. Græ. p. 135.
Petra mellis, id est, verbo fluens *Io. Geom.* in Cat. cor. ad cap. 1. Luc.

* *Virgo* anagr. *vigor.*

COR-

LUSUS SYMBOLICUS DE IMMACVLATA B. MARIÆ VIRG. CONCEPTIONE.

ex Anagrammatis traductus.

POstquam Sanctiſſ D.N. ALEXANDER Papa VII. conſtitutione nova an 1661. B. M. V. immaculatè conceptæ honorem adverſus obtrectatores quoſdam egregiè munivit, fuit in aula Eminentiſſ. Cardinalis JULII ROSPIGLIOSII quidam è Miniſtris *Ioan. Baptiſta Agnenſis* cæcus, qui intra biennium ſexcenta propemodum anagrammata, quibus rariſſimâ felicitate elogia purè immaculatèque conceptæ Deiparæ complexus eſt, ex hoc programmate eduxit, iiſdem ubique tenentis literis.

AVE MARIA GRATIA PLENA, DOMINUS TECUM.

Ex his quædam ego primùm ſub *Pſalterii* titulo vulgata SS. Patrum ſententiis firmavi; alia deinde prodeuntia brevi proſa, lapidario ſtylo formata, ornavi. Ex quibus cùm ſymbolica ſeſe nonnulla offerant, non abs re futurum credidi, ſi novâ hæc in claſſe ſeorſim conſerentur. Unum tamen quod de *Arca Noë* Anagramma ſubjeci, meum eſt, quo ſexcenteſimum Agnenſis numerum explevi.

ANAGRAMMA.

Io Io! AD AMAS, unica gemma, ter pura luti.

SYMBOLUM.

ADAMAS. *In ſorde micat.*

EXPOSITIO.

Quod in cœlo ſtellæ, hoc in terra gemmæ ſunt:
Lucent in caligine, in ſordibus ſine ſorde emicant,
terrena (ſic fas ſit loqui) ſidera.
Illuſtri ſi nos credimus Epiphanio (1) poſteri.
Adamas Hebræi in habitu Pontificis eminens,
Scelera populi immutato colore nunquam tulit,

(1) *Libro de 12. Gemmis ration Lib. V.*

Sensum lapidi inesse crederes;
Ita, cùm nemo ad sua flagitia è populo erubesceret,
Erubuit sanguineo colore mutatus lapis,
Belli imminentis eruentus nuntius.
Cùm horror vitiorum à peccante vulgo aberat,
Exhorrescere lapis nigricante pallore visus est,
& secutura colore suo signare funera.
Solùm, cum populo innocenti sua affulgeret felicitas,
Niveo *pura* hæc *gemma* radiabat sidere:
Ut qui lapide hoc non esset magis lapis,
Lætari sentiret, & lætaretur, lapidem.
In hoc *Adamante*, te intueor purissimam Virginem,
Quanquam nihil lapideum possideas,
Tota mitis, Mater ipsius Misericordiæ.
Adversus scelera tamen es *Adamas*;
quia nil nisi purum adamas.
Concepta tanquam *gemma pura*, ut purè conciperes.
Talis in *luto*, ut erueremur è luto.

11. Anag. *Agna Sion verè immaculata Deum parit,*
Agna, mater munda, tu aperis cœli viam.
O Agni mater, summè pura ac nitida, vale.
Agna jure munda, mei pastorem lactavi,
Io, Agna Dei mater lupum averni mactas.

AGNA *Intacta lupo.*

Naturæ miraculum proponimus
In Agna Matrem, in virgine parentem,
tam similem in simili, quàm dissimilem.
Maculati genitoris partum agnæ immaculatum,
Agnam Agni castissimi sine semine genitricem.
Quæ *cœlum*, quod nondum attigerat, aperuit,
Viam, quam nondum triverat, ostendit,
Peccata, quæ illam non tetigerant, pariendo solvit.
Cùm Agnum pareret pro peccatis immolandum,
Ipsam pariendo pararet ad cælum viam.
Sine exemplo Mater,
Quæ nec ante se habet similem, nec post se sequentem;
Exemplo tamen omnibus,

Puritatis

Puritatis quam amarent, & manſuetudinis quam ſequerentur.
Quanquam Agna eſſet lupis ipſis metuenda,
Illumque, qui circumit quærens quem devoret, circumventum
Averni lupum fortiot *Agna* mactârit.
Jam victrix priuſquam natâ,
Quin, metamorphoſi naturæ admirandâ,
Sui Agna Paſtoris cuſtos facta,
Paſcentem omnia pavit,
tantò rarioti beneficio,
Quòd in uno innumeros paſceret filios.

171. Anag. *Apis una Mater aculeum ignoret Adami.*

APIS. *Ex flore & rore.*

Fruſtra hic quæris venenum in aculeo,
Tota mellea eſt *Apis*, fel omne ignorat.
Sola Adamidum nec pungitur, nec pungit,
Ab origine neſcit aculeum.
Et quid mirum? princeps eſt apum.
Ex flore & rore cœli nata & fecundata.
Mellis ipſa cœleſtis non ſterilis parens.
Quando illum concepit, cujus & nomen melleum eſt.
In florigero Nazarethro florilega Virgo,
Repente ab obumbrante cœlitus ſpiritu,
Et verbo Virginis unico,
tanquam ex rore cœleſti, & flore campi Mater,
Sine mariti, non tamen ſine filii, amplexibus.
Tam liquidâ animi voluptate, quàm nullâ corporis.
Abſque dolore, nec tamen abſque dolore;
Quem cum in naſcente non ſentiret nato, ſenſit in morente.
Dolore filii morte immortua, quamvis viveret,
Amore victura in morte ſua, quamvis moreretur.
Ira in amore dolor, in dolore amor,
In ape noſtra aculeus, ſed ſine Adami felle.

IV. Anag. *Tu Reginâ pia, ſumma, & munda coli Ara.*

ARA COELI *Placanda ponitur ira.*

Cœlum aras habere,
In cœlo eſſe incenſa, Presbyteros, & thuribula

Quis crederet, nisi Joannes Aquilinis vidisset oculis?
Nunc alteram *cœli Aram.*
Romani habent in terris; alteram beati in cœlis.
Illam veneramur, sed hanc præferimus.
Et quis non faciat, nisi qui Mariam non amat?
Quis animatam aram non præferat lapideæ?
Cœlestem terrenæ?
Perpetuam ruituræ?
Divinam humanæ?
Quam nemo violavit unquam irrumpens barbarus,
Nec attingere violator potuit.
Quia *summa* & *munda* in cœlo extructa fuit.
Advolvamur huic aræ peccatores supplices,
Ut ad mundam hanc aram mundemur:
Quia nihil à se rejicit, præter maculam.

V. Anag. *Arca pura nati Dei, eum tegam almo sinu.*

ARCA DEI. *Pretiosa latens.*

An suos Deus gratiarum thesauros
Non clausit in arca fictili,
Dum clausit in Maria?
Fictili, non diffiteor; sed tamen firmissima.
Cui novo artificio thesaurus impositus robur daret,
quia fuit nati arca Dei.
Quod suo claudebat arca sinu, hoc erat invincibile.
A furibus nihil huic arcæ metuendum,
Cùm lateret in illa custos:
Hercule fortior, Argo oculatior.
Thesaurus hic itaque custodiebat Arcam,
Dum Arca custodiret thesaurum.
Procul igitur hinc omnes Dæmonum insidiæ,
Omnis furtiva gratiarum manus.
Quòd sub tam vigili ac forti custode,
Thesaurus hic non posset eripi.
Sed nec deberet
Tantum audiri in terra cœloque opprobrium,
Ut eadem esset Arca Dei & Dæmonis.

VI. Arcu

VI. *Arcus à Noe, lætitia mundi, gemma pura.*

ARCUS COELESTIS. *Tenditur, ut parcas.*

Iratum totus orbis Deum horruit,
Cùm omnes, præter Noë, sub aquis gemerent.
Mox ex nubibus Deus tetendit arcum;
Non ut feriret, sed ut parceret:
Miri pugnæ spectaculo.
Hinc sine telo Arcus, & nervo fuit,
Tanquam fractâ jam irâ; & exhaustâ pharetrâ.
Verum nondum inanis est.
Furore nostro novum furorem succendimus:
Adhuc tempestates aër cogit, ac fulmina,
Ictura, & gravius, & sæpius,
Nisi Arcus noster Noeticus Deipara
Excussis sese telis interponeret.
Hic, ut parcat Deus, tenditur:
In nubibus mundi, sine nube peccati, *mundus*:
Cui pro colore innocentia, pro luce est puritas.

VII. *Aula sum tota munda ac Regina Empirei.*

AULA DEI. *Artificem commendat opus.*

Aulam Dei mundam.
Nemo cum mundi *caula* nisi errans confuderit.
Utraq; quidem oves recipit, sed hæc etiam hircos
Augiæ in cœlo stabulum non est,
Quanquam aulæ Dei suus non desit Hercules:
Qui arceat sordes, non efferat.
Nulla hic toleratur sordium illuvies,
Ubi summus inhabitat Cæsarum:
Ubi ephebi sunt Angeli, ministri Cœlites:
Ubi idem Deus & artifex est, & incola.
Miretur Regina Sabæ sua in aula Salomonem,
Hic obstupescet penitùs,
Umbram illic se vidisse sapientis agnoscet in Rege,
Hic ipsam Sapientiam videbit in corpore.
An igitur, cùm hæc suam instrueret aulam,
Lapsum in opere potuit admittere?

Aut insipienter agere Sapientiâ?
Hoc nemo credet, nisi qui non credet.

VIII. *Aurora munda, & luna magis pia emicet.*

AURORA. *Lux nuntia lucis.*

Jucundum orbis spectaculum est
Aurora in cœlo, & *Maria* in Bethlemi stabulo.
Utraque lucis nuntia, & lux ipsa est quoque.
Nec potuit nisi per lucem lux ipsa mundo nuntiari,
Quando tenebrarum nulla est cum luce societas.
Munda mundi Aurora *Maria* fuit,
Quid enim in lucis parente immundum reperias?
Procul hinc noctuæ & vespertiliones,
Gentiles ac hæretici.
Est Aquilinis hæc tantùm oculis conspicua,
Quia salutiferæ hujus Auroræ lux oriens
Omnem peccati noctem dissipat.
Pura Lux
Ut caligantes oculos offendit, sic juvat sanos.

IX. *Ego aurum nitens immaculata Deipara.*

AURUM FULGENS. *Purum ex impuro.*

Aurône in terris quicquam purius nitet?
Maria auro fulgentior.
Sol auri illustris est pater: terra obscura genitrix est,
Maria ex terra obscura, auro illustrior emicat,
Quia increato ex sole traxerat
Decorem, & decus formæ immortale.
Quod cùm videret atque invideret Lucifer,
Omnia conatus, ut hanc lucem eriperet Virgini,
Victus contritusque à muliere,
Etiamnum involutus tenebris, gemit in carcere.
Aurum obscurari caligine non potest,
Nec etiam cùm latet pretium amittere,
Decus illius solare est,
Quod cum alibi occidit, fulget alibi.
Quod Sol Christus Mariæ dedit, terra non adimit.
Ipso in bestiarum stabulo eminet, ut aurum in loto:

Ipsa

Ipsa in origine suum habuit pondus aç pretium,
Etiam inter contaminata intaminatum.
Pretiosam itaque Mariam nemo non dixerit,
Quando qui aurum contemnunt Superi,
Hanc tamen summè æstimant.

x. *En civitas alma, purè munda Regi amato:*

CIVITAS DEI. *Hic sedem dant fata quietam.*

Ne metuas pia in solitudine anima,
Si Maria tecum fuerit, hæc tota est civitas.
Et ne propugnaculum contra hostes desit,
Est civitas refugii.
Cave tamen peccator, si fueris, maneas.
Nam purè munda cùm sit, peccatum non patitur,
Cum cetera admittat omnia.
Duas sibi condidit omnipotens artifex civitates:
In cœlis unam, in terris alteram:
Hanc nobiliorem, quia animatam.
Utramque tamen Sapientiæ divinæ sedem.
Disparem in multis, in hoc parem,
Quòd *nihil coinquinatum intrabit in eam.*
Deus cœli in terris imaginem condidit,
Dum condidit Mariam.
Hac tamen artis & naturæ metamorphosi,
Ut imago suo esset, prototypo illustrior.

xi. *En pura domus aurea micat almè ignita.*

DOMUS AUREA. *Soli Deo.*

Domum Neronis auream Vetustas prædicat:
Sed ferreum domus incolam Tyrannum,
Impurum lenonem, in puro hospitio,
Domum Domino meliorem.
Nos contra.
Domum quidem habemus auream: sed in hoc disparem
Neronianæ, quamquam aliis parem:
Quòd suo sit hæc domus Domino deterior:
Quamvis sola esset Deo digna.
Ignosce, Maria, si, cùm laudare te cogito.

Cogar contemnere.
Quem tuo clausisti hospitem cœlestem sinu,
Melior te, suâ domo, Dominus fuit.
Aurea cùm esses charitate, is totus aureus & ipsa charitas
Cum luce fulgeres sapientiæ, ille ipsa fuit sapientia:
Cum gemmis virtutum radiares, ipse gemma & virtus fuit.
Pura Tu, sed ipsa puritas filius.
Nemo igitur hic quærat maculam,
Ubi in auro habitat puritas.

XLI. *Eia tu orientalis gemma, pura ac munda.*
Mater, sed unica, inviolata, gemma pura.
En mira gemma, tota lucida, pura nævis.
Tu pura gemma, cara, data in monile JESU,
O gemma, mirè tu pura in aula sancta Dei.

GEMMA. *Qui novit, æstimat.*

Gemmæ olim Rationali insertæ Pontificio,
Rarâ luce emicabant in pectore:
Nunc virgineo majori in pectore luce fulgurant.
Illas duodecim una hæc gemma superat,
Puritatis, ab origine illæsæ.
In Adamante populus olim vetè adamantinus,
Cùm gemma ruberet, sui legebat notas sceleris:
Cùm niteret: suam innocentiam,
Sic Virgo nunquam erubuit, nisi nostro scelere,
Suâ semper innocentiâ canduit.
Divini *gemma pura* Oceani,
Data & nata mundo,
Ut esset *in monile* JESU, suæ carnis amplexu stringendi,
Cujus è collo pependit sæpius, tanquam ex auro gemma.
Aulâ sanctâ Dei, quam profanâ mundi dignior,
Adamante durior patientiâ,
Amethysto spe vernantior,
Amianto inviolabilior puritate,
Pyropo charitate flagrantior.
Hexacontalithon (a) Atlantum jure dixeris,
Ita omnium Gemmarum colores refert,

(a) *Isidorus Orig. lib. 16 c. 12.*

Virtutum

Virtutum & gratiarum una Virgo compendium.
Digna quæ ex illius penderet collo,
à quo pendent omnia.

XIII. *Pura & digna Mater, summa cœli janua.*

JANUA COELI. *Nil subit impuri.*

Nullibi magis vates Maro, quam dum canit.
Noctes atque dies patet atri janua Ditis:
Et, *facilis descensus averni est:*
At, *superas evadere ad auras, hoc opus, hic labor est.*
Maria laborem minuit, cœli janua,
Clausit inferni, & aperuit januam cœli,
Cùm hanc ad terras transtulit, ne tam esset ardua.
Alii Samsonem Philistæorum sub portis stupeant.
Cùm has ab urbe in montem transtulit;
Ego mirabor, & prædicabo justiùs Mariam,
Cùm cœlorum ad hanc vallem portas detulit,
Ille utrisque laboravit humeris; hæc verbo potuit,
Cùm portantem omnia tulit sine onere:
Ipsa denique facta Dei Mater & cœli janua,
Procul hinc omnis immundities.
Nam summo hæc patet Numini,
Purus hic cœli aditus est,
Nihil inquinatum hàc subit.
Dæmon ejici cœli januâ potuit, recipi non potest.
Hæc nulli è Mundo, nisi mundo patet:
Nulli patuit crimini, ne pareret Dæmoni.
Adeò tamen infesta peccatis,
Nulli non patet peccatori,
Ut illa deserat, ab hac admittitur.

XIV. *Age idea sanè clara omnium puritatum.*

IMAGO CANDIDA. *Nil par Apelles.*

Plato Philosophorum Salomon,
Ideam puritatis absolutiorem,
Nunquam formavit in capite, quàm Deus in carne.
Cùm Virginem filio Matrem fingeret.

Et sponsam sibi.
Defeciſſet ſupremus artifex puritatis,
Si quid in hac idea admiſiſſet impurum.
Macula hæc non tantùm operis, ſed & artificis foret.
Evam formaverat ideam Deus puram;
Sed deformaverat allapſus ſerpens.
Unde ideæ reformator ſuæ Deus,
Evam condidit alteram, expurgaturus primam.
Serpentem tertæ affixit, ut poſſet conteri.
Qui ne caput rurſum peteret, contritus eſt caput.
Virginem ille vicerat, à Virgine eſt victus.
Impurum nihil afflicuit.
Quando jam omne venenum ſub pedibus expuit.
Oppreſſo igitur impuritatis auctore,
Mariæ ab ortu ſtetit integra puritas.
Et decuit,
Ut aliquod Dei opus extaret purum,
Ne in ſupremo hoc ſolum auctore falleret,
Quòd *ſimile à ſimili prodeat.*

XV. *Dei ſumma imago, clara & pura inventa.*

IMAGO DEI *Digna Deo.*

Ex ſigno res cognoſcitur.
Ex pura Dei imagine, ipſum Deus prototypon.
Cave, ne Mariam aſſignes alteri,
Clara Dei imago eſt.
Ut Dæmon huic ſuum unquam ſtigma impreſſerit,
Nunquam concedes, niſi damnes ſceleris Virginem,
Et Dei formam eradas in Matre Dei.
Propudioſum facinus,
Eandem, quam Deus pinxerat artifex tabulam,
Iis, quibus ſeipſum exprimeret coloribus,
Hanc pinxiſſe & Dæmonem formâ ac colore ſuo,
Amovete blaſphemiam,
Tam infame Virgo lilium nunquam in dorſo tulit.
Tam diſſimilis nunquam fuit ſui,
nunquam Dei.
Relinque igitur Dæmoni, quæ ſunt Dæmonis:
Redde *Deo, quæ ſunt Dei.*

XVI. *Sana & mira, eu procul à te Adami jugum.*

JUGUM. *Pro liberis non est.*

Mira res, & paræmigmati,
MARIA Adami filia, sed ante parentem,
Electa priusquam nata,
Dei Mater, sed post Deum genita,
Hòc, quàm Adamo genitori similior,
Quòd hic sub jugo, illa libera: hic peccator, illa esset immaculata?
In lumbis Adami cadentis nobiscum fuit;
Sed sola non cecidit, cum cadente,
Sola à non libero fuit libera,
Sine omni jugo: nisi quod portaret jugum Domini,
quod libertatem non tolleret, verum servitutem,
non oneraret, sed levaret ferentem,
Suave jugum, quia sine jugo.
Itaque tam dissimilis parenti nata, quàm similis fuit.
Quæ novo, naturæ dicam, an gratiæ prodigio?
Suum ipsa rursum genuit parentem.
Duos habuit partus Adam admirandos,
Unum ex latere incorrupto mulieris,
à qua erat corrumpendus:
Alterum ex lumbis jam corruptis Virginis,
Per quam erat integritati restituendus.
Libertatem per illam amisit, cui dederat:
per hanc recepit, cui non contulerat.
Vix dubium: Plusne parenti debuerit filia,
an filiæ pater?
Ille corruptus genuit *Mariam* solo:
Hæc incorrupta genuit Adamum polo.
Mortalem vitam accepit, reddidit immortalem.
Ergo dicamus: filia est parens patri:
Patet est natus filiæ.

XVII. *Lunaignea, imò lactea, merita, pura sum.*

LUNA. *Implevit orbem.*

Qui lunari in orbe quærunt tenebras,
Plenum licet speculentur Astrologi, plenum non vident.

In

In Maria plenum exhibemus purumque lucis circulum,
quem qui non vident, invident.
Non plenum supergressa Virgo lunæ orbem,
Sese inferiorem jure pedibus calcat.
Quòd defectum ab ortu omnem ignoraverit,
Tam vacuæ dissimilis, quàm similis plenæ.
Plenâ tamen Lunâ Maria est plenior.
Cùm suæ in illa maculæ, in hac nullæ appareant,
nec ab ortu quidem.
Illa noctem de mundo auferre nequit pleno lumine;
Hæc peccatum à mundo plena aufert gratiâ.
Nisi cœcus ad hanc oculos occluserit.
Et quamvis verâ luce orbem non impleat hominum,
Implet tamen suum.
Candorem in hac nemo desideret, quia *lacteâ* est *puritate*.
Calorem frigidi peccatores quærant, quia *ignea* est charitate.
Nemo sub hac luna non illustrabitur,
quia suum semper implevit orbem.

XVIII. *I mare lacteum, Virgo pia, sana, & munda.*

MARE LACTEUM, *Nescit procellas.*

Procul hinc sævæ tempestates & naufragia
Mare Maria lacteum est,
Ventorum sævitiam, nec parit, nec patitur,
Sine fluctuum jactatione tranquillum est,
Tam malaciæ amans, quàm fugiens malitiæ.
Quicunque sese illi hac in vita crediderit Navita,
Navim vitæ collocavit in tuto,
In portu propemodum est, cùm solverit
Quæ vitam genuit, non parit mortem.
Etiam impiis sese exhibet *Virgo piam*,
Insanis *sanam*, immundis *mundam*.
Cùm à mundo ad salutem, à naufragio ad portum vehit,
Et quî posset aliter Virgineum hoc mare,
quod alium nec introitum vitæ novit, nec exitum,
præter unicum salutis portum JESUM,
Ad quem tota, & concepta, & concipiens Maria spectavit?
Draco mulierem hanc absorpturus,
Qui cum suis bibit *tanquam mare* iniquitatem.

Sub

Sub calcaneo Virginis præfocatus hæsit,
Mare facilius, quàm Mariam hausturus.
Lac hic serpens non bibit.

XIX. *Margarita cœli sum, nivea, aptè munda,*
Margarita Eoi penitus munda maculæ.

MARGARITA *Filia Solis.*

Nemo immundam dixerit in ortu Mariam?
Quia cœli Margarita est.
Hæc in terris pura, in cœlis est purior:
Nil cœlum nisi sidereum parit.
Ergo cœlum concha, si MARIA est cœli Margarita.
Nec miraberis tantam conchæ vastitatem,
Si Margaritæ expendas magnitudinem.
Quin etiam majorem conchâ margaritam reperies.
Virginem cœlo,
Quæ majorem orbe unionem Christum,
Suo complexa est sinu.
Hunc igitur quæ parit unionem purissimum,
Non potest margarita impuritatem ducere?
Ave margarita.
Munda roris cœlestis filia, quæ de salso mundi æquore
Nihil trahis inquinatum.
Quia in medio mari, nihil gustas de mari.
Ex sole solo rorem concipies, eodemque obstetricante,
Immaculatè concepta pareris,
Rara nascendi prærogativâ,
Non terræ; sed cœli filia:
Tam nobilis debuit nasci, quæ esset Deo nubilis.

XX. *Magna navis, Deum mirè portavi lactea.*

NAVIS *In portu salva est.*

Miraculum orbis una Navis fuit *Victoria.*
totum emensa terrarum circuitum,
Ad orientem egressa solem, reversa ad occiduum:
Redux unde exierat.
Superat hoc miraculum *Magna navis* altera.
Quæ de cœlo in terram vitæ panem attulit,
annonam orbi perituro necessariam.

Hunc

Hunc panem, cum suo *Maria* lacte temperavit,
Edulium nauseabundo cœlestium condivit palato,
quo famem sitimque afflictorum pasceret.
Quibus annona hæc cœlestis vilis non est,
Ad magnam hanc Navim pro auxilio properet,
Nam postquam incorrupto lacte Deum pavit immortalem.
Omnes quos pascit mortales,
Immortales Dei filios reddere creditur.
Nec periculum reformident in hac navi,
Quia ab omni immunis naufragio
In ipso navigat salutis portu.
Perire in tutela illius nemo potest, quæ nunquam periit.
Quæ sola provehitur, ac provehit Numinis gratiâ.

XXI. *Oliva pacis mater, materve agni mundi.*

OLIVA. *Ignara belli.*

Qui sacram Palladi olivam Virgini
Olim consecrarunt poetæ, non omninò poetæ sunt,
fictioni subest occulta veritas.
Maria minimè ficta Pallas est, virgo corruptionis nescia.
Olivam sibi hæc vendicat, olivæ non dissimilis,
Ingenio miti, oleo tranquilior,
Iracundi non solita, nisi peccatis.
Bellorum ignara nisi quæ suscepit cum serpente,
Huic soli nostra hæc Pallas clypeum induit,
Hastam intorsit victrix & extorsit victoriam,
Ut olivam martiâ cornu crederes duriorem
Tantam adversus omne crimen aversionem concepit,
mitis cetera Virgo,
Ut, priusquam conciperetur, odisset.
Et huic *pacis mater* bellum denunciaret,
Quòd *mater Agni mundi* nil ferret immundum.

XXII. *Ovis lactea, munda, ea mirè agnum parit.*

OVIS. *Et candore placet.*

Aurei velleris lanam
Fabulosa in cœlum usque antiquitas extulit,
Nos lactei oviculam velleris *Mariam*:

Plusquam

Plusquam aureo innocentiæ candore amabilem,
Cœlo censemus dignioremque, quia terris fuit utilior.
Agnum hæc *Ovis* peperit auro pretiosiorem,
quo nos oves perditas oblato redimeret,
Uno hoc millena redempta sunt hominum millia.
Quale igitur quantumque hujus agni pretium!
Quantum matris ex qua natus est!
Execratur mirè hæc *Ovis* quidquid hircum peccati olet,
Ab ipsa adeò *munda* origine,
Quia *agnum* paritura erat, qui redimeret mundum.
Qui nisi peccatum damnasset in conceptione matris,
Probasse in illa videretur, quod damnavit in omnibus.
Quam in sua non admisit carne maculam,
Nec in matre, unde carnem sumpsit, admisisse credendus est.
Ne summa puritate aliquid purius statuamus dari.

XXIII. *En paradisum, at ignotum iræ, maculæ.*

PARADISUS SINE MACULA. *Procul hic serpens.*

Paradisus in terra visus est novus,
Cùm desiisset videri antiquus.
Eva quidem in utroque, sed in illo nullus serpens,
Illic Eva mutabilis, pura nascitur, impura moritur:
Hic immutabilis, purum occasum cum ortu sociat.
Illa deliciarum hortum in ærumnarum vertit exilium.
Hæc ærumnarum exilium, in hortum deliciarum.
Quàm felix mutatio,
Quâ per mulierem instauratur, quod mulier destruxerat.
Non credis?
Corrigendus erat pararadisi error, paradiso altero:
Eva prima per Evam secundam,
Adam per Adam restituendus alterum.
Ut Deus hoc faceret, *nova fecit omnia*:
Eva convertitur in Ave.
Maria fit Dei paradisus, ideò locus non erat serpenti.
Nec *iræ*, aut *maculæ*.
Ipse novus Adam in hoc paradiso deliciari voluit,
Suâ conditum industriâ
Iratsi sibi potuisset Deus, si labem admisisset:
Cùm aliena plantari manu non posset, quàm sua.

Aut

Aut igitur errant, qui Mariam cum macula fingunt:
Aut erravit factor Deus.
Tuum lector, exspecto judicium;
Sed non sine judicio.

XXIV. *Euge porta mirae lucis, animata, munda.*

PORTA LUCIS. *Procul inde tenebrae.*
Portam orientalem semper clausam
Sacrae commendant literae.
Lucis haec porta erat, soli tantùm Soli pervia:
Ut ab ipso hanc lucem ortu excepisse intelligas,
Ad occidentem non spectabat:
Ut cognosceres, nullum illi cum tenebris commercium.
(Et *quae societas luci ad tenebras?*)
Deus ipse in macrocosmo *divisit lucem à tenebris:*
Et in microcosmo haec non diviserit?
Vix credibile:
quando illum corporeo tantùm illustravit sole:
Hunc etiam mundum seipso.
Sol tenebras non patitur, quae nihil sunt,
Et Deus peccati ferat tenebras, quae sunt omne malum?
Magnum in orbe chaos tenebrae:
Immensum in Matre chaos peccatum!
Facesse omnis caligo, porta lucis est Maria.
Quisquis hanc non videt, in tenebris est.

XXV. *Tu Diva Regina, nempe Rosa immaculata.*
Rosa pivea, immaculatu, anguem perdit.
Rosa punicea, munda, mira & alma viget.
I age Rosa intacta veprium, almè munda.

ROSA. *Quae spina careat, rara est.*

Qui Rosam florum *Reginam* fingunt,
nil fingunt inscitè.
Qui Deiparam Sanctorum Reginam Rosae immaculatae parem,
fingunt minus
Rosa florum pulcherrima, Virgo Reginarum formosissima,
Hoc tamen cum Rosis dissimile habet,

Quod

Quod careat spina.
Neminem lædit, nec inimicum quidem, nisi obstinatum,
Cui majus infligere vulnus non potest,
Quàm quod ipse infligit sibi,
Cùm maximè amabilem oderit.
Qui flore illius immaculato gaudent, spinam non sentiunt.
In flore spina deest, in solo reperitur avorum caudice.
Ne igitur hic spinam quære, aut querere;
Cùm purum exhibemus florem.
Intacta veprium Rosa est, non potest lædere,
Nivea, quia excellit puritate,
Punicea, quia charitate.
Lædere itaque neminem vult, cùm læsa nunquam fuerit.
Quisquis enim illam obtrectator conatus est lædere,
Læsit seipsum, ultor sui, intactâ hac Rosâ.

XXVI. ANAG. *Procul anguis à me, una Mater Dei amati.*
Casta Mater, pura Diva anguem elimino.
Ruat anguis amarè: immane caput elido.
Periit anguis coram Eva, munda & alma.

SERPENTIS CAPUT CONTERENS. *Vis pedibus suppressa, jacet.*
Decepit serpens mulierem,
Deceptus à muliere est.
Astutus, qui vicit, per astutiorem victus est.
Non semper succedunt fallaciæ.
Insidiatus anguis mulieris calcaneò est:
At dum supplantare aggreditur Virginem,
Supplantatur Virgini, tritumque subdit caput.
Illustriorem orbis victoriam
Armata nunquam celebravit in Virgine!
Amazones cingulum ponant, & arcum & spicula;
Sicam Juditha, & clavum Jahel;
Quanquam potentûm capita ab his strata jaceant.
Plus bellorum uno in angue confectum est.
Draconem Jason opprimat, & Alciades hydram,
Tot ille sociis, hic armis fretus.
Viros Virago, inermis armatos vicit.
Plus ad victoriam ponderis
Uno hæc in pede, quàm corpore reliqui adferunt.

An tu hanc serpentis morsum sensisse existimas,
Quæ sic contrivit caput?
Pendentem in arbore suo Eva insultare capiti
Impunè nimium passa est.
Præoccupavit Virgo jacentem in terra;
Ne præoccupata capiti metueret.
Ne pestiferos cum Eva exciperet sibilos,
Elisit compressum guttur.
Et facilè despexit serpentis obnixi spiritus,
Quæ Spiritum suaviorem auditura erat Dei.
Si quæras igitur serpentinas in Virgine maculas,
Sub pede quære, non in corpore.
Premi ab angue non potuit, quem sic oppressit.

XXVII. *En Mater amata, Diva pura, signum cœli.*

SIGNUM COELI. *Spectabile terris.*

O spectabilis cœli pictura,
Astris coruscans melioribus, signum cœli!
Quo te, imperitus siderum censor, dicam nomine
An Helice, seu Callisto es, tuâ quam habes pulchritudine
Jovi dilecta, neque alteri præter hunc cognita?
An Cynosura forsan naurarum in cœlo Pharos,
Jovi quondam designata supremo nutrix?
An corona, quâ ductrice penetravit inferos,
Bacchus Ariadnæ redemptor?
An tadiosa Orphei lyra, quâ instructus Vates,
Cerberum, Plutonem, totumque incantavit orcum,
Reducta ad carmen Eurydice?
An Aquila Jovis ales, quæ Ganymedem cœlo intulit?
An Cassiopea, cui raptæ cœlum vincula
Injecit, ob formæ decus, terrâ majus!
An Virgo Astræa, quæ aureum in astra seculum
Secuta, cœlis, quàm terris visa est dignior?
Par omnibus una es,
Virago astrorum decus: te circum famulantia
Suplices inclinant radios sidera.
Eadem in oriente Bosphorus, in occidente Hesperus
Cynosura errantium, Helice amantium,
Lyra ab inferis redeuntium, Aquila in astra transeuntium,

Coron-

Corona in terris de tartaro triumphantium,
Astræa regnantium in cœlis.
Quia tota pulchra, pura, suavis, aurea, cœlica,
Terrenæ nihil ab origine labis admisisti.
Quia signum es cœli incorruptibilis.
Ille qui tertiam traxit partem stellarum Draco,
Te non attigit,
Cùm jam attritum in terra caput,
In cœlum non posset erigere.

XXVIII. *Tu regia purè munda, anima amicta sole.*
Amicta sole, Luna munda, Mater puri Agni.

SOLE AMICTA MULIER. *Sic vestit olympus.*

Præclara vestis
Quæ aureis solis radiis contexitur!
Quàm pulchrè in hac graderis filia Principis!
Vilescunt oculis Regum purpuræ,
Sordescunt Imperatorum trabeæ,
Reginarum pallæ contemnuntur:
Quando rutilum hoc solis paludamentum intuemur,
Regalia longè Virgo ornamenta vincit.
Quando Sole solo amicitur.
Hoc decus vetustas nulla atterit,
Nulla tinea consumit,
Nullæ sordes aspergunt,
Nulla fœdat macula.
Nisi tota cœlestis mulier esses,
Hæc te vestis nequaquam cingeret,
Miror esse, qui tuâ hac in veste inquirant labem,
Hoc est, in sole maculam.
Aquilæ non sunt, sed vespertiliones, quibus sol obscurus est.
Defectum in oculis adferunt, non reperiunt in luce.
Sol & Maria tenebras nescivit,
Et in ortu quidem.
Radios orienti citiùs soli detraxeris,
Quàm gratiam puritatis Mariæ.
Quòd illos moralis sol fundat; hanc immortalis,
Noctem illa ferre non poterat,
Quòd sole vestita & astris coronata,

Astra Soli, hoc est noctem diei conjungeret,
Maculam sordesque immunda non sustinebat.
Cùm mundum lunamque calcaret altior.

XXIX. *Templum Deisum, arca ignota notat Ave.*

TEMPLUM DEI. *Concede Deo.*
O templum Jerosolymæo illustrius.
Cùm hic verè *præparetur habitatio soli Deo* !
Arcam huic templo non infert Deus ligneam,
Sed seipsum in carne exhibet;
Quæ nullam metuit putredinem.
Incomputribile Arcæ lignum vix credimus,
Nisi in figura carnis Virgineæ.
Præter quam nihil incorruptum & æternum novimus.
Ipse etiam cœli, velut ære fusi, pereunt.
Hoc templum, & hæc arca nunquam corruent.
Et quid ni Deus, incorruptus cùm sit,
Templum sibi condat incorruptum.
Cui nec artificium deest, nec materia?
Procul ab hoc templo, quidquid profanum est,
Hic fori tumultum sordesque non patitur Deus.
Procul hinc columbarum cortes, quia sordidæ:
Procul mercatorum artes, quia fraudulentæ:
Nihil, neque fraudulentum, neque sordidum hîc fovet
Candor lucis æterna hoc templum irradians.
In sole etiam atomi notantur.
In Maria labes minima, maxima est.

XXX. *Ego ceu turris animata, munda, almè pia.*

TURRIS clypeis cincta, *Munita, munit.*
Celebrata in sacris monumentis turris Davidica est.
Mille circummunita clypeis,
Hostili impervia ingenio, ferro impenetrabilis.
Hæc umbra Turris parthenicæ fuit,
Et rudis conceptus operis.
Diviniori condita est hæc turris manu,
Ecclesiæ propugnaculum,

Quod

Quod nulla vis hostilis occupatum tenuit,
à prima inviolatum origine,
Soli patens Verbo patris æterno, impervium ceteris.
Angelico mortalibus digito signatum olim,
Ut plurium esset præsidium.
Gana turrim nemo defugiat, captivum non tenet,
Nisi aureo amoris vinculo.
Munit receptum mille circum clypeis.
Et una millenis tutandis sufficit.
Quisquis discrimen vitæ, hanc adi in vita.
Et nec in morte tibi est defutura,
Sine morte hanc subiturus, cùm tenueris arcem vitæ.

XXXI. *Ego sum via lactea, meritò digna, pura.*

VIA LACTEA. *Summa, sed invia non est.*
Quidni Viam esse dicamus, de qua Via processit,
Cùm simile à simili prodeat?
Viam rectam, quæ nulla iniquitate est devia?
Planam, quæ nullis affectuum scrupulis hæsitat?
Lacteam, non ficto Junonis lacte, quo pavit Herculem,
Sed verâ integritate, quâ placuit Deo?
Virtutum illustratam sideribus,
Gratiarum plenam lumine.
Nullâ unquam obscuram caligine?
Viam, quâ & Deus incessit ad humanitatem,
Et homo redit ad divinitatem?
Quisquis, ò mortalis, cogitas immortalitatem,
Hanc viam tene, quam ipse Deus tenuit,
Hac ipsa ad nos vita transivit viâ.
Ne igitur illam amittas, hanc non desere,
Quisquis lacteam hanc terit viam,
In terris licet versetur, in cœlis ambulat.

XXXII. *O vitis amata, germen dulce, anima pura.*
Vitis magna, pura, jam alo nectare Deum.

VITIS. *In vite vita est.*
De vite magna, vitis est vera Christus;
Nos utriusque palmites.

Succum á radice eundem gratiarum trahimus,
Et quo *Deum* Virgo *pascit nectare*, pascimur.
Inter Matris ubera, & nati vulnera,
Dilecti rubicundi ac candidi.
Astyages de ventre filiæ vitem surgerere miratus est,
Cujus sub umbram tota se reciperet Asia.
Nec vanus in Cyro Nepote somniator fuit,
Cùm tori dominatus est Asiæ.
At quæ de ventre Virginis, ceu vitę matre,
Processit vitis, orbem complexa est integrum.
Et in vite vitam præbuit.
Amata certè *vitis*, & *germen dulce*.
Tua in umbra, quàm plena est securitas!
Admittis omnes, solus sub illa serpens
Latere, nisi contritus, nunquam potuit.

XXXIII. *Vitalis unio, gemma amanda, certè pura.*
Clarus unio, & Dei gemma, animata, pura.
Vnio lucis, & gemma pura, manè radiata.

UNIO. *Par pluribus unus.*

In anulo æternæ divinitatis clarus unio.
Unigenti Dei humanitas est sumpta de Virgine.
De claro unione clarus prodit unio,
Utrique pro sole lux divinæ est gratiæ.
Non nisi unus in concha unio est.
Quem mare non inficit, quamvis efficit.
Maria sola in mari hujus mundi illibata,
Vitalis sanè *unio*.
Et tantò magis unio, quòd uniat,
Mortalibus immortalia, Deum homini.
Vitam morti, & mortem vitæ,
Naturæ & amoris divini nexibus.
Hæc veræ lucis unio, nullâ fuscata caligine,
Cùm ipsam iutra se concluserit lucem,
Nihil unquam obscurum pertulit.
Unus, inter tot lapides unio,
Mundi in obscuro mari, cœlesti fulgurans sole,
Quo immaculatè concepta radiat.

MARIA

MARIA VIRGO DEIPARA AB ALEXANDRO VII. Pont. M.

Sine macula conceptionis agnita. An. *1661.*

XXXIV. ANAG *Agnita pura maculæ à montium fidere.*

SIDUS COELESTE. *Clarum effulget sub fidere sidus:*
Superis faventibus, & trepidantibus Inferis,
MARIÆ puritas clariori effulsit luce,
Quando in sede Romana Senense exortum est sidus,
Gentilitio Chisiorum eductum stemmate.
ALEXANDER PONTIFEX DIGNISSIMUS.
Rectè, auspicatò, pie.
Nam sidera à sideribus radios hauriunt,
Et communicatum mundo lumen communicant:
Illustrantur & rursum illustrant:
Sidus esse debuit, quod detersa mundi caligine,
Cæcutientes ad Marianæ conceptionis exortum pãderet oculos,
Ut *maculæ puram* agnoscerent, absterstis à mente maculis.
Hanc *stellam matutinam* non Veneris, seg Virginis dicerent,
Quæ exoriens non adferret, sed auferret tenebras,
Auroram sub caligine, sine caligine,
Lunam ignorantem maculas.
Arcum cœlestem qui puris irradiatus coloribus,
Nihil atrum nubilumque in mediis ostenderet nubibus.
Aulam Dei omnibus innocentiæ ornamentis splendidam,
Arcam Numinis, quæ gratiarum thesaurum omnem conderet.
Aurum fulgens, quod metallorum puritatem vinceret,
Impleret, pauperum in spiritu, sinum.
Civitatem Dei, quam nunquam hostis invaserat.
Domum auream, quam nulla teredo vitiaverat.
Gemmam orientalem immaculato decore fulgentem,
Ianuam cœli, quæ Diabolo nunquam patuit.
Imaginem Dei suo simillimam prototypo.
Margaritam cœli, nunquam porcis inter sordes projectam.
Olivam pacis, nunquam inimicitiis cum Deo obnoxiam.
Palmam integerrimam, nullo onere peccati depressam.
Paradisum, quem serpens nunquam subiit,

Rosam, quam nulla peccati spina sepsit.
Vitem, quæ labruscas non tulit.
Et ne quid in puritate desit gloriæ.
Amictam sole mulierem, coronatam sideribus, ipsum sidus,
In qua si quis tenebras culpaverit,
Ipse in tenebris est.
Aut non videt, aut invidet immaculatæ conceptionis gloriam.
Hæc semel, cum hoc sole exorta, nunquam occidet,
Procul noctuæ, & cœcutientes oculi.
Hoc nisi à purgato lumine, lumen spectari nequit.
Alexandri suo sub sidere, hoc sidus vident.
Faveamus & applaudamus;
Quia non parva est gloria,
Hanc in Dei parente Virgine
MARIA agnoscere gloriam.
Moriatur sine macula, qui hanc sine macula veneratur.

AMEN.

Liber VI.

De figuratis imaginibus Emblematum, Hieroglyphicorum, & Ænigmatum. Quibus praxis in fine communis additur.

CAPUT LIII.

De natura Emblematis eiusque à reliquis fig. imaginibus, distinctione.

AD Emblematis naturam propius investigandam accedimus, quæ quidem iis, qui superiora jam animo complexi fuerint, haud difficilis futura est. Etymon ac vim nominis suprà exposuimus. Materiam eidem, prout amplissimè sumitur, illam omnem tribuimus, quæ præter symbola figuratis imaginibus servire poterit, quin & eædem comparationes, quibus symbola constituuntur ad emblematis compositionem, tanquam pars aliqua veniunt, lemmata cum symbolis requirere, tradidimus; nisi fortè ex multarum partium compositione, aut etiam rerum notarum imagine, ita certæ significationi adstringantur, ut vagæ dubiæque expositionis manere nequeant. lemmata enim imaginibus tantùm finiendis circumscribendísque adhibentur. I.

In emblemate figura rei intelligentis ad intelligens compara-

Denique à symbolis emblemata eò potissimùm argumento separavimus, quòd hæc translationem toto diversam genere, ab intelligente videlicet ad intelligens, contra quàm symbola, contineant. Quocirca ubi hæc defuerit, inter alias figuras præcipuum obtinere locum, ac veluti imaginis figuratæ substantiam capûtq; oportebit

ta præcipuum locũ obtinet, cui figuræ aliæ symbolicæ, aut hieroglyphicæ (si adiecta fuerint) subserviant.

tebit constituere, ceteris figuris proprietatum accidentiúmque vicem subeuntibus. Ita tam metonymicæ, quàm metaphoricæ notæ omnes (quas in figurarũ censum suprà admisimus) interque eas tam symbolicæ, quã hieroglyphicæ, in emblemate, principi, rei intelligentis figuræ subserviunt. Et verò rationi etiam congruit, ut figura, quæ dignitate ac specie præeminet, principem in significando locum sortiatur, adeò quidem, ut siquæ inter intelligentes quoque illustrior sit reliquis, illi prærogativa ante alias significandi competat, nisi fortè ipsa officii genere, ut v.c. minister hominis Angelus, posteriorem in significando locum sortiatur.

II.

Inter plures intelligẽtiũ figuras præfertur officio, aut ætate dignior: quia ars naturam sequitur.

Hæc igitur prima esse debet emblema figurantis regula; naturæ ac dignitatis ordine progrediendum esse: ars enim simia quædam naturæ est, ejúsque lineamentis, quàm proximè, inhæret. Altera est, ut quæ adjunguntur, aliquo aut ordine, aut etiam actione ad figuram præcipuam referantur: cùm enim ad rem unam suis adjunctis exprimendam spectent, ipsius quoque unitatis quædam in figuris imago exhibenda est, siquidem ex rebus dissolutis nemo unum quid rectè collegerit, quòd imaginis non obscuræ vis tota in repræsentando sita sit. Erraverit igitur, qui e.g. nautas in mari periclitantes tempestate proposuerit, simúlque in terra securim ad radicem arboris adhibitam: licet enim in expositione ac significato illa cohærere possint, ut si per nautas homines inter mundi discrimina constitutos intelligas, atque extremum illis diem per securim ad arborem positam imminere significes: cùm tamen nulla in protasi ac figura connexione sese invicem spectent, unitatem in apodosi expressam non exhibent. Sed facili opere hanc in illo emblemate connexionem inveneris, si eodem vento & navem jactari, & arborem everti finxeris. Verùm hæc enucleatius tractabimus, ubi de compositione emblematũ agetur. Nunc paucis videndum, quâ ratione ab hieroglyphicis & ænigmatis emblemata differant.

Omnes figuræ connecti inter se ordine aliquo naturæ, aut actionis debẽt; ut unum sint in figura, quæ ad unũ referri sensum significatumque postulant.

III.

Hieroglyphica, vi nominis, sacræ cujusdam rei figurã designant. Quod Ægyptii olim, *ut Philoludæus. Clemens Alexand. Diod. Siculus & alii,* velis quibusdã atque involucris figurarum, rerum sacrarum abdita conderent,

derent, ut obscuritate illâ vulgi cognitione subtraherẽt, venerationémque rebus incognitis facilius præstandam conciliarent. Unde & sphinges ab iis in templorum aditu collocatæ. Sed & Philosophi, quique aliquam rerum naturalium præ reliquis cognitionem assecuti fuerant, ad ejusdem admirationem in vulgo concitandam, iisdem figurarum tenebris sua abdere cæpêre, cujus sapiẽtiæ cum paucis communicandæ gratiæ necesse fuit, in certas figuratum notas, ac veluti elementa hujus disciplinæ constituenda, plures conspirare. Hæc signa fuêre passim ex rebus creatis petita, quæ sæpe non tantùm literæ unius aut vocis, sed integræ etiam sententiæ exprimendæ vim haberent, sic coturnicis os pictum rem firmam tutamque designbat. Accipiter passis in aëre alis, ventum; auris picta, futurum opus: duo homines Magistratus ornati insignibus concordiam innuebant, &c. quorum tibi infra brevem catalogũ ex Horo dabimus. Ex quibus intelliges hieroglyphica omnium rerum figuras admittere, seu metaphoricæ sint, sive etiam metonymicæ: tum deinde significationem omnẽ, nec annagogicum minùs sensum quàm tropologicum & physico-allegoricum. Res enim & divinas, & naturales & morales Ægyptii per hæc signa exposuerunt, figuras verò non tantum à signis, privatâ consensione, institutis; sed etiam rerum naturalium similitudinibus ac symbolis petebant: ratius humanæ atque emblematicæ figuræ accesserunt, licet illæ non prorsus exclusæ sint, ut exemplo jam dedimus. Ne inscriptione aut lemmate opus esset: præstabant figuris certæ significationis à se institutis, quibus cæterarum in significando varietas restringi satis poterat.

Hieroglyphica, quid sint? quomodo inventa & usurpata, ab antiquis sapientibus, pro literis, velut elementa disciplinarum.

IV.

His observatis, facile discrimen inter emblema pressius sumptum, ut videlicet rei intelligentis ad intelligens comparatio est, tum hieroglyphica, suâ quoque restrictione sumpta perspicies: nam hæc primò materiæ ratione latiùs evagantur, neque ad præcipuum imaginis corpus tantùm personam intelligentem, verùm potiùs crebriúsque rem aliquam ex non intelligentium natura petitam admittunt. deinde non lemma aliquod figuram definiens, sed unum aut plura ex instituto signa, imaginẽ

Differunt ab emblemate, quòd rem quãlibet significare possint naturalẽ, mora

lem, divinam, ex qualibet etiam re creata figurâ cõjũgi, idq; sine ulla sua connexione lemmate plerumque non egeant, ex instituto tantũ non verò per similitudinem (etsi insit) ad significandum obscurè trãsferantur.

certâ significatione adstringentia, postulant, denique ipsa significandi libertate differt, cùm non ad mores tantùm, verùm etiam rei cujusque naturam explicandam adhiberi possit. Postremò metaphoricè & per similitudinem non significant, etiamsi illam in protasi includant, sed tantùm ex arbitrio & institutione hominum, hanc illis significandi facultatem tribuentium. Accedit quòd plurium inter se figurarum in protasi connexionem minimè requirant, verùm illa quæ in apodosi exhibetur, inter res figuratas, unitas sufficiat. Imperfectæ namque imagines sunt, quæ nec ordinis, nec unionis ratione habitâ confusè multa cogitantibus offerunt, ut deinde ingenio atque arbitrio exponentis, nullo figuræ intuitu, suis locis ac vinculis mandentur. Hisce igitur, quamvis lemma adhibueris, hieroglyphica manebunt, licet symbolicas aut emblematicas figuras contineant. Ejusmodi non pauca veterum Heroum symbola ex Typotio lib. 4 dedimus, ut illud Caroli 3. Sabaudiæ ducis. Ubi hinc manus in orbe sociatæ, illinc inter serpentes aquila, quibus inscriptum: *Fide & consilio.* Tum illud Beatricis Portugallensis, quod tres faces sub corona uni leoni obiicit, cum lemmate. *Istis*, scilicet fide, spe, & charitate, me insanè amantibus, pro cœlesti corona, opponam.

V.

Porrò evenire poterit, ut in figurata imagine nil, præter signa ab instituto, exhibeatur, tunc præsertim, quando figuræ propositæ non ad mores, sed rerum physicarum naturam explicandam adhibentur, quo casu purè erit hieroglyphicum, atque in censum imaginum moralium ne quidem admittetur, quamvis apta similitudine ad significatum transferatur, ut cùm serpens in orbem collectus, & quotannis innovatus mundum refert, neque minus purè hieroglyphicum censebitur, quando ad mores quidem referetur, verùm similitudine per quam transferatur, destitutum erit, longè enim aliter hæc eruditi, ut explicatè lib. 4. tradidimus. Quare & instrumenta artium omnia, artis, quam spectant, loco usurpata, & hominis membra, veluti naturæ instrumenta, pro suis acceptâ functionibus (quia tanquam ex instituto significant) hieroglyphicis annumeranda sunt. Nihil enim interest, recens an vetus institutio fuerit, modò

Instrumẽta artium prout earum quadam sunt signa, etiã

ratio

ratio significandi figuratè eadem fuerit, pro figura tamen præcipua deservire nequeunt, sed tantum reliquis circumscribendis apponuntur. Certa enim omnibus sūt, & significandi ratione necessaria, ut neque ingeniosæ locus inventioni, neque doctæ conjecturæ relinquatur. Unde & facilè patet emblemata ab hieroglyphicis, & materia, & repræsentandi facultate, plurimum differre. cū illa principem semper figuram, ab intelligente natura postulent, & cum unitate figuram non nisi per similitudinem, ac translationem minimè audacem, aut remotam clarè significent, moresque nostros ad virtutem informent. hæc ex quavis materia, ad quidvis ex instituto absque similitudine obscurè significandum usurpentur, idque ut plurimum, sine unitate figurarum, dissolutè.

hieroglyphicis accenseantur quamquā præcipua figura locum non obtineant, quia clara sunt.

De Ænigmate ænigmaticè satis autores loquuntur. Fabius, Diomedes ac Donatus Grammatici ajunt: esse *Obscuram sententiam per occultam rerum similitudinem enuntiatam*. Prestius de ænigmate Aristoteles *lib. de re poet.* & Averroes sentiunt. Αἰνίγματος γὰρ ἰδέα αὕτη ἐστὶ, τὸ λέγοντα τὰ ὑπάρχοντα ἀδύνατα συνάψαι. *Ænigmatis forma est, dicentem quæ insunt impossibilia copulare*, inquit Aristoteles. cui Averroes, in hunc sensum adstipulatur. *Comprehendit*, ait *sententias, quarum connexio impossibilis videtur, eoque difficulter redigitur ad certum aliquem sensum naturæ consentaneum.* Priores illi ænigma obscuriorem esse volunt allegoriam, adeòq; obscuritatem ejus à remotis metaphoris, aut etiam metonymiis nasci asserunt. Posteriores, extra tropos, quoque in verbis rebusque propriis modò pugnantia, quæque sociari nullo modo posse videantur, contineant, ænigmata admittunt. Quorum hic quidem, cùm de sola oratione agitur, (ut ab omnibus fit) rectiùs mihi sentire videntur, atque ænigmatis, ut ab allegoria distinguitur, naturam propiùs exponere: cùm multa circumferantur ænigmatica, in quibus similitudo nulla appareat, ut illud Platonis apud Crinitum. Vir non vir, videns non videns, avem non avem, sedentem non sedentem, in arbore, non arbore, lapide non lapide, perculit non perculit. Id est homo eunuchus qui luscus erat, vespertilionem sambuco insidentem pumice perculit, ita tamen ut non caderet.

VI. *Ænigma quid sit, & quemadmodum, tam varietate, quā obscura ratione, per similitudinem licet significandi, ab emblemate differat.*

caderet. Talis enim & vir dici sensu uno, & negari altero poterat, ut avis vespertilio, sambucus arbor &c. Deinde Virgilianum illud: *Dic quibus in terris &c.* ænigma habetur, licet verbis exhibitum propriis. Verum nos, qui de figuratis ænigmatibus agimus, quique non ore tantum, sed & penicillo atq; imagine exponenda sectamur. Fabii ac Diomedis descriptionem magis probamus, neque enim in figurata imagine res propriæ seipsis, sed in alia figura repræsentante exhiberi debent; quod, an, præter similitudinem aut metaphorã, etiam metonymiæ præstent, infra de ænigmate suis exemplis declarabitur, ubi etiam constabit, neque unitatem figurarum in protasi; neque significationem eorum ad mores tantum ethicámque disciplinam arctari, quæ cum hieroglyphicis habent communia, ab emblematis diversa. Cæterùm ænigmata obscura suo ingenio esse, omnium consensione acceptum est, quâ nos etiam notâ ab emblematis, & symbolis, quæ clara esse debent, separamus.

VII. *Emblematis definitio.*

His constitutis, emblema facilè circúscribes, atq; à reliquis figuratis imaginibus separabis. Est enim *Imago figurata, ab intelligentiũ rerũ natura ad mores vitamque rei intelligẽtis uno conceptu clarè exponendã trãslata.* Per hoc igitur, quòd ab intelligentium rerum natura ducatur, & à symbolis differt, quæ à rebus non intelligentibus petuntur; & ab hieroglyphicis, quæ non ex rerum naturâ, sed instituto sumuntur, per hoc verò, quod clarè exponat, ab ænigmatis distinguitur, cæteras differentias: ut quod emblema semper ad mores, idque uno conceptu, & translatè, referatur, prætereo: quia ab omni, vel hieroglyphico, vel ænigmate universè non separant. De lemmate etiam inscribendo nihil adiicio: licet enim emblema ac symbolum communiter requirant lemmata: hieroglyphica verò ac ænigmata reiiciant; tamen siquis definitæ satis significationis symbolo vel emblemati lemma negaverit, aut non satis finitæ hieroglyphici vel ænigmatis imagini dederit, nihil abs re facturus est: cùm solùm lemmatis officium sit, incertæ repræsentationis figuras adstringere, atque obscuritatem iconis illustrare, quod munus plerumque hieroglyphica ex se finita, & ænigmata per se obscura aversantur.

Emble-

Emblema, nonnulli explicatum versibus Ænigma; alii quamcunque figuratam Imaginem, subjectâ oratione expositam, asserunt: nec proinde aliter, quàm solá expositione ab Ænigmate, aut symbolo etiam differre. Verum hi falluntur: ut de symbolo quidem supra ostendimus, de Ænigmate etiam cuivis facilè politioris Minervæ homini suadebimus. Siquidem expositio figuræ subjecta ejus natutam rationémque immutare nequaquã poterit; ut quod ante obscurum ex se, arduúmque intellectu, illud, post expositionem, tale esse desinat. Certè aliud nihil hæc efficit; quàm ut ab aliis cognoscatur, ante fortasse incognitum: quod imagini prorsus extraneũ est. Sicut discussa vento nubes solem nobis reddit conspicuum; propterea nec re, nec nomine alium. Sive enim discussâ sol nebulâ nobis affulgeat, sive etiamnum obscurus lateat: unus ille idémque est, & cognitus & incognitus. Ita, sive expositione suâ, velut disiectis tenẽbris, innotescat imaginis significatũ, sive usitatâ obscuritate tegatur, Ænigma manet: non minùs, quàm elephas manet elephas, sive ille muto spectaculo ignorantibus sive agnoscentibus clarâ oratione proponatur.

CAPUT LIV.

Quæ materia emblematis, quæque eius forma?

I.

Personæ fictæ metonymice pro effectis usurpatæ etiã præcipuũ in emblemate locũ occupare possũt: quia suffi-

NE quis existimet emblemata inter angustos nimiũ arctari limites, si à rebus tantùm intelligentibus petantur. Latissimus omninò est campus, quique per omnes humanæ vitæ actiones sese explicat, neque solius naturæ limitibus continetur, sed per omnẽ quoq; artis fabularúmque ac fictionũ disciplinam, quæ potissimùm circa naturam intelligentem, eius mores actionésque imitatione efformandos, versatur, latè evagatur. Huc ex libris superioribus quàm multa, ex tertio pleráque spectant, præter ea, quæ suâ obscuritate ænigmatis accensentur. Per singulas incedere materias, ut factum in symbolis, prolixum nimis, ac penè inutile opus futurum est.

Hæc

cit res in nostro conceptu existere.

Hæc regula universim suffecerit, quidquid similitudinẽ aliquam ductam à re intelligente continet, si nimiũ obscura & remota non fuerit, in emblemate pro figura etiã præcipua servire posse. Imò nec metonymicas illas excludendas esse, quas l. 4. admisimus, si adjunctâ aliquâ similitudine ex rebus quoque non intelligentibus ductâ exornentur. Ita enim fictæ personæ omnes lib. 3. propositæ, v. g. Virtutis aut voluptatis, adhibentur: cum affectionum & inclinationũ humanarum loco oculis subiiciantur, adeóque tanquam causſæ pro suis effectibus metonymicè usurpentur; verùm symbolicis signis, quæ veram aliquam similitudinem contineant, instructæ. Quod verò naturæ tales, causſæque eiusmodi inclinationum fictæ sint, nihil impedit. Satis est, ut alibi tradidimus, tale quippiam nostrâ concipiendi ratione possibile videri. Rerum enim existentia alia, quàm in imagine ac phantasia nostra, ad movendum delectandúmque non requiritur.

II.

Vt imago figurata emblematis, aut etiã alia, distinguatur à propria rerum; neq; subscriptione, neq; expositio, aut titulus aliquis explicans sufficit; sed, vel nota aliqua à natura rerũ aliena, aut inscriptio protasin ingrediens, debet adhiberi.

Una potissimum difficultas supereſt. Quâ ratione imago rei figuratæ à propria rerum per suas species exhibitarum imagine ita distingui possit; ut intuens agnoscat, & figuratam, ab historica (quæ res per imaginem propriam exponit, ut ovem per ovis, Regem per Regis speciem) discernat? Si enim in fabulis v. g. Bacchum pampinis redimitum in tabula exhibueris, si in moralibus rusticum sulcantem agros, si in historicis ad focum Scævolam, si in artefactis Phidiæ opus Minervam: quis dicet, an hæc autor propria esse velit, & historiam tantùm ita factæ fictæve rei proponere? an figurata, & diversum aliquod, ab historia talis rei, significatum repræsentare? Sanè expositione subjectâ præstare illa velle ridiculum sit, cùm hæc ipsam imaginis figuratæ naturam non ingrediatur, sed auctarii tantùm loco accedat, & minùs eruditis imaginis solùm vim exponat, non constituat. Quo argumento reiiciuntur etiã sententiæ sive lemmata subscriptionum Alciato ceteriſque emblematographis usitata, ut dum ille Bruto interfectori Cæsaris seipsum cõfodienti adscribit *Fortuna virtutem superans*: aut Ulyſſis sociis lotophagis hunc titulum: *In oblivionem patriæ*, hoc namque lemmate non satis à propria significatione ad

aliam

aliam transfertur, cùm proprium Bruto fuerit Fortunâ hac uti, & Ulyssis sociis oblivisci patriæ. Manet igitur, etiam cum tali subscriptione imago historicè tãtum exposita. Quare alibi idem Alciatus cautior subscriptiones, aut titulos non propriè, sed translatè in figura contentas subiicit; ut cùm hominem in compedibus exhibet, titulique loco addit. *In aulicos*, quod nimirum hi, instar ejusmodi hominis vincti, libertate suâ adstringãtur. Pari arte Tantalum fugacibus pomis inhiantẽ titulo *Avaritiæ* donat. Verùm quid hoc aliud, quàm explicationem brevem emblemati subiicere? Hæc igitur, uti supponit, imaginem jam in ratione emblematis figurati constitutam; ita & titulus ejusmodi non facere, sed reperire figuram debet. Quocirca reliquum est, ut ipsi imaginis protasi aliquid tale jungatur, quod ad metaphoricam significationem illam inflectat, notæque instar sit, ex quâ figurata esse imago cognoscatur.

Et hoc quidem duplici ratione præstari poterit, aut mutum aliquod symbolum iconi, aut vocalem inscriptionem adiiciendo. Priori usus est Alciatus, dum gulosum hominem ita depingit; ut collo gruis, juxta votum Philoxeni, emineat, tum deinde voracissimam avem latum manu teneat, posteriori Catius, dum acu pingentem in tabula exhibet, illíque inscribit, *Pungit, ut pingat*, vel *Ex vulnere pulchrior*: nam & illa colli longitudo ab homine aliena, & hæc gnome figuræ addita poësin & fictionem autoris declarant: quia figuræ seu imagini, utem propriam repræsentandi, indebitæ sunt, nullóque naturæ vinculo, sed solo concipentis ingenio alligatæ, quæ causa est, cur ipsam quoque protasin ad conceptum autoris exprimendum ingrediantur, uti aliæ suprà adductæ subscriptiones nequaquam faciunt, cùm ad apodosin, seu explicationem figuræ referantur. Unde hæc denique manet conclusio. Emblema, non minùs, quàm symbolum, semper inscriptionem postulare, quando nota, seu signum aliud, poëticè illud determinans non adhibetur, hoc verò adhibito, subscriptionem, quæ ad apodosin spectet, sufficere. III.

Figuræ tamen quæ se totis poëticæ sunt, ex fabulis antiquorum, aut novis fictionibus accersitæ, signa, aut IV.

Figuræ emblematũ ex poesi desumptæ seipsis fortè determinatò significãt.

notas ejusmodi non requirunt: cùm ex natura sua figuratæ sint atque ex poësi natæ. Hinc Bacchus suo in habitu seorsim absque aliarum figurarum societate exhibitus, non personam nobis Dei, quæ nihil præter figmentum est, sed vinum indicat. Icarus solutis à sole pennis ex alto decidens, superbi arrogantísque hominis elationem à Deo punitam; non talem personam, quæ reipsa fuerit, designat. Quæ causa, cui neglectis historiis (quarũ difficilior ad sanã poësim est applicatio fabulis potissimũ in suo emblematum opere Alciatus adhæserit, quas alio, quàm subscriptionis titulo donare necessum non fuit. Ad historias tantùm, & artefacta emblematis adhibenda, manere difficultas aliqua videtur, ut fusiùs aliquãtò de his infra disserendum sit.

CAPVT. LV.

De quatuor emblematum fontibus.

I. *Emblematũ gratia ex iisdem quatuor symbologiæ fontibus manat, de quibus supra.*

VTi symbola quæque venustissima ex quatuor elegantiarum fontibus hausimus: ita eandem emblematis gratiam ex his potissimum manare existimamus. Neque magnis ad hanc rem argumentis opus, ipsa nobis ratio manifesta dux est. Nam imprimis quod rara inter res diversas proportio, in pictoribus, in simulacris, in mimis theatrísque homines teneat, orbis loquitur universus. Zeuxis ita artis suæ elegantia delectatus fertur, postquam seniculam vivis adeò propriisque lineamentis in tabula exhibuisset, quibus ipsa in hanc tabulã senicula demigrasse, novâ metamorphosi, videri posset; ut profuso risu solutus animam inter cachinnos effuderit, *ut Cæl. Rhod. l. 4. c. 18.* tantùm apta rerum proportio valuit, ut quam alteri penè vitam arte dederat, sibi immoderato gaudio eriperet. (1) Hæc verò proportio, quãto in remotioribus sese rebus aperit, tantò semper illustrior. Unde *ut Plut. l. 11. de fortit. Alexandri*, admiranda est Stasicratis apud historicos memoria, quod insolenti artis suæ ostentatione Alexãdro magna pollicitus fuerit

1) *Amor sui vel cuique suum ulcerum.*

Athon

Athon montem in illius sese formam statuámque traducturum, ita quidem ut sinistra urbes aliquot, dextra flumen profundendum complecteretur: (1) Quid verò in hac re novum atque inexpectatum; præter ipsam rei tam disparis promissam convenientiam, ac convenientis disparitatem? Utraque historia est; neque emblema ullum aut translationem continet, quidquid gratiæ ac voluptatis habet; ex proportione conciliatur: ut facilè, quantum in figuratis imaginibus habitura sit venustatis, intelligas.

1) *Adulatio stulta.*

II. De oppositione quid dicam? simplici illa picturæ, fabulæ ac historiæ elegantiam tribuit: cur non magis imaginum poëti donet? En crassæ picturam Minervæ, cui tamen aliquis ab oppositione lepos. Pontifex cum clero in tabula adumbratus, hæc verba proferebat: *Ego pro vobis omnibus oro.* Cæsar dicebat, cum Electoribus: *Ego defendo vos omnes:* Rusticus cum sacco appositus: *Ego alo vos omnes.* Mors denique cum sica: *Ego devoro vos omnes,* quæ hic gratia, si oppositione destructâ hæc à se invicem separaveris? Geminum illud Coloniæ Agrippinæ in ædibus Civis primarii: 1. depicti sunt varii orantes in templo; in periculo ignis & naufragii, in eremo. 2. Consules in rheda, & ante cutiam libellos supplices à civibus acceptantes 3. varii operarii in officinis variis, præsertim librariis. 4. Jurisperiti magno ordine & pompa in equis, in fine mors omnibus minitans, subscripto lemmate: VORA: Distichum unicum singula explicat, singulis subjectum:

1. *Tu supplex ora 2 tu protege.* 3. *Túque labora*
4. *Túque trium vigili parta labore vora.*

Par in alienatis & allusionibus ratio. Chrysippus Tarsensis, *ut Laertius in vit. Phil.* Stoicæ assertor disciplinæ, ubi Asinum ficus edentem conspexit, tam alieno ab his animantibus facto usque eò ridendo progressus est, ut videre simul ac vivere desierit. (2) Ille, de quo in fabulis asino, qui ab ipsis victoribus denique, subjectis humeris, portatus est, nunquid admirationem simul & risum profusissimum est meritus?

2) *Inspecta movet.*

III. Quod si in rebus non figuratè aut emblematicè, sed

propriè atque historicè expositis, ornamenta, ex quatuor illis fontibus potissimùm hauriuntur, quis in figuratis illa non potiùs amet & admiretur? Exemplo res erit clarior. Heraclitus populo in civili dissensione remedium consiliúmque flagitante, *ut Plutarch de garrulit.* consensu suggestu, poculóque frigidæ sumpto, farinæ aliquid aspersit, simúlque immerso pulegio illud miscens ori adhibuit exhausitque, neque ultrà quicquam profatus, discessit. (1) Intellexêre omnes hanc de frugalitate concionem instrui, neque propiorem ad concordiam viam esse, quàm luxum opesque superfluas devitare, ac paucis quèmque contentum vivere. In hoc exemplo neque proportio, neque oppositio, aut quicquam alienum ab homine, nec denique allusio ulla quæ venustatem conciliet. Sua tamen illi est gratia ex hoc solùm capite, quòd figuratæ imaginis illa Heraclitii actio sit instituta. Verùm ex singulis fontibus lectori propinandum; parcè tamen, ne copia fastidium pariat.

1) *Frugalitate concordia alitur.*

Fons proportionatorum.

IV. In fontibus elegantiarum primum in symbolis locum fecimus, eis, quæ à proportione ducerentur, idem hic ordo maneat, sed brevior cùm & symbola emblematis tanquam pars aliqua accenseri possint. Illud sanè, quod Carolo V. Augustæ in Germania evenit, emblema fuit similitudine rerum, tanquam vivacissimis coloribus Imperatoris animo impressum, *de quo Michael Picard decad. poster. 9 c. 3. apud P. Henr. Engelgrave in luce Evã dom. 3. post pascha §. 2.* Convenerat unâ cum fratre suo Ferdinando ad eandem mensam, quando exhilarandæ conviv is adfuêre in aula comœdi fabulam aliquam lusuri. Hi, ut erant hæreticâ jam opinione sectariorũ depravati, novæ sectæ originem causásque non inelegans schemate in Principum oculis explicare aggressi sunt. Primum doctorali cultu habitúque sese in conspectum obtulit larvatus homo, quem notata à tergo inscriptio Joannis Capnionis sive Reuchlini nomine distinguebat, fascem ille lignorum inferebat aulæ, quam sparsim dissolutéque

solutéque abjecit, velut obvio cuique permissum. Successit in larva alius, qui, ubi sparsa per aream ligna, ut erant curva rectis confusa, comperisset, multo atque inutili labore ea componere unúmque in fascem cogere aggressus, denique indignatione, post frustratum laborem, plenus discessit, Erasmi Roterodami nomine insignis. Sub hæc religioso in habitu ingressus Monachus Lutheri titulo donatus, ardentes prunas ignémq; adferebat, quem lignis congestis subjecit, dum, post conceptam abundè flammam, & hic denique, velut defunctus munere, sese subduceret. (1) Adfuit subinde imperatorio vir cultu illustris, qui fascem igne flagrantem intuitus; ut vim ignis dissiparet, stricto focum gladio aggreditur: sed quò fodicat commovétque vehementius, hoc magis flammam invalescere conspicit; ut iccirco & ipse furore plenus, sese, unde venerat, reciperet. Postremum habitu sese pontificio in hanc comœdiam larvatus infert, qui ad incendium consternatus, ubi procul aspiceret, de remedio solicitus, duas ex propinquo amphoras arripit, simúlque advolans extinguendo incendio, oleum, pro aqua, imprudens affundit, unde flamma etiam latius sparsa, quo damnum passura credebatur, incrementum accepit. Hæc imago figuratæ rei, & quasi protasis, cujus illa fuit expositio. Significabant Joannem Capnionẽ linguas artésque & veteris disciplinæ leges ac regulas, partim rectas; partim, ut ligna, distortas primùm Germaniæ intulisse. Adfuisse subinde virum magnæ eruditionis Erasmum Roterodamum, qui recta, distortis, id est, orthodoxæ fidei regulas, cum aliis, aberrantibus à veritate, suâ industria conciliare fuerit conatus, verùm operam perdidisse. Subinde Lutherum calidi magis, quàm callidi ingenii hominem, flammas, quibus bello & seditionibus orthodoxos heterodoxósque consumeret, injecisse, quas Imperator frustra se ferro, Pontifex diris & terroribus intentatis extincturos crederent, magis potiùs exarsurum his remediis incendium. Hæc comœdia utriusque Principis animam vehementer (ea vis fuit schematis) commovit, ut in autores diligenti, sed irrito labore inquisitum fuerit; cùm popularium fautorúmque umbrâ abditi tutíque delitescerent.

(1) *Lutherus hæresi per Germaniam bellorumque author.*

V.

VI. Non ignoravit eandem imaginis emblematicæ vim Persarum Rex Cyrus. Ille enim, ut suæ gentis animos ad Medorum, quibus serviebant, jugum excutiendum invitaret, convocatos populos, die integra, molesto labore in cædenda quadam silva occupavit, posterâ verò luce invitatos liberalissimis excepit epulis: (1) ac denique jussit ex animi sententia pronuntiare, quem ex utriusque diebus beatiorem existimarent? cúmque ad alterum diem, epulis lautum, omnium vota ac sententiæ spectarent. Me, inquit, duce parem occupare felicitatem in pace atque omni copia potestis, modò ferrum laboremque tantisper ad silvestrem Medorum gentem funditus exscindendam convertatis. Persuasit, & infestam Persis nationem subvertit. Animadvertis, opinor, vim huic figuræ à proportione imprimis provenire, ut se habebat silvestris agri laboriosa purgatio ad epularem posteræ lucis vitam: ita sese habebant dura militum & periculosa cum hoste certamina, ad jucundam post superatos inimicos quietem.

1) *Quies hostibus bello subactis exspectatur.*

VII. Exemplorum alia apud quosvis scriptores tantò major est copia, quantò inveniendi scribendique arte quisque præstantior tam in sacra, quam profana eloquentia. Laudem hanc à proportione meretur emblema illud, quod Homil. 15. D. Augustinus, non quidem penicillo, sed calamo ductum inseruit. *Quando*, inquit, *patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, ecce, spinã calcat pes, quid tam longe ab oculis, quam pes est loco proximus charitatis affectu? modicum pungit spina, per parvum locum tenet in pede; vide quomodo illuc convertuntur omnia membra* (2) Potuit ne charitatis, quæ nobis cum proximo jure intercedit, magis convenientem imaginem exhibere? Et Gregorius lib. 11. epist 10. quàm apto emblemate concionatores, quorum labor & oratio sine populi fructu est, solatur? *Æthiops*, ait, *niger in balneum intrat, niger egreditur; & tamen balneator nunquam accipit: ita & concionator si nihil profecerint auditores,* (3) &c. D. Bernard. in cœna Domini aptissimè sacræ scripturæ interpretem hoc schemate exponit. *Neque mater*, inquit, *tradit parvulo nucem integram; sed frangit eum & nucleum porrigit sic & ego vobis, qua clausa sunt, aperire debueram*

2) *Charitas proximi.*

3) *Concionator sæpe meriti fructum habet.*

debueram, [1] ut enim se Mater ad nucem habet, quâ parvulos nutrire cupit: ita orator, seu interpres, ad populum sacris scripturæ alimentis nutriendum. Quod si profanum scriptorem audire juverit, unus Ovidius instar omnium esse poterit. Quam pulchro emblemate mortem repræsentat *in Consolatione ad Liviam.*

1) *Occulta aperire docendo.*

Tendimus huc omnes: meta properamus ad unam,
Omnia jub leges Mors vocat atra, tuos

VIII.

Non dissimili à D. Paulo ingenio, qui cursores nos in stadio esse voluit. (2) Pœnas quoque ad reliquos à scelere absterrendos adhiberi ita non incongruè docuit. *lib 3. de Ponto.*

2) *Mors muta vita.*

Cum feriant unum, non unum fulmina terrent;
Iunctáque percusso turba pavere jolent. [3]

3) *Exempla pœna terrent.*

Illud de amicis, utile magis, quam honestum sectantibus, qui suos in discrimine deserunt *lib.* 2. *de Ponto* an inelegans?

Illud Amicitia quondam venerabile nomen
Prostat, & in foribus pro meretrice jedet. (4)

4] *Amicitia ex utilitate.*

Quanquam hoc simul ex alienatione suam gratiam habeat, de qua postea. Illud certè 4. Eleg. lib. ex proportione non ingratum.

Qua latet, inque bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus arguiturque malis.
Ars tua, Tiphy jacet, si non sit in æquore fluctus: (5)
Si valeant homines, ars tua, Phœbe, jacet.

5) *Virtus in adversis elucet.*

Non unum alibi exhibet, in relicet una, *de remedio Amoris.*

Sepe bibi succos, quamvis invitus, amaros
Æger, & oranti mensa negata mihi est.
Vt corpus redimas ferrum patieris, & ignes, (6)
Arida nec sitiens ora levabis aqua.
Vt valeas animo quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hac corpore majus habet.

6) *Patiendo roboramur.*

Fons oppositorum.

Verùm alium quoque Oppositorum fontem obiter

IX. delibemus, de cujus elegantia in symbolis fusiùs. Hic tamen exemplis illum quibusdam hujus loci propriis illustrare abs re non fuerit. Simplicius illud videri posset, nisi artifices haberet angelos, quod Episcopus Hermes, *in pastorali suo*, sibi per somnum objectum concepit. Vidit arborem vastam pulcherrimam, ex qua variis hominibus variæ, citra arboris jacturam, plantæ sunt distributæ; ab iis in terram missæ diverso prorsus eventu provenêre: aliæ sub ipsum statim exarnêre principium, aliæ folia, aliæ etiam flores complexæ, paucæ denique ad maturos fructus succrevêre, (1) Arbor S. Scripturæ imago, ex qua per oratores sacros variæ sententiæ, velut plantæ animis auditorum insitæ, verùm pro affectu cordium diverso exitus diversus fuit, paucis ad virtutem proficientibus. Non longè absimile illud, quo juvenem anachoretam expertus jam sacræ militiæ senex ad vitiorum extirpationem instituit, *ut est in vitis SS. Patrum.* Ad silvam omni arborum genere instructam duxit, simúlque recens plantatum surculum jussit vellere, parvo id factum negotio: teneriorem subinde arborem tempore aliquo radicatam educere jussit major, hic conatu opus, effecit tamen, denique ad grandiorem ductus, cui tempus molem radicémque firmarat: hic vix multo labore sudoréque id obtinuit, ut tandem, licet radicibus hinc inde relictis, cederet. Ad aliam jussus adhibere manus, ubi operam tempúsque frustra consumpsit, validioribus jam ætate radicibus vim omnem eludentibus. (2) An non aptè tibi ex oppositis arborum affectionibus hominísque conatibus ad vitiorum plantas tempori eradicandas instructus videtur?

1] *S. Scriptura cum fructu à paucis excipitur.*

2] *Vitia tempestivè ante consuetudinem eradicanda.*

Huc etiam facit, quod de Brenno Gallorum Rege Polyænus *lib. 7. Strateg.* memorat. Ille, ut suis expeditionem adversus Græcos suscipiendam suaderet, pro frequenti suorum concione Græcorum aliquot è vinculis subductos, vilissimo & cultu & habitu corporum, tenui imbellique rasos capite, sordidis in palliis, Diogenem alicui Philosophico, quàm militi propiores, eduxit. His verò objecit contra Gallos milites, speciosa corpo-

X.

rum

rum habitu, atque usitatâ in bellis armaturâ insignes, (1) dixisses squalorem cum elegantia, timorem cum fortitudine in comparationem venisse Tantumque hæc imago valuit, ut triumphi futuri speciem animis Gallorum ingeneraret Exemplum hoc à sola oppositione ornatum trahit, cùm figuratâ proportione parũ emineat. Licebit & hæc schemata tam à sacris, quàm profanis scriptoribus accersere. Ita non ineleganti comparatione D. Augustinus in psalmis Deum, electos suos adversarum rerum usu à mundi deliciis avocantem, nutricibus componit, quæ manimo treptis (ut vocat) ablactandis, ubera amatori succo illinunt, quo offensi parvuli ab illis resiliant. (2) Et in similem ferè sensum alibi inquit. *Serm. 59. Noveris aliquando furem avertendis pecoribus pabulum spargere, (3) & aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia revocare.* (4)

Profani autores huic etiam fonti materiam submistrant.

Avaro illud non ineptè tribueris; quod Naso l. 2. eleg. sic proponit.

Venator sequitur fugientia, capta relinquit,
Semper & inventis ulteriora petit. (5)

Quod verò tam vitijs, quàm virtute (quòd & ille Ephesini templi incinerator existimavit) innotescere aliquis possit, illo Ovid. l. 4. de Ponto expones.

Tam mala Therſiten prohibebat forma latere,
Quam pulchrâ Nereus conspiciendus erat. (6)

Si ab iconographis exempla postules: non longè abeundum. Patres Belgæ in sua primi seculi imagine, ut Religiosum exprimerent, exiguas opes projicientem quo majores reportaret, Piscatorem adumbrarunt, qui exiguo pisce hamum inescaret, ut grandiores caperet. (7) lemma additum fuit. *Sic perdere lucrum est.* Sic iidem ut docerent virtutis cœliq; viam multis difficultatibus obseptam, Mercurium in bivio veterum more proposuerunt, quod hinc florenti & lato, illinc spinoso & angusto se tramite aperiebat, (8) lemma additum: *hâc monstrat eundũ.* Nec inelegans Guil. Hesii schema, quo illam D. Pauli ad Heb. 11. sententiam exponit. Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non ap-

1] *Imbellis & generosus, quia corporis habitus quadam est animi imago.*

2] *Adversa à mundo avocãt.*

3) *Deliciis multi seducuntur.*

4] *Pœna paterna.*

XI.

5) *Avarus*

6) *Vitiis æque ac virtutibus innotescimus.*

7] *Opibus abjectis ditior.*

8] *Via angusta & lata.*

parentium. hominem enim exhibet, qui ex umbra sua motum solis diemq; suis temporibus observat, 1) lemma junctum, *Videt, quod non videt.* Alium eodem ferè argumento post umbraculum candelæ objectum proponit legentem, inscripsit. *Obscura lux oculos juvat, gravat expedita.* nempe ad meritum facit obscuritas.

1) *Fides de rebus obscura est.*

Fons alienatorum.

XII. Nonnulla quoque ex fonte alienatorum hauriendæ sunt, ut quæ gratiam imprimis merentur. Offert se hoc loco rarum cum prudentia judicium Regis Thracum Ariopharnis, *ut Diodor Sicul lib. 2. hist* qui cum à tribus Regis Cimmeriarum filiis, de regno paterno contendentibus, Judex omnium consensione electus esset: ut litem dirimeret, Patris cadaver sepulcro erui, arbori alligari, & scopum esse jussit: arcum deinde ac tela quemque filiorum expedire: eâ lege, ut qui propius cor parentis sagittâ confixisset, Rex haberetur Primogenitus guttur, medium pectus alter, corde adhuc procul, contigerat. (1) Tertii jacula dum exspectantur; abjecto ille arcu, regno se abire malle, quàm paternum corpus violare plagis. asseruit. (3) Tum Rex. Tu enim verò es, qui regno te dignum, istâ tuâ pietate ostendis. Macte, & meo judicio, & tuâ virtute sceptrum cape. Nimirum amoris ille sagitta proximè cor patris ferebat, qui sagittas abjecit; regno dignus, quòd ex reverentia patris regnum contemneret.

2) *Patre & regno indignus filius.*

3) *Patre & regno dignus*

XIII. Illius hic etiam figuræ in mentem venit, quâ Deus D. Arsenium instruxisse fertur, *ut est in vitis SS. Patrum.* Vidit primò hominem, qui cùm lignorum sarcinam, jã humeris laturis majorem, experiretur, aliis tamen aliisque lignis accumularet: (4) & hic insani peccatoris, scelera sceleribus, procrastinatâ pœnitentiâ, accumulantis, imago erat. Alium subinde haud procul conspexit in vas pertusum aquas congregantem, irrito labore, cùm affusæ mox diffluerent; [5] schema erat operantium cum virtute, sed ad quamvis occasionem bona collecta profundentium. demum alii mutuam opem operamque trahibus ad templi ruinam instaurandam ferendis rectè colloca-

4) *Scelus sceleri cumulans.*

5) *Virtutē collectam, effundere.*

collocabant, verum ad ipsum templi aditum, ortâ contentione, uter prior subiturus esset, substituerunt præpediti. [1] erantque illi qui ad salutem suam aliorumque curandam seduli, arrogantiâ tamen, submissionisque neglectæ vitio, cœlo prohiberentur. Dignum sanè emblema, quod artifices superos, hominesque æstimatores habeat. 1) *Superbia cœlo arcet.*

XIV.

Pauca ad hanc materiam magis illustrandam ex Patribus Belgis emblemata sufficerint. Ut opes à Religiosis bene abjici, ad servandas animas, tradant: Navem mercibus onustam inter medios fluctus periclitantem exhibent, unde farcinæ à nautis, ad navem hominesque servandos, in mare præcipitantur, (2) lemma est: *Ne perimant, pereant.* Religiosos verò ad mundi voluptates surdos votisque obstrictos per Ulyssem, obturatis auribus malo navis alligatum, scitâ imagine, proponunt. (3) lemma est, *canitis surdis, canitisque ligatis.* 2) *Opes abjecta servant.* 3) *Voluptatem aversari.*

Daphne Phœbum arcu & sagittis armatum fugiens in laurum vertitur (4) lemma. *Fuga laurigeros parit illa triumphos.* Nimirum vis in prælio ac periculo castitatis victor laudem ferre? fugiendum est. 4) *Fuga castitatē servat.*

Flos coronæ imperialis ab hortulano, ob invisum odorem ejicitur. [5] lemma: *gravis est odor.* Nempe à religiosis ingratus odor honoris repudiatur. 5] *Honor rejectus.*

XV.

Uter à ludione inflatus pressusque, cui inscriptum: *Pressus dulce sonat.* (6) Ita Societas Jesu pressa ab hostibus etiam lætatur. 6) *In adversis lætari.*

Typotheta imaginem sub prælo dum premit, imprimit, (7) lemma. *fingitque premendo.* Æneid. 6. Ita Deus Societatem per adversa formatin bonis. 7) *Adversa prosunt.*

Par ferè illud de monetario formante nummum plagis. (8) lemma. *Dant pretium plagæ.* Nempe meritum à persecutione tolerata magnum est. 8] *Meritū augent.*

Claudat Ovidius, Avarorum emblemate. 1. lib. fast. exhibito.

Creverunt & opes, & opum furiosa cupido:
Et cum possideant plurima, plura petunt.
Sic quibus intumuit suffusâ venter ab undâ,
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ: (9)
Lib. VI.

9) *Avarum.*

Sed

XVI. Sed ecce dum ab hoc fonte discedo, aliunde se mihi non insipida offerunt. Polypercon *ut Polyænus l. 4 strat.* Græcorum Dux suos adversus Peloponnesios eductu-rus, abjecto militari habitu, pileo se dupliciq́ue tunicâ vestiit, baculoque in manus sumpto suorum conspe-ctum subiit, (1) qui cùm mollem infamemq́ue cultum mirati hærerent: tales, inquit Polypercon hostes sunt, quibuscum vobis pugnandum est. Nec mora, volentes volantesque penè suos in hostem duxit. Ex Herodoto nobis constat, quâ arte Rex Ægyptiorum Amasis, post-quam se ob ignobilem ortum suis viliorem esse compe-tisset, autoritatem sibi venerationemq́ue conciliarit. pelves aliquot lavandis pedibus destinatas, conflato æ-re, in statuam Numinis magnificam vertit, quæ cùm deinde magno popularium affluxu coleretur, pro con-cione Rex adfuit, atque ex subditis sciscitatus est: Satin' intelligerent, quàm statuam venerarentur? illam sci-licet esse, quæ ex sordidis pedum vasis in hanc Dei effi-giem transformata nuper sit. hac verò in specie, licet o-lim calcatã, omni honore merito observari, (2) ecquid i-gitur suæ obstet regiæ majestati, quòd inter communem olim populi fecem latuerit? regalem in se imaginem suâ veneratione dignam esse. Persuasit muto magis specta-culo, quàm disertâ oratione. Secùs habet quod Deme-trio Phalereo Athenis præfecto evenisse Strabo memo-rat, *lib. 9.* hujus enim, post abrogatum cum exilio ho-norem (ut nihil venerationis relinquerent) statuas deje-cerunt, easq; ignominiosâ conflatione in matulas trãs-formasse memorantur. Quæ licet oppositione gratiam ferant, alienis tamen moribus potissimùm placent.

1] *Imbellis animus.*

2) *Quis sis, non quis fueris, interest,* vel *Humilis elevatus.*

Fons allusionum.

XVII. Sed ab hoc ad postremam elegantiarum scaturiginem juvat deflectere, ut & hinc paucula degustemus. Allusio-nes & supra & alibi vocavimus, quæ tamen in figuratis imaginibus ratiores inveniuntur. Hujus generis illud factum symbolicum est, quod Aristoteli morienti Gel-lius *lib. 13. c. 5.* tribuit, adhærebant extrema ægritudine collu-

colluctantis lateri discipulorum complures, quibus illo magistro orbari grave, neque aliam, quàm ab ipso probatum, Ducem sequi erat constitutum. De duobus Menodemo Rhodio & Theophrasto Lesbio tota erat susceptа contentio. Aristoteles, ut quàm moderatissimè hanc sententiam profetret, ferret tamen, suo usus ingenio ubique felicissimo, vinum sibi cùm Rhodium, tum Lesbium curat propinari, sumptoque primum Rhodio: ubi gustasset firmum, inquit est, nec injucundum. postea ubi & Lesbium ori admovisset, hoc verò, ait, gustatu multò est suavius, quod de uno ipse tanquam prælibator & judex, hoc de personis illâ gente oriundis omnium consensione acceptum est, & Lesbius Rhodio prælatus. Quædam huic non absimilia ex epigrammatum, seu potiùs argutiarum familiarium lusibus, eodem ex fonte etues, ad quam lectorem remitto.

1) *Sapiè tia suavi- tate condi- ta præfer- tur asperа*

Ex patribus Belgis hìc juvat inserere, quo eleganter sunt usi, dum vinitorem aridos atque inutiles de vite surculos præputantem exhibent. Si tamen hæc inscriptio detur, quam subjiciunt. *Vitiosa feces* quod annagrãmaticè reddit per elegantem allusionem: *Societas Iesu* Nimirum hæc Societatis consuetudo est, vitiosos à suo ordine membrisque resecare.

XVIII.

2) *Societas Iesu vitio- sa à suo corpore membrа resecat.*

Parcrè ille citharæ lusus, quo Orpheus demulcere Manes, suamque ab inferis revocare conjugem, in fabulis atque imagine hic propositâ, traditur, subscriptione licet non peræque opportunâ. *Cithara Iesu*, quæ verba anagrammaticè ex *Eucharistia* duxit, nec incongruè, quòd hujus potissimum usu a scelere atque inferis Societas homines reducat.

3 *Eucharistia usu Societas homines retrahit à vitiis.*

Ita iidem, ut imagine figuratâ exponerent, quemadmodum, Societatis nostræ Patriarcha, Ignatius ad Franciscì Xaverii conversionem altero Sociorum Petro Fabro usus est, raro ingenioso que conceptu ex nomine Ignatii Fabrique ducto, hominem Ferri-fabrum ad incudem malleumque adhibuêre, ut clypeum ex ære formaret: cum inscriptione. *Solus non sufficit ignis.* (4) Quo exemplo uti sequenti, an alibi usus sim nescio, cum ab sens, destitutus sq; scriptis ceteris, paginam à typographo amissã jubear sufficere. Huc & ille ex ambiguâ si-

XIX.

4) *D. Ignà tius Fabre socio ad convertẽ- dos homi- nes lusus,*

 gnificatione

nificatione lusus spectat, quo Societatem nostram ad incultorum hominum institutionem repertam asserunt: cum Statuarum artificem adhibent, ad formandam Christi, ex rudi crassoque ligno, imaginem, cum illa Pauli ad Galatas sententia. *Donec formetur Christus invobis* [1] Gal. 4. Nam Apostolus agit de solis mentibus; hi ligna simul ambiguo significato, ad prolasin constituendam, adhibent.

29 Rudes ad Christi disciplinã formare.

CAPVT LVI.

An, & quomodo ab historiis peti Emblemata possint.

1. TRadidimus alibi tum in lib. 4. de materia symb. historias, tanquam exempla morum, usurpandas in imagine non esse: ut scilicet in eodem actionum genere, in quo extant, nos eruditant, ut e. g. Lucretiæ historia in castitate, Attilii Reguli in constantia, & amore patriæ; siquidem hoc sit historicè tantùm instruere; cùm eundem in nobis sensum affectumque genere picta, quem scripta, aut narrata historia; nisi quòd vivaciùs fortasse per oculos animum subeat. Imagines verò figuratæ omnes, à propria significatione, ad diversæ rei indicationem transferri debeant. Quocirca ejusmodi historiæ, quæ certa virtutum argumenta continent, emblematographis inprimis vitandæ; ut quæ difficilem ad diversa translationem habeant, & propriæ rei, admirationisq; sui sensum altiùs animo imprimant, quàm ut aliò inflecti spectatoris cogitationes patiantur. Quid verò, inquies, si in Lucretia castitatis quandã ideam, ut in Regulo constantiæ formã? cùm & Aristoteles pro ipsa Philosophia usurpari posse videatur nonne plus aliquid, quàm pictor, aut historicus præstabo? fateor. Poëtam hic ages, ac pro effectu causam exhibebis. Sed quo id signo expones satis, nisi inter alias figuras manifestè translatas, hæc tanquam pars accesserit? Deinde in celeberrimis tantùm historiis, & in quovis virtutum genere, aut vitiorum primis, locum obtinebit; ut si Hercules

Historiæ, quæ certã virtutem, aut vitiũ morale continent, pro emblematis vix serviunt: quia figuratè difficulter repræsentãt.

cules pro ipsa fortitudine adumbretur. Quod hic ita sibi proprium vendicat; ut si Achillem, vel Alexandrum hac figurâ usurpare volueris, jam intelligendus vix sis. Nihil igitur consultius, quàm ejusmodi abstinere historiis, quarum usu pictor magis, quàm Poëta videaris.

Illæ tamen historiæ, quæ exteriorum solum opus exponunt, neque virtuti certæ, neque vitio magnopere addictum: præsertim si raram, aut extraneam penè alienâque à communi hominum genere, actionem contineant, qualis est Imperator muscas captans, emblemati rectiùs servient. (1) Ut verò ejusmodi historiarum exempla aliquot haberes, quorum comparatione alia deligeres, breviter egi, atq; ad apodosin etiam viam aliquam aperui.

II.

Indifferentes ad malum bonumve adhiberi, præstat, tum inprimis; cùm peregrinæ & insolentes quippiam continent.

Dederat Olympias Alexandro literas, *ut Plutarchus in Alexand.* quas cùm Hephæstion familiaris Regi Princeps resignatas unà percurreret, Rex licet arcani quidpiam continerent, non amovit hominem; verùm annulo sigillari ori illius appressio (2) monuit Regum secretâ à fidis quidem ministris cognosci, at vulgari sine crimine non posse, credere licet uni, sed fido.

Philippus Rex Francorum *ut Ægidius Corrozetus de dictis & factis memor.* adversus Othonem Germani nominis Imp. belli aleam cùm suis jacturus, ut Gallorum animos sacro quodam ad vitam mortemque societatis vinculo obligaret, accitos inter bibendum proceres medius, omnibus ex patera aurea tinctum vino panem obtulit, (3) simulque, *Bibite ex hoc omnes*, exclamavit *Commune hoc, aut victoriæ, aut gloriosæ mortis poculum futurum est.* quâ re ac voce animati Franci, egregiâ fortitudine hostes aggressi sunt. Nimirum, auget concordia vires.

1) *Princeps Otiosus* vel *vir gravis nugas agens.*

2) *Magnatum consilia tacita esse debent.*

3) *Cõcordia ad pugnam vires auget.*

III.

Artemon περιφόρητος dictus, *ut Clemens Alexand. Strom. l. 5.* quòd lectica circumferretur, homo ut nequitiæ, sic projectæ timiditatis exemplum. Nam & domestico sub tecto desidenti bini famuli æneum super verticem sustinebant clypeum, ne quo teli, aut rei alteriùs illabentis casu, opprimeretur. (4) Nempe tuta etiam timere improborum est.

4) *Improbi nusquàm satis tuti.*

Mithridates Ponti Rex, *ut Ælianus* l. 7. c. 66. quàvis

veneni, sensim cibis magis magisque admixti, usu adversus venenum obduruisset, nondum tamen satutus sibi videbatur inter satellitum excubias, sed equo, tauro, ac cervo, manuefactis ad hunc usum animantibus, sui maluit corporis custodiam credere, quæ, ut primum alii propius accederent, mugitu hinnituque somnum Regi excutiebant. (1) Tuti nunquam Reges sunt, qui tutos esse subditos non patiuntur.

1) *Reges nunquam tuti* vel *Tyranni belluinis affectibus indulgent.*

Rarum est, quod Neroni inter convivas accubanti evenit: *ut Philostr. l. 4. c. 14.* Namillum quem manu sustinebat, orique admoverat calicem, fulmen è cœlo vibratum excussit. (2) Sic ira Dei in sacra indignè tractantes effunditur.

2) *Deus sacra violantes punit.*

Alexander magnus fortè ab insidente musca gravius punctus *ut Athenæus l. 6 de adulat.* querebatur: cum assentator egregius Niceſias subjicit, aliis profectò muscis nobiliores futuræ sunt illæ, quæ sanguinem tuum degustarunt. (3) Difficile dictu, uter impudentior: musca perstringens, an Niceſias blandiens?

3) *Impudēs adulatio* vel *laudatum vitiū.*

IV.

Heliogabalus parasitis dignam scenam instruens, *ut Lampridius in Heliogab* eos rotæ alligavit aquatiæ, quâ in altum sublatos mox undis immergebat, Ixionios amicos nominans. Nimirum egregia hæc imago est fortunæ aulicæ (4) dum humiles tolluntur, elati cadunt.

4) *Fortuna aulica levat & premit.*

Sagaris Matiadinus ad mollitiem exemplo inaudito educatus, *ut Athenæ. dipnoſo l.* 12. mamillis nutricis usque in ultimam senectutem adhæsit: ne, aut dentes, aut stomachum duriori cibo offenderet (5) Enervati viri, & puerilis senectæ imago.

5) *Mollis* vel, *vir repuerascens.*

Juvenes aliquot Agrigentini, ubi vino incaluissent, *ut Athenæus l.* 11. eversis cum ratione sensibus, domum pro triremi medio in mari tempestate jactatâ habuêre. Quocirca, nimio onere rei familiaris gravari navem rati, omnia domo exturbarunt, ut se navemque fluctibus eriperent. Res insolens in vulgus spatia, domo apud posteros triremis nomen reliquit (6) Nimirum boni mores virtúsque cum vino ab eversō animo proturbantur.

6) *Opes animi in ebrietate pereunt.*

Servis olim polentā molētibus pausicapen injiciebāt. *ut Iulius Pollux onomast l. 7 c. 4.* quo instrumento in collum inserto, ora claudebantur, ne polentam devorarent;

rent, contra veteris scripturæ legem, quâ, bovi trituranti os vetamur obligare. [1] Nempe avari istâ hominis Idea est; qui à se partis minimè fruitur; aut divitis epulonis; cui valetudine adversâ os clauditur; ut præsentibus uti nequeat.

1) Avarus inops.

V.

Xerxes Rex Persarum, *ut Ælianus l. 13. c. 3.* vetusto Belli monumento suffosso, urnam reperit vitream, cadaver in oleo complexam: juxtá inscriptum columnæ. Pessimè habiturum eum, qui aperto sepulcro urnam oleo non implesset. Rex igitur affuso oleo mali metum avertere conatus est; sed irrito labore; cùm per affusionem nihil accresceret. (2) Urnæ similis; sive opum, sive voluptatum cupiditas; quantumcunque affuderis, nunquam explebis.

2) Avaritia & libido expleri nequeunt.

Sinitæ Indorum populi, *ut Mâffæus histor. Indic. l. 7.* sacram Deorum mensam, litaturi parcè instruunt, altilium ungues; capitisque porcini extremæ auriculæ, ac vini aliquot guttæ, aræ, & simulacris Deorum apponuntur: suam verò ipsi mensam lautissimè instruunt, atque inter tripudia absumunt. [3) Nempe superis deteriora, quæ nos homines sæpe aversamur, deferimus.

3) Deo vilissima damus.

Reges Taurorum cùm fidissimos amicorum lugent, *ut Nicol. Damascenus in Tauris*, aurem sibi aliquam, aut partem certè, ut pluribus amicis servire queat, præputant. Ut si hoc facto testarentur; pro auribus Regum fidelissimos quoque amicos esse. [4)

4) Amici Regis mortui.

Carolus Magnus gladii manubrio suis insignibus notato, edicta ferè imperatoria obsignabat, *ut Corrozet. de dictis memor.* quod diceret: ejusdem esse leges defendere ac confirmare Imago talis Principis, qui gladio non ad vim, sed æquitatatem, ac defensionem utitur. (5) Similis prope Constantini hasta pro cruce post ejus conversionem usurpata est: ut bella se ad religionis studium transferre significaret, & Crucem Christi adversus hostes, omni telo fortiorem indicaret.

VI,

5] Gladio æquitatē tueri.

Astomorum gens, *ut Plinius lib. cap. 11.* toto hirta corpore, sine ore memoratur, adeòque aurâ tantùm, & odore per nares attracto vivere. (6] Egregia species illorum mortalium, qui tantùm populari aurâ & inani laudis aspiratione pascuntur, ipsi ad aliorum laudem, etiam cœlitum, muti,

6) Vanas gloria paci, vel ad bona aliorum mutum esse.

1] *Deliciarum gulæ sectator.*

Philoxenus, ut cibi potusque liquidiore voluptate frueretur, collum gruis oblongum à Diis oprabat. (1) Postetitas certè in voraciſſimi hominis idea proponenda, hanc Philoxeni ſpeciem exhibuit. Nempe multi tales: *Vt quibus in ſolo vivendi cauſa palato eſt.* Juven. Sat 11.

VII.

Cylicranes populi ita dicti fuêre, *ut Athenæus lib. 11,* quòd poculi effigiem humeris impreſſam geſtarent. Tanta ſcilicet inter illos ſcyphorum æſtimatio, (2) Quibus illud Horatianum inſcribi pro lemmate potuiſſet: *O nata mecum*, ſcilicet amphora.

2) *Amans ebrietatis.*

Milo in academicum Philoſophorum conſortium receptus, *ut Strabo lib. 6.* cùm fortè cedens columna ruinam minaretur, ipſe labantem domum columnæ loco ſuſtinuit, dum ſocii incolumes evaſiſſent. (3] Typus eſt, aut familiæ, aut Reip. tam ſacræ quàm profanæ antiſtitis, qui virtute, aut diſciplina labefactatam, in ea rem ſuſtinet.

3] *Remp. aut familiam ſuſtentare.*

CAPVT LVII.

An, & quomodo ab hiſtoria de artefactis Emblemata traduci poſſint?

I.

Hiſtoriæ de artefactis, vel humanas formas prout ad actionem rationalē ordinātur vel res prout intelligenti cupiam ſubſervi-

ARtefacta limitibus hic arctioribus, quàm in ſymbolis conſtringuntur; ſiquidem, vel hominum figuras actioneſque ſimulacris exprimere neceſſe ſit; vel ab aliquo artefacto ſumi imago, quod operationem ſine hominis admiculo ſuam non habeat. Rerum intelligentis ſchema aliquod intervenire, ad vim emblematis conſtituendam, debet. Statua autem, licet exanimis ſit, tamen, cùm ab intelligente, quod propriè exprimit, repræſentandi vim omnē poſſideat, rerum intelligentiū ordini meritò accenſetur. Quod in ceteris artefactis locum habere non poterit. Exemplis quoque aliquot hanc doctrinam apertiorem faciam.

Timantes pictoriæ artis peritiſſimus *ut Plin. lib. 26. c. 10.* poſt Cyclopem in tabula expreſſum, Satyros pollicem ejus metientes adjecit, eleganti inventione rei magni

magnitudinem, quàm figura oculis subjicere non poterat, arte exprimens. [1] Imago rerum est, non tam corporis mole, quàm virtute magnarum.

Leucophrynes *ut Pausan in Lacon.* Thronum Horæ duæ totidemque Gratiæ sustinebant, dextrâ Tritones inter diversa emblemata, sinistrâ, Typhonem, cum vipera, præferebat Nempe Regia majestas beneficiis tempore collatis sustinetur. Fieri tamen nequit, quin tam inter suæ laudis præcones, [quos Triton devorat] quàm invidos & obtrectatores versetur, quos Typhon cum vipera. [2]

Sardanapalus homo ad omne voluptatis aucupium natus, *ut Strabol. 14.* suo in templo statuam habuisse memoratur, quæ consertis velut ad talistrum digitis, hoc vilebatur testari, humanam omnem voluptatem, nec crepitu digitorum existimandam [3]

Apud Jasios Dianæ simulacrum reperitur, cujus vultus eo artificio compositus est, ut intrantibus mœstus, abeuntibus lætus videatur [4] Talis videlicet ad solitudinem, virtutem ac religionem accessus appatet; tristis tamen accessus, felici plerumque ac læto exitu terminatur.

Jarchas, Brachmanum apud Indos Princeps, *ut Philost Apoll. lib. 3. c. 8.* mensas ad motum novo artificio instructas habuit, ut sponte sese hospitibus instructæ jã dapibus, admoverent. In quibus automati quoque à Scyphis pueri, vinum aquamque convivis propinabant. [5] Religiosorum Deoque sacratorum hominum ea felicitas est, ut, sine cura aliorum ministerio illis suppeditentur omnia.

Caligula, cùm divini nominis honorem affectaret, *ut Suetonius in Caligula* operam dedit, ut celeberrima Græcorum simulacra, inter quæ Olympici Jovis unum erat, Romam deportarentur. His ille, dempto capite, stolidâ arrogantiâ suum imposuit. Quin ipsum Jovem Olympium in cachinnos tam effusè solutum referunt, hominis opinor insaniâ motum, ut, quassatis machinis, hospites fugâ dilapsi sint. Immolari sibi verò rerum delitias ut Tetraones, Phœnicopteros, Meliagrides ac Phasianos quot diebus voluit, ut nobilissimi quique

unt, postulant, ut emblemati conveniãt

1) *Non mole sed virtute magnus.*

2) *Reges alii laudãt, alii reprehendunt.*

II.

3) *Voluptas fluxa.*

4) *Religio fróte horrida sine læta.*

5) *Religiosis sine cura omnia subministrantur.*

III.

1] *Antistites improbi rebus sacris abutentes.*

Sacerdotis officia prensarent. (1) Imago est improborum Ecclesiæ Antistitum, qui capita sacri quidem sunt corporis; verum stolida, & res Deo consecrata usu profano violantia.

2] *Robur corporis.*

Milonis viri fortissimi statua, *ut Philostratus in vita Apollon.* compositis assurgebat pedibus, sinistra malum tenebat punicum, dextræ manus digiti recti, (2) omnia ad corporis robur exprimendum idonea.

3] *Septem virtutes* vel *dona* S. *Spiritus*, vel *dies hebdomadæ.*

Annulos Iarchas septem habuit, *ut Clem. Alex. Strom lib. 5.* totidem planetarum figuris insignes, quos ab illo accepisse Apollonius, & quot diebus per hebdomadam mutasse dicitur, magicis utique designatos usibus. (3) poterunt hi vel septem virtutibus: Theologicis tribus. ac moralibus quatuor: aut totidem Spiritus sancti donis adhiberi.

Luna enim obscura in nocte fidem; stella Veneris soli prævia, spem: Sol ardens charitatem. Saturnus melancholicus, quem Orpheus ποικιλόβουλον nuncupat, prudentiam; Mars fortitudinem; Jupiter justitiam; Mercurius, moderato sidere, Temperantiam rectè designabit. Hæ verò sapientem. Deoque imprimis consecratum, hominem virtutes omninò decent. Causinus noster Regem his annulis ornat, totidem virtutibus moralibus illustrem, quem consule lib. 11. symb. 66.

IV.

Pythius Celænis in Phrygia imperabat, totamque propè urbem effodiendis metallis ab agresti labore avocabat, cui malo uxor factura remedium, mensam, omnemque mensæ supellectilem ex auro instituit, cui ille, dum avidus ciborum assidet, deferuntur ei ex auro fercula, & picta tantùm simulacra. *ut Polyænus.* Midam crederes suo voto potitum. [4] Denique cùm hoc, in re seria, lusu tandem offenderetur: Monuit uxor dari illa, quæ sibi parasset, siquidem neglectis agris regiam solo auro impleret. agnovit errorem, & rectè monenti conjugi est obsecutus.

4) *Avarus sibi suisq; inutilis.*

Heliogabalus simili lusu delectatus est, *ut Lamprid. in Heliog.* siquidem parasitis modò cereas in mensa epulas ad vivam imaginem instructas, modò ligneas, marmoreas, aut eburneas, quandoque & pictas exhibebat. (5) ut simulacris tantùm rerum pascerentur.

5) *Gaudia mundi ficta.*

Muleius

Muleius Hametus, cùm Patruelem Mahometem vitæ & regno insidiantem, denique vicissset, pellem cadaveri detractam, stramentisque oppletam per omnes regni provincias circumferri jussit tanquam fortunæ Regisque fortissimi simulacrum. [1] *Henning in Geneal. Maur.*

1) *Fortuna & regnum inane bonum sunt:*

Ex his, opinor, satis animadvertis, quæ historiarum eùm varietas, tum forma emblemati potissimùm deserviat. Habent enim pleræque signum aliquod peregrinum, atque à vulgaris hominum moribus remotum, quo se figuratè usurpari, tacitè velut, admonent; nam & insolens est annulum alieno admovere ori, ut facit Alexander; & sub clypeo simul & tecto latere, ut Artemon, quibus penè in ceteris reperies exemplum simile.

V.

Historiæ tales, quæ signa aliqua peregrina tanquam notas symbolicas involvunt; licet facti veritate ignorètur, obscuræ tamen nè censentur, quia ut figuratæ agnosci possunt vi significandi.

Accedit, quod ad vitium obscuritatis, quo emblemata historica plerumque laborant, ab imagine, ut figurata est, tollendum, notæ illæ Symbolicæ faciant. Licet enim nihil unquàm de Alexandri e.c. facto cognoveris, annulum tamen alterius ori appressum satis est emblematum cognitori, ut intelligat. Hic enim rem non propriè, ut factam contemplatur; sed ut res aliqua, seu facta, seu possibilis vim certam repræsentandi obtinet, talem verò non quævis historiæ; sed ejusmodi fere notis insignes possident; nam si, relictis ceteris, appressionem sigilli, tantùm ex illa historia sustuleris, nihil relinques figuratâ imagine dignum. Ubi igitur hæc nota non invenitur, per fictionem paria erunt apponenda. Ut si Alexander lectorem verbis tantùm monuisset, silentio, quæ legeret, obtegenda esse, non ineptè Poëta Regis sigillum alterius ori admovisset. Plus tamen voluptatis adferret cognoscenti, si ex ipsius historiæ veritate depromptum audiat; quod rarius sit, rem ita factam, quam fictam intelligere; quanquam ad ipsam repræsentandi facultatem nihil afferat facti veritas.

CA-

CAPVT LVIII.

De Hieroglyphicis, earum natura, forma, ac materia.

I. *Definitio hieroglyphicorum & distinctio.*

HIeroglyphica nō malè sic describens: *Imagines esse figuratas ex quacunque re creata, ad quamcunque aliam ex instituto repræsentandam desumptas.* Quæ descriptio ex dictis suprà, *cap.* 1. §. 2. ubi emblemata ab hieroglyphicis distinximus facilè colligetur. Quod imagines figuratæ sint, aptæ aliud à se diversum repræsentare, cum ceteris habent commmune; quòd verò definitam, certarum rerum significationem ex instituto obtineant, non verò similitudinis aut metonymiæ ratione [licet in imagine proposita simul reperiantur) significent, ab aliis figuris illa distinguit. uti & illud, quòd ex quacunque re certa peti possint: nam & symbola, & emblemata, & ænigmata suam materiam, quæque terminatam, possident. Quòd verò rem etiam quamcunque, idque, seu dissolutâ, seu unitâ figurâ significent; hoc cum ænigmatis quidem commune, à symbolis tamen & emblemate diversum habent.

Hieroglyphica olim apud Ægytios, Græcos, Barbaros, latinosq; usitata.

Apud Ægyptios primum hieroglyphicorum usum extitisse legimus, *ut Clemens Alexand. lib.* 1. *Strom.* & *lib.* 5. Quòd hi præter apertam certarum disciplinarum traditionem, ut erat Geometriæ: Arithmeticæ, Astrologiæ, Musicæ, occultam, tum rerum divinarum, tum humanarum scientiam, quam paucis communicatam vellent, inter Sacerdotes & præcipui nominis viros foverent, quam Hieroglyphicam dixêre, tum quòd rem contineret præcipuè sacram, tum quòd à sacris potissimùm hominibus tractaretur, idque sub certa cœlestis alicuj⁹ Deæ, hujus sapientiæ præsidis, defensione. Cujus scientiæ tanta apud illos æstimatio, *ut Plutarchus in Iside*, ut Reges, vel ex Sacerdotibus hac disciplinâ imbutis nominarent, vel si ex viris militiæ claris sumpsissent, eos quamprimum his erudiendos Sacerdotibus committerent; & iccircò Reges horum disciplinæ subessent.

Verum

Verùm solis illud Ægyptiis peculiare non fuit; nam, ut rectè Claudius Minos *in præfat. ad Alciatum* observavit, quotquot olim, seu Græci, seu Barbari quicquam de rebus divinis scripto mandarunt, rerum principia occulta esse voluerunt, & rerum veritatem sub ænigmaticis allegoricisque signis, figuratè tradiderunt; ut pauci nec sine Magistrorum ductu, ad illam penetrarent. Quo hoc actū, ut & rebus divinis & earum cognitione imbutis ex raritate horum, & illarum obscuritate, suus constaret honor, & æstimatio. Diodorus Siculus *Biblioth. histor lib 3 cap 2.* de Æthiopibus meminit, eorum literas fuisse signa ex animantibus variis extremisque hominum membris, tum & fabrilibus instrumentis sumpta. Et septentrionalibus animalium figuras pro literis placuisse Olaus *Lib. 1. cap. 21.* nobis est testis. A Judæis Græcisque quot quantaque non extant? de quibus nos plura in hoc opere alibi, quanquam hi non tam hieroglyphicis, quam ænigmatis ac fabulis arcana sapientiæ obvelarint.

Quia verò hieroglyphicorum apud Ægyptios notæ exploratæ omnes non sunt, præter illas, quas Horus Apollo & nonnulli alii veterum scriptorum suggessêre, illius quidem breve aliquod compendium paucis verbis illustratum subjiciemus, tum lectorem plura desiderantem ad Pierium remittemus, quanquam is non hieroglyphica tantùm, sed quæ ad omnem figuratam poësin spectare possint, exempla magno studio congesserit. quæ tamen ex gentium diversarum usu & institutis ceu hieroglyphica acceperit facilè ex autorum verbis patet. Possunt verò res eædem, modò hieroglyphicè, prout signa ex instituto sunt; modò symbolicè, prout aliquam involvunt similitudinem usurpari: nam & hoc titulo locum hieroglyphicis inter symbola fecimus, priori sensu singularem classem figuratarum imaginum constituunt, cum non ratione simililudinis, verum instituti repræsentant, idem factura, etiamsi ratio conveniendi naturalis defuerit, ita enim sceptrum regiæ potestatis argumentum est, licet ratio similitudinis nulla appareat. Hieroglyphicis hisce notis olim quoque numi Romanorum frequenter signati fuêre, ut exemplis

Hieroglyphica, quatenus per similitudinem significat, symbolis accensentur, lemmate inscribenda. Hoc cùm aberit, ex instituto.

(quod hieroglyphicorum proprium est) significabunt.

à nobis primo alterò que libro disces, & sacrificiorum instrumenta in reliquis adhibita declarant. In symbolis quoque Imperatorum non pauca reperies, quanquam in iis, si præcipuæ figuræ locum obtineant, ratione similitudinis aut connexionis usurpentur, quâ deficiente, si ex solo instituto significent, symbolorum in censu habenda non erunt: solum enim lemma ex hieroglyphico symbolum non facit, si metaphorica translatio defuerit. Ceterùm otiosus & supervacaneus in hieroglyphicis lemmatum usus est, quando ex sua institutione rem unam significant, ut sceptrum, potentiam; ramus oleæ pacem: lupus cum cane averso hostilitatem; secus habet, ubi res ad plura repræsentanda potest adhiberi; uti Stella modò noctem, modò tempus, modò viri animam, modò Deum, Ægyptiorum arbitrio designabat, accipiter quoque ac serpens vim diversa repræsentandi obtinebat. Quocirca hæc ab illis per alia signa magis definita constringi solebant. Quanquam lemmata adhiberi ad circumscriptionem potuissent. His tamen lemmatis si inscribantur, atque aliqua similitudinis ratio appareat; ut in stella. v. g. accipitre, & serpente facilè se offeret, symbolicè exponi censebuntur. Nunc ex Horo præcipua hieroglyphica discamus,

Hieroglyphica Hori Apollinis Niliaco ægyptii antiquissimi autoris cum brevi illorum expositione.

LIBER PRIMVS.

1) *Ævũ.* 1. ÆVum significaturi Ægyptii *solem & lunam* pingunt tanquam præcipuos perpetuosq; anni moderatores. Aut *Basiliscum* quem immortalem censent, reliqua animantia solo etiam afflatu necantem, ita in ævo multa pereunt, ipso durante.

2] *Mundus.* 2. *Mundum* explicant forma *serpentis*, squammis (tanquam stellis) varii, & caudam rotundâ quot annis veteri pelle, velut cum mundo innovatur.

3. *Annum*

3. *Annum* per *Deam Isin* depictam adumbrant. *Sidus* 3] *Annus.*
aurem caniculæ per hanc *Deam* intelligunt, quod inter
cetera sidera celeberrimum, & ab Astrologis inprimis
suo in situ observatum, ad sequentis anni conditionem
intelligendam. Deinde in *palma* exhibent, quod hanc ad
singulos lunæ ortus, ramos singulos producere memo-
rent, ita ut duodecim ramorum productione annus im-
pleatur.

4. *Mensem* etiam iccircò per *ramum palmæ* exprimunt, 4) *Mensis.*
vel per *Lunam* inflexis deorsum cornibus (ut jam adulta
facit) pendentem.

5. *Annum vertentem* (ad quem 6. horæ id est diei pars II.
quarta redundans accedit) per *quartam arvi partem*, 5] *Annus*
quæ centum cubitorum est, figurabant. Quod videlicet *vertens.*
magni anni, qui quatuor communes annos, & unum di-
em intercalarem complectitur, pars sit quarta.

6. Accipiter *Deum* indicat, tum quia secundus, & diu- 6) *Deus.*
turnæ vitæ, tum quia solem, quem Ægyptii Deum Osi-
ridem faciunt, fixis oculis contemplatur, quos Hieracio
herba exacuit, si hebescant, remedio etiam Medicis per-
specto. Potrò & ipsum solem per Accipitrem exprimunt 2. *Sublimitatem*, vergens sursum, *dejectionem* ten- *Sublimi-*
dens deorsum signat; quia non per ambages, ut reliquæ *tas Dejec-*
volucrum, sed rectâ fertur. 3. *Præstantiam & victoriam*, *tio. Præ-*
quia licet mole inferior, virtute tamen inter aves emi- *stantia.*
net, cum majoribus etiam avibus, sese in aëre supinum *Victoria.*
obtentis unguibus & rostro, tutò eventu obiiciat. 4.
sanguinem & crudelitatem, quòd non aquam, sed sangu- *Crudelis.*
nem bibere credatur.

7 Accipiter denique pro *anima hominis* ponitur, tum III.
quia bai-eth Ægyptiis anima & cor significat; tum quia 7) *Anima.*
anima & cor alij sanguine, ut accipiter, solet.

8. *Martem & Venerem*, per *cornices*, *marem ac feminam* 8) *Venus*
exprimunt, quod gemina hæc avis communiter ova pa- *& Mars.*
riat, ex quibus deinde mas & fœmina excludantur, neque
cum alio etiam post mortem conjuge consuescant, unde
solitariæ occurrere cornici malum erat *vi duitatis* omẽ. *Viduitas.*

9. *Nuptias* item per *geminas cornices* expressêre, quòd 9) *Nuptiæ.*
inviolatæ fidei & conjugalis amoris symbolum essent,
adeoq; puellæ nubiles, ut ominatas consequerentur nuptias,

olim cornici ficus, & optimum prandium apparabant, ut apud Athenæ. l. 8.

IV.

10) *Vnigenitus.* 10. Scarabæus apud Ægyptios modò *unigenitum* significat, aut Patrem, aut *ortum* alicujus, ut pote productum solo patre, infimo bovis globulatim ab ortu in occasum aversis pedibus voluto, per quem per dies octo & viginti, quibus luna zodiacum decurrit, terræ obtutū, denique aquæ immergit; fœtus *virum* significat, quod in Scarabæorum genere nō sit femina. Unde & Ægyptii milites Æliano *lib. 10. de animalibus c. 14.* teste in annulis Scarabæi ferebant effigiem, ut se viros futuros ostenderent. *Mundum* denique per Scarabæum indicant, quòd fimi globus, in quo nascitur, ad mundi figuram accedat. Habet verè.

Pater.

Vir.

Mundus.

11) *Mensis.* 11 Scarabæus etiam triginta digitos, quot scilicet *mensis* dies, ut proinde & hunc designet.

V.

12) *Mater.* 12. Vultur, vel *Matrem* signat, quòd in hoc animantiū genere mas non sit, sed, apertâ ad ventum naturâ, concipiat, vel *aspectum*, quòd perspicacissimi visus sit, vel *locū certum* ac limitem, quòd pugnæ habendæ locum septiduo (alii triduo) præoccuper, unde & *præsagium* demonstrat, vel *Annum*, quòd hujus tempus ita partiatur, ut quinque diebus concipiat, 120. prægnans maneat; deinde diebus totidem pullos nutriat, totidem sibi suóque serviat genio, vel *Misericordiam*, quòd tam impensè pullis studeat, ut si cibus illis alendis desit, proprio famore exsecto sugendum illis sanguinem præbeat, vel *Iunonem, Palladem, aut Deam quamlibet*, quia vultur tantū femina est, vel *Cœlum*, quòd illud feminei generis apud Ægyptios esset, vel denique *duas drachmas* (forte rectius γεγραμμάς, lineas) quod vultur *instar duorum* in generando esset, Patris scilicet & matris.

Aspectus.

Locus.

Præsagiū.

Annus.

Misericordia.

Dea.

Geminum

VI.

13) *Androgyus.* 13. Scarabæum cum vulture subjecto pingunt, ut *Vulcanum* indicent, Vulturem contrà subjecto Scarabæo, ut *Minervam* indicent, quod soli hi Dij apud Ægyptios *mares* habeantur ac *femina*.

14) *Deus.* 14. Sidus modo *Deum* significat, quòd existimarent Deum fata per siderum influxum exequi, modò *numerum quinarium*: quòd post solem & Lunam quinq; inprimis in cœlo planetæ emineant.

15. Cyno-

15. Cynocephalus Ægyptiis vel *Lunam* demonstrabat, quòd ad Lunæ eclipsin demisso in terram vultu, velut mœrēs sine ullo cibo hæreat, quare & in templis nutriri soliti, ut ex illis quævis oppositio solis cū luna constaret, vel *orbem terræ*, quòd illum olim 70 regionibus habitatū crederent, & Cynocephalus totidem diebus, sensim partimq; emoreretur, ita quidem ut quotidie pars aliqua animantis emoriatur ac tabescat, seorsim etiam indies per sacerdotes sepeliri solita: vel *litteras*, quod pars eorum literatū ac scriptionis capax sit. Unde in sacram ædem introductus stylo scirpeo, atque atramento proposito, cogitur in tabula suæ experimētum artis dare: vel *sacrificiū*, nam ut illi sacerdotes, piscium est abstinens, & circumciditur: vel *iram*, quia ad irā omninò proclive est animal: vel *natationem*, quia non ut cetera animantia per natationem squalet, & sordescit, sed nativo colore persistit.

15) *Luna.*
Orbis terræ.
Litteræ.
Sacrificiū.
Ira.
Natatio.

16. Cynocephalus stans, manusque in cœlum velut ad Lunam spectatam cum applausu erigens significat *lunæ ortum ac Lucem*.

VII.
16) *Lux*

17. Cynocephalus sedens *æquinoctiū alterutrū* significat, quòd illo tempore, noctu duodecies atq; interdiu toties horis videlicet singulis urinam reddat, totiesque latratu horas distinguat. unde & ejus effigies in hydrologiis Ægyptiorum (per aquas proficuas cùm horarum spatia metirentur) pro clepsydris usurpata, quin etiam ab hoc animante primam diei noctisque in duodecim horas divisionem manasse credunt.

17) *Æquinoctium.*

18. Leo *animum* ac *iram* significat, ob caput magnum faciemque rotundam, pilis, velut solis vestitam radiis, atque igneis pupillis accensam.

VIII.
18) *Animus. Ira*

19. Leonis anteriora membra *robur* indicant, quòd ea sint totius corporis robustissima.

19) *Robur.*

20. Leonis caput ob oculos in somnis etiam apertos, *vigilantiæ* signum est, unde & templis præfixum.

20) *Vigilantia.*

21. Leo *terribilem* designat, quòd omnibus vel solo aspectu metum incutiat.

21) *Terribilis.*

22. *Nili exundationem* nunc *Leo* signat: quòd sole Leonem subeunte maximè exundet; unde & Leonis figura in tubis canalibusque usitata, nunc *tres hydriæ* eâ formâ expressæ, ut *cordis*, cui *lingua* adjungatur, figuram referant.

22) *Exundatio Nili.*

rant, [quòd Nilum Ægyptii cor vocent, & terra hæc velut lingua, humore gaudeat] ternæ placent, quòd triplici causæ, naturæ loci, oceano æstuanti, & imbribus, exundationem æstivam adscribant.

IX.

23) *Ægyptus.*

23. Ægyptum verò per *flagrantem acerram*, cui superne *cor* immineret, indicabant; ut ostenderent, Ægyptum quæ velut cor terræ est, ingenti calore animare omnia, tanquam cor amantis Zelotypi.

24) *Indigena perpetuus.*

24. *Hominem nunquam egressum patria onocephalum*, seu capite asinino, ut rudem & nullius experientiæ pingebant.

25) *Amuletum.*

23. *Amuletum*, ac remedium contra adversa expressuri, *Maris caput domum inspiciens*, & *alterum Fœmina prospiciens* pingebant, ita enim omnem Dæmonem, & discrimen, arceri putabant.

26) *Fœtus hominis.*

26. *Fœtum* hominis adhuc imperfectum, *ramâ* ex limo ortâ atque alterâ sæpè adhuc parte informi exprimebant.

X.

27) *Apertum.*

27. *Patulum* quidpiam signaturi, *Leporem* qui apertis semper est oculis, formabant.

28) *Sermo circumspectus.*

28. *Sermonem* exprimunt per *linguam cum oculo*; quòd sermo eis, quæ videmus, conformis esse debeat, vel per linguam cum subjecta manu; quòd ea facienda sint, quæ voce approbamus.

29) *Silentium.*

29. *Silentium num.* 1095. indicant, quia per tot dies, quot scilicet triennium continet, pueri ferè silent.

30) *Sonus vocis.*

30. *Sonum vocis per tonitru* explicant, quia remotè auditur.

31) *Origo vetus.*

31. *Antiquam originem per fusciculum papyri* explicant, cujus scilicet origo ignoratur.

XI.

32) *Gustus*

32. *Gustum perfectum per os* exprimunt, imperfectum per extremam linguam dentibus admotam.

33) *Voluptas.*

33. *Voluptatem* per *numerum* 16. intelligunt, quòd ab eo tempore voluptatum lenociniis capi hominis animus soleat.

34) *Anima, Sol.*

34. Phœnix modò *animam* quòd diutissimè vivat, modò *solem* quòd omnia lustret, significat.

35) *Peregrinus.*

35. Modò Phœnix hominem *peregrinum*, serò ad suos redeuntem exprimit, cum anno demum 500. ad Ægyptum redire, atque illic funerari credatur.

36. Cor

36. *Cor* per *Ibin* avem, quòd hoc Animal Mercurio cordis moderatori sacrum putent, & cum corde similitudinem habeat. 36) *Cor.*

37. Cœlum rorem fundens *doctrinam* significat, eò quòd ros eas tantùm molliat plantas, quæ naturæ ad hoc sunt idoneæ, sic doctrina &c. 37) *Doctrina.*

XII.

38. Per juncum, atramentum & cribrum, vel *Ægytias litteras*, tanquam per instrumenta significabant, cribro, quòd scilicet pani conficiendo serviat, adjuncto; quia victus necessarius ad studium requiritur, vel *sacrũ scribam*: sive literis, legibus ac divinationi præfectum *Pontificem*, qui de vita etiam ac morte ægrotantium ex libro certum judicium ferret; vel vitæ finem, quòd hic placidus magis literatis obveniat. 38) *Litterę. Divinator.*

39. Canis modò *sacrum scribam*, quia hic, ut æquus mòrum censor sit, multos allatrare canum more cogitur, modò *vatem* indicat, quòd canes in Deorum simulacra frequenter, tãquam vates defigant oculos: modò *pollinctorem* Deorum sive animalium, quòd hic quemadmodum canis corpora quibus justa facit, resecet, & lacerat, vel *splenem*, quòd hic in cane levissimus, rabiem ac mortem sæpè causet, unde & resectores canum plerumque splenetici sunt, modò *odoratum*, *risum*, aut *sternutationẽ* quia splenetici, nec odorare, nec ridere, nec sternutare possunt. 39) *Censor. Vates. Pollinctor. Splen. Odoratus. Risus. Sternutatio.*

XIII.

40. *Magistratum* aut *Iudicem*, *Canis ad nudam Regis statuam* (vestibus ante pedes relictis) adhibitus significat, quòd, ut canis nuda Deorum simulacra fixo obtutu contemplatur, Sic olim magistratibus rex nudus spectandus proponebatur. 40) *Magistratus. Index.*

41. *Vt templo, aut sacris custodiendis præfectum* signent, *canem custodem* pingunt. 41) *Ædituus*

42. *Astrologum ex horis & siderenatalitio divinantem*, per *hominem horis vescentem* exprimunt, quia scilicet horarum contemplatione victum sibi comparat. 42) *Astrologus.*

43. *Pudicitiam & puritatem per ignem & aquam* exponunt, quòd his præcipuè elemẽtis omnis expiatio fieret. 43) *Pudicitia Puritas.*

44. *Nefariam & abominandam rem per piscem* explicant, quòd obvia hauriat, atque in suum ipse genus sæviat. 44 *Nefaria res.*

45. Os

XIV.

45] Os.

45. *Os per serpentem* explicant, ut qui ore maximè valeat.

46) *Fortis & temperans.*

46. *Fortitudinem cum temperantia junctam per Taurum robustum* explicant, quòd & furat libidine, & tamen post conceptionem alterius abstineat.

47) *Auditus.*

47. *Auditum per Tauri auriculam* innuunt, quòd hic remotissima exaudiat.

48] *Libidinosus.*

48 Hircus, *impurum* hominem similem illi bruto exprimit.

49) *Scelestus.*

49. *Impurum scelestumq; animum* designant per *orygē*, (alii malè ὄρτυγα, id est coturnicem pro ὄρυγα legunt:] quod est animal de capreis silvestribus unicorne: quia lunam, (quam Ægyptii pro Dea habebant) intentis oculis, ejectâ humo, insertoque pectore indignans contuetur. Unde antiquis regibus hoc animal, ob signandam *temporis* rationem familiare. Sacerdotes verò illud non signatum (uti mos erat in victimis offerendis solis sigillum imprimere, juxta Herod. lib 2. p. 65.) comedunt, ne Diis consecretur, quod eas aversari creditur, & *invidiæ* plenum, aquam, de qua hausit, pedibus turbat, lutoque commiscet, ne alteri ad potum sit idonea.

Tēpus distinctum.

Invidios'.

XV.

50) *Eversio.*

50. Mus vel *subversionem* & *interitum* signat, qui corrodens omnia inquinat, vel *judicium*, quia ex diversis panibus purissimum atque optimum arrodit, unde & Pistorum judicium ex muribus capitur.

Iudicare.

51) *Impudentia.*

51. Musca *impudentiam* notat, quia abacta licet; identidem redit.

52) *Cognitio certa.*

52. Formica *cognitionem certam* indicat, tum quòd norit sibi prospicere, tum quòd à loco ubi sua condidit nunquam aberret.

53) *Filius.*

53. Vulpanser (sic dictus quod inter anserum genera astutissimus) *filium* designat, quia hæc avis, ut prolem defendat, sese venatoribus offert, ut illa evadat.

54) *Amēs.*

54. Pelicanus *amentem* significat: nam ovis humi depositis, ac circum igne à repertoribus cum arido bovi stercore concitato, advolat extincturus flammas, sed alis combustis ipse intercipitur

XVI.

55) *Gratus*

53. Cucupha, (alii Upupa malunt legere) *gratum* exprimit

primit, quòd genitores senes, eódem loci, ubi est enutrita, nido constructo foveat ac nutriat.

56. Gemini equi fluvialis ungues, *ingratum* signant, quòd hoc animal jam patre fortius, eum a matris consortio abigat. 56) *Ingratus.*

57 Columba ob eandem causam *ingratitudinis* symbolum est, ceterùm adversus pestem vescentibus *remedium* creditur. Unde Regibus infectâ jam aurâ cibus est usitatus. 57) *Ingratitudo Remedium postis.*

58. *Adynaton* per hominem sine capite ambulantem, aut homines pedes in se moventes pingunt. 58) *Impossibile.*

59. *Regem potentem* per *serpentem ore caudam admordentem, posito in medio Regis nomine*, vel *magnificâ domo adumbratâ*, ut si dicerent orbi illum imperare, vel pro nomine *canem custodem* adhibent, ut imperantis *vigilantiam* exponant. XVII. 59) *Rex potens. Vigilans.*

60. Apis picta *Regi obsequentem* designat, quia hæc sola avium Regi paret. 60) *Obsequens regi.*

61. Anguis dimidiatus *regem parti orbis imperantem, integer Deum omnibus imperantem.* 61) *Deus.*

62. Per hominis pedes in aqua *fullonem* indicant. 62) *Fullo.*

63. *Mensem* per *Lunæ* vigesimæ octavæ figuram exprimunt. 63) *Mensis* XVIII.

64. Crocodilus *fecundum, rapacem* aut *furiosum* significat; nam & multam parit sobolem, & ubi prædâ petitâ excidit, in se ipsum etiam furit. 64) *Fecundus Rapax. Furiosus.*

65. *Ortum res* per Crocodili oculos innuunt, quia hi velut ex profundo emergunt. 65) *Ortus rei*

66. Crocodilus inflexus *occasum* signat, nam frequenter ad partum se subducit, ut cum novâ prole velut in ortum fecundior redeat. 66) *Occasus.*

67. Crocodili cauda *tenebras* signat, nam hac inprimis potenter ac lethaliter ferit, mortisque involvit tenebris. 67) *Tenebræ.*

LIBER SECUNDUS.

XIX.
1) *Deus. Nox. Anima.*
2) *Mas.*
3) *Solstitiũ*
4) *Syncerus.*
5) *Pugna.*
XX.
6) *Stomachus.*
7) *Morbus*
8) *Lumbi.*
9) *Firmares.*
10) *Concordia.*
XXI.
11) *Tumultus.*
12) *Dimẽsio.*
13) *Desponsata.*
14) *Ventus*
15) *Ignis.*
XXII.
16) *Opus.*
17) *Pœna.*
18) *Impietas.*
19) *Ver.*
20) *Senitũ.*
21) *Aversio.*

1. STella Ægyptiis nunc *Deum*, nunc *noctem*, nunc *tempus*, nunc *viri animam* significat.

2. Aquilæ pullus *marem*, aut ejus primam originem signat.

3. Gemini pedes colligati ac subsistentes *quietem solis in hiberno solstitio* indicant.

4. Hominis cor faucibus apensum *candidi viri sermonem* designat veritati conformem.

5. Hominis manus, altera scutum, altera arcum ferens, *instructam ad pugnam aciem* exhibet.

6. Hominis *stomachum* demonstrat *digitus*, nam hic illi potissimum laborat.

7. Flores anemones *morbum* signant; fortè quòd febribus medeantur.

8. Hominis *lumbos* per *os spinæ dorsi* honestè exprimunt.

9. Cornucis os pictum, quia hoc omnia facilè perfert, *rem firmam* tutamque indicat.

10. Duo homines Magistratus ornati insignibus *concordiam* innuunt.

11. Armatus sagittas jaciens *tumultum* indicat.

12. Hominis digitus *dimensionem* significat.

13. *Desponsatam* (alii *prægnantem*) *mulierem* per *solis circulum stellamq; & ipso solis disco bipartito* pingunt.

14. Accipiter in aëre expassis alis *ventum* ostendit; qui veluti alatus est.

15 Fumus in cœlum ascendens *ignem* indicat.

16. Masculi (bovis) cornu pictum, *opus* notat.

17. Feminæ cornu (quod minus & rectius est) *pœnam* vel ut alii, *laborem*.

18. Imago umbilico tenus, cum gladio, *impietatem* innuit.

19. Hippopotamus *vernum tempus* indicat; nam eo primùm ad pabula egreditur.

20. Cervus *longævum tempus* signat, quia & diu vivit, & quotannis cornua innovat.

21. Lupus & canis aversus *aversionem* monstrat.

22. Auris

22. Auris picta futurum *opus* signat, quia audiendum antequam audendum. XXIII. 22) *Opus.*

23. Vespa Crocodili, id est, ex eo nata, *eadem* designat. 23) *Cades.*

24. Nycticorax *mortem* indicat, ut enim illa cornicum nocte pullos, sic Mors homines subitò opprimit. 24) *Mors.*

25. Sermo in foliis, aut signatus liber, rei *vetustatem* explicat. 25] *Vetustum.*

Scala verò *obsidionem*, quod acclivis sit, & ad præstandum aditum inventa. 26) *Obsidio.*

26. Literæ 7. duobus inclusæ digitis *Musam*, (*quod literis præsit artium 7. liberalium*) *inexpertum* (*cujus scilicet omnes litteræ in duobus tantùm digitis, qui parùm operantur*) vel *fatum* significat, *quòd omnium nostrum scientia, vita, mors que in manibus Dei sit.* 26] *Musa*

27. Recta linea simul cum altera supernè inflexa, *decem planas lineas* indicat. XXIV.

28. Hirundo picta, *opes parentum, filiis relictas* indicat, quia moritura pullis de latebris provident, ipsa luto se involvit. 28) *Opes relictæ.*

29. Nigra columba *viduam in statu permanentem* signat, quòd columba alteri post mortem jungi non soleat. 29) *Vidua*

30. Ichneumon *hominem invalidum*, alienâ ope nisum indicat, nam is contra serpentem visum socios clamore accersit. 30) *Invalidus.*

31. Origanum, quia *formicas* fugat, earum denotat *absentiam.*

32. Scorpius & Crocodilus quia mutuum sibi afferunt exitium, *inimicos pares* indicant, *alteruter* pictus *victorē de hoste* exprimit, & *Scorpius* quidem *tardè vincentem*, quia lentè se commovet, *aliter quàm Crocodilus.* 32) *Inimici. Victor.*

33. Mustela repræsentat *mulierem viri operâ præstantem*, quia natura virum refert. XXV. 33) *Herois.*

34. Porcus notat *hominem perditum*, quòd hoc animal invisum Ægyptiis. 34) *Sceleratus.*

35. Iram *immoderatam* & valetudini noxiam per *Leonem caudâ proprios catulos flagellantem* exhibent, accedit quòd & *catulorum ossa collisa ignem* generent, velut *ira febrim.* 35) *Irascundus.*

36) *Musicus senex.*

36. *Senem Musicam* per *cygnum* in morte modulantem, exprimunt.

37) *Sole adustus.*

37. Scarabæus æreus ex solis radiis, *hominem ex solis æstu lethaliter* signat *affectum.*

XXVI.

38) *Mulier sterilis.*

38. Mula, sterilis naturâ, *mulierem infecundam notat.*

39] *Puerpera.*

39, Taurus sinistrorsum spectans, *mulierem femellas enixam* notat, *& contrà.*

40) *Vespa.*

40, Cadaver equi *Vespas* designat, quia ex illo generantur.

41) *Abortiens.*

41, Equa lupum calcans *mulierem abortientem* notat, nam equa quæ vel Lupi vestigia calcarit, abortum facit.

42) *Senatus.*

41. Palumbus cum lauri folio (quòd morborum habet antidotum) *sanatum à Diis hominem* demonstrat.

43) *Culices.*

43. Vermes, quia generant culices, *culicum* designant *copiam.*

XXVII.

44] *Lenis ad iram provocatus.*

44. Columba erecto dorso, ubi bilem habere fertur, *hominem naturâ lenem*, sed ab aliis bile concitatum demonstrat.

45) *Conjuges.*

45. Cornices duæ *conjuges* significant, quòd more humano concipiant.

46) *Amor.*

46 Laqueus *amorem* designat, quod uti ille feras, sic iste homines rapiat.

47) *Civis.*

47, Aquila cum lapide, quem nido firmando infert, *hominem intra urbis muros tutiùs habitantem* innuit.

48] *Fugiens.*

48. Otis (quæ avis tarda est.) ad equum conspectum timidè evolans, *hominem debilem ad fortioris conspectum fugientem* notat.

XXVIII.

49) *Patronus infidus*

49. Passer ad noctuam confugiens, *hominem ad perfidum Patronum confugientem* signat. nam dum aucupes passer sic fugit, à noctua opprimitur.

50] *Vires excedere audendo.*

50. Vespertilio, utpote sine pennis volans, est *homo sine aquis viribus magna moliens.*

51) *Lactãs.*

51. Idem cùm inter omnes volucres dentes ac mammas habeat, *mulierem lactantem ac nutrientem* signat.

52) *Saltator.*

52. Turtur, quia tibiæ *cantu saltuq; gaudet*, similem exprimit hominem.

53, *Rebus*

53, *Rebus sacris ceremoniisque addictum Cicada* notat, quòd hæc suavissimum concentum non ore sed dorso exprimat. 53) *Religiosus.*

XXIX.

54, Aquila *Regem solitudinis amantem, atque in subditorum errata severum exhibet*, nam & illa desertum incolit ceteris avibus volatu altior & metuenda. 54) *Pax severus.*

55, Phœnix ex sanguine afflicti ad terram parentis, post multa natus sæcula, *rerum antiquissimarum instaurationem* notat. 55) *Instauratio.*

56, Ciconia *parentis amantem* designat, ut quæ illis ad extremum senium usque officiosè adhæresat. 56) *Parentis amans.*

57, Vipera quæ exeso diruptoque matris ventre nascitur, *parentibus ingratum* denotat. 57) *Parenti ingratus.*

58, Basiliscus qui accedentes propiùs, solo perimit halitu, *hominem convitiis miserè afflictum* (fortè rectiùs affligentem alios] designat; sed & ipse *fertur suo se ad speculum reflexo halitu conficere, ut* Ælianus habet, *nempe & convitiatores suam ladunt animam.* 58) *Convitiator.*

59, Vipera os matris complexa, *uxorem viro interitum moliente n* designat, ita enim velut osculatura caput denique mari præmordet.

XXX.

59) *Viricida.*

60, Salamandra in igne, *homo est, qui in igne non consumitur*, ut de illa constat. 60) *Incōsumptibilis.*

61, Talpa *cæcum hominem* indicat, quòd oculis careat. 61) *Cæcus.*

62, Formica cum Vespertilionis alis [quibus nido admotis nulla exit] *hominem domi se continentem* signat. 62) *Domi se continēs.*

63, Castor *hominem se cum damno ladentem* denotat, quia a venatoribus impetitus testiculos [propter quos se peti sentit] morsu resecat. 63) *Noxius sibi.*

64, Simius gratiorem ex geminis, quos parit, arcto complexu enecat, invisum servat, exemplum *hominis qui ingrato filio hæreditatem* defert.

XXXI.

64] *Blanditiæ perdurat.*

65, Simius urinam, quam reddit obtegens, homo est *errata sua obvelans.* 65] *Errores tegere.*

66, Capra, quæ naribus simul atque auribus respirare, atque audire creditur, *acutè audientem* demonstrat. 66) *Audiens.*

67, Hyæna quæ modo mas, modo fœmina est [*quod Clemens Alexand. negat*] *hominem inconstantem*, modò *audacem*, modò *timidum* exprimit.

XXXII.

67) *Inconstans.*

68) *Imbellis.* 68. Hyænæ pellis, Pardi juncta, hanc depilem reddit, imago *illius qui ab imbelliori superatus est.*

69) *Victorioſus Victus.* 69. Hyæna ad dexteram verſa adverſarios ſuperat; unde eo habitu *victorioſum* exprimit: contra, ad ſiniſtram, *victum.*

70) *Intrepidus.* 70. Pellis Hyænæ *hominem inter adverſa intrepidum* deſignat, quòd eâ pelle accinctus illæſus medios hoſtes penetrare feratur.

XXXIII. 71) *Elapſo periculo.* 71. Lupus extremâ caudâ mutilus (quod in periculo capturæ facere perhibetur) *hominem ab hoſtibus circumventum elapſumque* indicat.

72) *Territus.* 72. Lupus lapide appetitus, quem inprimis horrere fertur, quod vulnus ex eo putreſcat, *hominem re inſperatâ territum* demonſtrat.

73) *Abſteritus.* 73. Leo accenſis facibus, ut ſolet territus, *hominem ignis timore à furore cohibitum* ſignat.

74) *Mederi ſibi.* XXXIV. 74. Leo Simiam devorans (unde æger convaleſcit) *homo eſt ſui morbi curator.*

75) *Manſue factus.* 75. Taurus ferociens caprifico alligatus (ubi manſuefcit.) *ferocia domita.*

76) *Intemperans.* 76. Taurus dextro genu conſtrictus vinculo, *hominem parum temperantem ſignificat.*

77) *Prodigus.* 77. Ovis aut capra veſcens conyza, aut cunilagine (quæ ſiti deinde eas confecit) *hominem indicat ſua malè conſumentem.*

78) *Vorax.* 79) *Iners.* XXXV. 78. Crododilus ore patulo *hominem veſcentem* deſignat.

80) *Vnigeniti Mater* 81 *Formari.* 79. Crocodilus Ibis pennam in capite ferens (quâ immotus torpeſcit) *homo iners* eſt.

81] *Ingenio & manu promptus.* 80. Leæna *mulierem ſemel enixam* notat, quòd illam ſemel tantum uterum ferre credant.

83) *Rex prudens.* 81. Urſa prægnans *hominem* ſignat *ex deformi formoſum*, quòd illa deformem primo fœtum, lambendo denique fingat.

XXXVI. 84) *Rex nugas fugiens.* 82. Elephas, qui proboſcide ſimul odoratur atque ad opus utitur, homo eſt *viribus ac ingenio in rem ſuam* promptus.

83. Elephas cum ariete, quo viſo fugit, *regem à ſtultitia atque imprudentia alienum* notat.

84. Elephas cum Porco, cujus vocem fugit, *Rex eſt nugaces vitans.*

58. Cer-

85) *Velox.*

5 Cervus cum vipera, quam fugit (alii eas interimere narrant) *homo est velox*, sed absque judicio agilitate utens.

86) *Mortis memor.*

86. Elephas proprios defodiens dentes, *homo est sua sepulturæ prospiciens.*

87) *Senex.*

87. Cornix mortua quæ secula 4. vivere creditur, *hominem iam plenæ ætatis* designat.

88) *Vafer.*

88. Pardus *hominem malum vafrè scelus obtegentè* notat, quia ille clam dolóque alia animantia persequitur.

89) *Adulatione captus.*

89. Cervus cum tibicine, cujus modulatu detentus facilius intercipitur *homo est adulatione* deceptus.

XXXVII

90) *Vini copia.*

90. Upupa *copiam vini* signat, nam præcinens viti germinaturæ boni est ominis.

91) *Gulæ.*

91. Upupa cum adianto herba, quâ *contractum ingluvie uvarum morbum curat*, pari vitio laborantem designat.

92) *Vigilans.*

92. Grus vigilans *hominem adversus hostium insidias vigilantem* notat.

93) *Fame emori.*

93. Aquila senex, *senem fame enectum* indicat, quòd illa rostri accrescentis aduncitate præpedita denique inediâ pereat.

XXXVIII.

94) *Inquietus.*

94. Cornicis pulli (quos etiam volans mater pascit, *hominem inter cibos qui escentem* ostendunt.

95) *Astrologus.*

95. Grus volans, quia altissimè surgit, *astrologum* aut *sublimia speculantem* indicat.

96) *Prolis alendæ impar.*

96. Accipiter oviparus, *hominem liberis alendis imparem* notat, quia ex tribus ovis tantùm unum excludit, quòd eo tempore unguibus amissis cibi parare tantùm nequeat, quo omnes educer.

97) *Tardus.*

97. Camelus *hominem pedibus tardum* notat; quòd solus ex bestiis crus inter eundum inflectat.

XXXIX.

98) *Inverecundus*

98. Rana, quæ in solis oculis fert sanguinem, *homo inverecundus & visu celer* est, quia sanguinei oculi impudentium dicuntur.

99) *Tardus.*

99. Rana cum pedibus posterioribus, qui seriùs illi nascuntur, *hominem usu pedum aliquamdiu destitutum* indicant.

100) *Solitarius.*

100. Anguilla, ut quæ ceteros pisces aversatur, *homo est hominum consortia aversans.*

101) *Cunctando servare.*

101. Torpedo piscis hominem *alios in mari servantem* indicat,

indicat, quòd ille pisces natandi imperitos ad se trahere, ac defendere feratur. *Sed errorem hic latere contendunt alii.*

XL.

102] *Vorax.* 102, Polypus *hominem prodigè voracem* signat, quòd ille multo cibo intemperanter congesto, ea denique, quæ ipso expleto supersunt, abjicit.

103) *Imperans suis.* 103, Carabus cum Polypo, cui imperat, *hominem suæ genti imperantem* indicat.

104) *Vitiv alienus.* 104. Ostreo cancer agglutinatus (ut sæpe solet) *hominem alterius cura & ope viventem* notat. nam ubi pisciculus in concham se insinuavit, ostreum à cancri ungula vellicatum concham claudit, & fruitur capto.

105] *Gulosus.* 105. Scarus *gulosum* signat: nam & solus piscium ruminat, & obvios pisciculos devorat.

106] *Intemperãs.* 106, Felis aquatica *hominem à vomitu ad cibos redeuntem* signat: nam hic pisces ore parit, & rursus fœtum absorbet.

XLI.

107] *Pœnitens.* 107, Pastinaca hamo implicata, *hominem admissa caedis pœnas dantem, pœnitentemq;* designat; nam capta spinam caudæ venenatam, tanquam arma, projicit.

108) *Prodigus.* 108, Polypus hominem denotat, *qui & sua & aliena consumit*, quia is postquam oblata consumpserit, propria etiam flagella sive cirros vorat.

109] *Occultare se.* 109, Sepia hominem denotat *nulli injuriosum adversus insidias se tuentem*: nam hic pisces contra insidias ex alvo atrum profundit sanguinem, aquamque sic defuscat, ut latere possit.

110) *Concilians alios.* 110. Lyra *hominem alios sibi conciliantem* innuit, quòd suo illa concentu potest.

XLII.

111] *Respiciens.* 111. Fistula *respiscentem à mente alienata* hominem signat: nam illa suavi consonantiâ mentem, ad res bene gestas cum voluptate recolendas, excitat.

112) *Æquus.* 112. Pennæ struthiocameli, quia æquales in ala sunt, *hominem* notant *æque jus omnibus impertientem.*

113) *Ædificans.* 113 Manus hominis, quia operi destinata est, *ædificandi studiosum* denotat.

Clemens

Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum paucula addit Ægyptiorum symbola.

XLIII.

1. *Puellus* signum *generationis* est. *Senex interitus, Accipiter Dei.*

1] *Vita & mors.*

2, *Pisces odii* symbolum est, *Crocodilus impudentia, Rota fortuna.*

2) *Odium.*

3, *Rami*, qui adoraturis dabantur, *fructus proferendi* imago erant.

3) *Fructus.*

Josephus, lib 3. antiq. docet Judæis etiam sacrificaturis ramos ex palma, & myrto datos, ex quibus mala Persææ arboris dependebant, ut inquit, *cor & linguam (per folia, & poma* figuratam) *Deo dicandam* esse significarent.

4. *Navigium* quibusdam pro *sole* est, quia per aërem humidum decurrit: aliis Crocodilus, quia sol *temporis* autor, quod Crocodilus ænigmaticè significat.

4) *Cor & lingua eò cordes.*

5] *Sol.*

5, *Leo roboris* signum est, *æquus magnanimitatis, fidutiæ ac libertatis.*

6, *Bos terræ, agricultura, & alimenti.*

6) *Robur, magnanimitas.*

7, *Sphinx* quæ humanâ facie Leonina est corpore; *ingenii solertiam cum fortitudine conjunctam* demonstrat.

XLIV.

8, Duo *canes* cum *accipitre & Ibi* sunt *duo hemisphæria cum sole & luna.*

7] *Ingenii solertia.*

8) *Hemisphærium.*

Diodorus in Bibliotheca Historica lib. 3.

1, *Accipiter* illis cuncta, *quæ celeriter fiunt*, significat, quia est avis velocissima.

1) *Celeritas.*

2 *Crocodilus* omnis *malitiæ index* est.

2) *Malitia ingens.*

3, *Oculus justitiæ servator & custos corporis*: *Dextera passis* digitis *victus suppeditationem*:

3) *Custos. Liberalitas.*

4, *Sinistra contracta conservationem facultatum & custodiam* denotat:

4 *Tenacitas.*

Plura de his apud P. Athan. Kircherum in obelisco. Oedipo, aliisque ejus operibus reperies: Quæ post primam hujus operis editionem vulgavit, Ad quem avidum lectorem remitto:

Materia Hieroglyphicorum varia.

I. *Signa omnia, etiam naturalia, ad hieroglyphica saltè complenda, adhiberi possunt.*

EX his facilè obseruabis, potissimùm à rebus naturalibus sumpta hieroglyphica cognitum tamen est, artefactis artiúmque instrumentis inter hieroglyphica locum fuisse, tum membris humanis præcipuorum velut sensuum quibusdam instrumentis. hæc enim licet à natura ad hoc instituta sint, in ipso tamen usu ab hominum libertate dependent. Ceterùm alia signa necessaria, atque ab ipsa natura ad certam significationem definita, nisi ad obscuras hieroglyphicorum figuras accedant, tolerari non poterunt. Hac etiam lege uti licebit signis aliis familiaribus, atque in ritu gentium, communiq; acceptione usurpatis. Ita per multas ætates deducta monumenta atque obelisci inprimis antiquitate signisque hieroglyphicis spectabiles testantur, ut etiamnum ille, qui hoc tempore Innocentii X. Pontificis auspiciis ad quinquagesimi anni memoriam Jubilæo celebrem Romano in foro erigitur, notis olim hieroglyphicis signatus, facilè ostendet, postquam suam à perspicacissimo antiquitatis idiomatúmque peregrinorum interprete P. Athanasio Kirchero lucem acceperit.

II. Sed & numi Romanorum iisdem signis figurantur, ut Titi Vespasiani numus, in quo simulacrum dextrâ sigillum exporrigens, quod unâ manu libellam, alterâ cornucopiæ ferret, appositâ navi cum calatho & spicis, quæ ad inscriptam numo annonam facilè adhiberi poterant, in quo animadvertes, pleraque, artium aut officiorum signa esse. Sic, ut Plutarchus & Suidas meminêre, Ægyptii, ut significarent. *Regē pietate potiùs, quàm crudelitate subditos in officio obsequioq; retenturum*; sceptrum, tanquam potestatis & regni signum, Hippopotamo animali crudeli & effero imposuêre, stante in apice sceptri Ciconia, celebratæ in genitores pietatis volucri. (1) Etenim hisce signis, velut certis aliæ hieroglyphicorum imagines, ceteroquin vagæ circumscribuntur. Hujus enim imaginis vim quis absque sceptro satis penetrasset.

1] *Rex elementiâ potiùs, quam severitate in officio continebit subditos.*

Minus illud probo, si per imagines rerum proprias figuratæ restringantur, quod tamen ab ipsis quoque Ægyptiis

gyptiis nonnunquã factum. Ita Plutarchus in Iside memorat. Sai in fano Minervæ, præter equum fluviatilem, piscem, & accipitrem, infantem quoque senémque sculptum fuisse, ut sensus esset, *O nascentes & morientes* (quos per infantem & decrepitum propriis iconibus expressérant) *Deus odit impietatem*, per accipitrem enim Deum, per piscem odium, per hippopotamum, patris interfectorem & violatorem matris, impietatem intelligebant. Supervacaneum ac vitiosum fuerit, in re figurata ad tam proprias confugere ideas, cùm latissimè sese per omnia rerum signa: modò ab humano arbitrio, aut simul etiam naturæ instituto pendeant, hieroglyphica explicant, poterat, per cunas & feretrum: per aperientem sese florem & deciduum: per pullum ex ovo emicantem & cultro subjectum alterum: per orientem solem & lunam occumbentem satis hieroglyphicum hoc schema, & definiri, & explicari, quorum licet aliqua naturalia potiùs nativitatis mortísque, quàm ab instituto signa sint; hæc tamen non excluduntur, modò illa, quæ ab instituto sunt, principem locum obtineant, ut in proposito fieri videmus.

Aliquãdo. Res propria significationis cum aliis hieroglyphicis adhibentur.

1) *Deus impietatis in omni ætate osor.*

Verùm, quâ viâ, inquies, intelligam schema illud hieroglyphibum potiùs esse, quàm symbolum aut ænigma; cum & metaphoricè transferri singula possint, & obscuritatem ænigmatis habere videantur? Respondeo, cùm nulla inter illa in protasi appareat connexio, nulla quoque inscriptio, facilè à symbolicis separantur, ænigma verò eadem illa figura esse potest, si videlicet ex natura rerum, non ab instituto veterum petatur expositio; sed propositam suprà sentẽtiam difficultet elicies, quâ enim naturali inductus similitudine, per piscem cum accipitre & equo conjunctum, odium Dei concipies? Sanè, ubi institutum Ægyptiorum non attendes, hunc sensum minimè assequeris. Habent igitur ænigmata cum hieroglyphicis magnam quandóq; in figuris propositis affinitatem, sed repræsentãdi multùm ratione differunt. cùm illa ex naturæ legibus, hæc artis regulis significent; illa necessariò, hæc arbitratu hominum. Quo bene perspecto, materiam hieroglyphicorum facilè discernes. Nam & auguria, & omina, prout ex augurum aruspicúmque

IV.

Hieroglyphica libere & ex instituto, secus quàm ænigma, significant. Vnde omina, augu-

rinque ad hanc classem admittimus. Accedunt ritus moréſque gentium.

disciplina arti quippiam præfigurabant, (idem de somniis spectríſque argumentum esto) hiſce meritò signis annumerabis, ut ſi corvus, aut cornix ex arbore præcinat: ſi lepus aut lupus in via occurrat: ſi æthiopem in ſomno te lavare, aut ferre humeris alas crediderís

V.

Spectant huc etiam ritus moréſque gentium, ex quibus res variæ certam aliquam ſignificandi facultatem ſunt aſſecutæ. Ita porcus mactatus *ut Pierius lib. 11. & 24* Sacramentum præſtitum (1) ſignificabit: quia per illum jurare olim pugiles ſoliti, quod ſi tamen annulus nuptialis adjunctus huic porco fuerit, (2) duorum conjugium deſignabitur, cùm Hetruſcis quondam familiare ſponſis fuerit, porcum diis immolare. Quod ſi porci ſimulacrum cum ſceptro exhibueris (3) Regem tibi luxurioſum figurabit, quia videlicet Ægyptii Meni Regi ſuo vitio libidinis infami ejuſmodi ſtatuam erexerunt. Ita & gallum avem, ſi à duobus hominibus vivum per pedes raptum diſcerptumque propones, (4) bonæ vindemiæ ſpem facies; quòd hac olim victimâ Trœzenii vites aruſpicum monitu à noxis expiarent. Si verò gallum cum vipera & cane in culeum inſeruerís (5) parricidii crimen indicabis; quod rei olim his junctis culeo includerentur. Hæc enim omnia cùm ejuſmodi ſint, ut vim figuratè ſignificandi à ſe diverſum aliquid habeant, neque aliunde, quàm à ſolo hominum arbitrario uſu, quòd ſæpe omnis ſimilitudo cum re ſignificata deſit; alium quàm in hieroglyphicis locum ſortiri nequeunt.

1) *Iuſiurandum.*
2] *Conjugium.*
3) *Rex luxurioſus.*
4) *Spes bona vindemiæ.*
5] *Parricidium.*

Forma ac ratio Hieroglyphicorum ſignificandi eadem.

VI.

Hieroglyphica ex fontibus imaginum ſupra apertis non deducantur niſi fortè

EXſpectabis fortè, ut fontes quoque elegantiarum in hoc imaginũ genere aperiam; ſed ex illis hæ imagines non irrigantur, cùm illud, quod ab inſtitutione pendet, ex proportione ad ſignificandum non transferatur, à ceteris quoque vim nullam habeat; cùm, & oppoſitio, & alienatio ex ipſa rerum natura, non ab inſtituto, deſumatur. Hi tamen qui primam ſignificandi vim ſuâ autoritate tribuêre, aliis alia venuſtiora, tam oppoſitione quàm alienatione rerum, ad ſignificandum potuerunt con-

conjungere. Ita cùm Ægyptii, Cynocephalo, *ut Pierius lib. 6.* in templum primò introducto attramentum stylúmque ad artis suæ experimentum proposuêre, rem ab animali, ut videtur, alienam cum illo júxtê, licet revera capax animal scriptionis fuerit. (1) hinc igitur docti hominis hieroglyphicum manſit. Sic, cùm iidem sphingem ex capite humano & leonino corpore conflarunt; ut fortitudinem cum judicio & solertia ingenii junctam adumbrarent, oppositorum à primis institutoribus ratio est habita.

oppositione aliqua aut alienatione illustrêtur

1) *Homo doctus.*

Neque alia modò usurpantibus ab invêtione laus debetur, quàm quòd exempl'is antiquorum, non à se confictis, sed repertis utantur. Equidem si quæ hieroglyphica magis probem, exigis; dicam: neque ea, quæ apertam nimis similitudinem involvunt; ut cùm sol Dei, leo fortitudinis signum est: neque quæ totâ naturâ ab eo, quod significant, remota videntur; ut noctua sapientiã, bovis cornu modò opus, modò pœnam denotat. nam, & illa, nimia convenientia symbolis permiscet, & hæc nimia improportio velut monstra quædam iconographiæ, aut distortæ significationis, aut obscuritatis vitio inficit. Cæterùm in figuratæ imaginis ex hieroglyphicis diversis compositione illud agendum, ut obscura per illustriora, vaga per magis definita, ad sensum neque obvium nimis, neque abstrusum prorsus, reducantur.

Ritus aliaque quædam signa, cum naturæ tum instituti communis vim significandi hieroglyphicè obtinent.

VIII.

CUm in signis ab hominum institutione manantibus excellant potissimùm ea, quæ aut à ritu antiquorum, aut occulta aliqua, seu naturæ, seu facti historia ducuntur, facturum me operæ pretium credidi, si, præter ea, quæ sparsim libris superioribus exempla dedi, nonnulla hoc loco eorum rerum studiosis suppeditarem.

1. Agnus purpureus imperii signum. Nam Getæ talis natus est, *ut Ælius Spartanus.* Et Diadumeno agnæ 12. non incongruè quoque *Apostolis* totidem *martyrio purpurandis* adhibendæ.

1) *Apostoli Martyres.*

2) *Vetustum.*

2. Alauda, quòd ab Aristophane avium habeatur antiquissima, atque iccirco à Cæsare Veteranæ in Galliæ legioni tributa est, *Vetustatis signum* est. *Ricciardus.*

IX.

3) *Felix.*

3. Alexandri ex collo Imaginem ferre, olim *felicitatis nota* fuit, *Valerianus l.* 32.

4) *Moderatio. Custodia. Refugium Stabilis.*

4. Anchora cum Delphino *prudentiam* signat. *Erizzo.* ut alii *tarditatem*, aut *moderationem*, cum ansere *custodiã firmam*, ut *Polyphilus l.* 1. Protensa è manu *refugium*, erecta (nam Indis pro sceptro eius figura fuit) *imperium*, *Ricc.* Duabus niti anchoris est *stabilem esse*, vel ut *Pindarus duas* habere *patrias.*

5) *Solitarius. Peccator.*

5. Anguilla hominem *solitarium* signat, ut cui nullum cum piscibus consortium. Deinde *peccatorem* aut *callidum*, qui, velut anguilla lubrica, volutatur. *Valerius lib.* 29.

X.

6) *Frugalitas Conjunctio. Liber. Nobilis.*

6. Annulus ferreus in manu feminæ [qualis Romæ sponsæ à sponso mittebatur) *ut Alex. lib.* 1. *cap.* 26. *& lib.* 2. *cap.* 5. *frugalitatem*, apud Persas *fedus initum*, & *amoris vinculum* erat annulus, arctus *servitutis*, signatorius *libertatis*, aureus cum gemma *nobilitatis* signum est. *Ricc.*

7) *Rex rus tueatur.*

7. Aratrum in sceptro figuratum, *signif. agriculturam Reges alere*, atque ab iis vicissim tuendam honorandámque esse. *Valer. l.* 48.

8) *Salubritas.*

8. Aries in humero Mercurii gestatus, sig. *salubritatem*: quòd à Tanagræis circa urbem delatus pestem averterit *Val. l.* 10, Cum sirene insidente eloquentiæ fructum denotat. *Ricciard.* Ceterùm & *anni inchoantis*, & *iræ* & *libidinis* signum usitatum est.

XI.

Iratus.

9) *Audiens*

9. Asini caput aut *sensum auditus*, quo maximè pollet, aut *stupiditatẽ* & *irrisionem*, unde est, asini aures affingere. Calvaria eius in horto *fertilitatem*: nam Veteres eo fine hortis apposuêre. Mandibula *edaces*, *sed stupidos* denotat. *Valer. Ricc.*

Fertilitas Edacitas.

10) *Memoria.*

10. Auricula manu prehensa *signif. revocare in memoriam*, nam qui in jus aliquem vocabat, eius aurem, tanquam memoriæ sacram apprehendebat. Subulâ eadem perforata; [11) *libertatem* denotat. *Claud Paradinus.*

11) *Libertas.*

12) *Præstãtissimum.*

12. Aurum, in quovis ordine præstantissimum notat, in naturis divinam, ut Philo, in genere *nobilitatem*, ut Plato.

in af-

in affectibus *charitatem*, in cognitionibus *sapientiam*, quòd scilicet in metallis est præcipuum. *Vide Ricc.*

13. Bellatia diversa in capite servi novitii proposita, *ubertatem* veteribus denotabant. *Valer. lib. 56.* De Candelabri Hieroglyphico vide ænig. fontem 1. 13) *Ubertas.*

14. Caninâ pelle induti Dii penates, ut mos erat, *mansuetudinẽ in domesticos, & ferociã in peregrinos* signabãt. *Ric.* Per canẽ jurare, *est fidẽ polliceri Magistratui. Valer. l. 5* 14) *Blandi suis, ferox alienis.*

15. Clavi grandiores, in dextra Capitolinæ ædis parte, *annos* denotant. Olim enim singulis annis ad Jovis ædem talis clavus pangebatur. *Rosinus.* 15) *Annorum numerus.* XIII.

16. Cornix signum *hyemis*, & *senis*, quia roo. annos vivendo assequitur: duæ medium sceptrum sustinentes denotant, *populari concordiâ regna servari.* A Minerva hãc pelli, est. *Virginem dedecere garrulitatem. Spei* quoque ac *procrastinationis* crocitando signum exhibet. Inter conjuges (olim ab his invocati solita) *concordiæ*, ante hominem *temporis venturi*, post illum *præteriti*, ad dextrum *præsentis*, ad sinistram mali *præteriti*, super caput crocitãs *propinquæ mortis* est argumentum. *Ricciardus.* 16) *Hiems. Concordia populi regẽ tuetur. Procrastinatio. Tempus. Mors instans.* XIV.

Corona ex radiis 12 imposita Regibus notat *subditis illũhoc debere, quod sol totidem in anno mensibus:* in omnes *æquus*, & *liberalis.* Corona sole & lunâ stellisque insignis, ut placuit Caligulæ Imper. *exploratores diurnos nocturnosq;* signat. Corona mortuo imposita denotat *laboris finem & victoriam*, uti panis Cerbero obiiciendus, & obolus pro naulo Charontis, quæ simul apponebãtur) nullam deinde *neque alimenti, neque opum indigentiãm.* Cæterum universum corona *perfectæ, absolutæ, ac feliciter co molet æ rei* nota est. *Ricciard.* nos plura de hac alibi. 17) *Rex liberalis & æquus. Explorator. Finis laboris. Perfecta res.* XV.

18. Cornu, quo veteres loco poculi sunt usi, *signif.* animio *homines potũ* tantorum *ferociam induere*, unde & Bacchus cornutus est. *Valer.* 18) *Ferocia*

19. Clava *virtutem* denotat: nodosa, *virtutis difficultatem Ric.* 19) *Virtus.*

20. Colus cum fuso, *fata*: si fila abrupta sint, *mortem*: si fusus adhuc vacuus sit, *novam nuptam*, cui olim boni ominis causâ offerebatur. *Ricc.* 20) *Fata. Nupta nova.*

21. Cupressus *æternitatem* signat. quia cariẽ nõ sentit: ex hac igitur nobilium tumuli, uti plebejorum apio co- 21) *Æternitas.*

Æqualitas.

ronabantur, *æqualitatem* quoque in rebus servandam ostenditi: uti illius rami omnes æqualiter surgunt. Ita *liberi à parentibus, à magistratu cives, ab Abbate Monachi, &c. æquo jure habendi*, Vide *Ricc.* & *Alciat.*

XVI.

22) *Eventus felix. Vigilantia*

22. Draco (ut olim in templo Apollinis) objectâ offam avidè sumens *prosperum rei eventum* notabat, *secùs*, cùm sumeret cunctabundus. Idem *vigilantiæ* signum, unde in vexillis olim militaribus prælatus est. *Ricciardus.*

23) *Funestum. Auspicatum. Ambitio. Robur.*

23. Faba apud Rom. *Funesta* quæque designabat. Dialis nefas erat illam aut tangere, aut nominare. Unde fabas in parentalibus adhibebant, & larvis lemuribus apponebant, alba tamen faba in sortibus *auspicata*, contrà quàm nigra erat. Deinde *ambitionem* notat, aut *publica suffragia*: hæc enim per fabas dabant. Fabæ cum larido Carnæ Deæ in fabariis offerri solitæ *corporis roburq; firmitatem* signant. *Valerianus.*

XVII

24) *Exemplū, Amor mutuus. Prælium.*

24. Fax ante Principē accēsa, ut moris olim *significare prælucere illū debere ceteris exemplo vitæ morumq;*, binæ colligatæ *amorē mutuum*, si ardeāt, si extinctæ sint, *mortuos amatores*, conjecta ardens in hostes, *prælium* signat. *Ricc.*

25) *Correctio.*

25. Ferula *correctionis* signum est. Hanc Plutarchus mulieri alligat. Namque,

Nux, mulier, campana, piger sine verbere cessant.

26) *Iter prosperum Victus.*

26. Ficus folia *iter prosperum* designant, quòd hæc olim profecturi suspenderint. Deinde fructus ipsi *robustum alimentum*, cùm athletæ his usi fuerint. *Valer.*

27) *Ferocia.*

27. Fœnū alligatum ad cornu bovis, *ferociam expabulū abundantia* notat. *Plutarchus.*

XVIII.

28) *Opes magna Providentia. Multitudo.*

28. Formicæ in os Midæ grana tritici inferentes, *Magnas opes* signant. Deinde grana conferentes, *providentiam*, confertæ, erant *multitudinis* olim *infestæ* omen. *Valer.*

29) *Fecūditas Ecclesiæ Securitas.*

29. Gallina cum ovo *fecunditatem*; cum pullis *Ecclesiam*; cum ruta sub alis *securitatem* à fele & vulpe, ut ferunt: denique *salubritatem* ob carnem scilicet, unde & Æsculapio olim sacra fuit. *Valer.* & Ricc.

XIX.

30 *Vigil. Magnanimus. Victor.*

30. Gallus *vigilantiam* Mercatorū si Mercurio, Medicorum si Æsculapio jungatur, in galea Palladis *magnanimitatem*: juxta leonem *excellentiam*: juxta aram *victoriam*, apud Lacedæmonios, *cruentam*: qui incruentā sacrificio

crificio bovis claudebant, cantans, alio gallo fugiente, *victoriam latam* inter gallinas *imperium* signat *Ricc.*

31. Hasta ferrata jacta olim à feciali in agros hostium, *Bellum indictum* notat, *Cartarius*, hasta cum pileo impo sito, *libertatis ab oppressis arrepta*, signū est. Data à magistratu (ut Veneris mos fuit) *potestatem armorum & imperii*, apud alios *signum depositi* cum hasta *belli*, transversa una, duabus tertæ infixis, nitens *jugum & servitutem*, abjecta *desperationem* designat *Ricciardus*.

32. Hedera in thyrso. *Malum sub vino latere* denotat, in capite, aut *Poetam*, aut *liberatorem patriæ* signat. *Valer.*

33. Hircos Baccho jūctus, *in vino notat luxuriam*. Pinguis *oblationem pro peccato* seu *pœnitentiam* signat. *Ricc.*

34. Hirudo *crudelitatis*, tum *forensium Procuratoyum* imago est. Idem.

35. Hirundo cicadam rapiens, est *garrulus eloquentem opprimens*. Eius nidus *patrimonium ex asse relictum*, ejus pulli hiantes *opem implorantes* denotant. Illorum oculi, acu transfixi (quod ita cæcis visus reddatur) *resipiscentiam* signant. *Valer.*

36. Ignis in ara Vestæ recēter surgens denotat *calendas Martias* quibus excitabatur, *tum religionem, & castitatem Virginum*, vi suffocatus (quod veteres cavebant) *violentiam*. Ægyptiis *perditio* erat, qui ignem, quòd omnia devoraret, belluam animatam dicebant. Igneæ flammulæ in hastis *boni* olim *eventus in bello* omen Romanis fuit. Ignea figura rotunda Democrito & Leucippo *hominis anima* est. Ignis in glacie ardens, *charitas in peccatore*, vel *amor in sene* Ignis cum aqua permixtio *adynata* designat. *Val. Ricc.*

37. Luna *inconstantia, accretionis* vel *decretionis nobilitatis* in calceis apud Arcades & Rō. In aniete *felix iter*, & *nuptia*, in tauro *prospera seminatio, & ædificatio*. In geminis *bonum conjugium, puerorum institutio & bellum*, in cancro *adversa omnia* significantur, *Gabriel Simeon de luna.*

38. Myrtus sacra Veneri *pacem & amorem*, cū *hilaritatem*, si more Veterum in conviviis invicem tradatur. Corona eius *rem funebrem*, cui adhibita est, significat. *Val.*

39. Mulieres vacuas ollas pulsantes, ut apud Lacenas Principe mortuo factum, *signif. urbem capite in consilio vacuum. Valer.* Mulus

Hilaritas. Funebria. 39) *Consilii expers.*

Imperium
31) *Bellum indictum. Libertas oppressa. Servitus. Desperatio*
XX.
32) *Vinum noxium. Poeta.*
33) *Luxuria.*
34) *Exactio dura.*
35) *Garrulitas importuna. Patrimonium. Spes op s. Resipiscentia.*
XXI.
36) *Religio Castitas. Perditio. Eventus felix. Anima. Amor senilis.*
XXII.
37) *Inconstantia. Nobilitas. Iter felix Conjugium felix. Adversitas.*
38) *Amor*

XXIII.

40) *Fecunditas. Ingratus.*

40. Porca Cybele mactata *fecunditatē terra*, Porcus in glandinatione *ingratum*, Ricc.

41) *Necessitas multos docet.*

41. Psittacus in cavea doctus signif. *necessitatem dociles nos & industrios facere*. Sambucus.

42) *Pudicia amās.*

42. Sacerdos canem & capram aversans, ut olim soliti, id est *amans pudicitia*. Sanctius in Alc.

43) *Castitas.*

43. Salix, cujus semen potum libidinem frenat, & *castitatem & sterilitatem*. Valer.

44) *Germanus, Maledicus*

44. Serra, olim *Germania* in numis familiaris, ejus *signum* est. *Valer.* ceterum *maledici* quoque nota est. *Idem.*

45) *Divinatio Veritas.*

45. Sibylla in tripode *divinationem*, in antro *obscuram veritatem* signat. *Valer.*

XXIV.

Ipsa hominis membra figuratis morum imaginibus hieroglyphicè deservire, nemo aut quotidianæ consuetudinis, aut veterum disciplinæ utcunque peritus, ignorare poterit. Certè Ægyptiis Græcisque ab his petere rerum, ac præcipuè morum signa, perquam fuit usitatum. Et nonnunquam vidi, qui ejusmodi signis ex suo petitis corpore, remoti inter se, magno silentio, diversos animi conceptus, perinde ut verbis, exponerent. Ita ut muti his signis eruditi, ad proferenda animi sensa, haud difficulter possint. Cùm enim omnium in homine membrorum exteriorum officia, vis, potentiáque explorata plerisque mortalibus sit, si quædam ex instituto adiiciantur, quæ significationem vagam multorum adstringant, prompta erit expositio. Nos de præcipuis quædam membris ex *Pierio Ricciardo, aliisque*, differemus.

XXV.

CAPUT quod in homine, & primum, & supremum, & sedes rationis, motusque omnis principium est, paria in rebus divinis humanisque designat. Ita & *supremū* Dei hominisve *dominium*, (1) & *principium* (2) cujusque rei, vel *Princeps*, & *autor*, *Sapientia*, *Doctrina*, *consilium*, (3) *providentia* per caput significantur. *Orbis* (4) item, quòd ejus quandam speciem gerat, & imprimis *cœli* ab intelligentia moti; cùm & oculi siderum quandam speciem referant. Sed & *Romam* (5) galeatū mulieris caput exprimit, quòd ab inventō in auspicanda Roma capite omen duxerint, eam caput orbis futurā: capitoliumq; hinc & mons

1) *Dominium.*

2) *Principium & Princeps.*

3) *Cōsiliū.*

4) *Orbis.*

5) *Roma.*

mons capitolinus nomen traxerit. COMA (1) *libertatis* in aliis signum est, sed mediocriter protensa: nam longius comptiusque profluës *mollitiei* est argumentū, nisi habitus, Nazaræum præ se ferens, indicet esse *religionis*: aut in Sampsone etiam *fortitudinis*. Ita rasum in servo caput, (2) nota est *servitutis*: in religioso *devotionis*, aut *sacerdotii*. Capillatum à fronte solâ caput, & a tergo glabrum (3) *occasionem*: à fronte solâ calvum (4) *idoneum bello militem* signat. Quòd Lacedæmonii hoc olim habitu ad bellum prodirent, ne prehendi capillo, nisi à tergo & fugientes possent. A sinistrâ solâ rasum, (5) dextraque capillatum (6) (qualem Ægyptii formarunt adversus Gigantes pugnantem) duplicem solis viam designat, *æstivalem* quâ sparsis solis radiis omnia virent, & *hiemalem*, quâ contractis radiis, nuda squalent. Canities (7) præter *senium*, *prudentiam*, BARBA (8) etiam *virile robur* designat. CERVIX rigida & erecta (9) *pervicaciam*, jugo subdita *servitutem*, (10) HUMERI (11) *robur* designant, & *promptitudinem* sustinendi laborem.

OCULUS variis imaginibus, significatione diversâ, subservit. Hic apertus (12) omnia videntem *Deum*: hominis *mentem* (13) *vigilantiam*, (14) *æquitatem*, *favorem* ac *benevolentiam*, *hilaritatem*, *vitam* ipsam, & ad solē pandatur, (15) si claudatur (16) *mortem* denotat. Et contra *iram* supercilii contractis, (17) *odium* adversus, (18) *orbitatem* erutus (19) *libidinē* sub depili palpebra, in manu (20) *circumspectum opus*, ac *promptum in re consilium*.

AURIS aperta (21) *obedientiam*, & *sapientiæ studium*, clausa & retorta (22) *contumaciam* & disciplinæ odium signat. Magnæ ac pendulæ aures (23) *stupiditatis*, breves & erectæ (24) *alacritatis* & *ingenii* sunt argumentum: præputiatæ hominis (25) *infamis*.

NASUS mediocris leniter recurvus (26) *sagacitatis* & *prudentiæ*, parvus & repandus (27) nota est *tarditatis*. Unde Lex illos *Lev.* 21. qui vel magno nimis, vel parvo, vel retorto essent naso ab altari submovet.

OS clausum (28) vel *silentii*, vel etiam *verecundiæ* signum est, sicut & frons esse dicitur, ideòque impuden-

1) *Libertas* 2) *Servitus*. 3) *Occasio* 4) *Miles idoneus*. 5) *Hiems*. 6) *Æstas*. XXVII. 7) *Prudentia*. 8) *Robur virile*. 9) *Obstinatio*. 10) *Servitus*. 11) *Laboris amor*. 12) *Deus omnia videns*. 13) *Mens*. 14) *Vigilantia*. 15) *Vita*. 16) *Mors* XXVIII. 17) *Ira*. 18) *Odium* 19) *Orbitas* 20) *Opus circumspectum*. 21) *Obedientia*. 22) *Contumacia*. 23) *Stupidus*. 24) [*Ala-*

critas. 25) *Infamis* 26) *Sagax* XXIX. 27) *Stupidus*. 28) *Verecundus*.

1) *Nausea.* 2) *Irrisor.* 3) *Res anceps.* 4) *Petulãtia coercita.*

tes fronte atque ore carere feruntur. Expuens [1] *aversionem* & *nauseam*, linguam exerens (2] *scurrilem irrisionem*, dentes ostentans *imbellium iram*, obliquatum os *detractionem* indicat.

XXX.

LINGUA [3] rem *optimam* simul *pessimamq;* pro usu diverso signat, juxta Anacharsim Philosophum, qui jussus optimum simul pessimumque, quod in foro reperiret emere, nil præter linguam attulit. Dentibus constricta [4] *frenatam petulantiam*. Ceterum *sermonem* quoq; & *eloquentiam* lingua repræsentat.

5) *Sollicitus.* 6) *Hilaris.* 7) *Opus.* 8) *Potestas* 9) *Liberalitas.*

FACIES virilis *fortem*, feminea *mollem*, rubens *verecundum*, perfricta manu *effrontem*, rugosa in fronte [5) *sollicitum*, explicata & subridens, (6] *hilarem*, notata frons punctis apud Thracas, ut Rhodig. l. 2. tradit *nobilem*, apud Romanos *infamem* designat.

XXXI.

MANUS [7] *opus artificiumque* ejus rei, cui applicata est, denotat, *authoritatem & potestatem* [8] supinè elata, dextera extensa [9) *liberalitatem*. Quanquam si vacua sit, ambiguũ, an ad *accipiendum* cũ prona est, ad *rapiendum* cum supina; an potius ad *dandum* porrigatur. Unde ex objecta manu, vacua vel plena, id erit definiendum: Quare Aristophanis jocus de Diis est: *Deos*, quibus supplicatum ibant, *stare supina manu, non ut dent, sed ut accipiant*. Sic & avaritiæ Athenienses damnati, *quòd manum etiam, dum moriuntur, porrigunt* Læva manus exporrecta (10) *furacitatis*, contracta (11) *avaritiæ* signum est, manus complicatæ (12] *impedimentum*, & si in sinum simul propendeant (13) *tristitiam*, sub axillas vel gremium conditæ (14] *ignaviam*; explicatæ *libertatem*, plaudentes *lætitiam*, elatæ junctim in cœlum [15] *pietatem*: revinctæ post tergum, apud Romanos *captivum*, apud Assyrios *supplicem* significant. Manus sublata in altum (16) *populi consensum*: invicem lavantes (17] *mutuum auxilium*: sibi invicem porrectæ dextræ [18) *fidem pacemq;*: pollicibus colligatæ ad exprimendum acu lambendumque vicissim sanguinem (19) *fœdus*. ita olim iniri juxta Tacitum solitum, denotant. Manus osculo excepta (20) *fidelitatem*; ab aure extrema pendens [21] *cogitationem de rè amata*: Contracta in pugnum, (22) juxta Zenonem, *Dialecticam*, plana

10) *Furacitas.* 11) *Avaritia.* 12) *Impedimentum.* 13) *Tristitia.* 14) *Ignavia.* 15) *Pietas.* 16) *Cõsensus.* 17) *Auxilium.* 18) *Pax.*

XXXII.

19) *Fedus.* 20) *Fidelitas.* 21) *Memoria.* 22) *Dialectica.*

na[1] signat *Rhetoricam*. Manus præputatæ, *opus desperatum*, sive *inefficax*. Statuæ tamen sine manibus, (2) quales apud Thebanos Judicum erant, *æquitatem ac spretam munerum corruptelam*. Manus sine pollice (3) (quem Athenienses Æginetis præputant) *bello*, *utilem* resupina, diductis digitis, *pacificationem*.

1) *Rhetorica*.
2) *Incorruptus judex*.
3] *Bello ineptus*.

XXVIII.

DIGITI hi sunt quorum applicatione præcipuè manus operatur. Unde & *Spiritus S.* dicitur *Dei digitus*. (4) Sed & Prophetæ atque Apostoli, per quos Deus mira operatus est, *Digiti Dei* (5) nuncupari possunt. Hinc de Moyse dictum Exod. 8 *Digitius Dei* est. Cererùm gesticulari digitis (6) *leviculorum* est, & Hebraico proverbio jactatur: *Stultum digito loqui*. Est & aliud observatum, *molles* uno digito caput scalpere, (7) quod Pompeio vitio datum Plut. asserit. At digitum rodere [8] *meditantis* atque in rem intenti est hominis. Unde apud Persium est, de neglecto est opere: *nec demersos sapit ungues*.

4) *Spiritus S.*
5] *Apostoli*
6] *Leviculus*.
7) *Mollu*.
8) *Meditans*.

XXXIV. Wielki

POLLEX, quod præ reliquis polleat; sic dictus, quando pressa in manu surrigitur (9) *robur* indicat, quando altera versatur manu, *adulatorem* ad ingenium alterius flexilem: quando utrâque, aut alterutra in manu tollitur, ut majorem aut minorem *assensum faveremq;* alteri præstitum signat. Unde Hor. Ep. 18 l. 1. *Fautor utroq; tuum laudabit pollice ludum*. Alias pollicem in certamine tollere, erat alteri tanquam fortiori *victoriam cedere*. Quia tamen, & verso pollice Tyranni Sicariis signum dare invadendi populi notati sunt: hinc & *tyrannidis* ac *furoris* manet argumentum. Quanquam & mordere pollicem (12) *iræ latentis* notam ferat.

9) *Robustus*.
10) *Adulator*.
11) *Favor*.

Wtory

INDEX ab indicando sic dictus; à nobis pro *indicio* mirè usurpatur (13) sed & ori appressus (14] *silentii* nota est. Unde Ægyptii tradunt Orum Heraiscum & Harpocratem digito hoc labiis appresso, non sine omine sanctitatis, in lucem editos, Harpocratesque hac figurâ, tanquam silentii Numen, proponi, atque in annulis signatoriis gestari solitum. Hunc Alexander Macedo fortè in annulo tulit, quem Hephæstionis amiciori appressit, (15) quando Matris Antipatrum accusantis epistolam legit, ut in vita *Curtius*; de Angerona haud Dea

10) *Iræ*.

XXXV.

13) *Indicium*.
14) *Silentium*.

dissimilia refert Macrob. Satur. *l.* 1 *c.* 10. quæ apud Romanos obligato colebatur ore; quòd nollent constare in cujus Numinis turela urbs esset, ne ut Romani tutelates Deos ab urbibus occupandis sacro antè ritu avocare solebant, ita & hostes Romanis facerent

XXXVI. 1) *Infamis. Impudis.* MEDIUS digitus (1) *infamiam* atque *impudentiam* in cõtracta manũ porrectus virgæ instar denotat, pro indicẽ quõdam Diogenẽ *Laërtius*, in vita, usum memorat, cum de impudico homine sciscitatus: ubinam esset? sic & hominem & impudentiam ejus ostenderet. ANULARIS dictus ab annulo, huic digito ingeri solito, quòd ab eo nervus quispiam ad cor deri vetur, ideòque hoc vinculo *cor suum* quisque conjugum alteri *devincire amore* testatur. (2) AURICULARIS ultimus minimusque in digitis, à quo numerandi, per manuum digitos articulosque, principium ducunt, faciuntque inclinatus in læva (3) *unum*, in dextera (4) centum. De qua ratione computandi vide Pier. l. 37. Exponit itaque in dexterâ centesimum, & ut D. Hieron ait sic inflexus (5) *virginitatis coronam.*

2) *Amor cõjugalis.* 3) *Vnum.* 4) *Centũ.* 5) *Corona Virginum Centupliũ.*

XXXVII 6) *Fons vitæ.* 7) *Cogitatio.* 8] *Candor animi.* 9) *Charitas erga Deum.* 10] *Receptaculum.* Cor (6) principium *vitæ* in homine ideòque & illius imago est, tum deinde *cogitationis* (7) & *consilii*, & si ante pectus suspendatur (8) aperti pectoris, seu *candoris in sermone* signum est. Unde Momus reprehendit Deos, quòd in homine condendo fenestram, ad cor inspiciendum, non fecissent. Est & puerilis ætatis insigne, quod huic bulla in figura cordis appenderetur, & candidi esset pectoris. In thuribulo positum, (9) *ardentem charitatem erga Deum*, & *pietatem* signat. Sumitur & cor pro *arcano receptaculo.* (10) Sic filius hominis fuit tribus diebus in corde terræ Matth. 12. In igne *cupiditatem*, vel *indignationem* denotat. Sunt enim, qui *concordiam* per duo corda vinculo sociata intelligi voluerint, sed rudi satis symbolo.

XXXVIII. 11) *Fortitudo. Temperãtia.* 12) *Luxuria.* LUMBI Spinæ dorsi adhærentes (11) *fortitudinem* animæ & *temperantiam* signant Ephes. 6. State, air, Paulus, succincti lumbos. Si discincti fuerint (12) *luxuriam* denotant. Hinc *discinctus Nepos*, de lascivo dictum.

13] *Mediũ.* UMBELICUS *medium* apud plerosque significare videtur (13) HINC Cic. 1. in Verrem VI. *Locus, quod in medio*

media est insula situs, umbelicus Sicilia nuncupatur. Pq-nitur etiam pro *patria*: (1) quòd hic quilibet tanquam in centro suo versetur, & quocunque excutrat, huc propendeat. Infans quoque ab umbelico alimenta trahat. Sed & pro *fine* usurpatur. Unde Mart. l. 4. Epig. *Pervenimus usq; ad umbelicum*, quòd volumina olim, unâ plana pagina exarata circum bacillum, quo claudebantur, velut umbelicum volverentur (2) Umbelicus in feminis, [3] uti præputium in viris *concupiscentiam* denotat, amputatio verò illius (4) *castimoniam*.

1) *Patria.*

2) *Finis.*

3) *Concupiscentia.*

4) *Castitas*

XXXIX.

VENTER *originem & principium* denotat, quia à ventre in lucem prodimus, (5) Et *voraginem* seu *abyssum* omnia absorbentem, (6) quam & ventrorum tormina, & aquæ abundantes concutiunt. *Gulosum* quoque designat, quòd huic potissimùm impiendo sint dediti. (7) Et *implacabilem* precibus, quòd auribus careat. (8) *Idolum* quoque multorum: *quorum* nempe *Deus venter est. Inexplebilem donis*, quia omnia consumit. (9) *Ingratum*, quia sordes reddit. [10]

5) *Origo.*

6) *Vorago.*

7 *Gulosus*

8) *Inexorabilis.*

9) *Inexplebilis.*

10) *Ingratus.*

XL

PEDES non ineptè pro *fundamento* usurpantur, (11) unde pedes columnæ vel pedem figere, & pro *possessione* [12] hæc enim quasi pedum est positio: Sic pro *servitute*, quia toti corpori ferendo serviunt. Pedes bini lævo antecedente *aggressionis* est signum (13) quòd hoc situ aggressores fitmentur. Contrà si dexter præcedat (14) *recessus erit*. Si pes pedi imponatur (15) *ignavia* erit; si collo, (16) *victoria & imperii* argumentum. Pes alatus Mercurii *celeritatis* est: pes compedibus strictus *captivitatis*: pes curvus (17) *iniquitatis*: nam de probis dictū, *pedes eorum recti*. Juncti duo pedes *stabilitatem*, claudicantes *instabilitatem* signant.

11) *Fundamentum.*

12) *Possessio*

13) *Aggredi.*

14 *Recedere.*

15) *Ignavus.*

16) *Victor.*

17) *Iniquitas.*

GENUA *misericordia*, quod genua procumbentes miseri tangere soleront (18) Quod tamen Crates Thebanus risit (ut Laërt. in vita) cùm pronus tangeret, pro genibus, coxam principis, indignantique respondit. *Nunquid & hæc aquè tua sunt, ac genua?* Hinc à genibus repellere, est *negare misericordiam*. Procumbens in genua, si terratum spectet, *promittatem ad vitia*, si cœlum, aut aram, *pietatem & humilitatem* signet. Poplites

18] *Misericordia.*

XLI.

3) *Impedimentum.* 2, *Finis.* 3) *Exemplum.* 4) *Firmitas.*

Impositi genibus (1) *impedimentum*, quod olim etiam legibus proscriptum denotant, ut *Plin.*

CALX, seu CALCANEUS (2) *finem*, ut in homine, sic in rebus aliis designat. Vestigium illius (3) pro *exemplo Majorum* ponitur. Unde vestigia Patrum sequi quis dicitur. Est & *firmitatis* argumentum. (4) Hinc de serpente Deus Gen. 3. *Insidiaberis*, inquit, *calcaneo* hominis, nempe ut subvertas.

CAPUT LIX.

De Ænigmate atque obscuritate illi propria, tum ex quibus principiis hæc oriatur.

I. DE ænigmate acturi non insucundum aggredimur ingeniorum ludum. Hoc ut arguta oratione contexitur, non pauci attigerunt, quanquam paucis plures exercere artem (sed sæpe absque arte) quàm scribere maluerunt. Multis satis ad ænigma visum si obscuram orationem texerent, & vel remotis allegoriis, vel ignotis ferè rebus luderent. An verò de ænigmate quisquam, prout imago figurata est, artis præcepta dederit, equidem nescio. Mihi, si cœptam pertexere telam cupiam, is labor incumbet. In hoc verò, cùm diversa parum ratio à scripto ænigmate sese offerat, nisi quòd figuræ verborum sententiarumque vicem subeant, resque ejusmodi esse debeant, quæ sub penicillum cadant: ex illius ænigmatis, quod orationis est, legibus, hujus (quod iconologiæ est) naturam artemque investigabimus. Obscuritatem uno omnes ore ænigmati propriam fatentur, quam vi nominis ab αἰνίσσομαι id est, obscurè signi fico deducti, satis indicat, Sed error nonnullorum est, quòd si quid obscurum in oratione aut iconologia sese offerat, id continuò ænigma clamitent.

Ænigma imaginis ænigma orationis imitatur.

II. Observandum hic perquam diligenter est, obscuritatem aliam ex ignorantia & difficultate ipsius cognoscentis, aliam ex rei cognitæ difficili connexione cum re signifi-

significata exsurgere, e.g. Cynocephalus cæcutiens apud Ægyptios *Lunæ eclipsin* indicabat, *ut Pierius de Cynocephalo*, quia Lunâ obscuratâ, oculorum & ipse vitam amittebat, hoc tibi incognitum ideòque obscurum est, verum ex ignorantia antiquitatis, aut remoti orbis, hæc tua obscuritas existit, Ægyptiis verò quibus hoc animal notum erat, nihil hîc occurrebat obscurum, imò & tu ipse post historiam agnitam, vides hanc figuram clarissimam habere cum re significata connexionem; sive ex instituto tibi hieroglyphicè, sive etiam ex convenientia, quam habet ad lunam excæcatam, metaphoricè, sive denique tanquam effectus causam suam (luna enim in Cynocephalo hanc cæcitatem efficit] metonymicè significet. Idem quoque Cynocephalus Ægyptiis 70. orbis regiones (quibus cosmographi illorum orbem id temporis distinxerant) indicabat, ratio hujus significati erat, quòd hoc animal totidem diebus, partim, partimque quotidie emoreretur; adeò quidem, ut per Sacerdotes indies pars aliqua illius animantis in templis sepeliretur. Hîc eadem inprimis obscuritas esse cognoscentis, quæ antea poterit, hæc tamen licet sublata, per historiæ cognitionem, fuerit; adhuc alia rei cognitæ manebit; videlicet, ut hæc tot regionum est significativa, quot diebus animal moritur. Nam fingamus institutum Ægyptiorum abesse, & tantùm convenientiam cum re significata expendi, quàm obsecro remota hæc translatio, quàm obscura significantis figuræ cum significato connexio? quid enim tot mortis dies simile habent cum tot regionibus? neque enim hîc alia connexio, quàm metaphorica apparet; cùm metonymicè hæc duo non cunjungantur. Deinde, quis ex tot in orbe rebus, naturâ & ingenio divertissimis, hanc potiùs mihi de tot regionibus cogitationem, quàm alias sententias objiciet? Apertior quidem via esset, si ad hominis solius mores vitamque (ut symbolicæ emblematicæque imagines faciunt) metaphoricè hoc exemplum animalis transferretur. Posset enim septuagenarium senem vitâ functum adumbrare, (1) de quo verum quotannis aliquâ ætatis suæ parte mortuum. Vel propiùs etiam, 70. dierum puorum vitâ abeuntem.

Obscuritas duplex est, alia est ex ignorantia cognoscentis, atque in hieroglyphicis locum habet, quando eorum ex instituto significationem ignoramus aliarei cognitæ, quæ in ænigmatis reperitur, ob difficilem sive occultam connexionem, quæ habet figura cum re significata,

III.

1) *Septuagenarius moriens, vel in die morimur.*

III. Sed ænigmatum liberior ampliorque est significandi campus, quo tritus, notissimæ ceteroquin res, in hoc imaginum genere obscuritatem adferunt. Nam Cerberi fabulam, quis mediocriter doctus ignorat? Obscuritas ex parte cognoscentis nulla est, canem facilè agnoscis, eumque tricipitem, quòd si emblematicè illum proponeres, sub hoc v. g. lemmate, *quot capita, tot sententiæ*: haud difficulter, aut regnanti populo, (1) qui dicitur bellua multorum capitum, aut homini, suas actiones ex triplici principio moderanti, rationali, scilicet irascibili, & concupiscibili applicabis: verùm absque inscriptione ænigmaticè propositus cum Hercule v. g. ab inferis illum educente, difficilius erit hujus imaginis vim significationémque eruere. Intelligamus enim, ut nonnulli voluerunt, *uti Pierius de Cerbero*, per has figuras hominem philosophum hujus primùm scientiæ repertorem, quæ triplex potissimùm est, rationalis, naturalis & moralis, (2) Sanè obscurior hæc tibi remotiorque translatio videbitur, quia exigua sese primùm consideranti offert convenientia; sed ubi penitùs inspexeris, reperies non omninò incongrua. Neque enim minùs rectè, per Herculem sapientem, quàm fortem intellexeris. Nam qui in se tanquam parvo orbe omnia affectionum monstra domat, is meritò sapiens vocabitur, aptusque erit qui ad lucem cognitionemque hominum sepultam, velut ab inferis & tenebris ignorantiæ, Philosophiam tripartitam educat, quæ non immeritò per tricipitem canem adumbratur; quòd animal nullum, aut docilè magis, aut familiare homini, quàm canis videatur, caput verò, sapientiæ omnis præcipua sedes. (3) Par ratio de illo cyno cephali morientis ænigmate, ubi propiùs rimatus fueris. Est enim mundus animali cuidam persimilis, in quo oculi sol & luna, ossa lapides, sanguis aquæ, herbæ crines: corpus ipse orbis. (4) cur igitur ineptè is per animal repræsentetur? Membra in animante singula, sunt velut orbis partes: harum singulæ seorsim emoriuntur, quando amisso sole tanquam vitali die, tenebris succumbunt: unde licet ab instituto cynocephalus talis imago non esset, ænigmaticè tamen ita potest usurpari.

1) *Populus imperans, bellua multorum capitum* vel *appetitus triplex.*

2) *Aristoteles vel alius Philosophus.*

3) *Philosophia tripartita.*

4) *Mundus.*

IV. Verùm, inquies, non satis intelligo, cur eandem ima-

imaginem asseras ex eo capite, quòd in ænigmate ad res plures sese possit significando extendere reddi obscuriorem, cùm potiùs tantò mihi explicatu sit futura facilior, ut qui promptiùs in rebus creatis omnibus, quàm in solis humanis actionibus illi aliquid reperturus sim conveniens: nam ad mores hominum, & ad ceteras res naturales licebit adhibere. Non equidem diffiteor, id fore expeditius, sed hæc libertas varia significandi, per alia signa figuraſque adjunctas, uni figuræ eripienda est, cogendaque in finem expositionemque illam, quam autor animo destinavit, quæ quidem in ænigmate, ex ipsius figuræ primâ contemplatione, obvia esse non debet, ut exemplis suprà traditis palam est ut igitur, v.g. magis restringat illud Herculis ænigma: Manum adjice, in pugnum tribus digitis contractam, quæque alios duos in bivium Herculis, velut demonstrantes viam utramque, dirigat. Manus per tres digitos contracta rationalem philosophiam, tribus syllogismi propositionibus stringentem, indicat; quæ, tam ad divinas, quàm humanas scientias, Herculis bivio significatas, viam intendit: sive, quæ tam viriis, quam virtutibus potest servire: Oculi gemini, unus interiorem digiti partem, alter suprenam possideat, hic tanquam microcosmus, totius naturæ; ille in manu, mentis, quæque ad rectè operandum spectant (quod oculata designat manus) quidam sit index. (1) ita opinor ænigma absolutum habitutus es, quodque ad alium vix sensum detorqueri possit: In quo quidem figuras omnes notas, verum expositionem, ad scopum unum, obscurum difficilemque experietis, singularem tamen significata ejusmodi, ut sapientum autoritate fulciri possint, quæ brevitatis studio dissimulo: quin etiam quæque seorsim sumpta facilè expositorem invenient; at conjunctio earum parum certè est obvia.

Ænigmata, quando vim plura significandi habent, per certa quædam signa adstringendæ sunt ad illud, quod autor mente concepit.

1) Philosophia ad humanas divinasq; scientias, ad vitia & virtutes pandit iter.

Jam verò sententia ejusmodi quæ junctis figuris significetur, majori operâ studioque in rebus creatis omnibus, tanquam in multitudine penè infinita, quam in rerum tantùm intelligentium vita moribusque pervestiganda erit.

V. *Obscuritas ex parte cognoscentis non est ænigmati propria.*

Animadvertes hinc etiam opinor, quam probemus quamque improbemus obscuritatem. Etenim illa quæ cognoscentis est, nihil ad ænigma constituendum facit: nam aliás idem quod adolescenti ænigma, adulto symbolum esse poterit, imò quod hodie ænigma tibi, cras [historiâ, aut antiquitate, perfectâ] ampliùs non erit, adeoque res eadem ad solum cognoscentis ingenium mutabitur: quod nec somnians existimaverit. Hallucinantur igitur, qui ad ænigmaticam conflandam imaginem, ex Gange atque altero orbe vix auditas creditasque historias accersunt: uti & illi, qui ad res, aut voces ænigmaticâ oratione proponendas, barbara, aut vetustate exoleta, ad conciliandam orationi obscuritatem, ex reconditis velut scrinijs verbà eruunt. Hæc enim, ut illa imaginum, sic orationis vitia sunt, non virtutes. Hoc agendum ut res, voces, figuræque in omni ænigmate sint, inter mediocriter doctos, non ignotæ, ne cum obscuritate rei, ipsa etiam contemplantis obscuritas & ignorantia conjungatur. In Hieroglyphicis obscuritatem alteram, quæ cognoscentium est, toleramus; nam ubi, illa sublatâ, institutio cognita fuerit, difficultas cessat, quia non tam ex rerum natura, quàm autoritate instituentium pendet figuratum significatio.

CAPVT LX.

De materia ænigmatum.

I. *Materia ænigmatis res quælibet est, quæ obscurè, vel metaphoricè, vel metonymicè, vel etiam ex institutione plura*

Materia ænigmatum res quæcunque, tam symbolis quàm emblematis idonea esse poterit; modò allegorica sit, id est, translationem aliquam, seu metonymiam remotiorem obscurioremq; complectatur, quæ sub penicillum cadat. Præter translationes verò etiam metonymias admittendas esse, nemo inficias iverit: cùm & illæ transferri ad diversum aliquid significandum, & sæpe obscuram cum re significata habere connexionem possint, ut sunt fabulæ Græcorum ac Latinorum complures, quarum lib 3. meminimus, quæ non nisi metonymicè significant. ita, Lamiæ invidorum hominum ideæ quædam sunt, in alienis oculatæ, in propriis cæcæ.

Cha-

Charon ultimi temporis, quo vita defungimur, quædam imago est; cui naulum, relictis opibus, pendere cogimur. Minotaurus in Labyrintho, tacitum aulæ crudelis, & perplexæ e.g. Herodianæ consilium indicat. Et Lamiæ quidem, tanquam effectus, per cæcitatem significabant invidos: Charon, tanquam causa mortem: ipsâ enim ætate deficimus: Minotaurus velut signum (ut quod olim apud Romanos, dum res occultè gerendæ essent, proponi solitum) clandestina exponebat consilia. Quo ultimo exemplo simul illa difficultas expeditur, quæ hoc loco de signis nasci potest. An videlicet hæc ænigmatis etiam adhiberi possunt, ut signa sunt. Ita enim hieroglyphicis subserviunt? Nam respondebo, illa tantum signa posse, quæ rerum sunt ad plura figuratè significanda aptarum: ut Minotaurus est, qui *parricidii* quoque *tyrannidis*, ac *libidinis quadam* idea est: talis enim signi obscura manet cum significato connexio, quæ ingenio Poëtæ certæ significationi adhibetur. Ita si Taurum à Lupo oppressum videas: *ut Pierius in voce Taurus.* non statim intelliges civem à peregrino opprimendum designari: ut Archivi sensêre, cùm ob hoc spectaculum in foro datum, peregrinum Danaum civi suo Gelanori, velut fortiorem prætulerint. Secùs tamen eveniet, si in corio mactati bovis sedentem rejectis post tergum manibus exhibebis, neque ignoravetis; ità olim opem aliorum implorare solitos in publico sedisse, tum auxilium pollicentem dextro pede corium calcasse [uti Scythæ etiamnum eodem habitu carnem ex corio offerunt, quibus acceptans opem pollicetur] hoc enim certius erit signum, quàm ut ænigmati serviat, cognitâ enim historiâ obscuritas omnis sublata erit, cùm vim diversa significandi hæc figura vix obtineat. Ceterùm ejusmodi signa, quæ ex ipsa etiam institutionis vi ac ratione multiplicem quandam significandi virturem retinere videntur [quòd methaphoricè potiùs, quàm metonymicè adhibeantur] à Pythagora Magistro discipulis præceptorum loco tradita: hoc loco accensere volui, ut quorum pleraque ex remotis comparationibus ducta ænigmat, sunt opportuna.

indefinitè significat.

II.

Pytha-

Pythagoræ symbola Theologica.

III.

1) SS. Trinitas.

Deus,

Virtus.

Vitium.

Dæmon.

2] Offensa Dei deprecanda.

3] Deus silenter adest.

IV.

4) Oratio quieta sit

5] Oratio circumspecta sit.

6) Divina res prudèter tractãda.

7) Affectus in re sacra purus sit.

8] Cura sordida à sacris absint.

V.

9) Pura mente sacrificãdũ.

1. *Inter cetera colenda est perfectissima trinitas*, id est, Deus aut virtus, quia ternarius à Pythagoricis dicitur numerus primus incompositus, ut qui primam multitudinem incompositam significet. Dualem enim non esse numerum, sed confusionem unitatum contendunt. Unde ille rebus perfectissimis, & summis, Justitiæ ac virtuti, Angelis, Deoque inprimis tribuitur: ille materiam, rem imperfectam & corruptibilem, audaciam vitiumque quod in extremis est (ut virtus inter duo extrema) denique & Dæmonem designat. Vide Petrum Bongum de numeris, & Gyraldum, qui in symbolo de non edendo Erythino, ex Jamblico addit, Pythagoram ternario Apollini sacrificare solitum.

2. *Cum tonat terram tange*, id est, offenso te Deo cum precibus submittes: terræ, unde prodiisti, abjectæque originis tuæ memor.

3. *Linguam coërceto Deum imitans*, qui scilicet in silentio nobis adest, quo principio nisus Pythagoras quinquennio integro suos discipulos tacere voluit. Nam; *Proximus illi Deo qui scit ratione tacere.* Unde & illud in sacrificiis usurpatur, *favete linguis.*

4. *Adoraturus sede* id est, animum ad quietem & preces compone.

5. *Adora circumactus*, ex more veterum scilicet, id est, circumspicere, & vide quid à Deo petas, ne illud in te cadat, *nescitis, quid petatis.*

6. *Ne sine lumine de rebus divinis loquare*, id est, sine ratione ac prudentia de rebus divinis ne loquaris, temerè aut ignoranter quicquam effutiendo.

7 *Nudis pedibus rem divinam facito*, id est, purgatis animi affectionibus, vitiisque depositis ad rem sacram accede.

8. *In sacrificio ungues ne feces*, id est, noli in re sacra supervacuis ac sordidis temet curis aut negotiis occupare.

9 *Ne sine farina sacrifices.* [hac enim victimarum capita aspergi solebant) id est, ne sine candida mente, & innocente ad Deum accede.

10. Ex

10. *Ex non putatis vitibus Deo ne libes*, id est, opera & victimas Deo offer puras, amputatis iis, quæ imperfecta & vitiosa sunt. 10) *Puræ sint hostiæ.*

11. *ignem gladio ne scalpas aut fodias*, id est, Deo (pro quo ignem habent) linguâ tuâ, velut gladio, maledicta non infligas. 11] *Deo nō maledicēdum.*

12. *Dei figuram annulo ne insculpas*, id est, ne in propatulo res sacras habeas, aut divinos sermones rebus sacris contemptim admisceas, si enim capitale aliquando fuit Imperatoris insignia loco parum decoro inferre, quantò magis Dei erit? 12] *Profana à sacris absint.*

13. *Ne torqueris ligna cupressina*, id est, Deo consecrata in proprios usus ne convertas, ex cupresso enim Jovis sceptrum fieri Hermippus asseruit; & Diti sacra funeribusque dicata arbor est. 13) *Sacra in profanos usus non vertenda.* VI.

14. *Gallum nutrias, non tamen sacrifices.* Quia Gallus soli & lunæ tum & horis consecratus, tempora distinguit. Videtur autem innuere milites pro nobis excubantes nutriendos quidem, sed rebus sacris minimè adhibendos. *Ita ferè Gyraldus.* 14] *Milites sacra defendant non tractent.*

15. *Surgens è lecto stragula complicato*, id est, mane te erigens sensus omnes compone; ut mentem à terrenis ad res divinas contemplandas transferas. 15] *Mane ad Deum mens dirigenda.*

16. *Injussu Imperatoris ex statione ne discedito*, est enim id militibus capitale, ita nec tu à vitæ statione discedas, priusquam Deus avocet. 16) *Vita nō est projicienda.*

17. *Per dextram templum ingreditor, per sinistram exito*, id est, cùm templum ingrederis, ad Deos te immortales memento accedere; cùm egrederis ad mortales rursum exire. Nam ut Jamblicus hoc loco, dextra numeri imparis est, qui Deorum est numerus, juxta illud Poëtæ: *Numero Deus impare gaudet.* Sinistra dum adjungitur, paris est numeri, qui mortalium est. 17] *In templo Deus, extra etiam homines conveniri possunt.*

Pythagoræ Symbola Ethica. VII.

1. *Dextera cuivis injicienda non est*, id est, ne quemvis ad amicitiam admitte. Fide, scilicet, ac cui vide. 1) *Fidendū circūspectē.*

2. *Angustum annulum ne feras*, id est, (ut Plut.) non adstrictâ nimium victus ratione utendum, vel [ut rectius 2) *Nulli hominis obli*

serùs ad malum.

D. Hieron.) non anxiè nimium vivas, & servitiore adstringas, quo nequeas liberari.

3) Iratum ne stimules.

3. *Ignem igni non addito*, id est, iratо noli stimulos ad iram tuâ contentione adjicere.

4] Curis moderandum.

4. *Cor ne edito*, Curis videlicet supervacuis abstine, quibus cor dilaceratur, Huic simile, quod de *cerebro* monuit *non edendum*, id est, fugiendam oblivionem. Utrumque Jamblichus ab eo veritum putat, quòd cor ac cerebrum vivendi sapiendique essent principia. Unde fortè nec Hebræis Deus cor aut cerebrum immolare jussit.

5) Improbis tua ne fidas.

5. *Cibum in vas fordidum ne immittito*, id est improbis tua secreta ne facilè communices.

6) Lex non violanda.

6. *Iugum statera mve ne transilias*, id est, (ut Plut.) rationem & legem ne transgrediare, ut D. Hieron. æquitatis normam; ut Cyrill. Alex. ne fis avarus.

VIII.

7) Garruli vitandi.

7. *Hirundines familiares non habe*, *Seu domi non alto*, propter sordes videlicet, id est garrulis noli esse familiaris: nam aut famam tuam traducent, aut secreta manifestabunt, vel ut autor ad Heren. Infido amico ne jungaris, qui scilicet, ut hirundines brumæ tempore, sic in adversitate discedat.

8) Vulgus non sequēdum.

8. *Per viam publicam ne incedas*, quia scilicet lutulentior quàm semitæ, id est, ne vulgi ingenia erroresque sequare, quia vitiis favent. Huic adversari videtur illud quod idem alibi statuit, *extra viam publicam non gradiēdum*, id est publicas consuetudines tenendas. Verū intellige, id servandū ubi semitæ desunt, ne scilicet tu primus iis, qui non tritâ perniculosè incedas viâ, adeóque aberres.

9) Prudēs.

9. *Sal appone*, hoc enim cibis condiendis aptum, id est, prudentiam ad actiones omnes adhibe.

10] Maledictio vitanda.

10. *Ne frangas dentes*, id est, ne maledicas aliis, nam vicissim tibi rependetur, & genuinos infixos duris hominibus franges.

11] Magistratus nō carpendi.

11. *Coronam ne decerpas*, nam cupitis coronæ ex herbis & rosis facilè carpendo læduntur, & decus admittitur, id est, ne summos urbium aut regnorum magistratus ac principes malè vellices; nam in te denique hoc & dedecus, & injuria redundabit.

IX.

12] Injuria obliviscenda.

12. *In cinere olla vestigium confunde.* Postquam subitâ irâ exarsisti, denique omne vestigiū injuriæ ex animo dele.

Herbam

13. *Herbam Molochen* (Malvæ species est) *sere, non tamen ede*, id est, mollis facilisque tanquam herba illa, [quæ mollit ac solvit, ac cum sole circumagitur] aliis esto, non tibi. Tale ferè est quod nubentibus accini solet. *Sesamum aut hordeum sere*, id est, fecundo utere thalamo. 13) *Benignus aliis non sibi.*

14. *A fabulis abstineto*, quod Pythagoras etiam suis præcipere est solitus, cùm inflent, ac inflamment igne etiam venereo. Cetcrùm tam ejusmodi, ut & aliorum secretorum tenaces erant Pytagorici; ut cùm Dionysius Tyrannus Tymicham, ejus disciplinæ addictam interrogaret, cur fabis sibi interdiceret? linguam præmorsam in Tyranni faciem ejecerit. Sensus igitur erit. Vel abstinendum à venere, vel ab ambitione magistratus, qui fabis suffragantium apud Athenienses eligebatur, Unde & is, qui suum vendit favorem, atque ex suffragiis ferendis vivit, apud Græcos κυαμοτρώξ quasi fabæ rosor, seu ex fabis victitans nominatur, 14) *Abstinentia.* *Ambitionis fuga.*

15. *Melanuros ne gustato*, sive *piscibus quibus nigra est cauda abstineto*, id est, ne cum dolosis & adulatoribus, qui primâ fronte probi videntur, sed nigri à tergo, hoc est improbi sunt, familiaritatem habe. 15) *Improbi vitandi*

16. *Erythinum* [sive rubellionem piscem] *ne edito*, id est, à sanguine & vindicta manus abstine: est enim piscis coloris sanguinei. 16) *Vindictæ fuga.*

17. *Sepiam piscem ne edas*, id est, vita mendaces & dolosos, vel res obscuras & implicatas ne suscipe. Nã sepia atro liquore perfusa se contra alios obtegit, & in volucris implicatis piscis est. 17) *Mendaces vitandi.*

18. Ita à Scaro idem Pythagoras abstinere jussit tanquam ebrietatis symbolo, quia uvas devorat, à Lupo seu Labrace, voracitatis exemplo. Unde à Græcis homo avidus stolidusque, *Labrax Milesius* dictus est. 18) *Ebrietas & gula vitanda*

19. Ab urtica quoque marina, quòd Venerem aleret, ab aliis alia de causa temperabat, cetcrùm universum à piscibus Ægyptiorum more abhorruit, qui iccircò quòd Osiridem Deum suum, id est solem mare hausisset, pisces aversari credebantur. Verùm significare Pythagoras est visus, dum pisces non gustandos monuit, frigidi, hebetisque ingenii homines suæ parum disciplinæ idoneos. 19) *Castitas.* *Hebetes.*

XI.

20] *Amicitia cum bonis colenda.*

20. *Panis non frangendus*, id est, amicitia [quæ ex] nimorum compositione uti ex granis panis coalescit] inter bonos non dissolvenda. Unde Pythagoras in amicorum cœnis panē nō frāgebat, ut est apud Plut. in Sympos.

21] *Arrogans. Avarus Dei dona æstimāda.*

21. *Quæ ceciderint* (extrinseca scilicet] *ne tollito*, id est, noli esse nimiùs rerum tuarum æstimator, vel potiùs noli esse nimium avarus. Pythagorica hæc consuetudo ad plures dimanavit. Cum qua non pugnat, quod idem præcipit. *Minutā panis ne pedibus cūlces*, id est, data à Deo munera ne contemne, aut minimam etiam fortunam noli aspernari: nam & relinqui mica poterit, velut canibus alendis opportuna, & non contemni.

XII.

22) *Mitēnn exasperandi.*

22. *Elixum ne asses*, id est, ne mansuetos offensione aliquā indures, est enim eorum, ut tarda, sic gravior ira, vel potiùs noli actum agere, aut delicatè nimis gulæ servire.

23) *Ius publicum intactum sit, mordaces vitandi.*

23. *In via ne ligna fecet*, id est, noli impedire illa, aut turbare, quæ publici sunt juris aut possessionis.

24) *Constantia in bene cœptis.*

24. *Gladium acutum ne verte*, id est, declina illos qui intentant pericula, aut certè linguam acutè mordaciter[que] aliorum famam vulnerantem.

XIII.

25) *Manifeste veritati non resistere.*

25. *Ne retrovertas cùm ad terminum veneris*, id est, noli à bene cœptis inconstans resilire, aut noli, cùm mors instat, velle vivere. Par ferè quod Hebræis per Mosen præceptum, per eandem viam non redeundum.

26] *Turpia palam vitanda.*

25. *Adversus solem ne loquere.* id est, manifestæ veritati noli repugnare.

26. *Adversus solem ne mingas*, id est, ne quicquam turpe palam Deo vidente audeas.

27] *Contumelia vitanda.*

27. *In ætrum nunquam intende digitum*, id est, virorum illustrium famam noli malignè insectari, aut noli principum virorum exemplo velle privatus vivere, neque enim omnibus omnia competunt.

28) *Improbi vitandi*

28. *In arundineto ne confabuleris*, id est, hominibus levissimis nihil crede, neque iis familiaris esto.

29] *Credere levibus*

29. *In nive non scribas*, id est, mollibus levibusque animis nihil fide.

30. *Progredienti gregi de via decede*, id est, insipientibus ac stultis tu cede aliquantum, licet prudentior: aut certè multitudini, brutæ licet, te non oppone.

30) *Multitudini cedendum.*

31. *A mis-*

XIV.

31. *A mustela è transverso recede*, id est fuge delatores & mendaces. nam, velut mustela ore parit, sic ipsi ore quævis profundunt.

31] *Delatores fugiendi.*

22. *Colubrum intra ædes collapsum non perime*, id est, hospitem quantumvis noxium humaniter tracta.

31) *Hospitalis.*

33. *Offensâ in vestibulo turpi vetulâ non egredere*, id est, noli res illas, quarum turpia sunt principia ulterius prosequi. par ferè, quod inculcavit. (34) *Pede in limine illiso retrocede.*

33) *Turpia non prosequi.*

34) *Læsus absiste.*

35. *Ingrediens egrediensque valvas osculare*, id est, initia finemque actionum perpende, simile propemodum: *Egrediens domo synciput, rediens occiput scalpe*, (36) id est, priusquam opus aggrediaris ingenii (cujus synciput est sedes) considerationem adhibe, quid, ac quomodo rectè agendum: ubi expleveris, memoriâ (cujus sedes occiput) recole; rectène, an secus egeris?

35] *Finem spectare.*

36] *Consultò operari.*

XV.

37. *Rectum pedem promove*, id est, quæ recta sunt iniquis præhabe.

37) *Bono insistendū.*

38. *Noctu in tenebris deambulare cave*, id est, dum lux & vita favet, sive, ut loquitur sacra scriptura, *dum dies est operemur*, in nocte & morte seriùs, aut certè agamus illa quæ lucem non erubescant.

38) *Tempori operandum.*

39) *Pudicitia. Cautela.*

39. *In tenebris absque vestitu aliquo non vade*, id est, nullibi pudoris obliviscere; sive in re obscura non omnem animi sententiam denudes.

40) *Mortificatio.*

40. *Arma à muliere oblata rejice*, id est, noli femineos & impotentis animi impetus sequi.

XVI.

41. *In poculi fundo residuum non relinque*, id est, artes, quas degustare cœperis, ad fundum usque exhauri.

41) *Fundamentū penetrare.*

42. *Sole collucente ignem non defer*, id est, in re clara multis rationibus illustranda laborare noli.

42] *Clara non probanda.*

43. *Apud quadrupedem poema non cane*, id est, apud idiotas subtilia non profer.

43) *Subtilibus in vulgo abstine.*

44. *Lyram illotis manibus non attinge*, id est, noli esse impurus, ac improbus, qui canis aliis, seu doces alios probitatem.

44) *Exēplum.*

45. *Faciem in fluvio non spectato, seu lavato*, ne scilicet inanem rerū aut vultū tui speciē ames, quæ prorsus fluxa est.

45) *Vanitas.*

46 *Lapidem in fontem jacere scelus*, id est, cum, qui publicæ [46) *Calamnia.*

XVII.

4) *Victus honestus.*

blicæ utilitati servit calumniis impetere, aut impedire velut obstructo fonte, nefas est.

48) *Consilium bonorum sequi.*

47. *Sinistra manu cibum ne capito*, id est, vive ex iis quæ jure tibi competunt, nec injusto te lucro, aut furto, alas.

49) *Futuris prospiciendum, otium vitandum.*

48. *Lumen post caput appensum non detine*, id est, noli illos avertari ac in postremis habere, qui recto te consilio ad meliora erudiunt. vel, provide antequam agas.

XVIII.

50) *Sacris ad otium non abutendum.*

49 *In Chœnice ne sedeto* id est, non tantùm præsentis boni [nam chœnix diurnæ escæ commensum, & velut sportula est] sed & futuri rationem habe. Simile ferè, aut idem illud est. *Super modium ne consistas*, id est, otium devita.

51) *Vis rusticis ne fias.*

50. *In sacro sepulcro non dormi*, id est, rebus Deo consecratis noli ad otium ac voluptatem tuam abuti.

52) *Amicum habere*

51. *Sudorem ferro non absterge*, id est, labore parta aliis vi noli eripere.

53] *Memoria Patrũ non abolẽda.*

52. *In solitudine sine baculo non ambula*, id est, noli ita te ab omni hominum consortio subtrahere, quin unum amicum colas, quo tanquam baculo ab aliis destitutus nitaris.

54] *Parcè vivendũ.*

53. *Hominis vestigia ferro non confige*, id est, noli tuorum prædecessorum memoriam abolere, aut famam nomenque contumeliâ lædere.

54. *Integrum fasciculum igni non injice*, id est, noli simul omnia consumere, aut opes simul omnes periculo objicere.

XIX.

55) *Status sensim mutandus*

55. *De rheda junctis pedibus non exili*, id est, de statu, in quo es, non uno impetu, verùm pedetentim ad alium te transfer, ne offendas.

56) *Pueri & senes nõ indicent.*

56. *Puero, aut fœmina gladium ne indulge*, id est, noli imprudentibus levibusque hominibus judicium æquitatemque administrandam committere.

57) *Examen conscientiæ.*

57. *Duorum maximè temporum matutini & vespertini curam habe*, id est, ea quæ jam primùm acturus es, quæque deinde egisti diligenter expende, ne vel temerè incipias, vel admissos errores non corrigas.

58) *Assentari,*

58. *Oleo sedem non abstergas*, id est, aliorum mansuetudine, sive otio tuo, ad labes & scelera non abutere. vel, noli illis malè assentari, qui judicio præsident.

59. *Olea*

XX.

59. *Oleam seu mitem plantam ne cæde; aut viola*, id est, mites & innoxios noli vexare.

59) *Innocentibus parcendū.*

60. *Adoranda est Echo, cùm flant venti*, id est, tempori atque occasioni serviendum, & favoris vento potius utendum, quam adversus ventos & Principum voluntatem progrediendum

60) *Occasio non negligenda.*

61. *Cantibus utendum ad lyram*, id est, affectionum harmoniam & concordiam, lætitia animi accendat necesse est. Institutum autem Pythagoræ fuisse memorant, ut ante somnum cantu ad lyram uterentur.

61) *Mortificatio lata sit*

62. *In meridie dormito*, id est in aperta causa & veritate non est malè connivendum.

62) *Veritati standum.*

63. *Unguium criniumque tuorum præsegmina ne urinâ conspergito*, id est humiles abjectosque amicos tuos ne aspernare. cui adjici ex Jamblicho potest illud, quod solenne Pythagoricis fuisse dicitur. *Festo crines unguesque non esse resecandos*, id est, à solenni epulo aut pompa, consanguineos humiliores removendos non esse.

63) *Humiles amici non negligendi.*

XXI.

64. *Animalia ungue curvo ne nutrito*, id est, rapaces domi homines non alas. quod principibus viris inculcandum. Eisdem Hebræis vesci religio fuit.

64) *Furaces vitandi*

65. *Onus alterius simul tollito, non simul deponito.* sive juva in tollendo onere non deponendo quod symbolicè explicat Cyrilli sententia. non oportet inquit, cooperari ad ignaviam, sed ad virtutes & labores.

65] *Laboranti non otiāti subveniendū.*

66. *Ne speculum ad lucernam intuere*, id est, ne ad alienam lucem, quam hominem te laudando adhibent, verùm ad solem ipsum veritatis, quâ tua tibi ratio & Deus affulget, teipsum considera & æstima, nisi falli & errare volueris.

66) *Adulatori non credendū.*

67. *Non comedendum ex curru*, id est, tempori & loco edendum.

67) *Edendum tempori.*

68. *In calceum dextrum præmitte pedem in lavacrum sinistrum*, id est, ad publicas actiones promptus accede, ad privatas commoditates tardus.

68) *Reip. promptius, quàm privatæ subveniendū.*

CAPVT LXI.

De quatuor ænigmatum fontibus, atque inprimis de ænigmatis syllabarum ac vocum.

1. PRiusquam de ipsa ænigmatis forma ac ratione quicquam statuatur, Fontes imaginum figuratarum in symbolis atque emblematis apertos, hîc quoque explorare lubet. Ita enim deinde facilius ipsa nobis ænigmatum natura & ratio constabit. Verùm per ænigmata orationis primùm, mox etiam figuratæ poëseos hos fontes deducemus.

Ænigmata syllabarum, aut vocũ in imagine aliquãdo locum habent, & grammatica appellanda erunt,

Ænigmata orationis, vel in verbis tantùm, vel in rebus etiam reperiuntur. Si in verbis tantùm, vel de literis solùm agitur: ut illud Agathonis de Theseï est nomine apud Gyraldum.

Est scriptionis umbilicus circulus Θ
Rectaque regula jugata sunt duæ H
Scythicoque persimile erat arcui tertia Σ E
Mox procidens trivium in obliquum fuit
Erantque in unum regulæ junctæ duæ Υ
Vt tertia fuit, erat rursus ultima Σ

Ejusdem generis illud quod hoc disticho comprehenditur:

Dimidium sphæræ, sphæram cum principe Romæ.
A te poscit homo, poscit & ipse DEVS. [1]

2) *Cor Deo debetur.* Ænigma ex numeris desumpta.

Nimirum COR. nam C. sphæræ dimidium, O totum signat. princeps vocis *Romæ* litera R est.

H.

Affine huic est illud ænigmatum genus; quod per numerum literas exponit, ut in græcis facilius, ubi singulæ literæ numerales sunt præstatut. Tale illud quod in fragmento Æsopianæ vitæ legitur,

Exiguâ me condo domo, semperq; patente
Non metuo fures, aliis sed furta timori
Sunt mea; tota mihi nam furto degitur

Nomen

Nomen scire cupis? numeri tres dant mihi nomen,
Quadraginta horum & centum, & bis summa quaterq.

Solvit Æsopus & vocem esse μῦς dixit, quæ numerum facit 640.

Huc & illud Platonis spectat, qui *furem*, hominem trium literarum, vocabat. Hoc ænigmatis genus propriè *grammaticum* dixeris. Et quandoque in figurata etiam imagine servire poterit. Quid enim prohibet quò minùs aut ΘΗΣΕΥΣ aut *cor* illis, quibus significatur, figuris adumbretur? Sed futilis hic labor, & ad nugas magis, quàm ingeniosum concepturv idoneus.

Aliâ tamen etiam ratione in literis verborum transferendis, dum vox alia sensusque existat anagrammaticè uditur. sic *laudator* versis literis est *adulator*. sic μῦθος verbum θυμὸς est latinè animus: convenit verò, ut animo verba respondeant. Ita & ἀρετὴ virtus, ἐρατὴ amabilis; φλαῦρος vilis φύλαρος, nugæ, redditur. Ex quibus hasce conficias sententias ἡ ἀρετὴ ἐρατὴ. ὁ φλύαρος φλαῦρος virtus amabilis; nugacitas vilis est. Nec verba modo verùm & sententiæ integræ ita transferuntur, ut. *S. Ignatius Lojola.* translatis literis erit, *O ignis à Deo illatus. Rursum ad verba. Quid est veritas?* respondetur anag. *Est vir qui adest.* Hæc ita in ænigmate proponi debent, ut alterum alterius locum subeat, neque id verbis solùm verùm & imagine fieri quandoque poterit. ut si pro *Roma* ponatur *Maro*, vel etiam *Amor* retrogradè incedens; pro voce ἐρατὴ, persona Virtus adumbretur: Et hoc ænigmatis genus *anagrammaticum* dicendum erit. Hæc de literis.

III.

Datur etiam Ænigma anagrammaticum.

In syllabis, verbis, sententiisque ænigmaticè proponendis non minùs, quàm literis luditur. tale illud Gellii de *Termino* Deo Rom.

Semel minus, bis *an* minus, *non sat scio,*
An horum utrumque? quondam, ut audii dicier.
Iovi ipse Regi noluit concedere.
Nam semel & bis minus *faciunt junctim* terminus.

Sic in figurata quoque imagine, *mus* cum *sica* proposi-

tus, erit *musica*. Et *museatum* exprimes, si *mus*, *musca*, & *mustum*, proponatur, quod idem carmine ænigmatico vulgatum est.

Sume caput curret ventrem superadde, volabit,
Adde pedem comedes, & sine ventre bibes.

IV. *Ænigma aliquando vel onomasticum, vel logogriphicum vel gnomicum.*

Quin & verbis sententiisque integris exprimendis notas reperies. Ita musicæ notæ: *fa mi re*, fac me regem, *mi sol re*, me solum regem significabunt. Et Ferdinandus 4. Legionis & Castellæ Rex suis in aciem educendis vexillum proposuit, in quo tria erant *diademata* cum lemmate *valer* ut sensus hinc fieret, *dia de mas valer*, id est dies maximi valoris, in quo scilicet ostenderetur, quis maximè pro his coronis pugnando valeat. Plura exempla reperies lib 2. ubi etiam per figuras verba, exponi solita ostendi. Verùm & his circumspectè parceque, ut gratiam mereantur utendum. Memini in hac bellorum contentione, quæ à coronarum ambitione ortum in Europa traxit, hoc aliquando ænigmate lusum esse. suprà memoratæ Musicorum notæ in tabula præscriptæ erant, ad quas cantatores Leo, Draco, Gallus, Aquila confluxerant, (1) hac denique musicam tabulam, cereris frustra inhiantibus, auferente. Quis illi ænigmati sensus; quæque gratia, evolvant alii, mihi non tam de veritate, quàm virtute, imaginis cura est. Cererum hæ figuræ si purè verborum notis constarent, ut si *mus* & *tela* pro voce mustela ponerentur: ænigma *onomasticum* esset, si verò trajicerentur syllabæ, ut in voce *museatum*, *logogriphicum* diceretur. denique *gnomicum*, si integram exprimeret sententiam, ut notæ musicæ, *fac me regem*. Hæc adjicio, ut intelligas his inscriptionibus opus, quando à communi ænigmatum ratione, per schemata res, non verba, aperientium, discenditur. Cavendum tamen, ne in usu horum ænigmatum nugas agere videaris. ut nonnemo, qui vocem *nativitas* expressit, per *natos* aliquot, & *fontem*, salientem (quasi in hoc *vita* esset) ac *serpentem*, loco S proposito. Et alius, hanc sententiam expositurus: discite justitiam moniti: cui pro *DIS*. *Pluto* erat, pro *C Iudex condemnans*, eò quòd esset damnationis nota, pro *ITE homo asinos impellens*, pro *IVSTITIA* illius effigies, pro *MONITI Luna* & *nuntius*. Quis enim tam ridicula, ullaque

1) *Concordia dissors.*

nullóque ingenio nata probaverit? ad nuces illa columque potiùs, quàm calamum, ac poëtin artificiosam spectant.

Alteram præcipuamque inter ænigmata partem obtinent, quæ in rebus versantur, atque in oratione verbis quoque ænigmatis proponuntur. De his potissimùm nobis sermo est dum ænigmarum fontes scrutamur. priora verò si quam gratiam merentur, ex quarto præsertim fonte allusionum hauriunt. Porrò veteribus hic ludus perquam frequens inter convivarum collegia. *Athen. l.* 10. *c.* 1., ubi jucundâ, tum concipiendi, tum evolvendi ænigmata contentione, honestè certabatur. neq; sine pœna, aut præmio: nam ignorantibus poculum muriæ hauriendum erat, solventibus certa carnium portio erat destinata. Quin & Dæmon olim ex gentilium simulacris vix alia, quam ænigmatum tenebris obscura dabat oracula, quo artes suas mendaciaque tantò venderet tutiùs, quantò minus perspecta fierent. Ita Cretenses novis regionibus intenti jussi sunt sedem figere, [*ut Eustachius Iliad. a. & paulo aliter Strab. l.* 11.) ubi eos *terræ filii* adorirentur, quod, post Mysiam Ciliciamque pervagatam, in Troade factum censuerunt; postquam nostu, dormientium in arcubus scutisque, nervos ac coria mures agrestes usque adeò corrosissent, ut inutiles bello essent. (1) Sic & Ænea Duce Phryges Laurentem sibi agrum à Diis assignatum intellexêre, postquam *orbes ex panibus* quibus carnes incisas comederant, denique fame urgente consumerent. (2) *Strabo lib.* 13. Oraculum enim monuerat illic manendum, ubi *mensas fame* absumpsissent.

V. *Ænigmatum est, de quo præcipuè agimus, tam in oratione, quam imaginibus usitatum.*

1) *Vinci ab imbelli.*

2) *Fames ubi condimentum.*

In captiosis hodiedum quæstionibus frequens ænigmatum usus, quæ ex totidem penè fontibus ac venis educi possunt, quot epigrammaticæ argutiæ eruuntur. Cùm his enim plerumque aut junguntur, aut affinitatem sortiuntur. Nam inexspectatâ aliquâ obscuritatis evolutione audientes delectant. Ut si hæc formetur quæstio *Quænos aqua maximè nutriat?* sive etiam. *quæ aqua sit fortissima?* ac denique respondeatur *illam* esse, *qua molendina vertit.* Improvisa hæc erit responsio, quod ad tam remotas aquæ operationes animus sese audientium non extenderit. Nunc præcipuos tantùm hujus disciplinæ fon-

VI.

tes aperiemus. Si cui per hos larè evagari lubuerit, Epigrammaticas tantùm Argutias nostras adeat, ex multis videbit quæstiones ænigmaticas formari posse. e.g. Demosthenes convitiis à quodam lacessitus, inquit. *Committor in certamen, in quo qui superior evaserit, inferior est; contra qui inferior superior.* (1) Hoc ex fonte repugnantium, vena illa est, quæ de mutua oppositorum conversione agit. Cur hinc formare quæstionem hanc nequeas? *Quod certamen sit, in quo victus vincat, victor vincatur?* Imò & sola quandoque viri sapientis sententia. Ita, ex dicto Socratico, quæram. *Quodnam optimum ciborum sit condimentum?* & respondebo *fames.* Ita & Dario turbida sapuit. Et tibi.

1) *Convitia sustinens vincit.*

Si dat oliuscula mensa minuscula, pace referta;
Ne pete grandia lautaque prandia, lite repleta.

Parasitos certè alios, quàm Diogenes fortasse *murem* habiturus non es: quos si libeat tibi in ænigmate hac significatione exponere: nihil absurdi egeris. Sed ad lineam nostrumque propositum propiùs veniamus.

CAPVT LXII.

De primo fonte ænigmatum ex proportione ducto.

V. *Ænigmata ex quatuor suprà dictis fontibus duci possunt. Et primò æ proportione.*

PRimum suprà fontem ex proportione aperuimus, atque exempla etiam nonnulla, tum in symbolis, tum emblematis dedimus, quæ ob occultam rei similitudinem, lemmate subducto, in partem ænigmatis venire possent. Ad hunc enim fontem illa spectant, quæ ex audacioti metaphora, non temerè tamen, atque insciè, sed cum aliquo lepore & inventionis subtilitate ita transferuntur, ut exspectationem superent. Sic de Abnube Abbare legimus *In vitiis Patrum*, ænigmatico illum facto suos ad patientiam egregiè instruxisse. Erat in illa, quâ cum suis occupaverat, solitudine, Idolum quodpiã; ad hoc, armatus cum suis lapidũ grandine, accessit, & veluti *à nube* tonare cœpit crebris lapidum ictibus in simulacrum congestis: mox, ut acti pœnitens, advolvi illius pedibus

pedibus atque audaciam deprecari. Attonitos hoc spectaculum discipulos habuit, donec ad illos conversus Abnobis: spectastis, inquit, hujus idoli patientiam: nihil obmurmurare, nihil contra moliri visum est, pertulit immotum omnia, atque tam facilè donavit adversatio, quàm ab illo accepit injuriam: Vos nisi statuæ hujus robur, constantiamque ad facilitatem, tam ad ferendum, quam condonandum injurias, & adversa induceritis, meæ disciplinæ idonei non estis (1) Animadvertitis, hic, opinor, ex remota satis re, atque in speciem prorsus dissimili, hanc imaginem ac comparationem præter exspectationem præsentium duci, quæ tamen ejusmodi est, ut si aliquâ inscriptione illustraretur: illa v. g. *plagis immobile robur*, aut ista Nasonis: *Perfer & obdura*: jam emblematis accèseri posset. Ita & legatio illa Regis Scytharũ Idãthuræ ænigmaticâ subtilitate celebris habetur, quam Dario Persarum Regi Istrum transeunti obviam destinabant: nam, literarum vice, murem, ranam, avem, jaculum & aratrum misit. Orontophagas militum tribunus ita ænigma interpretatus est, ut existimaret Regẽ Scytharum per hæc signa Dario sese submittere atque imperium deferre. Ex mure traditas habitationes, ex rana aquas, ex ave aërem, ex jaculo arma, ex aratro terram intelligebat. Verùm Xiphrodes metaphoricè omnia in sensum contrarium vertit: Minitari, inquit, extremũ nobis exitium videtur: nisi exemplo murium properè per terras, aut ranarum per aquas, aut avium per aërem, effugiamus, hæc enim nisi fecerimus, aut jaculum in pectore victis, aut aratrum in manu servitute constrictis ferendũ erit. Nimirum hæc ænigmatum multorum ratio est, ut propter abditam significati veritatem facilè in diversos sensus detorqueantur. Ejusmodi tamen esse convenit, ut illâ quam præ se ferunt significatione, minùs aptè quadrent, fallántque, dum inexspectatâ denique conveniẽtia videantur congruere. Sic Demetrius Phalereus Regẽ Macedonum Philippum de Peloponneso occupanda sollicitũ hoc ænigmate recreavit: *ut Gyraldus de ænigmate*, utroque, inquit, cornu bovem tenebis: quod idem picto schemate exhibere, ac proponere Regi poterat. Quis

Ut emblemata quædam subducto lemmate ænigmatis, sic hæc additolemmate quandoque serviunt.

1) *Patiẽter ferre injurias.*

II.

Ænigma contradictorium sensũ alias quando præ se fert ut teneat, exponẽtes.

III.

Ænigmata significatione, quam præ se ferunt, minime exponenda.

hic primâ figuræ specie Philippũ tanquam ferocis pugnacisque hominis domitorem adumbrari non crederet; sed autor ingeniosa similitudine consilium rationémq; Regi suggerebat Peloponnesi obtinendæ, per duas videlicet arces limitaneas Acrocorinthum & Ithomen, quæ velut cornua insulæ corpus muniebant: his enim possessis, tanquam bovem apprehensis cornibus, existimabat, totum facilè Peloponnesi corpus teneri ac stringi posse. In qua imagine & in comparatione proportionem, & simul obscuritatem, ob latentem & parum usitatã similitudinem, invenies, quæ duo in hoc fonte potissimùm requiruntur, ut ne sua voluptate destituatur. Veteres ut solem terrámque ænigmatico schemate describerent, statuas duas radiis illustres currui à leonibus vecto imposuêre, *Pierius in leone*, quarum altera, quæ solis erat, radios deorsùm, altera quæ terræ, sursùm vibrabat, quòd ille per demissum cœlo calorem maximè tetram vegetaret: hæc virtutem à sole acceptam per fruges cœlum versus remitteret. Sat inusitata hæc est comparatio, verùm proportione ac translatione aptâ destituitur, adeóque prorsus friget. Nota est illa Serapionis anachoretæ Ægyptiaci in foro Athenien si ad populum oratio. Suggestum conscendit, ac propalam de vi quæstus opem civium implorabat contra adversarios. Trium, inquit, fœneratorum vim hostilitatémq; expertus sum (*ut Ant. 1. part. tit 15. c. 10. §. 3.*) Unius ut me subducerem manibus, coactus sum quidquid opum possidebam à tergo relinquere; alter tam diu molestus fuit, dũ expeditas ab omni officio ac dignitate publica, ad vilem contemptámq; in silvis vitam me inglorius transferrem. Utrumque, ut vita mihi salúsque esset integra, hac arte fugiendo declinavi. Tertii hostis vis atque importunitas tanta est, ut nudum ingloriúmque licet, in mediis etiam silvis abditum non destituat crudelis persecutor, adversus hunc cũ fuga nulla sufficiat; vestram ego opem ac misericordiã imploro, jussus edicere adversariorum nomina: Illos quidem Avaritiam ac Superbiam: hunc quem declinare non posset Gulam esse professus est, conclusione alia opus non erat, ut persuaderet, quàm extenuatus corporis habitus. Igitur nonnullorum illi liberalitate subventum est,

Ænigmata aptâ translatione destituta prorsus frigent.

IV.

Apertâ quoque translatione vilescunt.

est. Sed neque hæc imago ænigmati satis idonea est, quanquam enim apta proportione, quæ inter crudelem feneratorem, & hæc vitia est, non careat: aperta tamen atque usitata nimium hæc figura est, ut iccirco emblema potius quàm ænigma, obscuritatis defectu, esse censendum sit. *Ant. Aug Dialog. 3. ant.* Aliud ex antiquitate repertum ænigma in iaspide rubro est: ubi lepidè talpa crocodilo insisteret, pedibúsque in altum surrectis hydraulicas duas tibias inflaret. Sed hoc licet ab ænigmatis separandum non sit, illam tamen, quam hoc in fonte requirimus gratiam non assequitur: ut neque illud Cæcilii Oratoris, de Clytemnestra levi femina, in paroemiis obtinet in triclinio coa, in cubiculo nola, nam si illius hic sensus est, ut ficcitatē agrorum explicet, Nilo parum exundante, quando scilicet talpæ crocodilo Nili incolæ, tanquam victores insultant, ac triumphum concinunt, quamvis subtili expositione non careat; tamē proportione ac translatione appositâ deficit, hujus verò schema etiamsi proportione non destituatur, quàm vorax femina ad coam, vas culinarium, & loquax ad nolam habet: tamen obvia comparatio, ut de obscuritate, sic de elegantia, quæ est rei inexspectatæ, demit. Accedit quod in prim'o ænigmate rerum in protasi compositio ejusmodi sit, quæ ex improportione magis, quàm proportione ducatur; & negare potius, quam affirmare quicquam videatur, qualis scilicet in symbolo est asini ad lyram, quibus imaginibus tantùm aptitudo rerū, seu possibilitas negatur, ita obscurus tertæ filius, ac, procul omni sapientia, cæcus, tanquam ineptus, qui Ægyptiis imperet, priori figurâ potius adumbrati deberet: quæ enim talpæ ad Nilum: illa, talis Regis ad Ægypti regnū est improportio. In altera verò imagine una proportionis pars deficit: quia triclinium & cubiculum non transferuntur, sed propriè usurpantur. Absolutum & perquam elegans ænigma sacræ nobis literæ exhibent. *Dan. 2. 31.* quod cœlesti ingenio repertum, objectum per somnum Nabuchodonosori fuit. *Erat statua grandis; huius caput ex auro optimo, pectus autē & brachia de argento: porrò venter & femora ex ære, tibiæ autē ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quadā autem fictilis, donec abscissus est la-*

V.

VI.

Res incompossibiles in figura proposita non affirmando, sed negando exponuntur, ita asinus ad lyram, negat hominem musicæ idoneum.

pis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos. Caput aureum, Daniele interprete, Monarchia Nabuchodonosoris erat; regnum alterum deterius, Cyri & Persarum fuit, pectore argenteo, designatum; tertiũ ex ære vilius Alexandri & Græcorũ; quartũ ob bella ferreum, sim úlq; ut lutum malè cohærens, gravissimum fuit orbi, regnum Romanorum, sub quo à Virgine tanquam monte, sine viri manibus lapis angularis, Christus nascens, abscissus, hæc denique regna contrivit, novum Ecclesiæ suæ regnum excitans, quod perpetuò contra omnem adversariorũ vim duraturum est, in quo ænigmate neque erudita obscuritas, aut latens similitudo; neque apta proportio, singula

VII. expendenti, deesse comperietur.

Reliquum esse videtur, ut hunc fontem exemplis aliquot illustrioribus diducam. Verùm, qui cum gratia & venustate singulari ænigmata dederint, hactenus paucos comperi, nonnulla tamen ex autoribus exempla subministrabo, quorum alibi in hoc opere usus non fuit: quæque in compositionem ænigmatum facilè adhiberi, nec sine elegantia, queant.

Absinthium pullulans è mellis favo, *Significat infelicitatem, ex otiosa suaviq; vita subnascentem*, vel ex *Voluptatis illicito aut immoderato usu afflictam, sive valetudinem, sive conscientiam*, lege *Valerianum*, l. 26. c. de vitæ dulced.

Accipiter ad solis radios pennarum vitia corrigens. *significat accedentem ad Christum vitia errore sque, aut fi-*

VIII. *dei, aut vitæ morumque coarigere. Claud. Paradinus.*

Idem cum hippopotamo decertans, quod historicè Ægyptiis figurabat Osirim Deum, cum adversario suo Typhone nobis moraliter *Virtutem adversus vitia pugnantem* adumbrat. *Valerianus* l. 29.

Agnina pellis nudum Adamum contegens, *signif. Christi nascentis, & tanquam Agni ad occisionem ducti, meritis nostrorum scelerum turpitudinem velari. Franc. Georg. tom. 1. probl. 59.*

Animalia tria benè gradiuntur, leo, gallus, & aries, ut habetur Prov. 30. *signif.* juxta interpretem Bedam. *Christum prædicatores, & sacerdotes, maximè bono exemplo ante alios*

alios rectè debere incedere, quorum hi quidem, tanquam aries pro peccato, Deum placant.

Anima binis sese in cælum alis elevans. *Est* juxta D. Aug. ps. 121. *mentem nostram cum Deo jungi, per duo charitatis præcepta*, quæ ut alæ à terra nos sublevant.

Anser laurum declinans, *signif. hominem à poesi, & quovis forti opere aversum, improba etiam garrulitatis, quì doctos contemnat. Ricciardus.*

Arbor ramis ornata 12. aut vitis totidem palmitibus, IX.
Christum & Apostolos rectè figurabit. Arbor ex hederæ complexu sensim emarcescēs, est *anima corporis luxuriâ deficiens & cōtabescens*, aut *probus ab amico improbo, vir ab uxore, pater à liberis* quos alit, malè, aut vigore corporis, aut opibus subtractis, *enervatus*. Vide *Ricciard*

Arca Noë cum feris non *Ecclesiam* modò, *improbos* quoque *tolerantem*, sed & *corpus humanum ferinis moribus obnoxium* indicat. *Ricciard.*

Bubo super cadaver, aut in sepulchro noctua, *par coniugum impar*, ut quorum alter juvenī, seni alteri, non amore sed hereditatis spe adhæret. *Alciat* emb 116.

Bulla in cordis specie, *ingenuitatis* signum est & *consilii*, quō maximē regenda est juventus. *Invidia* etiam *amuletum*, quod triumphantes eā olim, quibusdam remediis superstitiosē insertis contra invidos usi fuerint.

Candelabrum Dionysii tot luminaribus, quot diebus X.
annus instructum, *temporis annui Alex. lib. 1 c. 14* quædā imago fuit, quin & numerum dierum à principio succensis totidem quot dies fluxissent candelis referebat, quanquam hieroglyphicis signis potiùs hoc significato accenseatur. Illud propius ænigmati, quòd candelabra quatuor totidem *orbis partes* referenttia, in quorum uno accensus tantum cereus flagret, signum quondam fuerint *Europæ* tantum *credentis. Ricciard.*

Ciconiæ ordine se numeróque ante abitum colligētes tam severâ tarditatis castigatione, ut quæ ultima accesserit lacēretur, *militaris disciplinæ* est argumentum. Valer. l. 17.

Crystallus solaribus radiis illustrata, *humanitatem Christi gloriosam* repræsentat, ut D. Gregor. in Ezech. hom. 17.

Echinus

Echinus *procraſtinationis* aliquod ſignum eſt, quòd prægnans partum adeo differat, ut cum graviſſimis doloribus denique pariat. *Ricciard.*

Ficus onuſta fructibus licet flores nullos habuerit, *ſignificat* hominem *expectationem ſuorum ſuperantem. Caſtalius* pag. 13.

XI. Fungus rem inſperatò ac ſubitò elatam mòxque iterum deficientem, quare Romanis in caſtris circumlatus olim Trajano *ut gloriæ ſic interitus improviſi* eſt habitus argumentum. *Valerianus.*

Formica *impotentem plebis dominatum*, aut *infeſtam multitudinem*, ut ſub Tiberio & Nerone ex aruſpicum reſponſis conſtitit. *Valerianus.*

Lyra in manu Mercurii *conciliatam inæqualium concordiam* ſignat. Deinde & *quatuor elementa* per fides totidem, in quibus baſſa tetram &c. repræſentet, inter hæc enim concors quædam eſt diſcordia *Fran Georg. Venetus in Armon.*

XII. Lotos arbor aquatica *ſolem orientem* deſignat, quia ad ortum ſolis, ex aquis emergens, ſeſe explicat. Ægyptii puerum addebant, qui quaſi alterum (utpote recens natus) ortûs eſſet ſymbolum. *Ricciard.*

Lucerna lumen abdens, *corporis intellectum noſtrum obvelantis ſymbolum* eſt. *Idem.*

Palma quot menſibus novum proferens ſurculum, imago eſt rerum *quot menſibus fructum aut numerum facientium*, uti & anni totius. Si ex utraque fluminis ripa ramis, ut ſolent ad ſe invicem propendentibus, *fœtûs conjugium* ſignant. *Valer. Pierius.*

Rota curuum *Theologum* vel *ſapientem* denotat, qui minimâ ſui parte terræ adhæret, ſenſus verò & cogitationes velut radios circulo æternitatis inſerit. *Valer.*

Plura tum ex Alciati embl. propoſita lib. 4 tum fabulis expoſitis pro hoc ænigmarum fonte exempla ſuggerentur, quæ tamen (ne exiſtimes ſingula ænigmati ſufficere) quâ ratione uſurpanda ſint infrà in compoſitione imaginem figur. intelliges. Nunc ex altero fonte nonnulla delibemus.

CAPUT

CAPUT LXIII.

De altero ænigmatum fonte ex oppositis.

I. Ænigmata orationis ex oppositis, cũ propriis, tũ translatis ornãtur: at ænigmata imaginũ tantum gaudent translatis oppositis.

OPpositorum ratio, ut in aliis figuratis imaginibus eminet, sic in ænigmate longè est præstantissima: nihil enim hoc loco perinde exspectationẽ fallit, quàm illa, quæ suo ingenio pugnare videntur, rarâ quâdam concordia in significato conciliari. Quin & hoc ænigmatis solutæ orationis perquam est familiare, de eodem pronuntiare contraria, quæ conjectori in eadem re ingeniosâ inventione sint componenda. Et huic maximè ænigmatum formæ Aristotelis definitio convenit, quæ vult ænigmata, τὰ ἀδύνατα συνάψας *conjungere, quæ videntur impossibilia*: oppositorum enim in eadem natura copulatio impossibilis est. Unde Homerum eius facultatis non ignorantem summâ cõtentione, in propositio sibi à nautis in litore Ienſi tali ænigmate, laborasse ferunt.

ὅσ' ἕλομεν λιπόμεθ', ὅσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεθα.

Quæ cepimus, reliquimus; quæ non cepimus, portamus.

Quod cùm illi, ut parum felices, *ut Plutarchus*, aut otiosi piscium captores, de pediculis à se captis intelligerent, frustra Homerus captis piscibus adhibere conatus est, quin & memorant vinci dolentem mœrore conrabuisse. Par ferè illud quod Agathiæ tribuitur à Scaligero ex Græco sic versum. II.

Illud sepulcrum non habet cadaver:
Illud cadaver non habet sepulcrum:
Sed est sibi cadaver, & sepulcrum.

Cujus ego conjectationem erudito lectori relinquo. Quid si bovis, in quo Vespæ, aut hominis cadaveri in quo vermes nidulentur, tribuas?

Certiorem expositionem habet, quod Storaci Neapolitani Annonæ præfecto inclementi paucis abhinc annis conditum.

Storax qui vivus subiit sepulcrum.
Mirum, defunctus carnit sepulcro.

Nam plebs fame pressa, cum hominem ad mortem postularet, is fugâ D. Augustini ædem subiens, in sepulcro sese abdidit; sed repertus extractúsque ac frustillatim decerptus, sepulcro mortuus caruit, quod vivus subierat.

Diomedes ænigma de glacie, quæ ex aqua fit, & rursum in aquam dissolvitur, ita proposuit.

Quam mater genuit, generavit filia matrem,

Alius idem sic ænigmaticè proposuit

Sto currens, duroque simul sum corpore mollis,
Omnibus has claudo, quæ patuêre fores.

III. Licebit etiam quæstionibus ænigmaticis opposita innectere, ut.

Quid ubique, & nusquam est? Resp. tempus, seu locus: hæc enim in cœlo, terra, & mari reperiuntur, eorum tamen locus assignari non potest.

Quinam illi, qui, quod solvunt, semper debent? Resp. Qui versuram faciunt.

Quâ ratione pumex seipso futurus gravior est? Resp. Si conteratur: ita enim aër qui illum leviorem antè reddidit exspirabit.

Quæres res dum levis est gravat, dum gravis est levat? Resp. venter, famentem enim ex inanitate affligit, saturum ad opus sublevat.

IV. Multa omninò sunt, quæ hac ratione ænigmata orationis ornare possunt, quæ si ejusmodi sint, ut figuratas imagines exornare queant, elegantiam & gratiam non vulgarem conciliabunt, hoc verò discrimen est, quod in oratione, verba etiam propria ænigma conflare possint, secus quàm in imagine, ubi vel metaphoricè, vel neronymicè figuræ sunt adhibendæ, unde exemplorum quæ dedimus antea, nullum imagini figuratæ servit. Et ut alio exemplo picturæ idoneo constet, oppositionem cum obscuritate non sufficere, nisi translatio aut tropus accesserit: ænigmatica quæstio est, ubi in Deorum certamine inferior superiorem vicerit. Solvitur ex historia quam Suidas refert. *In dict. Canopus.* Persarum sacrificus cum Ægyptio Canopi Sacerdote in certamen de præstantia Deorum venerat. Persa ignem, Ægyptius Aquâ præferebat, Numen quisque suum. Convenit deinde ut ipsos inter se Deos committerent. Canopi Sacerdos hydriam

etiam aqua plenam, verùm hiantem rimis cerâ obductis, Persicus ignem instruxit. Hydriâ subinde admotâ igni, ubi cerâ brevi solutâ. Ignis ab aqua diffluente obrutus, Ægyptio victoriam reliquit. Hinc facilè quæstio & ænigma expeditur. Aqua enim ut elementum, inferior est, ut in hac pugna victrix, superior. Fac igitur hoc exemplum figuratâ imagine proponi, oppositâ quidem atque etiam obscurâ: paganus exhibebit, si Deum superiorem ab inferiore victum hoc schemate adumbrare velit: ænigma tamen non dabit figuratum: nisi translatè usurpetur; (1) ut si Catholicum aliquando hæreticorum æstu in quæstionibus fidei superati, hac figurâ, significavero. Ita in sepulchro Semiramidis ænigmatica propositio illa fuit. *Quisquis Regum pecuniæ egerit, aperto monumento tantum capiat, quantum potest.* Cujus ex latente oppositione obscuritatem cum Darius Rex non satis pervidisset, pecuniarum avidus ingentibus lapidis molem amolitus est. (2) sed nihil omnino repertum est præterquam in aversa saxi parte hæc subscriptio: *Nisi homo nequam, atq; inexplebilis opum esses, mortuorum loculos non violares.* Accepit igitur quantum potuit, non quantum voluit. Prior hujus exempli pars, sive calamo scriptoris, seu pictoris adumbretur, ænigma est; quia ut ex subscriptione patet, præter oppositionē (quamvis latentem) & obscuritatem, etiam metonymiam involvit. Sed illustrius aliquod hujus ænigmatis exemplum veteres nobis exhibuêre, suis in Silenis: ut enim ostenderent rem primâ fronte vilem, intus admirabile quoddā virtutis, sapientiæ aut divinitatis pretium ac decus abdere, Silenum Deum finxêre. *Vt Pierius & Plutarchus*, qui foris rudem quandam ac ridiculam, deformis tibicinis, præ se ferret imaginem: apertus verò insigni specie Numen aliquod venerabile ostenderet. (3) Per Silenum ejusmodi Plato Alcibiadem magnis vitiis, ac majori virtutum lumine clarissimum Athenarum Imperatorem depingebat. Alius Æsopum aliquem, aut horridum Eremi cultorem corpore deformem, at mente pulchrum hac arte repræsentaverit. Par ferè ænigma, quanquam dispar Idoli Moloch imago involvit: hoc enim eximiâ foris specie intus vacuum ignes sæpè laten-

1] *Catholici aliquando æstu hæreticorum victi.*

IV.

2] *Avaritia delusa.*

3] *Homo abjecta specie, sed occulta sapientia aut virtute illustris.*

V.

1] *Homo pulchra specie, sed animo turpi.*

latentes complectebatur. (1) egregia sive hæreticorum, sive vanissimorum hominum figurâ, qui, ut S. Scriptura depingit, foris sepulchra sunt dealbata, intus sordium pleniſſima. Nimirum hæc facilè ostendunt exempla, quam in hoc fonte ænigmatum rationem maximè probemus. Aliis tamen nonnullis huic loco opportunis figuris fontem hunc secundiorem reddemus.

Asina Balaamum percussorem arguens. *Signif. Stulta mundi eligere Deum, ut confundat sapientes & fortes. Idē.*

Auriga albo & nigro provectus equo *Rationem* designat *utrumque appetitum recalcitrantem moderari*, qui ut equi colore, sic affectibus inter se dissident. *Idem.*

Basiliscus speculum intuens seque reflexis ex vitro letiferis oculorum radiis enecans, *hominem* designat *sua sibi malitia interitum conciliantem. Bapt. Pittonius.*

Bombyx sese parto serico eviscerans ac velut carceri involvens, *hominem* exhibet *suo damno & libertatis jacturâ aliorum sese commodis impendentem. Riec.*

Brassica inter vites, quæ nec ipsa sat lætè lateque germinat, nec vites patitur: *homo* est, *qui suo licet detrimento, aliis nocet*, invidiæ plerumque vitio. *Idem.*

VI. Canis quem parcè raptimque è Nilo bibentem crocodilus observet, *temperantiæ metu periculorum de salute susceptæ imago* quædam est. *Sambucus.*

Corvi mutuâ dissensione sibi adversantes, *varò diuturnam esse improborum societatem*, denotant. *Ricciard.*

Filix arundini alligata, *malè sociatorum hominum capitales inimicitias* designat: nam & altera, si alteram retigerit enecat, & vulnus arundine factum sanat Filix. *Val.*

Ibis ex cujus post se relicto ovo basiliscus nascitur. *Signif.* Ex *bono consilio ac cœpto, malum extitisse eventum. Valer.*

Noctua quam aliæ turmatim aves sectantur, quæ improvisò capiuntur. *Signif. Malam societatem* sive etiam *hostilitatem temerè susceptam in extremum nos saepe discrimen adducere.* Eadem comici inimicæ maximè avi junctæ inimicitias designat. *Ricciard.*

Palma sociata cupresso: *aut vincendum aut moriendum* significat. *Bart. Tagius.*

Rosa inter alla gratius spirat. Sic *virtus in adversis. A-*

perta

petta rosa clausæ juncta & deciduæ, vitæ nostræ brevitatem & mutationem proponit. *Ricciard.*

Hæ aliæque, sive emblematum, sive symbolorum materiæ modò obviam apertamque minùs comparationem involant, subducto lemmate, ænigmati quoque componendo adhibentur, quin etiã, in obscuritate ceterorum, symbola ejusmodi, ut viam lucemque aliquam præstent, clariora esse poterunt.

Præcipua tamen horum ænigmatum ornamenta ex fictis Poetarum simulactis adornantur. Fuit qui amoris ingenium descripturus Chimæram fabricatus est, ex naturis inter se pugnantibus, capite quidem leonino, ventre capræ, caudâ draconis: (1) ut significaret *amorem in principio maximè ferocem, deinde luxuriosum, denique contentiosum* & ærumnis, velut draconis spiris, implicatum.

1] *Amor vehemens & ferox à luxuria fere oritur, contentione finitur.*

Non dissimilia tibi Sirenes Centaurique & alia in fabulis monstra suggerent, de quibus lib. 3. consule, ubi quidquid penè repereris singulare, aut huic, aut sequenti fonti locupletando faciet.

CAPUT LXIV.

De tertio ænigmatum fonte ex alienatis.

FOns alienatorum copiosis non minùs, quàm suavibus aquis scaturit; sive orationis, sive imaginum ænigmata spectes. Quæ enim aliena à rebus ipsis adseruntur, plus sæpè argutæ obscuritatis, quàm oppositæ (quæ ex conjunctione facilius innotescunt) continent. Celebre illud Sampsonis ænigma ad hunc fontem jure spectabit. *A comedente enim cibum esui aptum exire:* alienum nimis Philistæis visum est: facilius credo ad scopum ænigmatis collineassent: si dixisset, *in mortuo vitam esse repertam*; apes scilicet in ore leonis Sed hac oppositione Sampson illustrate ænigma noluit. Clarius paulò oraculum fuit, quod Philippo Maced: de belli successibus Deos consulenti redditum est.

I.

Alienata tam Imaginum figuræ ænigmata, quàm orationis ornant.

Omnia tu vinces fueris si argentea tela.

Intellexit, secutusque consilium est: ac sibi deinde nihil

inexpugnabile existimavit, quo vel asinus auro onustus admitti posset. Aliud datum Athenienſibus obſcurius. Quibus respondit Apollo. In ligneis muris contra Persas victores fore, quod aliis alia sentientibus Themistocles rectè de navibus est interpretatus, ut Plutarchus memorat. Ita & Hesiodus ænigmaticè: cùm fratrem videret corruptis. Judicibus totum ad se patrimonium rapere. Dimidium, inquit, tuum frater plus habet toto.

II. Quod Martialis quoque de glire habet, ænigmaticũ est.

Tota mihi dormitur hiems, & pinguior illo
Tempore sum, quo me non nisi somnus alit.

Sic de nive alius, quæ hieme in arborem lapsa à sole consumebatur.

Nuda suis plumis volucris sedet arbore nudâ,
Hanc veniens hospes, qui caret ore, vorat.

De sole hoc est.

Nil equidem video, per quem videt omnia tellus.

De somno illud.

Quis sim nemo videt, nisi qui sua lumina claudit.

De Pavone.

Angelus in penna, pede latro, voce gehenna.

III. Quæstiones etiam hoc ex fonte non paucæ diduci possent? Delectatus his inprimis fertur Heraclitus Ephesius, ob ænigmatis familiarem in sermone usum σκοτεινὸς id est tenebricosus appellatus. Hic intercutis morbo laborans, Medicos accersitos interrogabat. Essetne in iis qui ex imbre sudum posset elicere? per imbrem hydropicum humorem, per sudum exsiccationem illius intelligebat. Verùm cum illi ænigmatis vim, aut non caperent, aut, diffisi arti, dissimularent, ipse sui curator futurus, boum sese fimo totum obruit, ut calido illius vapore noxium corporis humorem absumeret; sed antè vitâ, quàm morbo absolutus, idem sub fimo vivens morienſque sepulchrum habuit; ænigmaticè etiam, sic loquar, mortuus. Hæ etiam quæstiones ex hoc fonte ænigmaticæ erunt, ut

Quænam animalia orbi imperent? Resp. Vitulus, anser, apis: iste enim pergamenam chartam, ille calamos, hæc cæram conficiendis mandatis præbet.

Quinam pedes in manibus ferant, dentes in vagina? Resp.

Resp senes qui baculo nituntur in via, cultro maximè in mensa.

Huc & illa Sphingis quæstio spectat ab Oedipo soluta, de homine. Quod videlicet animal male quadrupes, meridie bipes, vesperi tripes?

Et illud de claudo, quondam equite.

Sæpè pedes senos numeravi, vix modò binos.

Quæstiones ex solius historiæ ignoratione obscuras ænigmaticis non accenseo. Ut si quæras: Apud quos una syllaba integram confecerit epistolam? aut quæ animantes ex puris vivant elementis? Nam ex illius historiæ agnitione, quod Lacones Philippo Regi Macedon. literas prolixas scribenti solum responderint aliis literis ὦν id est *non* quæstionis totius difficultas aperta est. Uti distichon illud de animantibus.

Hæc unda fovet, sala mandraque pascitur igne.
*Aere Chameleon, * telluris munera talpa,* (1)

Totam obscuritatem quæsiti discutit. Hanc enim obscuritatem suprà ænigmati propriam esse negavimus.

1] *Imago elementorum.*

IV.

Quæ orationis eadem & imaginum figuratarum hoc in fonte est ratio. Ridiculum penè hoc loco Hesiodi ænigma videri posset: qui per hominem mediâ luce dormientem, (2) intelligebat furem: unde & hic illi dicebatur ἡμεροκοίτης ἀνὴρ. Neque sanè diurnus somnus à fure prorsus aliena est affectio, quamvis videatur, cùm, ut noctu ad furta vigilet, interdiu sit dormiendum. Neq; illepidum, licet Minervæ crassioris sit, illud Enni, qui, cum tria idiomata latinæ, ocæ, & græcæ linguæ apprehendisset, tria sibi esse corda ænigmaticè asserebat; ratus illa, ut vitæ, ita scientiarum potissimam sedem esse. Huc ex vita Josaphati parabola spectat. *Damasc. in vita Barl. & Iosaphat.* In qua memoratur, hominem à Monocerote appetitum dum fugâ per silvas saluti consuleret, ex arboris, fossæ profundæ imminentis, radice se manibus utrisque suspendisse. Verum cùm oculos circumferret, in mediis se etiamnùm deprehendisse periculis; nam horrendus sub pedibus draco velut in prædâ intentus colla erigebat; arboris radicem hinc albus, inde mas ater

2] *Fur nocturnus.*

* *Versus non constat, nisi corruptè Machaleon legas.*

mordicus convellebat, juxta aspides quatuor exertis capitibus eminebant. Nihilominus sensim homo, postquam mellis aliquot ex ramis arboris guttas defluentes intueretur, discriminis ac periculorum immemor, ad has aspirare ac subsultim occupandas cœpit cõtendere. In quo ænigmate Monoceros figura mortis, draco inferni, mures diei ac noctis, sensim radicem arboris vitæ, ex qua pendemus, arrodentes, aspides quatuor elementorum, mel voluptatis imago erat, ad quam demens homo tanto suo periculo aspirat. (1) Aliud historicum, sed ænigmaticum quoque est facinus, quod Cardanus. *De rerum varietat. lib. 12. cap. 56.* refert. Rex, inquit, Scotorum Kennethus cum Eruthlintum Fenellæ filium ejusque affinem Druffum occidisset, ut novo vindictæ genere Fenellã, velut extra homicidii crimen, sese ulcisceretur, statuam fabricari jussit, quæ pomum aureum gemmis exornatum præferret, offerretque quodammodo accedenti; verum mirâ arte tela reconderet, atque effunderet in contingentem. Kennethus invitatus postquam fatale pomum arripuit, mortem cum jaculis intra viscera recepit, quæ historia imago quædam est illius pomi, quod Adam momordit, tum noxiæ voluptatis, plerumque animis nostris lethiferæ. (2) Quanquam pro ænigmate clara hæc nimium figura appareat, nisi aliis adjungatur.

V.

1] *Voluptatis sectator mortis & inferni periculis expositus.*

2] *Gula & voluptas excæcant, vel Adami lapsus.*

Subjiciam tamen aliquas non magis obscuras, quæ ad compositionem hujus fontis ænigmatum servire possint.

VI.

Apollinem in certamine jaculatorio à Cupidine vinci. (3) *Significat voluptatem sapè utilitati anteponi, & longè potentius animos radiis amoris, quàm solis, oculos perstringi.* Ceterum huic fonti potissima fabularum pars lib. 3. exposita sese accommodat, nam illarum pleræque aliena certis personis rebusque attribuunt, ut alas Dædalo, Bellerophonti volantem equum, Soli currum, &c. quæ longo illic ordine censere poteris, ne otiosè hic repetam.

3] *Voluptatis potentia.*

Aquila jaculo, ipsius pennis instructo, ab homine prosternitur, (4) ut Julianus Apostata in labaro militari illam proposuit. *Significat hominem artibus, vel dolo à se reperto,*

4] *Homo ladit seipsum.*

veperto, impeti. Achil Bocchius. Eadem inter cornua cervi ejus oculis pulverem alis collectum incutiens, ut fieri memorant: *rem* indicat *factu arduã*: *Claud. Paradinus.* Eadem poculum è manibus rustici excutiens, (1) *infortunatum* designat, ex historiâ Stesichori apud Ælianum *l. 17. c. 37.* ubi messor hausturus ex fonte aquam, cùm aquilam serpente implexam cerneret detineri, illamque sæcto serpente liberasset: hæc, postea inter socios potaturo aquam rustico de manibus excussit, qui cùm alios juxta messores, ex haustu venenato succumbentes, intuetetur, beneficium à non ingrata volucri repensum agnovit. Ita cultrum victimarium à sacrifici manibus auferens *sign. Deum non tam sacrificium velle, quàm obsequium nostrum*, petitum ex historia est, quam Plutarchus *in parall.* refert; quòd Spartani ad remedium pestis Virginem quotannis immolare jussi, cùm Helenam sacrificandam ad aras stitissent, aquila cultrum de sacrifici manibus raptum ad armenta transtulerit, ex quibus deinde, Virginis loco, Deo sacrificatum est.

1] *Adversitas felix.*

Bovi clitellas imponere, *est, rem imperitè gerere. Ricciard.* VII.

Brachium suum devorare, est, *beneficium pensare maleficiis*, quia brachium ori cibum porrexit. *Idem.*

Circulus seu annulus aureus in naribus porci, *est dictum sapiens stulti*, vel *aberrantis à fide aut virtute, recta oratio. Idem.*

Corvus à pullis discedens, est *impius pater*, aut *Princeps, filios, aut subditos in necessitate, suâ ope destituens*, uti pullos corvus deserit. Quòd si lapillos urnæ ingerat ad tollendam, cum ejus impletione, aquam, ut in Lybia ob penuriam aquæ in urnis tectorum, aquæ servandæ expositis, dicuntur facere: *occultam astutiam*, vel *simplicis in speciem hominis vafriciem* denotant. *Valerianus.*

Crocodilus clausis etiam oculis, ob tenuem, quâ velantur, pelliculam videns, *signif. Deum tam noctu, quàm interdiu videre omnia.* Hoc enim animal superstitiosi Ægyptii inter Deos etiam censebant. Idem juxta ovum quod parvum, cùm ipse magnus sit, collocatus: *humili ortum genere, sed ad magna provectum* indicat. Idem ho-

minem devorans simul ploransque *noxium dissimulatorem* sive *hypocrisin & mulierum inconstantiam* designat, quæ, *ut flerent oculos erudiere suos.* Vide *Pier. Valer. Ricc.*

VIII. Cuculus patiens ova, & in alienum nidum deponens *adulterii crimen* significat.

Cuculus verò filius altricem matrem grandior devorans *ingratitudinis* nota est.

Elephantis pullus sine dentibus, *rem magni moliminis* indicat, ut qui decennio primum à sua conceptione natus est. Elephas grandis *Regis* imago est, quòd illorum natu maximus ceteros præcat. Aquam intuens *stultæ* signum *formidinis est*, quòd suam ipsius imaginem formidet. Lavans sese in flumine floresque proboscide in altum lunam versùs evibrans, quod in novilunio solet, *venerationis ac pietatis* in superos argumentum est. Idem *mansueti in subditos Regis*, cùm inter oves obambulans eas proboscide dimovet, ne quam lædat. Ad præsentiam verò arietis omnem ferociam deponens, significat, *tam ferum durumque non reperiri hominem qui amore non possit mitescere*, aut voluptate emolliri. *Valer.*

IX. Equus à lupo morsus *fortunatum* designat *infortunium*: quod inde velocior ac validior plerumque existat. *Idem.*

Lancea ex qua cauda vulpina suspenditur. *signif. Dolum armis junctum*, juxta illud Poetæ: *Dolus an virtus quis in hoste requirat?*

Palumbes se deplumant, ut pullos hieme adversum frigus tueantur: est imago *parentum filios suo detrimento amantium. Ricciard.*

Polyphemus cæcus ducens gregem *signif. Ducem populi ratione destitutum. Sambucus.*

Sol per radios in vase vitreo reflexos adamantem accedens & resolvens *signif. hominem, gratia cælo affulgente, duritiem cordis exuere Ricc.*

Struthio ferrum deglutiens concoquensq; *signif. durissima quaque perferentem.* Idem caput occultans, ut lateat, *hominem stolidū, & latebras frustra à Dei oculis quærentem.* Idem oculorum fixo obtutu sua, ut ferunt, ova exclu-

excludens, *signif. diligenti parentum observatione educandam sobolem. Ricciard.*

Taurus redimitus caput & humeros caprifico *ferociam & petulantiam coercitam.* nam per hanc domati atque immobilem propè fisti asserunt. *Valer.* X

Tripus auteus Apollini oblatus *signif. In Deo, & à Deo omnem esse sapientiã:* nam, ut ferunt, oraculo (postquam in mari repertus esset) sapientissimo ille offerri jussus; sed cum nemo Philosophorum id sibi arrogare auderet, ad Apollinem tanquam sapientissimum, Socratis consilio, relatus est. Posset figura etiam haberi *trini unius que Numinis.*

Ursus retrogradè specum ingrediens, *signif. Providentiam & circumspectionem ad fallendum hostem. Valerianus.* Sed his, tanquam ad propositum, sufficientibus, hunc fontem absolvo, satis enim ex adductis horum exemplorum ratio dignosci poterit, atque ab aliorum fontium natura distingui.

CAPUT LXV.

De quarto ænigmatum fonte ab allusionibus petito.

ALlusionum fontem deniq; in hac imaginum materia accedimus: ubi rariores fluunt aquæ, jam & in lib. 2. & in ipso fontium aditu prælibatæ, ex eo præsertim genere, quod in verborum lusu consistit. *Quale illud Poetæ.* I. *Allusiones frequentius orationi quàm Imagini anigmaticæ serviunt, cui tamen nonnunquam eleganter adhibentur.*

Furfurem edit pannum, panem quoque, sustineamus.

Quod expones, si vocem ultimam in *Sus, tinea, mus* dividas: ut sensus sit, sus edit furfurem, pannum tinea, mus quoque panem.

Hic autem lusus in oratione ænigmatica ex ambiguitate vocis ac significatione deducitur. Ita Cicero pro Fonteio in Plectorium hoc ænigma torsit. Matrē ejus, dum viveret, ludum habuisse, postquam verò mortua esset, magistrum. nam ludum habere, tam est alios erudire, quàm rem suã dissipare leviter. post mortem verò

Magistrum habere, est, consumptis plerisque, bona hastæ subjici: cui Magistri rerum vendendarum præerant. Sic in Coracem Rhetorem velut corvum lusit l. 4. de orat. Coracem, inquit, illum vestrū patiamur nos quidē pullos suos excludere è nido &c. Hæc ille, de quo in Epigr. nostris, cui Tisias discipulus soluturus mercedem cum Sophismate illusisset, clamatum ab omnibus,

II. κακὲ κόραξ & κακὸν ὠὸν, quamquam Gellius *lib 3. cap.* 10. factum illud Evathlo Protagoræ discipulo tribuat. Ita act. 3. in Verrem Cicero Siculi inquit Sacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquisset. videbatur enim loqui tanquam de Sacerdote qui Verrem, seu porcum, Diis mactandum adduxisset, cùm loqueretur de C. Sacerdote ante Verrem in Sicilia Prætore. Simili ænigmate Tarquiniis oraculum illusit Delphicum, cùm responderet. *Imperiū summum Roma habebit, qui primus vestrum ô juvenes osculū matri tulerit,* quod Brutus, iisdem præsens, rectè interpretatus, sese inflaxit, [1] & terræ, omnium nostrorum matri osculum dedit, Romanæ denique libertatis vindex, & Tyrannidis Tarquiniorum eversor. Sic interganti Philomuso. Quâ tu sibi ad ludum ituro opus? ænigmaticè ac eleganter respondit Isocrates βιβλίω καινῶ, libro novo, quasi diceret, καὶ νῷ, libro & mente, Pariaferè in Euclide reperies. Quid βίος? (vita) nisi βία (molestia) Quid σῶμα? (corpus nisi σῆμα? (sepulcrum) (2) Quid δέμας. (caro) nisi δεσμος (vinculum.) Quid γένεσις (nativitas) nisi γῆν ὧσις (in terram dejectio.) Quin & in nominum inflexa significatione luditur. ut, Quærenti quæ militem literæ ad pugnam evocent? responderent aliqui: vocales, id est mandatum Ducum: consonantes, ut litui & tubæ: & mutæ, ut signa & vexilla. Luditur etiam ænigmaticè obscurioribus paræmiis: ita de corrupto pecuniis homine jactatum. *Bovem habet in lingua.* quòd Athenienses didrachmam bovis figurâ signassent. Et servus hoc ænigmate: *Multa sub regulis latent noctus* (3) Domini sui furtum detexit, quòd is tetradrachmas noctus

1) *Humilis superbis fortior.*

2) *Corpus. Caro.*

3) *Pecunia occulta.*

noctuæ imagine ab iisdem insignitas, domi suæ condidisset: ubi eleganti imprimis metaphorâ ænigma illustratur, quòd ut noctuæ obscuro sub tegulis loco, ita hæ quoque pecuniæ latuerint. Ex conversione etiam vocum & anagrammatismis hujusmodi conflari ænigmata satis ex alibi dictis constat. Ita apud Veteres etiam lusum in voce *Annæ*: hæc enim quia retrorsum lecta eadem est, motum notat circularem, adeoque annum, qui eodem, unde abiit, redit. *Geropius in Hermath l 4.* Quæ idcirco apud Romanos tanquam præses motus perpetui Dea Idibus Martiis culta est.

Sed de verborum lusu satis: cum figuratis nobis imaginibus res est: quas quam eorum quæ dedimus pleraq; etiam picto ænigmati servire possint, quod enim in oratione ænigma est, si penicillo exprimi possit, verbis etiam quandoque parcè appositis, figuratæ imagini idoneum erit. Cerre rebus in hoc fonte ingeniosè quidem, sed ratius luditur. Fecit illud tamen Apollonius Malacus cum pessimos Alabandæ urbis incolas per cistam scorpionibus plenam (1) expresserit: geminâ allusione, tum quòd id generis animalia in urbe non deessent: tum quòd urbs ipsa cistæ præ se speciem ferret. Parum quoque ab hujus loci ænigmate exemplum punitæ improbitatis hominis injuriosi aberit, de quo Gregorius Turon. œnopolam initio pauperem, sensim exaqua vino affusa æs aliquod luctumque comportasse, quod cum loculis collectum per viam aliquando juxta se deposuisset, ex improviso corvus advolans, ceu prædam in altum sustulit, mox, ut pondere victus, in subjectum demisit flumen (2) ita, quod ab aqua profectum ad aquam rediit imago rerum est in sua principia, ex quibus nata sunt, resolutarum. Ceterum plura huic fonti opportuna ex iis, quæ in symbolis de allusionibus tradimus, erues; quòd hæc plerumque, nisi clarâ inscriptione donentur, ænigmatica sint. Tum deinde copiam aliquam quærenti simul ac veritatem, proderit nostrum de epigrammatis libellum, hoc in fonte per singulas venas, observasse, ubi etiam discet, quot quibusque modis allusiones hæ fiant, quæ iterato labore hoc loco suggerere, supervacaneum esse duxi.

IV.

1] *Cives malitiosi.*

2] *Res creatæ ad sua principia redeunt.*

CAPUT

CAPUT LXVI.

De compositione Symbolorum, Emblematum, Hieroglyphicorum, & Ænigmatum.

I. *In compositione imaginum fig. propriâ figuratis nõ adhibentur, nisi fortè ornandi complendique gratia, ad substantiã figura accedant.*

DE simplici hactenus ænigmate egimus: nunc de composito paucis tractandum, simulque aliarum imaginum figuratarum compositio expendenda, ut de hac, quæ ceteris difficilior est, via ac ratio sit expeditior.

Sunt qui in harum imaginum compositione propria figuratis misceant. ut Otto Venius aliquando satis imperitè, dum figuratam imaginem reperire non poterat, in Horatianis suis emblematis, propriam sufficit. Fieri id quidem non prohibebo, quando ad rerum substantiam picturâ exhibitam, Poeta nonnihil ornatus figurati, per symbola rerum proprietates explicantia, adjicit. Uti olim Saxones, à Carolo Magno conversi, in suo Idolo Irmensul comperti sunt adhibuisse. *Crantzius in hist. Saxon.* Huic enim cataphracto in vexillo rosam, in pectore ursum, in clypeo leonem figuratum [1]ut significarent, opinor: Deum hunc amabilem, & suum que vexillum sequentibus, amicis: crudelem & atrocem, ursi instar, futurum sibi adversantibus: fortem, leonis instar, in subjectis defendendis, & propulsandis hostibus. Romani virtutes Fabii Cunctatoris eleganter in onyche lapide expressisse feruntur, in quo, equinum caput principatum in bello, humanum barbarumque pectus, prudentiam animosam, pedes gruum vigilantiam, gallinacei cauda victoriam ab hoste obtentam, indicabat. Vide *Pierium* lib. 4. c. 27.

1) *Deus suis amabilis, terribil. hostib.*

II. *Symbola composita figuras requirunt aliquo ordine, seu*

Symbolum compositio vitiosa nõ erit: si res, in ipsa figura significante, aliquâ, seu naturæ, seu operationis aut etiam oppositionis connexione invicem cohæreãt. Ita aquila non rautum cũ pullis suis, aut capto lepore, sed etiam cum serpente illam oppugnante rectè jungetur. Accedunt his illa, quæ ex arte atque usu hominum aliquam societatem merentur, ita adamas cum Solis & Lunæ

Lunæ specie, in annulo Regis Navarræ, propositus, symbolum est amoris, seu potentiæ & virtutis perpetim duraturæ. ut Gabr. Simeon. embl. 8 Cetera, quæ arbitratu solo fingentium copulantur, vel hieroglyphica sunt: ut telum cū palma, id est, *victoria bello parta*. vel ænigmata: ut sunt tria capita apud Julium Camillum lupi, leonis, & canis: (1) ubi lupus *præteritum tempus*, quasi jam devoratum, canis præsagus & blandiens *futurum*, leo terrens affligensque tempus *præsens* indicat. quamquam ad hujus rei significationem hoc ænigma satis definitū non sit. quid enim prohibet, quò minùs per hæc capita Ducem in bello *rapacem*, *fortem*, tamen & *fidelem militem*, intelligam? certe si clypeo illa, aut vexillo junxeris, id rectè ac definitè indicabunt. Ut igitur magis adstringam, signo aliquo limitante opus erit, videlicet, aut adjunctis alis, aut clepsydrâ cui medium caput insistat. aut certè ea lege capita jungentur, ut duo aversa, mediū leonis adversum nos spectet. Quid verò, inquies, si plura jungantur, quorum aliqua ut signa, alia cōparatè significent? eg. hastæ insistens aquila cum fulmine, quâ imagine Romani se bello orbē superasse profitebantur. Hasta enim tanquam signum, pro bello; aquila, velut Regina, pro Roma urbiū domina translatè, ut & fulmen, pro vi & celeritate, usurpatum est. Responsionem ex alibi dictis habes. Nempè ad figurā præcipuam animadvertendū esse: quæ in proposito symbolica est. cetera enim signa velut adjuncta imaginis substantiam nō evertunt, sed tantùm certioribus terminis adstringunt. Cæterum aquilæ cum fulmine conjunctio prorsus arbitraria non est, alias hieroglyphicè sociaretur, sed ratione nititur, quòd hæc avis fulmen innoxiè patiatur. cum hasta verò ex eventu conjungitur, quod Romani aliquando illam hastæ inhærentem bono augurio spectaverint.

Quare, ut unâ definiam absolvamque regulâ, quæ & quot figuræ ad symboli cōpositi protasin adhiberi possint. Dico quæcunque unâ comparatione vel simplici, vel per proportionem, aut oppositionē reciprocā, exponi possunt, ad unius symboli naturam spectare, cur verò addam, *reciprocā*, intelliget qui fontes symbolorum nō ignoraverit. Una verò comparatione ita exponi poterit

natura, seu etiam oppositionis cohærentes. Excludunt figuras solo hominum arbitrio nexas.

1) Tempus præsens, præt. fut. vel Miles rapax, fortis & fidelis.

Præcipua in symbolo figura trāslatè significare debet, huic alia figura si accedant ut signa: hæc tantùm adstringent vim vagā significandi.

III.

Una comparatione, vel simplici, vel reciproca, sym-

bolum absolvi debet.

Omnis igitur rerum multitudo quam una comparatio, unum etiã symbolum complecti potest.

suprà adductum symbolũ. Sicut enim aquila princeps volucrum inter fulmina cœlorum tutò versatur, quo tamen terrentur & subjunguntur res ceteræ animatæ: ita Roma urbium Princeps inter bellorum fulmina tutò versatur prostratis subactisque nationibus cetetis. Parum tamen ab hieroglyphico hoc symbolũ abest. Imò si activè usurpare libuerit, ut sensus sit. Romam per bellum, velut fulmen, hostes prosternere, Hieroglyphicè usurpabitur. Quia hæc comparatio non subsistit: sicut aquila per fulmen res ceteras terret ac prosternit, ita Roma, &c. nam aquila nullam habet connexionem cum fulmine, ut quicquam per hoc agat; sed hæc conjunctio ex solo veterum instituto ac fictione est, quâ illam Jovis fulmina circumferre asserunt. Porrò multitudo ac numerus rerum inter se connexarum symboli rationem non destruit, si enim proponas gregem ovium, à canibus custoditum, atq; à lupis simul impetitum, tanquam imaginem Ecclesiæ à Pastoribus defensæ simul, atque ab hæreticis laceratæ, nihil à symbolo alienum dabis, cùm, tes licet diversæ, in protasi & comparatione unâ per oppositionem cohærent. Ita & terræ cælique orbes junctim, uno symbolo licebit proponere atque inscribere etiam opposita. *Hinc fiat, & inde movetur.* quæ imago est hominis in vita simul stantis, ac per tempora moti in occasum. Quandoque & pluta, ad diversas etiã significationes adhibenda, licebit conjungere: modò in una aliqua affectione conveniãt. sic Matt. Ursinus Stellam, circinum, pyxidem nauticam & librum rationum junxit inscripsitque *aspicit unam*, nempe stellã nauta & pixis ursam, circinator centrum, creditor syngraphan. Hæc enim licet idem omnia, aliquâ tamen simul diversitate repræsentãt. Quod si aliquod signum in symbolo definiens tantùm adstringensque comparationem adhibeatur, necesse non est ut illud ingrediatur, quia non per se, verùm alterius ratione usurpatur, quam si tantùm adstringar, officio fecit satis. Exemplum supra in aquilã hastæ insistenti habes, ubi hasta tantum nota est, quâ indicat aquilam in præsenti symbolo ad bellum ordinari.

His bene observatis, nulla de emblematis composi-

tione

tione difficultas supererit: Nam personæ hic quamcumque cum rebus seu personis aliis connexionem, seu oppositionem non respuunt: modò aliqua interveniat, quæ chimerica non sit, & naturæ repugnans, tum ejusmodi quæ unâ comparatione claudi absolvique possit. hieroglyphica verò signa cùm adhibentur [quod absq; necessitate fieri non convenit] nihil in apodosi significare, sed tantùm figuras multis significationibus incertas & vagas ad finitam significandi vim debent adstringere: alias enim non emblematica purè; sed hieroglyphica simul expositio futura est, quæ nõ potest in eandem protasis unitatem convenire. Ita, ut fingerent emblematicè: Nihil tam efferum esse, quod amore domari non posset. Cupidines varii Leænam circumsistebant, quam alii vinculis constringebant, alii contra offerebant cornu (veterum id poculum) mulso plenum, ut si dicerent, Quemadmodum cupidines illi partim vinculis, partim munere leænam stringunt; ita, tum vi, tum Amoris illecebris omnis ferocia damnatur. Sic etiã, ut aliorum post mortem interire cum corporibus nomina, aliorum famâ superstite in Poetarum carminibus perennare significarent: Semen flumini letheo hominum nomina immergere finxerunt, quorum aliis pereuntibus, alia à cygnis exciperentur ad templum Immortalitatis transferenda. Quæ imago anceps videri poterit! ænigmatis, an emblematis accensenda? Verum, ne flammis aut templi cogitatio spectantem moretur, inscribenda his titulis erunt, ut infra magis constabit, *Lethe*, & *Templum Immortalitatis*. hæc enim inventionem ingeniosam nullam habent, ob quam latere suis titulis debeant. His verò cognitis, nõ admodum difficilis ex comparatione ad apodosiu ducetur cognitio. Nam, ut nomina à Charonte in lethen merguntur interitura, nisi cygni eriperent templo Immortalitatis inferenda, [ ] ita mors oblivione multorum sepeliret memoriam: nisi Vates suis illos carminibus æternitati consecrassent.

Alii, ut mundi salutem duodecim innixam Apostolis ostenderent, columnas totidem orbi terrarum fulciendo subjecêre, (2) ad similitudinem fabulæ quâ mundus

IV. *Emblematum eadem quæ symbolorum in compositione ratio est: nam res inter se cohærentes, unaque comparatione absolvendas complectitur.*

D.

A.

B.

1) *Vatum scriptis multorum memoria æterna est.*

V.

1) *Duodecim Apostoli.*

orbis Christiani columna.

mundus Atlanti imponitur. In qua imagine licet altera comparationis pars deficiat mundi scilicet; emblema tamen esse non desinit, cum metonymicè contentum per continens significetur, quod alibi, tolerari in emblemate posse, docui. Manum Gabriel Simeonis exhibuit, in arma & libros aræ impositos, pecunias effundentem; ut significaret armis vel literis celebres opibus honorandos esse. Sed, de peritis, emblema minùs periti est: nam per nummos significare nummos, aut certè quaslibet opes, ut ex parte totum, figuratæ non servit imagini: per arma verò & literas armatos, &c. intelligere, per instrumenta aut signa docere, quod est pro imagine principe, usurpari in emblemate non potest, quia ex instituto significat; neque in hieroglyphico, quia apertum nimis. Vitiosa igitur imago est. Multò minùs alterius, licet non illepida imago, figurata erit, qui ex Bacchi schola discipulo vas vitreum cerevisia, alterumque vino plenum proposuerat, cum lemmate,

D *Meliora sunt opera Dei, quam opera hominum:* nam huic licet ex oppositione sit gratia, tropicè tamen per metonymiam, aut metaphoram nihil significat.

VI. *Hieroglyphica quaslibet figuras, sine connexione, admittit, modò in apodosi per unam aliquam sententiam significatam, cohæreant.*

Hieroglyphicorum compositio nullam habet difficultatem, quòd cum quolibet tot tamque variis conjungi possint, quot sententia exprimenda postulat, neque enim ulla hic rerum in imagine, sed in sola significatione connexio spectatur. Unde alibi docui, ad hanc sententiam exprimendam. *Regem pietate & clementia potiùs quàm tyrannide suos regere debere,* in summo sceptri Ægyptios Ciconiam, infra illud hippopotamum collocasse. Alius, ut illud Cassiodori exprimeret: *egrescit ingenium, nisi vigilantiâ reparetur:* per accipitrem comedentem *agritudinem:* per aquilam ovem persequentem, *ingenium:* per leporem apertis oculis dormientem, *Vigilantiam:* per ciconiam ramum origani pro medela tenentem, *reparationem* intellexit. Sed parum ingeniosè, quamvis de ingenio: nam, quid tot rerum simulactis & ambagibus opus ad tam arctam sententiam, ubi verba singula singulis figuris reddantur? Accipiter in Sole sese innovet pennasq; veteres excutiat, vel serpens manè sub auroram veterem pellem exuat, &c totum pe-

Multæ figuræ pauca.

nè un-

hè unâ figurâ exposuisti, nam accipiter, aut serpens ingenium: vigilantiam ipse cum Sole junctus, reparationē ipsa actio utrorumque indicat. Unde hic sensus existit: mentem per vigilias excitari & innovari, quæ tantò illustriora sunt, quantò majorem habent in protasi quoq; connexionem: quam licet necessitate non exigant, cum virtute tamen possidēt. Aptius illud Ægyptiorum apud Pier. Valerianum, qui ut *literas Reipub. necessarias* significarent, fasciculum ex juncis (unde calamos sumebant) cum appensa sepia (cujus atro liquore scribebant, urebantur, sub quo cribrum erat, necessitatis indicium. Verùm de his satis.

significantes vitta.

VII. *Ænigmatum compositio cùm ex figuris coherentibus esse nulla illa junctura.*

Superest ut de ænigmatis compositione addam. Et hæc quidē primò illa ratione, quâ emblemata, cōstrui possunt, ut omnia in protasi imaginis inter se cohæreāt, sed tunc lemmate nullo inscribenda, aut subscribenda erunt, ut ab emblematis primâ fronte distinguantur. Quale apud Camillū de insig. legitur, ubi venator duobus canibus, albo & nigro, instructus, cervam per loca aspera insectatur. Id est, *Voluntas ratione instructa* (quæ est venator) *appetitu duplici irascibili & concupiscibili* (velut nigro & albo cane) *Virtutem difficilem licet viâ insequitur.* Ita Hymenæū olim depinxēre, formosum juvenem, stantem, floribus & amaraco coronatum, quod virtutum & bonorum morum essent symbolum; dextrâ facem ardentem, amoris hieroglyphicū; sinistrâ velū rubeum complexum; quod adstrictæ ad solum conjugem, & obvelandæ ceteris pudicitiæ, esset argumentum. (Cattarius etiam non repudiandis Sacerdotum uxoribus olim tributum asserit) soccis denique croceis indutum: quo *comicam magis latiqueventus, quàm tragicam voluerunt esse conjugum societatem.* Sic etiam Hieronymus Ruscellus cervam candidam inter lauros cum monili, adamantibus & topacis ornato, propositam, vult esse Virginem castam (quod laurus indicat Dianæ sacra) puram (quod gemma topacii) & fortem sive constantem, quod adamante designatur. Sed tam minuta in ænigmate non probo, nisi suis lineamentis ità exprimi possint, ut à cæteris rebus discernantur.

Lemmata inscribenda, ut ab emblematis discernantur.

VIII. *Ænigmatum compositio ex rebus*

Deinde crebrior ænigmatum compositio ex rebus est, in-

ex non cohærentibus figuris composita ab hieroglyphicis aliquando per ipsam expositionem, seu rationem translata significationis distinguida sunt quòd eadem Imago & hieroglyphicè & ænigmaticè nonnunquam significativa sit.

est, sua naturâ non conjunctis, aut cohærentibus: ita enim facilius à cæteris imaginum generibus discernuntur, licet cum hieroglyphicis nonnunquam affinitatem aliquam habeant. Ita clavis, quæ cum cespite & sphærula novo Provinciali Præfecto deferebatur, & Pulegium apud Alciatum cum manu occulta propositum, videri ænigmata possent, sed quia non aliter, quam signa repræsentant, primum quidem ex hominum, alterum ex naturæ etiam instituto quæ signa ab hieroglyphicis non excludimus, nisi à sede primatia compositæ imaginis, cũ certò & sine obscuritate repræsentãt, ut fumus ignẽ. In priori igitur clavis potestatẽ, orbis regnum seu Provinciam, cespes annonam denotat, id est, *bene administrandam traditâ potestate provinciam, & annonam curandam.* In altero manus operationi, oculus vigilantiæ destinatus, providam operationem, tam ex natura quàm etiam hominum consensu designat: pulegium verò sobrietatis adversus vinum custos, eandem virtutem denotat. quod ultimum licet ut causa significet, rationem tamen hieroglyphicæ imaginis non evertit. Sensus igitur manet. *Providendum sibi, sed cum sobrietate rebus utendum.* Vides, opinor hieroglyphica acuto ab ænigmatis intuitu separanda nonnunquam esse, quod utriusque figuræ, & dissolutæ in protasi, & obscuræ esse possint: licet obscuritate diversa, atque ex ignorantia potius nostra quàm rei difficultate existente. Unde ex ipsa significandi & exponendi ratione aliquando videndũ: ænigma, an hieroglyphicum habeat? Si enim e. g. per manũ oculatam, *promptum Dei in necessitate nostra auxilium*, seu, *opem Dei omnia cognoscentis præsentem hominibus sobrius intellexeris*, jam ænigma idem erit, quod alio sensu fuit hieroglyphicum: quia modò per obscuram exponitur metaphoram, quod per signa antea. Haec enim comparatione uti licebit. Sicut homo per manum promptam, & vigiles oculos opem ferre potest indigentibus, sic Deus voluntate solâ & providentiâ subvenire, &c. Pulegium etiam, ut causa ad plura indifferens, quàm in figuris admittimus, servit ænigmati. neque necesse est, ut in dissoluta protasi comparationem eandem ingrediatur: imò hoc ipso, quod dissoluta sit, ingredi nequit.

Porrò

Porrò aliud compositū ænigma RICCIARDUS ita ferè exhibet. Juvenem placidum & languentem veste superiùs albâ, inferiùs nigrâ, qui *Somno diurni nocturnive imago* sit. dextrâ aut cornu transparens, aut dentem elephanti, visu impervium, sustinet; quorum *illud veri, hoc falsi somnii* figura est. Socii; hinc Morpheus formas hominum; inde Phobetor seu Icelus brutorum, denique Phantasus rerum inanimatarum introducēs, velut imaginationi dormientis, illas inscriptutus. Simile apud eundem reperies de Deo ejusque attributis hac arte compositum. Lapis erat quadratus, *immobilis, immutabilisq; Divinitatis*, argumentum huic rotundus innixus orbis, *æternitatis* signum, triangularem pyramidem sustinebat, tanquā *Dei trinunius imago*, hanc tres sphinges fulciebant, *ut Deum, ex quo, ex quo, & per quē sunt omnia*, velut ænigmatum omnium subtilissimum proponerent. unum pyramidis latus in circulo, id est, *infinito* literam α, alterum ω, tertium N. id est *principium, finem & medium salutis nostræ, in eodem Deo reperiri* ostendebat. quanquam paulò aliter Ricciardus, per tres sphinges etiam non ineptè *duas filii generationes, æternam ac temporalem, & processionem Spiritus Sancti intellexerit.* Non inelegans quoque hoc loco erit illa S. Damasceni parabola suprà in fonte Alienat. strictim recensita.

IXI

Compositæ imagines per fontes simplicium distribui, eisdem legibus possunt.

A X.

Non figuræ singulæ, verùm junctæ plerumq; ob connexionem obscuritatem adferunt, tantoque magis gratæ sunt quòd connexio magis insolens; nimia tamē & otiosa figuræ vitanda

Ex quibus facilè deducitur. Primò cōposita per eosdē ænigmatū fontes distribui posse, per quos simplicia digessimus, cùm ea vel ex proportionatis, vel oppositis, vel alienatis, aut denique alludentibus ad significata figuris componi necesse sit. Deinde hieroglyphica, symbola, & emblemata sæpe commisceri in ænigmatum compositione, & licet singula aperta videantur, ex conjunctione tamen obscuritatem nasci, ut figuræ tam diversæ in unam sententiam coeant. Quocirca quæ in exemplis, suprà per fontes suos propositis, clariora sunt, suo tamen in corpore, jam integro, obscurantur. Tertiò ratiora illa esse, quæ res aliqua novitate illustres per compositionem proponunt. ut homo iste alibi a nobis exhibitus, qui unum in fonte, duosque in vultu ac pectore oculos gereret, alterutro horum clauso, de quo vide Heroum symb. lib. 4. Quartò facilem esse componendi ratio-

Omnes figura ad unam sententiam mentis exprimendã conveniũt, obscurâ quidem, non tamen audaci nimium allegoriâ.

tationem, si argutam aliquam sapientemq; mentem sententiam complexus fueris, quam figuris partim clarioribus ac symbolicis, partim allegoricis ac hieroglyphicis, præsertim illis quæ illustrem continent antiquitatis ritum exposueris: ita enim, & lucem aliquam spectanti affundes, & voluptatem secretiora penetrandi injicies; sed cavendum, ne vel otiosis vel nimiis ænigma figuris confundas, tum ne audacioribus ac imperitis allegoriis, quæque, in oratione propositæ, vitiosæ essent, obscurare contendas. Talis enim obscuritas non est ingeniosæ inventionis, sed arrogantis ignorantiæ. præcipuam illa laudem ab ingenio & elegantia merentur, quæ membris inter se constant, seorsim quidem acceptis, clarissimis, sed conjunctim, ad unam præstandam sententiam obscuris.

XI. *Solutio Ænigmatum eadem ferè retrograda via, qua compositio instituitur. Primò titulus expenditur, qui Ænigmatis adhibetur, ut propositor indicet, qua illud ratione ac lege exponi velit. Cùm in ænigmate, & materia, & forma, seu ratio significandi varia esse,*

Quintò in ænigmatis solutione, eâdem viâ ac methodo (sed retrogradè ferè) quâ in compositione, progrediendum. Videndum ut ex omnibus figuris propositis unam aliquam cohærentem elicias sententiam, ad quam formandam titulus ænigmatis dirigat qui compositori ultimus fuit. Si inscriptum tantum fuerit, *ænigma* licebit applicare ad quamcunque disciplinam & scientiam tam ethicam, quam speculativam, tam humanam, quàm divinam: quamvis communi ferè usu ad ethicam ac mores hominum expositio spectet. quin etiam si per comparationem, aut allegoriam exponere cuncta idoneè poterit, satisfacturus est. vi ænigmatis enim ad aliud nihil tenetur: obscurior enim allegoria ænigma est, quæ uti ex solis symbolis, aut emblematis componi potetit, ita & resolvi. Unde imperiti sunt, & rerum ænigmaticarum ignari, qui in exercitationibus scholasticis exponentem ænigma urgent, ad singula significata autoritate veterum stabilienda: hoc enim ad hieroglyphica, quæque ex veterum ritibus vim significandi obtinent, tunc, quando per comparationem adhiberi nequeunt, tantum requiritur: allegoria enim omnis, non autoritate, sed ratione aptâ comparante nititur. Qui igitur exponentem voluerit ad apologos, parabolas, historiam, physicam seu naturalium rerum affectiones, poesin seu fabulas, ethicam quoque seu mores

mores hominum adstringere, titulo id faciat necesse est.

possit, titulo mens propositoris rectè exponitur ita quidem, ut materiam in obliquo res formam in recto indicet.

Cùm verò in ænigmate, tam materia, quàm forma; sive, tam figuræ, quàm res significatæ variæ esse possint, utrumque titulo exprimendum erit: nam, ut dixi, vel rem divinam seu theologicam, vel humanam, eamque, vel naturalem seu physicam, vel moralem seu ethicam significare ænigma poterit: hæc igitur non minùs significandi ratio, quàm figuratum definienda erit. Ita quidem, ut materiæ ratio in obliquo, formæ in recto exprimatur, ut si habeam ænigma, in quo res naturales per allegoriam ad divinas applicemus, inscribendum erit: Ænigma Physico theologicum. Quod si unam rem moralem v.g. gubernatorem in navi, agricolam in campo, alteri morali, v.g. Regiæ moderationi adhibetem, Ethico ethicum appellandum esse. Quod si ex Physicis & Ethicis simul ad res divinas adhibitis constaret, Physico-ethico-theologicum nuncupandũ esset. quanquam tunc ita titulum præstaret apponere, ut scriberetur. Ænigma Theologicum ex Physicis Ethicisque desumptum. Unde vitiosa inscriptio erit, si titulus sit: Ænigma Physico-parabolicum: quia nihil ad parabolam in ænigmate applicatur, sed ex parabola ænigma quidem desumi potest, non tamen idcircò parabolicum est appellandum; quia rerum denominationes à forma, non materia desumendæ sunt, ut norunt Philosophi; alias enim rem unam, ab alia non distinguerent.

XII.

XIII.

Ita quoque agendum ab ænigmatum conceptore, ne figuræ quæ proponuntur ignotæ sint: ut si Nilum ad umbres, nec crocodilum simul aut Pyramides ex vi significati adhibere possis, nomen fluvio inscribendum erit. Neque enim ab expositore hoc jure exiges, ut conjecturâ assequatur, cujus tibi fluminis in mentem venerit; nisi alio regionis istius, aut fluminis signo in tabulâ ab aliis sufficienter distinxeris. His observatis ad præcipuam quæ oculis objicitur figuram animum intendes, quam vel ex dignitate ipsius figuræ, vel ex medii principisque loci occupatione intelliges, ex hac enim reliqua [nisi imperitus artifex fuerit] dependere necesse est, vel ut adjuncta, vel certè ut conjuncta in rem eandem

Figura, seu res ænigmatum sua spe ignota esse debent, aut opposita rei vocem aperire.

Figura principua locum & sedem præ cæteris obtinet.

dem spectantia. Figuræ namque, quamvis in protasi dissidentes, in unius sententiæ constructione convenire debent. Ita in hac propositione: *Prudentia reliquarum virtutum actiones moderatur*: princeps locus debetur figuræ prudentiam adumbranti, cui aliæ figuræ tanquam adjunctæ accedunt. In hac verò, *Prudentia & Iustitia hominis partem superiorem, Temperantia & Fortitudo inferiorem Deo subjicit*, Prudentia adhuc principatum obtinet a dexteris Justitiæ, tum deinde loco paulùm humiliori locandæ reliquarum figuræ, non quidem, ut adjunctæ; sed ordine atque officio conjunctæ.

XIV.

Figuræ diversæ ad idem significandum vitiosè adhibentur in hieroglyphicis & ænigmatis.

Sextò figuræ nullæ in compositis imaginibus, præsertim hieroglyphicis & ænigmatis, idem significare debent: nam, ut in oratione vitiosum est, verba idem significantia congerere. Ita magis etiam in delicata hac imaginum poesi, tanquam in nobiliore panno macula eminebit. Sic Pier. Valerianus libr. 43. velocitatis imaginem ex antiquo numo hominem proponit capræ spolio cooperum, sub cujus jugulo fulmen, arcus ab occipitio, ab altera numi parte (erat is Papyrii Cursotis) pegasus ac sagitta. Sed parum elegans imago est, cum omnia pene idem significent: nam & pellis capræ velocissimæ animantis, & fulmen; & sagitta cum arcu, & pegasus celeritatis argumenta sunt. Sic idem, ut ferociam oppressam domitamque indicet: Tautum cauda surrectâ, capite inflexo, lævo crure anteriùs incurvato, sub querno & laureato stipite, juxtaque leonino spolio armatum caput proponit, minus tamen imperitè, quia ad ferociam simul & submissionem, in eodem tauro, exprimendam, pluribus signis opus, quanquam leonis spolium otiosum esse videatur. Quod de symbolis suprà tradidimus, plures aliquando figuras ad rem eandem, diversâ tamen significandi ratione, posse concurrere, hieroglyphicis signisque aliis locum habere nequit; quia omnes eâdem ratione significant. Neque in ænigmatis; quia inscriptione, quâ hæc significandi convenientia indicetur, destituta sunt, uti ideirco à recepto significandi usu deflectere nequeant.

XV.

Ex hac porrò ænigmatum ratione propiùs inspectâ, facilè etiam illam de ænigmate definiendo inter Fabium

bium & Aristotelem controversiam absolvere, quàm suprà de emblemate proposuimus. nam neque ille, neque hic universim omne ænigma, sed aliquam tantùm illius speciem descripsêre. Fabius quidem illud, quod purè allegoricum in primo à nobis fonte propositum est; Aristoteles verò illud, quod in altero oppositorum fonte exposuimus. Nos ut omnium fontium ænigmata, exclusis, quæ solius tantùm orationis sunt, complectamur; ita circumscribimus. Ænigma est *imago figurata, ex quacunque re creata ad quamcunq; aliam, obscurè per allegoriam, significandam traducta.* Per hoc, quod ex quacunque re ad quamcunque obscurè traducatur, à symbolis & emblematis differt: per illud verò quòd obscurè per allegoriam, ab hieroglyphicis, quæ ut signa repræsentant, obscuritate etiam diversâ. Unde cum hieroglyphica in ænigmate usurpantur ex instituto, inter præcipuas figuras significate non debent, sed tantùm allegoricè per occultam similitudinem: inter adjuncta tamen, quatenus obscurâ aliis connexione cohærent, tolerari hæc eorum significatio poterit. Hinc ænigma ex hieroglyphicis puris componi nequit. Nisi forte hieroglyphicis, ad multa significanda indifferentibus, constater, ut suprà monuimus: quod tamen vix eveniet, nisi in rebus metaphoricè etiam plura significantibus. quæ significandi ratio, in ænigmatis potior esse debet; quia natura prior est arte. Unde siquis figuratam imaginem inscripserit, Ænigma Hieroglyphico-ethicum: propriâ usurpatione, aut ænigma, aut hieroglyphicum non accipiet. Per allegoriam hoc loco intelligo, non tantùm continuationem metaphoræ, verùm etiam metonymiæ illius, quâ libro quarto in figuratis imaginibus toletari posse asserui. Hæc sufficere de ænigmate præcepta existimamus, dum fuerit qui in rebus obscuris facem aliam accenderit. Nunc paucis de praxi agendum.

Definitio Ænigmatis absoluta.

CAPUT LXVII.

CORONIS LIBRI HUIUS.

Praxis inveniendi construendique figuratas imagines.

I. *Praxis imagines fig. inveniendi, quatuor potissimũ viis ostenditur.*

QUatuor potissimum viis ac rationibus figuratas imagines investigare atque adhibere licebit. Facillima ac multis Iconographis trita via est, à quibuscunque rebus ad quascunque res alias morales, aut theologicas, adumbrandas, imagines ducere. Hoc Camerarius, Junius, Alciatus aliique egerunt. quorum hic, ut eruditionis ac lectionis multæ, ex græcis latinisq; autoribus idoneam figuræ atque emblemati sententiam aut fabulam ad emblematis usum traduxit, suo etiam elaborata ingenio adjecit nonnulla, ut ex interpretum, Minois præsertim commentatione, facile disces. Altera via modusque est, à variis rebus ad unum aliquod pertractandum argumentum figuras desumere: ad cujus facilem expeditamque copiam, primùm naturalia, atq; in illis elementa singula, eorumque, quæ nutriunt, animalium, & non viventium quoque percurrere genera, tum ad artefacta, aliquo rerum, si lubeat, nomenclatore proposito, descendere ac scrutari licebit in singulis; num quid suo sese aptum proposito offerat? Feceritne id Catsius in suo emblematum opere, quod de matrimonio est, non habeo affirmare, certè ex omni rerum genere ad fixum sibi scopum egregiè plura deflexit. Ego didici expertus, ita brevi tempore, quàm multa affluere, argumento id Superis annuentibus infrà patebit. Tertia ratio est, ex rei unius natura affectionibusque expensis ad variam morum instructionem explicatè descendere, ut in ovis paschalibus à Patre Stengelio eruditè factum. ad quam rem cùm felici ingenio, tum solerti studio opus, quo natura, adjunctaque omnia investigentur. Quarta denique ardua ac difficilior ceteris ratio est, ab unius rei descriptione & adjunctis, alterius rei etiam simplicis adjuncta naturamq; exponere, quod ut cunque

cunque à Gulielmo Hesio præstitum in emblematis de fide, ubi citatæ proprietates fidei Christianæ symbolicè explicandæ adhibet, pari fœlicitate atque ingenio

Nos etiam aliquot exemplis hac in re lusimus. Materia nobis modò à superis, modò ab hominibus petita est, ut ex nobilissima hac facultate, aliquem utriusque honorem impenderemus. Magnæ Dei Matri ex variis rebus, tanquam floribus ad quadruplicem hunc gratiarum fontem coronandum, litavimus. Summo Terrarum Ecclesiæque Præsidi Innocentio, tum Legato illius Apostolico Chisio ex propriis insignibus, ad eorum vel personas ornandas vel probanda consilia, primitias nostri laboris deprompsimus: ita quidem, ut Pontificia columba uni ferè Ecclesiæ, oliva paci deserviret. In quo ultimæ rationis ac viæ supra propositæ, uti in priori de B. Virgine & Matre Dei, secundæ methodi exemplum dedimus; sed cùm eâ, quâ præscripsimus lege, id executi non simus, viaque ac methodus hæc Iconographis maximè idonea videri possit, ut quibus ex diversis ferè rebus ad unum aliquod scriptionis argumentum varia figuratum lumina petantur, alio exemplo jam nunc præibimus, sed absque ornatu omni nude strictimque hoc loco decurremus omnia: fortè locus tempusque aliud cultiora eadem proferet. Et quoniam ab arte symbola duci elegantiora, quàm universim ex rebus naturalibus credimus, inde auspicabimur. Argumentum ad homines spectabit, qui honoris ac lucri spe aulicæ sese vitæ ac splendidæ servituti addixerunt. II.

Imagines figuratæ aulicam hominum vitam repræsentantes. Primò ex artefactis desumptæ. III.

Ex diversis rebus ad eandem sententiam ducta imagines.

Figura sit. 1. aureæ compedes pedibus injectæ. Lemma. *Auro licet illita stringent.* Significatio seu apodosis. Honor splendidus aulicorum, servitus est. 1 *Aula servitus.*

2. Pera viatoris alimenta continens. Lemma. *Onus leve.* Ita officia aulicorum quam vis gravent, levia tamen videntur, quia nutriunt. 2. *Onus leve.*

3. *Ambitio*

3. Molendinum vento agitabile. Lemma. *Absque aura quiescit.* Ita aliqui, nihil agunt, nisi aurâ & spe honoris impulsi.

4. *Corrupt. ela.*

4. Axis curruum ungitur, ut faciliùs promoveatur. Lemma. *Ungitur, ut portet.* Sic alii in aulis spe lucri tantùm agunt & agunt.

5. *Aulæ officia.*

5. Torques aureus collo adhibendus. Lemma. *Gravat & ornat.* sic aulica officia Principum affectas.

6. *In Deo solo quies.*

6. Lingula in horologio solari ad polum arcticum movetur. Lemma. *Non ante quiescit.* Sic nulla hominum inter honores quies, nisi Deum magis, quam mundum spectent.

IV.

7. *Principum favor*

8. *Exaltatio cum alterius depressione.*

9. *Brevis honor.*

7. Navis in ora maris, velis explicatis, constituta. Lemma. *Exspectat ventos.* Sic ut in aula magnum aliquid fiat, exspectatur honor.

8. Duæ situlæ in puteo concatenatæ. Lemma. *Hic premitur, dum iste levatur.* Nempè in aula alterius casu alter extollitur.

9. Follis ventum attrahens. Lemma. *Accipit ut reddat.* vel. *Haurio, ut exspirem* Brevis nempè in hac vita honor est, aut mors illam extorquet, aut fortuna.

10. *Aula opprimit.*

10 Quadriga in acclivi bovem retrahit. Lem. *Cedendum est oneri.* Nimirum honorati & onerati nimium, sæpè impares in præceps retrahuntur.

11. & 12. *Casus aulæ.*

11. Mallei in mola sublati. Lem. *Tolluntur* [in altum] *ut* [lapsu graviore] *ruant.* Tales multi in aulis Principum subitò elati, subitò iterum ruunt.

12. Lampas, quam affusum copiosè oleum extinguit. Lem. *Nimium extinguit*, vel *nequid nimis.* Sic humiles plerumque animæ, nimiâ ebrii fortunâ, opprimuntur.

V.

13. *Laudis amor.*

13. Tuba militaris. Lem. *Absque aura tacet.* Ita & in aulis plerique.

14. *Aulæ ors dubia.*

14. Vexillum elatum. Lem. *Amat colludere ventis.* Par aulicorum vita.

15. & 16. *Ambitio.*

15. Fomes juxta igniarios pulveres. Lem. *Admove, concipiet flammas.* Sic nisi multis fomitem gloriæ admovetis, ardorem nullum concipient.

16. Gallus in templorum vertice. Lem. *Quærapit aura ferox.* Sic aulicus.

17. Tym-

17. Tympanum. *Sine pondere corpus.* Ita multi in aulis spectabiles forma, sed animo stolidi & inanes inflatique arrogantiâ.

17. *Forma non virtute spectatus.*

18. Vas vacuum, quod digito impulsum exploratur. Lem. *Tinnit, inane est.* Ita ferè arrogantes in aulis thrasones, ore prompti, mente vacui.

18. *Thraso.*

VI.

19. Bilanx, unâ lance, vacua & sublata. Lem. *Quò minus ineſt, magis elata eſt.* Ita nempè illi quibus & sapientiæ, & virtutis in aula minus est, elatiores reliquis sunt.

19. *Arrogantia data est.*

20. Horologium. Lem. *Feriar, dum audiar.* Ita aulici multa patiuntur dura, ut aliquando ab aliis audiantur.

20. *Subesse ut præsis.*

21. Organum. Lem. *Per auram ad aurem.* Ita aulici per honoris auram ad aliorum aures & existimationem de se magnificam connituntur.

21. *Laudis cupidus.*

22. Sagitta levi plumâ ad scopum suum dirigitur. Lem. *Quod dirigit, leve eſt* Ita ventus honoris, qui aulicos ad ardua impellit, levissimus est.

22. *Honore duci.*

23. Ceræ plures ejusdem sigilli imagine formatæ. Lem. *Vultum formamur ad unum.* Sic aulici Principis sui exemplo, vel probi, vel improbi, formantur.

23. *Exemplo vivere Regis.*

24. Mantica pauperis quibuslibet oblatis impletur. Lem. *Omni patet dono.* Sic ferè manus aulicorum ad omne munus patet.

24. *Donis capi*

VII.

25. Infundibulum vasis Lem. *Nunquam implebis.* Talis aulicorum ferè manus est, ratò dicit, satis est.

25. *Inexplebilis.*

26. Muscipula, in qua laridum proponitur. Lem *Nil lautum absque periclo eſt.* Sanè hoc de aula non minus verum, quam de muscipula est.

26. *Aula lauta, vix cauta.*

27. Rogus & faces mortuales. Lem. *Luce hac lux clauditur omnis* Nempè in morte cum vita omnis humana gloria, quæ ex virtute non est, extinguitur.

27. *Mors.*

28. In corona Regum Ægyptiacorum aspis erat, *Non tanges absque periclo.* Nempe ad honores pauci, sine magnis periculis, accedunt.

28. *Aula periculum.*

D

29. Sera cum fasciculo clavium appenso. Lem. *Non cuivis pateo.* Aula & honor tanquam sera est, illi panditur, qui favore Prjncipis tanquam clave utitur.

29. *Aula non cuivis patet.*

30. *Casus aulæ.*

30. Pila in altum sublata recidens. Lem. *Vi sublata residam.* Ita qui ex aulis per vim ad honores obtruduntur, levi momento recidunt.

Imagines figuratæ ex rebus naturalibus petitæ. Ex terra, rebusque terrestribus, de eadem vita aulica.

VIII.

3. *Vitia aulæ magna.*

1. Mons minor umbras dat minores, quàm alius juxta grandior. Lemma. *Minor umbra minoris.* Nimirum humilioris conditionis homines vitia plerumque minora, quam grandes honoratique in aula habent.

2. *Thrasso.*

2. Platanus magnâ umbrâ fructu nullo est. Lem. *Nil præter umbram est.* Sic multi thrasones aulici, ablique omni virtutis fructu, magnifici videntur.

3. *In magnis parva virtus.*

3. Montes magni in vertice nudi ac steriles. Lem. *Summa sterilescunt.* Nimirum magnitudo multorum à sola mole est, sed rupes steriles sunt.

4. *Regum facilis offensa.*

4. Corona regalis in horto. Lem. *Ne tange, caduca est,* vel. *Propior non placet odore.* Nempe Regibus qui propius adest, aut offendit aut offenditur.

5. *Gratiam exspectare.*

5. Rosa clausa. Lem. *Exspectat solem.* Sic favorem Regis aulici, ut floreant.

6. *Aula non emendat.*

6. Fucus & Scarabæus in rosa. Lem. *Quid purpura prodest?* Nempè ignavis & sceleratis hominibus. Ad gravius exitium aula & honores ducunt.

IX.

7. *Aulici ex favore pendent.*

7. Lilia manè clausa. Lem. *Sine sole latemus.* Quibus fortuna & Rex favet in aulis, hi assurgunt, neglectis sæpè melioribus.

8. *Honor enecat.*

8. Arbor hederis cincta & consumpta. Lem. *Ornat, & enecat.* Talis honor aulicorum.

9. *Honor versus à Deo.*

9. Ramus ab arbore divisus & exarescens. Lem. *Perdo divisus honorem.* Nimirum quisquis à Deo & bonorum stirpe separatur, denique & inter homines honorem amittet.

10. *Honores anceps.*

10. Minores arbores sub umbra majoris latent. Lem. *Iuvat, atque nocet.* In tempestate enim & hieme prodest; æstate nocet. Sic & vita aulica corpori non raro prodest, nocet animæ.

11. Ar-

11. Arbori in autumno folia decidunt. Lem. *Nudat hiems.* Sic mors omnes tollit honores.

12. Cepa plutima habet involucra. Lem. *Vix satis evolvas.* Sic aula, ejusque politica & mille fraudibus involuta vita.

13. Cucurbita inter cucumeres eminet, Lem. *Nemo magnus nisi comparatus.* Qui in aula vivunt, magnos se in servitute putant; quia præsunt parvis.

14. Spicæ vacuæ inter alias elatiores esse solent. Lem. *Vacua altior extat.* Sic in aula magis arrogantiâ efferuntur, virtute minùs præditi.

15. Roſæ inter fimum illustriores. Lem. *Qua sis ab origine spectes.* Nimirum ut rosa à fimo & terra, sic & superbus in aulis Satrapa sæpè de trivio est; sed *Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.*

16. Solsequium, seu heliotropium quod solem sequitur. Lem. *Hoc pendio vultu.* Ita aulici in omnibus Principis sui voluntatem & nutum observant.

17. Cochlea, seu domiporta caput exerens facilè conteritur, Lem. *Tutius illa latet.* Nempè publica aulicorum vita minùs tuta, quàm privata est.

18. Fuci inter apes majores, sed absque melle Lem. *Non mole, sed virtute.* Nempè æstimandi homines in aula & honoribus tumidè educati.

19. Magnes ferrum attrahens. Lem. *Respuit hunc aurum.* Nempè virtute maximè præditi honorem aulasque respuunt, quas minùs probi ambiunt.

20. Upupa avis pulchertima in stercore humano nidulatur. Lem. *Nimium ne crede colori* Nempè splendidus aulicorum habitus fœdos non ratò mores occultat.

21. Pavo turpi pedum colore ac vocis sono, stellata in cauda superbit. Lem. *Fœda tegit, pulchrisque superbit* Ita aulici sordida splendidis obvelant, & fœda vitia exornant purpurâ.

22. Gallus oriente sole concinens. Lem. *Applaudo diei.* Ita ambitiosi aulici in omnibus suis applaudunt dominis, ut qui honorem & commodum, quod ab illis exspectant, venentur.

23. Araneus & apis eidem flori inhærentes, hæc quidem mel; ille venenum colligit Lem. *Idem non omnibus idem*

11. *Mors honore privat.*

12. *Aula dolosa.*

X.

13. *Arrogantia.*

14. *Arrogans inanis est.*

15. *Origo hominis.*

16. *Regem observare.*

17. *Latere tutum est.*

18. *Virtute magni simus.*

XI.

19. *Virtus aulam fugit*

20. *Fallit Species.*

21. *In aulis fœda latent.*

22. *Aulici Dominis plaudunt.*

23. *Ex aula bonum & malum.*

idem est. Sic probi ex eadem aula & honore, qui aliis venena præbet, mel virtutum ipsi colligunt.

XII.

24. *Vivere ex alieno.* 24. Muscæ ad fusum potum advolant. Lem. *Alieno victitant.* Sic aulici.

25. *Lucrum ex aula.* 25. Sangui sugæ pedibus adhærent, ut impleantur. Lem. *Ut satiet.* Ita ad infima quævis se aulici submittunt, ut satientur &c.

26. *Aula excæcat.* 26. Noctua in Sole. Lem. *Offundit tenebras.* Nempè improbi ad aulas & honores admissi facilè excæcantur ab hac luce.

27. *Aula stultis nocet.* 27. Vespertilio in lucida corpora vesperi impingit; aliæ etiam aves noctu loco pulsæ in faces involant. Lem. *Nocet hic fulgor.* Sic & multis parum sapientibus fulgor aularum & honoris.

28. *Elatio.* 28. Pulex in vino speculari major seipso videtur. Lem. *Ne crede vitro.* Fortuna aulica vitrea est, quâ majores sibi aliqui videntur, quàm sunt.

XIII.

29. *Aula spe fallit.* 29. Canis in aquis umbram carne, quam ferebat, majorem, tanquam prædam affectatus, amittit quod habebat. Lem. *Et decipit umbra.* Nempè aulici honorem opesque, quas in aula sæpè sectantur, prodigunt.

30. *Aulica vanitas.* 30. Cancer à luna dependet, ac cum eadem accrescit. Lem. *Vacuum, sine lumine, corpus.* In multis aulicis vix quicquam dignum præter habitum, & aulicum fastum reperies, sine quo ornatu & favore Domini, nihil essent,

31. *Aulicis dandum.* 31. Canis in atrio domus latrans. Lem. *Offam præbe, tacebit.* Dandum aulicis etiam, ne obsint.

32. *Politici in aulis.* 32. Speculum. Lemma. *Omnem induo vultum.* Tales politici hoc tempore aulici.

33. *Dura in aulis ferenda.* 33. Struthiocamelus ferrum & lapides digerit. Lem. *Suasit multa fames.* Durissima quæque ab aulicis æquo animo digerenda.

34. *Ambitio perdit.* 34. Lampyrides igne, quem ambiunt, comburuntur. Lem. *Multos color ipse fefellit*; vel *scrutator majestatis opprimetur à gloria.* Ita multi dum improvidè honorem aucupantur, antequam potiantur, intereunt.

XIV.

35. *In morte spretus aulicus.* 35. Equus mortuus. Lem. *Nuper honori, nunc horrori.* Sic morte sublati proceres aulici.

36. Scarabæus. Lem. *E fimo ad cælum.* Sic nonnulli ubi

ubi è fimo ad aulam & cælum emerserunt, etiam aquilis, ut Scarabæus, id est vitis summis, molesti sunt.

36. *Arrogans aulicus.*

37. Talpa prodiens in solem, opprimitur. Lem. *Quid cæcorum sole*; Latuisse hominibus stupidis, & ad virtutem cæcis, sine honore, prodest: nam tales in luce illa deprehensi sæpè in gloriæ occumbunt, terræ, ut erant, filii.

37 *Elatus deprimitur.*

38. Eruca tandem, ut papilio, evolat. Lem. *Et vermis induit alas.* Nimirum & terræ vermes inter honores elati homines efferuntur, mox rursum in vermes abituri.

38 *Ex humili emergens superbit.*

Ex aqua rebusque aquaticis, de materia eadem.

XV.

1. Navis in flumine juxta mare. Lem. *Tutior in parva.* Supple: navigat alnus aqua, Nempè & in aula majus periculum, quàm vita privata.

1. *Aula periculosa.*

2. Mare in quod flumina varia influunt. Lem. *Nunquam satiabitur.* Rarò aulicum reperias, qui oblatis muneribus & honoribus contentus vivat.

2. *Inexplebilis.*

3. Mari tempestate turbato, inscribitur. *Magnum æquor, magni fluctus.* Ita vita aulica multis perturbationibus obnoxia.

3 *Aula inquieta.*

4. Molaris in æquore mergatur, super & arundines nateat. Lem. *Leviora natant.* Nimirum inanes plerumque & levioris naturæ homines arroganter se in aulis præ reliquis efferunt, graviores probioresque subsidunt & negliguntur.

4. *Leves maximè elati.*

XVI.

5. Mare per ripas exundans. Lem. *Me copia ripis extulit.* Nempè honorati sæpè opibus & honore suo ad opprimendos imbelliores utuntur.

5. *Potentes opprimunt.*

6. Navis in mari tranquillo ludens. Lem *Nimium ne fide sereno.* Ita neque tranquillis in aula rebus nimium est fidendum, facilè enim offenditur.

6. *Facilis Principum offensa.*

7. Bulla in mari. Lem. *Et levis & brevis est.* In aula qui subitò extolluntur & arroganter inflantur, subitò etiam opprimuntur.

7. *Aulici evanescunt facilè.*

8. In mari pisces parvi à magnis captantur. Lem.

8 *Potentes*

Majo-

opprimunt.

Majoris minor est cibus. Sic potentes ferè in aulis subditorum sudore & impensis aluntur.

9. *Aula excæcat.*

9. Cephalus ad faces in navi propositas exilit ac capitur. Lem. *Minus hæc in luce videmus.* Ita aulici ad suam perniciem nonnunquam, aulicæ vitæ splendore excæcantur.

XVII.

10. *Aula premit.*

10. Pisces escæ in hamo propositæ inhiat. Lem *Quod pascit, hoc enecat.* Nimirum aula, quæ multos alit, etiam multos fallit, & vel animum vel corpus opprimit.

A

11 *Aulici variabiles.*

11. Polypus pro loci diversitate colorem mutat. Lem. *Scit servire loco.* Ita aulicè viventibus necesse est, aut enim decipiunt, aut decipiuntur.

12. *Damnant damnandi.*

12. Spongia. Lem. *Mundat & inficitur.* Sic Proceres aulici, qui aliis regendis judicandisque præficiuntur, corrigunt in aliis culpas, in se non rarò admittunt.

13. *Spoliant spoliandi.*

13. Eidem inscribere licebit. *Plena exprimitur.* Ita nonnulli Procerum, dum alios avarè opibus emunxerunt, ipsi denique à Principe emunguntur.

14. *Divitum mors grata.*

14. Cygnus morte imminente concinens. Lem *Moriturus placet.* Nimirum divites aulici nunquam magis placent multis, quàm dum moriuntur.

XVIII.

15. *Magnorum filii degeneres.*

15. Ranæ nascentes ex putrido ad ripam semine, sole lucente & educente. Lem. *Claro de patre propago.* Tales sæpè magnorum filii degeneres, nam Heroũ filii noxæ.

Ex aere & igne rebusque aeriis & ætheriis, eodem spectantibus.

1. *Elati cadunt.*

1. Nubes in aerem à vento elata. Lem. *Mox resoluta cadet.* Nempè qui levi favoris impulsu in aulis efferuntur, facilè rursum decidunt.

2. *Potentes patientur.*

2. Fulmen in summos montium apices vibratum. Lem. *Feriunt summos.* Supple ex Seneca, fulmina montes. Si non in præsenti vitâ, saltem extremo judicii die magnis metuendum: nam potentes potenter tormenta patientur.

3. *Simulatio virtutis.*

3. Arcus seu Iris cœlestis versicolor. Lem. *Fictos gerit ille colores.* Sic multi in aulis politicâ simulatione, ii videntur, qui minimè sunt. Fucata illorum virtus decepit.

4. Vesi-

4. Vesica vento inani inflata. Lem. *Sine pondere magnum.* Ita nonnulli in aulis honore & autoritate magni, sed animo leves & inanes sunt.

3. Ventus totam silvam minores majoresque arbores impellens. Lem. *Omnes hac tangimur aurâ.* Nimirum omnes honoris avidi sumus, licet magni magis impellantur.

6. Ventus sub terra incluſus eâ perruptâ emergit in altum. Lem. *Fit via vi.* Sensus est quosdam per vim certa officia & dignitates occupare, sed nullum violentum diuturnum est.

7. Ventus incensæ ædis flammam ad vicinas ædes impellens. Lem. *Incendia nutrit.* Nempè ambitio honoris & regnorum in uno sæpè homine vicinos latè populos bellis & incendiis vastat.

8. Ventus turres arboresque majores evertens cum minorum oppressione. Lem. *Magna rapit, parva obruit.* Ita ambitiosi aularum incolæ pares ferre non possunt, quos dum impetunt, per illorum ruinam subjectos etiam evertunt.

9. Sol sub eclipsi latens. Lem. *Officiunt lumina luminibus.* Ita aulici unius provectio ad honores, alteri obest, officitque.

10. Stellæ sole oriente lumen suum amittunt. Lem. *Major minores obruit.* Sic in aulis Principum &c.

11. Ventus nimius extinguit, moderatus alit ignem in facibus. Lem. *Omne nimium obruit.* Sic qui in aula omnia appetunt, nimio ambitionis vento impulsi sæpè obruuntur.

12. Fumus in altum elatus. Lem. *Et hic alta petit.* Sic quantumvis à vili origine obscuri, leveſque, ubi auram spemque nacti sunt, efferuntur.

13. Focus extinctus Lem. *Cinis est quod antè nitebat.* Ita aulicorum splendor in morte jacet. Vel Rogo inscribatur, *Sola favilla manet* cetera vanescunt.

14. Fax extincta solùm post se sœtorè relinquit. Lem. *Cum fœtore perit.* Ita ferè arrogantes improbique aulici.

15 Ignis camino licet incluſus tamen erumpit. Lem. *Nequit ille teneri.* Nempè, ut ignis, sic tertena gloria retineri nequit, quin evanescat.

XIX.

4. *Superbus in aulis.*

5. *Ambitio.*

6. *Violentum nihil diu.*

A

7. & 8. *Ambitio perdit.*

9. & 10. *Elationi nimis depressio alterius est.*

XX.

11. *Nimiè in vitio est.*

12. *Elatus.*

13. *Mors omnes æquat.*

14. *Mors arrogantis.*

15. *Gloria evanescit.*

XXI. 16. Sol ardentioribus radiis brevi nubes tempestatemque causans. Lem. *Magnus fulgor brevis est.* Vel in meridie cum lemmate. *Summus deficit.* Nempè Torsnimia aulæ incerta. aulicorum cum nimio illis honore blanditur, brevi deficit.

17. *Indigni in honore.* 17. Corvi & nóctuæ in sole. Lem. *Non omnes aquilæ.* Sensus est, non omnes qui honore velut luce circti videntur, capaces esse.

18.19 & 20. *Aulæ species fallit.* 18. Papilio lucernam circumvolat. Lem. *Cave tangas.* vel *species præclara fefellit.* Nempè multorum pernicies & ruina fuit aulam & honores attigisse.

19. Facibus nóctu accensis cuneri è cavernis provocantur mox capiendi. Lem. *Educit & seducit.* Multos scilicet species decora aulæ & gloriæ.

20. Fatui ignes in aere circumacti. Lem. *Prælucet in avia.* Honor multis in avia vitiorum prælucet.

21. *Aulæ decus clades subditorum est.* 21. Ex domo incensa clarus ignis emicat. Lem. *Non sine clade micat.* Ita multorum honor aliorum subditorum clade alitur.

Emblemata de eadem materia.

XXII. Expedita hæc via, quâ incessimus, est ad facilem magnamque figurarum habendam copiam. Hinc verò & emblemata & ænigmata cogere promptum etiam volenti fuerit. Si enim artium instrumenta, tum elementa quatuor, per quæ investigando progressi sumus, eâ lege consideret, quâ humanas sibi actiones conjunctas habent, emblemati servient, si plura inter se confuderit, ad unam aliquam sententiam figuris diversis exprimendam, ænigma constabit.

Vis exattefactis in hac materia emblemata? Mores actionesque hominum circa hæc instrumenta percurre. Ubi fortè non inepta erit illa Regis parabola, de qua *Damascenus in vita Barlaam*, qui postquam à fratre atque aulæ proceribus derisus esset, quod vitis religiosis sordido in habitu apparentibus magna honoris & venerationis signa exhibuisset, fratri quidem per fatalem tibicinem, ut moris, denuntiari mortis horam jussit. qui cùm improviso nuntio territus, supplex pulloque in habitu

bitu mortis sententiam deprecaturus adesset. Rex ad fratrem versus. Tunc inquit, hanc mortem tantâ submissione deprecaris, & mihi pro æterna id morte agenti indignaris? hi nimirum quos ego venerabar & præcones & deprecatores hujus mihi apud Deum sunt mortis. Simul aulicis convocatis duas cistas ad hoc instructas proponebat. unam auro inductam magnoque foris excultam pretio, alteram pice ac bitumine ad fœditatem usque illitam. deinde optionem suis facit alteram ex utriusque eligendi. omnium oculi & vota ad inauratam spectabant. subinde exhibitis clavibus utramque reserari jussit, sed illa auro oblita, ut primum patuit ingenti cadaverum fœtore omnium nares perculit, altera verò gemmis, cimeliis, odoriferisque rebus omnium rursus sensus oblectabat, tam ornata intus, quàm foris turpis. Tales, Rex inquit, illi horrido aspectoque in cultu viri erant, quos proximè venerabar, vasa quæ pretiosum continerent thesaurum, non ut aulicorum plures videntur vasa omni foris cultu ornata, intus fœdissima. Ita Rex ille pulchro schemate de aulicorum simul vanitate, & virtute in honoris contemptoribus abdita emblema proposuit.

1. *Mens pulchra subqualido habitu.*

2. *Mens fœda in bysso.*

Licebit & utricularium proponere, vento ex utre dulciter modulato suos, qui juxtâ assiliant, choros ducentem. Lemma sit, *tandem hic, aut ille fatiscit.* Nempè, vel utricularor, vel uter, aut tibia; vel ipsi etiam saltatores. Ita inflatis ventoque honoris ludentibus aulicis, dum placent, applauditur: verùm aut ipsi denique fautoribus, aut fautores ipsis desunt.

XXIII.

3. *Superbia vanitas.*

Ita ab aliis etiam naturalibus rebus, prout usum humanum involvunt, emblemata petuntur. Sic adolescens tabaco pascatur. 4. cum inscriptione: *Non satiabitur.* Nempè qui honoribus pascuntur, illis tamen expleri satiarique nequeunt. Vel extructi foci fumus in oculos excussus eliciat lacrymas cum lemmate. 5. *Lacrymas sapè excutit.* Nimirum honor multis causa doloris extitit, licet ut fumus evanescat.

4. *Gloria non satiat.*

5. *Honor causa doloris.*

Sed absolvo, cum mei propositi non sit, per singula imaginum genera exemplis datis insedere, longo nimium, & inutili fortasse labore. Tantùm symbolis ju-

vat insistere? cùm illa, ut dignitate prima, sic fons ac materia quoque sint reliquarum imaginum. Jam ad aliam methodum quam primam suprà fecimus, utpote reliquis multò ampliorem, venio,

CAPUT LXVIII.

Imagines ex rebus diversis ad diversam rerum moralium significationem ductæ, ac per suos fontes distributæ.

I. *Imagines figurata quemadmodum ex obviis quibusque rebus colligenda.*

Qui abundare figuratis imaginibus voluerit, exemplo Alciati ab oblatis passim rebus, ad quamcunque disciplinam, illam præsertim quæ morum est, illustrandam uti poterit. Dabo hic in symbolis nonnulla, quæ dum superiores imagines investigarem, sese, aliud licet spectanti, obtulerunt; neque enim in tam copiosam segetem de industria falcem immittere volui, breviter tamen per suos fontes oblata digeram.

Ad fontem proportionatorum spectabunt.

1. *Paucis contentus.* 1. Regulus in suo nido. Lemma. *Parva avis, & nidus est.* Nimirum humiles paucis egent.

2. *Genus incertum.* 2. Vespertilio. Lem. *Quod genus? unde domo?* In ambiguæ stirpis homines.

3. *Querulus.* 3. Crepitaculum. Lem. *Move stridebit.* In querulum & impatientem.

4. *Docilis.* 4. Tubæ sonum Echo revertebat. Lem. *Audita refert.* Ita docilis juventus.

II.

5. *Gratus.* 5. Hirundines alvi sordes extra nidum egerunt. Lem. *Parsitur hospitio.* Id est, illi qui te fovet, & alit non est ingratè respondendum.

6. *Vitare quod suades.* 6. Nola extra templum eminet. Lem. *Quo voco, non venio.* Ita multi concionatores.

7. *Caussidici avidi.* 7. Aranea in tela. Lem. *Exspectat muscas.* Ita sæpè caussidici & Judices præsident.

8. *Offendere.* 8. Canis echinum impugnat, sed lædituꝛ, subscribe. *Ne cuivis dextram injice.*

6. *Fames condit.* 9. Canis ad ossa. Lem. *Jejunus fert omnia venter.*

10. Uter

10. Uter inflatus. Lem. *Venter auribus caret.* Difficilè est esurienti famis solatium verbis facere. 10. *Fame impelli.*

Panis in mensa. Lem. *Per multas tribulationes.* Supple oportet nos intrare in regnum Dei, ejusque in cælo mensæ adhiberi. 11. *Tribulatio pascit:* III.

12. Duo galli in eodem pugnant fimeto. Lem. *Fratrum quoque gratia rara est.* 12. *Fratrum rixa.*

13. Cattus ad foramen muribus invigilans. *Et venter vigilare docet.* Nempè plerorumque vigiliæ & curæ ob ventrem curandum adhibentur. 13. *Fames vigil.*

14. Cœpe Lem. *Evelves non sine fletu.* Nempè conscientiam sceleribus implicatam. 14. *Pœnitia.*

15. Cochlea seu testudo sub tecto. Lem. *Vbique domi.* Tales religiosi pauperes. 15. *Pauper.*

16. Arbor fructibus insititiis diversis ornata. Lem. *Naturam ars excolit* Uti in arboribus, sic in hominibus. 16. *Arte natura proficit.*

17. Duo lapides molares juncti fruges comminuunt. Lem. *Nil solus aget.* vel *alterius sic res altera poscit opem.* Ita in homine anima corpori, aut voluntas intellectui, aut operatio sanæ cognitioni jungenda est. 17. *Auxilium mutuum.* IV.

18. Rota in terra quiescit, à qua tamen abest. Lem. *Absum, in quo quiesco.* Ita anima nostra in corpore quidem quiescere, ab illo tamen abesse debet. 18. *Animo in corpore supra corpus.*

19. Adiantum herba semper sicca etiam sub pluvia. Lem. *Non habet, hoc quod non habet.* Nimirum herba pluviam, avarus opes. *Hoc tamen cum sequenti, alienatis p. tius tribuendum.* 19. *Opes avari nullæ.*

20. Roraria herba etiam sudo cælo madida, vel etiam spongia. Lem. *Vbique madet.* Talis homo potui ac ebrietati deditus. 20. *Ebrius.*

21. Psittacus in cavea. Lem. *Vt didicit, loquitur;* Sic puerilis ætas. Idem per avium pullos quibus mater præciuit, figurari poterit. 21. *Pueri minimi.* V.

22. Rotæ duæ per axes connexæ. Lem. *Errante uno errat & alter.* Ita, vel uno sensu errante, errat & alter, intellectu, etiam voluntas, vel socius socium errantem sequitur, 22. *Sensus sensum trahit.*

23. Pyramis uno denique lapide clauditur. Lem. *Lapis omnis clauditur uno.* Sic quicquid in hac vita congeseris 23. *Mors omnia claudit:*

seris opum, & ædificaveris, uno lapide sepulcrali absolves.

24. *Multi in ampla domo.*

24 Ampla domus in qua mures, feles, canes, &c. Lem. *Ampla domus, multi hospites.*

25. *Adversa roborant.*

25 Ferrum ignitum aqua mergitur, Lem. *Robur dat ignis, & unda.* Sic adversa robustum faciunt proborum animum, & virtutem augent.

26. *Ingenia tarda tenacia.*

26, Vasi oris anguſti sensim affunditur. Lem. *Tardè carpit atque refundit.* Sic ingenia tarda, quæ comprehendunt, diu retinent, secùs, quàm prompta

27. *Amici ollares.*

27. Ciconia. Lem. *Ver reddit*, quam bruma fugat. Sic amicus ollaris; &c.

28. *Advocatus auro habetur.*

28. Horologium rotis & ponderibus actum. Lem. *Sine pondere mutum est.* Ut gratiam sui faciant opemque ferant causidici, auri opus est pondere.

29. *Calumniator.*

29. Musca exulceratis equi humeris insidentes. Lem. *Tantum ulcera lambunt.* In calumniatores invidos, qui tantùm defectibus aliorum pascuntur ex D. Basilio.

VI.

20. *Angeli scelere fugantur.*

20. Apes fumo ex suis alvearibus, columbæ fœtore suis è sedibus pelluntur. Lem. *Cedunt coacta.* Ita Angelus bonus ab hominum societate per sceleris fumum ac fœtorem pellitur. Ex eodem

21. *Discordia resp. perit.*

21. Musica instrumenta ruptis chordis inutilia. Lem. *Ruptis, perit omnis gratia chordis.* Sic in familia aut republ ruptis dissensione cordibus, nil rectè geritur. Ex Orig.

22. *Oppressus Deum spectat.*

22. Flamma à fumo obsepta premitur. Lem. *Expirat nisi respiret.* Sic facilè anima tentationibus oppressa succumbit, nisi his patefactis ad Deum respiret. Ex D. Basil.

Ad fontem oppositorum revocantur.

VIII.

1. *Hæretici mitiores fallunt.*

1. Saccus lanâ oppletus, in quem machina bellica exoperatur. Lem. *Cedendo resistit.* Ita hæretici & scelerati homines qui admonitiones sanas, velut per lusum, admittunt, maximè iis, dum cedunt, resistunt. Ex D. Basilio.

2. *Calumniator dum ladit læditur.*

2. Sagittarius emissis in rupem sagittis reverberatisque læditur. Lem. *Ledentem ledit.* Ita calumniatores

tores invidi, dum in probos fortesque offendunt, ipsi lædunturs.

3. Vespertilio & bubo oriente sole caligant. Lem. *Videntibus non cæcis.* scilicet sol oritur. Lux Christus est, quæ cæcis hæreticis ac peccatoribus non oritur.

4. Umbra corpus in sole obambulans sequitur. Lem. *Nihil est, tamen hæret ubique.* Ita peccatum animæ hæret, ut umbra corpori. Ex eodem.

5. Ex eodem ligno patibulum fit & statua. Lem. *In honorem vel contumeliam.* Ita homines partim ad honorem & gloriam æternam, partim ad confusionem moriuntur.

6. Equus pinguis in prato, macilentus gravi onere pressus. Lem. *Fortissimus otia ducit.* Ita fortissimi quique in hominibus otiantur maximè.

7. Candela in Sole. Lem. *Lux magna minorem obruit.* Ita sancti in compatatione Christi, sunt, quasi non sint, quo intuitu sese etiam submittunt.

8. Globus incendiarius. Lem. *Rumpar, modò rumpam.* In vindictæ cupidos.

9. Aqua ex angustis fontium fistulis altiùs exiliens. Lem. *Quod premit, elevat.* Sic adversa.

10. Cithara. Lem. *Feriar, dum audiar.* In discendi avido, ut aliquando doceant.

11. Candela emungitur. Lem *Dum tollis, auges.* Sic dum rerum terrenarum cura, aut opes etiam tolluntur externæ, internæ virtutum dotes augentur.

12. Circinus, Lem. *Hinc fixus & inde movetur.* Ita qui in orbe ad fidem & virtutem convertendo laborant, mente Deo fixi esse debent, dum corpore moventur.

13. Fumus ab igne surgens. Lem. *Hunc gignit, & obruit ignis.* Sic virtus invidiam & excitat, & extinguit.

14. Arbores quinæ sensim adultæ magis & grandes. Lemma grandioribus inscribatur. *Quod fumus hoc eris, fuimus quandoque quod estis* Convenit in senes, qui juvenes hoc schemate & oratione alloquantur.

15. Urticæ. Lem. *Non tange, vel opprimo.* Ita sunt, qui leniter tacti rebellent; graviter, sese submittant.

16. Horologium. Lem. *Dirigo, & dirigor.* Nimirum nulla potestas in mundo est, quæ majoribus potestatibus

3. *Fide amissa perit gratia.*
4. *Peccatum hæret.*
5. *Homo aut cælo aut orco natus est.*

VIII.

6. *Nobiles feriantur.*
7. *Sanctorum dipavitas.*
8. *Vindictæ cupidus.*
9. *Adversa prosunt.*
10. *Disciplina patiens.*
11 *Paupertas juvat.*

IX.

12. *Deo fixus in labore.*
13 *Virtus & invidi.*
14. *Juvenes senescunt.*
15 *Pœna seria corrigit.*
16 *Qui regunt reguntur.*

X.

19. *Calūniator repressus.*

18. *Eleemosyna ditat.*

19 *Vino venus alitur.*

20. *Pœnitentia.*

XI.

21. *Gratia Dei.*

22. *Moriens beatè.*

23. *Æmuli dispares.*

24. *Subditi cautè tractandi.*

25. *Hostis & amicus miles timetur.*

XII.

26. *Moderatio.*

27. *Felicitas dammosa.*

28. *Miles sine animo.*

29. & 30. *Hostes inter & amicos.*

statibus subdita non sit. Ad prædicatores tamen verbi Dei propriè spectat.

17. Canis pulices insectans. Lem. *Mordentem mordet.* Ita illi, calumniatoribus suis respondent, & pari eos perstringunt morsu.

18. Molendini lapis farinam commolens. Lem. *Quo plura profundit, plura capit.* In hominem erga pauperes inprimis liberalem.

19. Calx, quò plus aquæ affunditur, magis exardescit. Lem. *Ignes humor alit.* Sic frequens, vini præsertim, potus ignes vitiorum nutrit.

20. Velum navis madidum, quo opportuniùs promovetur. Lem. *Gravat atque levat.* Sic peccata pœnitenti & lactymanti Magdalenæ & onus sunt, & stimulus ad majorem virtutem.

21. Flos ad solem versus. Lem. *Aspice, ut aspiciar.* Sic anima peccatoris ad Deum versa, ipsius favore & aspectu hoc meretur, ut superis & cælo digna sit.

22. Ignis sub cineribus abditur. Lem. *Sepelitur ut vivat.* In bene morientes.

23. Pica & Philomela canunt. Lem. *Musica discors.* In dispares æmulos.

24. Vas figulinum in lapide, & lapis alius in vase. Lem. *Semper periclum.* Ita si duri subditi nimis molliter, & molles nimis durè tractentur.

25. Cattus & mus juxta caseum. Lem. *Metuendus amicus & hostis,* vel *Defensor par hosti.* Nempè talis hodie militia est, ut, qui defendunt, etiam lædant.

26. Arcus. Lemma. *Nec rigor, nec laxitas placet.* Nempè, moderata in omni re durant.

27. Alea fœliciter projecta senis omnibus. Lem. *Nunquam benè, etiam cum benè.* Nam omne lucrum, quod cum virtutis jactura fit, damnum est, non lucrum.

28. Larva ad terrendas in agro aves. Lem. *Multa minatur, pauca ferit.* Ita multi in militia larvatæ tantum cum pugnatur, umbræ sunt.

29. Lupus hinc, inde canis ad ovile. Lem. *Custodit uterque.* Ita Ecclesiam tam hæretici Lupi, quam Pastores boni tuentur, ut proficiat.

30. Ser-

30. Serpens & anguilla. Lem. *Parvo discrimine distant.* Sæpe hostis ab amico discerni externa specie nequit.

31. Apis aculeo in manum infixo mortua concidit. Lem. *Mea me vindicta peremit.* Quò illud in mortalibus spectat: Neminem lædi nisi à seipso

32. Crater Philoresius, sive aureus vino destinatus, Lem. *Laudatur vacuus, sed plenus amatur.* Ita ferè amici probi ac pauperes tantùm laudantur, sed divites amantur.

33. Sol sub umbra declinatur. *Quæritur, absens, sed fugitur.* Ita ferè conjuges.

34. Ignis ex humido ligno aquam fumumque elicit. Lem. *Parit ignis aquas.* Nimirum amor immaturus frequentes deinde lacrymas elicit.

35. Sol in eclypsi Lem. *Quisque suos patimur manes.* Nempe, & in magnis viris magni sæpe defectus apparent.

36. Bos in campo pascens. Lem. *Vt edatur, edit.* Sic humiliores rustici sunt Dominorum & nobiliorum alimentum.

37. Novacula in cote. Lem. *Obtundit, & acuit.* Sic literæ multæ eruditunt simul, & excœcant plures superbiâ, ut Luthero factum & Calvino.

38. Organū pulsatur. Lem. *Quot capita, tot sententiæ.* Ita cum vulgus excitatur, & commoverur. Vel, *Non omnia possumus omnes.* Sic religiosi in una domo, aut ordine.

39. Horologium rotis diverso oppositoque moru volutis. Lem. *Diversa via est, sed meta eadem.* vel *Metam properamus ad unam,* sic in familia, Rep. aut domo religiosa, diversi licet diversis officiis ad unum scopum debent collineare. Sic & vita divetsorum diversa in eadem mortis meta absolvitur.

40. Tæda, quæ à sua flamma consumitur, Lem. *Quod alo, me perdit.* Sic ignis impuri amoris illum perdit animum, à quo fovetur.

41. Malleus fabrilis cuditur. Lem. *Vt cudam, ante cudor.* Sic qui aliis rectè imperare, aut formare alios volunt, ante eos formari & imperium ferre necesse est.

31. *Vindicta autori nexa.*

XIII.

32. *Amici divites præcedunt.*

33. & 34. *conjugum præceps amor perit.*

35. *Et Magnis juncti navi.*

36. *Rustici alunt, & aluntur.*

XIV.

37. *Scientia inflat.*

38. *Dissensio officia in una domo diversa.*

39. *Finis in domo relig. plurium idem.*

40. *Amor consumit.*

41. *Subsit præsutus.*

Ad fontem alienatorum adhiberi possunt.

XV.

1. *Homo defectibilis.* 1. Canis uno pede claudicans. Lem. *Etiam quaternis*, scilicet claudicat, significat multis subsidiis nixum hominem, tamen deficere.

2. *Regnũ præposterũ,* 2. Gallina in fimeto concinit. Lem. *Regnum præposterum.* Tale est, ubi regnat femina.

3. *Hostis nõ spernẽdus.* 3. Bos à culicibus exagitatus. Lem. *Hostem ne sperne minorem.* Ille enim sæpe alios numero præsidentes fugavit ac prostravit.

4. *Coactũ obsequiũ,* 4. Campana. Lem. *Sine verbere cessat.* Tales qui coacti ad officium veniunt.

5. *Musici potores.* 5. Gallus bibit. Lem. *Cantores amant humores.* Nam melius cantat diluto gutture gallus. Musicorum imago est.

XVI.

6. *Imperitus gubernator.* 6. Asinus ad lyram. Lem. *Non omnia possumus omnes.* Ita adhibendi non sunt in Rep. ad præcipua officia, nisi cum delectu viri probi & eruditi.

7. *Vitia occultantur.* 7. Nux vel pomum à vermibus exesum. Lem. *Multa videntur, quæ non sunt.* Ita ornatæ mulieres, procique culti, vitia occulta regunt.

8. *Voluptas nocet.* 8. Ursus in quæsiti mellis fovea mergitur Lem. *In melle mors* Sic in voluptate.

9. *Mulier fœtet.* 9. Papavera florida Lem. *Nata oculis, non naribus.* Ita mulier compta; sed fœtens.

10. *Opes in divite amantur.* 10. Cattus aquis adhærens, ut pisces captet Lem. *Pisces, non flumen imat.* Tales ferè divitum amici, non homines, sed opes sequuntur.

11. *Suspicio Reges crudeles facit.* 11. Canis intra villam latrans. Lem. *Timet & timetur.* Timidi enim, ut fertur, canes maximè latrant. Ita Reges suspiciosi & timidi plerumque subditos acerbi sunt.

XV.

12. *Hæretici infidi.* 12. Vulpes ad gallinarium Lem. *Malus janitor.* Tales hæretici ad catholicorum societatem admissi: & advocati fraudulenti.

13. *Christus totus in parte hostia.* 13. Speculum confractum singulis partibus adstantem genium repræsentans. Lem. *Tantum latet sub fragmento, quantùm toto tegitur.* Ita & in venerabili Eucharista.

14. *Liberalis.* 14. Uter per unam inflatus fistulam, pluribus refundit sonum. Lem. *Multis reddit, quod accipit uno.* In libera-

liberalem convenit, qui centimanus in dando est, vel etiam in dissolutum, qui bonum, quod Deus per intellectum aspirat, per sensus rursum effundit ac prodigit.

15. Canis foramen transiturus baculo caudæ transversim alligato tenetur. Lem. *Respice finem.* Sic multi tantùm quæ præsantia sunt, vitant, incommoda, secutura negligunt. 15. *Finem respicere.*

XVIII.

16. Vulpes caudâ in hieme piscans, ut fieri memorant, Lem. *Periculum in mora.* nam congelari in aqua cauda poterit, in eos qui periculoso astu rem aggrediuntur. 16. *Mora periculosa.*

17. Calamus anseris. Lemma. *Mortua loquor.* Nempe docti homines suis post mortem scriptis loquuntur. 17. *Docti à morte vivunt.*

18 Larva. *Et pulchris, & turpibus apta.* Ita etiam purpura Regibus ad virtutes & vitia servire potest. 18. *Aptari cuivis.*

19 Seges tenera nimio imbre prosternitur. Lemma. *Ne quid nimis.* Ita facilè prolem corrumpit & obruit nimia parentum indulgentia & profusio. 19 *Nimiù in vitio est.*

20. Simia felis unguibus castaneas nuces è prunis eximit. Lem *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* In illos qui alios simpliciores ad pericula obtrudunt, ut ipsi vitent. 20. *Illudore simplicibus.*

XIX.

21. Amphisbæna in cauda & fronte caput ferens. Lem. *Caput est ubi cauda putatur.* In hominem vafrum ac duplicem, vel. *In fine caput.* De prudente finem considerante. 21. *Vafer. Prudens.*

22. Phasianus capite in nives abdito se latere putat. Lem. *Sic non latebis.* Sic quomodocunque stultus peccator se abdat, Dei oculos latere nequit. 22. *Peccator non latet.*

23. Ovis amaro absinthio gaudet. Lemma. *Non cui-vis palato, sed meo.* Ita dura vita religiosorum multis desipit, sed probè assuetis dulcis & grata est. 23. *Vita religiosa expertis dulcis.*

24. Struthio ferrum concoquit. Lemma. *Mihi cibus, aliis pernicies.* Ita eadem adversitas patienti homini ad salutem, impatienti ad ruinam est. 25. *Dura ferendo mitigas.*

25. Balsami liquor scisso plantæ cortice promanat. Lem. *Aliis mea plaga medetur.* Ita vulnera Christi nobis medicina sunt. 25. *Vulnera Christi sanant.*

XX.

26. Arbor inversa à vento radicibus erectis ramis in terram defixis. Lem. *Stare diu nescit.* Talis arbor homo est, 26. *Homo instabilis.*

est, qui radicem omnis motus & vitæ in capite habet, brachia & pedes velut rami terram spectant; hic nunquam in eodem statu permanet.

27. *Proximo non sibi vivere.*

27. Cribrum, quod farinam secernit à siliquis. Lem. *Meliora profundit.* Talis homo est qui omnem curam proximi saluti impendit, suam negligit, contrà qui facit, vanno simili is est, qui effusis paleis frumentum retinet ac *meliora reservat.*

28. *Peccator in tenebris.*

28. Vespertilio & noctuæ. Lem. *Noctem verterunt in diem.* Ita hæretici, & peccatores.

29. *Avarus eget.*

29. Asinus panibus onustus tribulos vorat. Lem. *Qui maximè abundant, egent maximè.* Tales videl, avari sunt.

30. *Ictus improvisus.*

30. Ardea falconem sibi incumbentem spiculo ortis sub plumis abdito configit. Lem. *Quandoque supremus venitur*, vel *hosti ne fide jacenti.*

31. *Artis præstantia.*

31. Sciurus in cortice flumen trajicit. Lem. *Quò natura nequit, ars pervenit.*

Ad fontem allusionum reduci poterunt.

XXI.

1. *Voluntas & gratia juvant.*

1. Arbor accrescens. Lem. *Solque solumque facit.* Sic nostra voluntas & Dei gratia nos in bono promovet.

2. *Pulcher sed improbus.*

2. Salix magno flore, sed nullo fructu. Lem. *Flos tota dos est.* In florentem ætate, sed absque fruge adolescentem, vel in formosam, sed indotatam sponsam.

3. *Scriptor se consumens*

3. De vipera in partu venter dilaceratur à proprio fœtu. Lem. *Dum paream, peream.* Talis scriptor est, qui valetudinem suam libris vulgandis impendit.

4. *Homo hostis homini.*

4. Lupus piscis alium minorem lupum devorat. Lem. *Homo homini*, videlicet, lupus est, alium devorans.

5. *Adversa docent.*

5. Canis flagello imminente ad obsequium coactus. Lem. *Quæ nocent, docent.* Ita homines per adversa à Deo immissa sæpe ad officium revocantur.

6. *Vitandi infames.*

6. Corvus in patibulo. Lem. *Hic niger est, hunc tu Romane caveto.* In hominem infamiâ notatum.

XXII.

In hoc genere tamen, ubi sententia præsertim ludit, facilius emblemata aut ænigmata, quam symbola reperies.

7. *Medicus*

7. Sic Medico urinam ægri exploranti rectè inscribes

bes. *Lucri bonus odor ex re qualibet*, rem & sententiam Imperatoris lotium vendentis, spectando.

ex lotio docens.

8. Homini contra apes invadentes pugnanti inscribatur. *Nec Hercules quidem contra plures.*

8. Hostis nunquam spernẽdus,

9. Pastori in agro magnum ovium gregem pascenti, inscribe, *Maximum dominium, maxima servitus.*

9. Pastor servit.

10. Cadaveri quod pro funere ungitur. *Non bene semper olet, qui bene semper olet.*

10. Vitiosus comptus.

11. Avi in visco, & homini ad ærarium hærenti. Lem. *Hac visco, fisco ille tenetur.*

11 Obæratus.

12. Multimano Briareo unâ manu danti, pluribus accipienti inscribatur. *Dominus.* Ita enim ferè *Dominus* quivis solet, pauca dare, ut multa accipiat.

12. Mercator Eleemosynarius.

13 Hyppolyto à Phœdra sese avertenti, inscribatur. *Virtute fugabit*, ex quo Lemmate resoluto fiet: *virtute fugâ abit.*

XXIII.

14. Porcis D. Antonium infestantibus inscribatur. *Orcus in porco est*, vel Ulyssis sociis in porcos versis, adde; *Sæpe procus porcus est.* Porcus enim fædæ libidinis imago est.

13. Venerẽ fugiens vincit.

Maximam in hac facultate copiam pariet, bonorum autorum lectio ad exemplum Alciati, qui ferè omnes, quò ingenio præstantiores, & majorem scriptis libris (in quovis etiam orationis genere, sacræ, profanæ, ligatæ, solutæ] laudem sunt assecuti, hoc magis illustri schematum ornamento eminent, non eò solùm, quod orationem cultam variamque, sed etiam scribendi argumenta ad persuadendum imprimis reddit idonea. In profanis aliquot nobis exempla Ovidius facilè sufficiet. Hic ut suadeat conjugia ex hominibus æqualis sortis ætatisque feliciora esse, hoc symbolo utitur, in Epist. Heroid.

14 Dæmõ libidine tentat.

Imagines figur. ex optimis quibusque autoribus colligi facile possunt.

15. *Quàm malè inæquales veniunt ad aratra juvenci,*
Tam premitur magno conjuge nupta minor.
Non honor est, sed onus, species læsura ferentes.
Si qua voles aptè nubere, nube pari.

1. Impariũ conjugium ferè infelix.

Hoc

Hoc si pictâ figurâ exprimere lubeat. Impares magnitudine boves in eodem aratro sub jugo copula, & inscribe *Malum par quod impar est.*

Ita pluribus ex Ovidio locis apta erues symbola, aliquot exemplis præibo, notatâ ante symboli figurâ, adjectis subinde versibus.

XXIV.

16. *Amoris principiis resistendū.*

16. Ignis in domo emergens extinguitur affusis aquis. Lemma, *Principiis obsta.* Apodosis loco distichon erit ex Epist. Heroid. In cæcos amatores.

Dum novus est, cœpto potiùs pugnemus amori:
Flammâ recens parvâ sparsa resedit aquâ.

17. *Fidendum cum delectu.*

17. Navis mergitur in mari. Lemma, *Fide, sed cui vide.* natatores.

Arte laborata merguntur in æquore puppes:
Tu tua plus remis brachia posse putas?
Ovid. ibid.

18. *Amor neglectu facilius vincitur.*

18. Fax manibus jactata magis accenditur. Lem. *Agitata crescet.*

Sic cum amore non pugnandum, sed contemptim negligendus est.

Vidi ego jactatas motâ face crescere flammas;
Et vidi, nullo concutiente, mori.
Ovid. de Am. l. 1.

20. *Tempus exspectandum.*

19. Cruda poma & uvas immaturas vi manus avellunt. Lem. *Immatura resistunt.*

XXV.

Ita suo quæque tempore res aggredienda est.

Quid plenam fraudas vitem crescentibus uvis?
Pomaque crudeli vellis acerba manu?
Sponte fluent matura sua; sine crescere natas
Est pretium tarda non leve vitis mora.
Ib. l. 2.

20 *Voluptas.*

20. Piscis ex hamo captivus pendet. Lem. *Tenet atq; tenetur.* Sic voluptas,

Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo:
Non bene de laxis cassibus exit aper.

21 *Dotes hominum diversæ.*

21. In agro hinc per colles spectentur vites, per valles frumenta. Lem. *Non omnia possumus omnes.*

Nec

Nec tellus eadem parit omnia vitibus illa:
Convenit, hæc oleis, hic bene farra virent. l. 1. de Art.

22. In hieme spinæ absque rosis. Lem. *Spina, sed absque rosis* In sortis & rerum varietatem.

22. *Sors versa.*

Nec semper viola, nec semper lilia florent:
Et riget amissâ spina relicta rosâ.
l. 2. ib.

23. Accipiter alias aves infestis unguibus rostroque impetens. Lem. *Semper in armis.*

23. *Pugnax.*

Odimus accipitrem, quia vivit semper in armis,
Asperitas odium sævaque bella movet.

24. Arbor cui inscribatur. *Virga fuit*, ut res naturales, sic affectus nostri ætate magis in valescunt, in principio invalidæ. Vel fonti inscribe. *Crescit eundo.*

XXVI.
24. *Affectus ætate formantur.*

Nascitur exiguus sed opes acquirit eundo,
Quasque vehit multas accipit amnis aquas.
Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas,
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.
Ib.

25. Navis, quam venti destituunt, & ager sitâ messe. Lem. *Et juvat, & fallit.*

25. *Nonnunquam fructus respondent.*

Fortuna videlicet & labor impensus.
Credita non semper sulci cum fenore reddunt.
Nec semper dubias adjuvat aura rates.
Ib.

26. Equus oneribus ætate pressus succumbit. Lem. *Non plus ultrà.*

26. *Senii infirmat.*

Dum vires annusque sinunt, tolerate labores,
Nam veniet tacito curva senecta pede. Ib.

27. Arbor foliis hieme nudatur. Lem. *Turpis sine fronde.* Sic vita hominis otiosa quæ sine operibus tanquam frondibus & fructibus est.

A
27. *Otiosa vita sine fructu.*

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,
Et sine fronde frutex, & sine crine caput. Ib. l. 3.

XXVII.

28. Tauso indomito inscribe. *Cede, ut vincas.* Sic insanè furentibus aliquid cedendum, & concedendum dum opportunè cogi possunt.

28. *Cedere, opportunè vincere est.*

Dum furor in cursu est, currenti cede furori:
Difficiles aditus impetus omnis habet. l. 1. de Rem.

29. *In parvis vis magna sæpe.*

29. Vipera taurum morsu lædens, vel canis aprum sustinens. Lem. *In parvis vis magna frequenter.*

Parva necât morsu spaciosum vipera taurum;
Acane non magno sæpe tenetur aper. Ib. l. 2.

30. *Bonis non abutendum.*

30. Face domus accenditur. Lem. *Et utile ladit.* Nimirum rebus bonis, ipsisque adeò virtutibus abuti possumus.

Igne quid utilius? siquis tamen urere tecta
Comparat, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum, modò dat medicina salutem:
Quæque juvet, monstrat, quæque sit herba nocens.
l. 2. Trist.

Patia ex aliis sese Poëtis offerent. Emblematum exempla ex eodem autore supra dedi. Ænigmata etiam reperientur, ut si figuris pictis exprimere lubeat, quæ libro 3. Am. idem canit.

Quid juvat ad surdas si cantet Phineus aures?
Quid miserum Thamyr in picta tabella juvat?
Et illud
Curia pauperibus clausa est, dat census honores.
Inde gravis Iudex inde severus eques.
Vel illud lib. 1 de arte.
Vina parant animos, faciunt que laboribus aptos:
Curá fugit multo diluiturque mero.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,
Tunc dolor & curæ, rugaque frontis abit.

Per primum tardi ingenii homines, per alterum imperiti judices, per tertium vini vis & potentia.

Hactenus sparsim quædam ex materiis diversis exempla delibavimus, nunc ordine præcipui fontes imaginum figuratarum ita discutientur, ut paucis & plerumque in margine, ipsa significatio indicetur magis quàm exponatur, ne aliorum minium ingenio diffidere videar, simulque brevi compendio multa decurrem.

LIBER

LIBER VII.

Imagines figuratæ ex brutis animalibus desumptæ.

CAPUT LXIX.

Quadrupedes in A B C complectitur.

NObilissimas in hoc mundo imagines, figurasque morum, Deus universorum Conditor nobis, in ceteris extra homines, creaturis finxit, atque ad institutionem nostram proposuit. Ut idcirco Christus, in suo nos Evangelio, de moderata rerum temporalium institucturus cura Matth. 6. monuerit: *Respicite volatilia cæl., quoniam pater vester cæl. sti. pascit illa.* Et. *Considerate lilia agri, quomodo crescunt, quæ Deus sic vestit, quanto magis vos?* &c. Ita Sapiens otiosum ad formicas ablegat: *Vade ad formicam, O piger.* Prov. 6. ut doceat laborare. Et Moyses Dei curam super populum suum in deserto exponens, inquit, 32. *Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas.* Et Apostolus gentiũ Romanos suos primâ epistolâ instruens: *Invisibilia*, ait, *ipsius* (Dei) *à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Neque hæc Ægyptios latebant, qui signis diversarum creaturarum, atque inprimis animalium, tanquam pictis olim literis usi sunt, ex quorum conjunctione compendio longè majori, sensuque uberiori, quàm nobis per elementa literarum licet, mentem suam exponebant. Cognitis enim creaturarum ejusmodi qualitatibus affectionibusque, in

A latentes aliorum sensus, mysteriaque sub his signis recondita penetrabant. Ita qui etiamnum visuntur obelisci, ejusmodi imaginibus insignes, abundè testantur. Quocirca ad harum imaginum peritiam habendam, magnoperè proderit, de animalibus, volucribusque rariora quæque, neque ita vulgò perspecta, cognoscere. Ego strictim breviterque hæc tangam, magisque curiosum Lectorem ad Gesnerum atque Aldrovandum hæc prolixius exequentes remittam. Ut verò expeditior cuique inventio fit, ordine literario proponam: neque morali ubique significato expendam; quòd longioris hoc operæ fuit; & non minus, quàm simile & metaphora (in eadem sæpè re varia) mutari multiplicatique possit: Satis quilibet non omnino rudis ex iis, quæ hoc opere libro IV. cap. 4. & seq. tradidi, vim varietatemque figuratè significandi assequetur.

M. *ALCE* animal Septentrionale, inter equum cervumque (cui similia etiam mas gerit cornua) habitu corporis medium est, quam vis alibi minori corpore propius capras accedat. Apud Suecos, Norivegos, Finlandos, vicinasque nationes reperitur, & ab illis Ranger vel Rangifer, à Germanis Elend dicitur. Colore subcinericio: quanquam hunc cum pilis in anno aliquoties variet. (1) Superiori labro, in oblongo capite, prominentiori est; ideoque retrogrediens pascitur, (2) ne labrum carpendo gramini & musco, quo etiam sub nivibus exuto hiemali tempore vescitur) obsistat. Ungulis boum bifidis est; quibus inter Augustum & Septembrem præcipue mensem ablatis mira vis medica est, ad tollendum morbum epilepticum, quo, cum illa animalia frequenter percellantur dextro pede posteriori ad aurem sinistram admoto, restituuntur (3). Unde si quis ex ungula, sive annulum, sive particulam aliquam, vel manui, vel auri sinistræ, vel cordi etiam admoveat, epilepsiam tollit, aut impedit. Ajunt & ramenta tam ex cornibus Maris, quam ungulis pota, eundem curare morbum, atque in mulieribus facilitare

1) Inconstans.

2) Gulosus

3) Pœnitia.

tare partum. Famis patientissimum est animal, ideoque captum ac curatum, & vehiculis adhibitum, perquam est utile, quando incredibili celeritate per constrictas præsertim hieme nives, nullo per diem refectum pabulo, homines transfert. (1) Fœmina etiam lacte suo ad varia simul edulia habili homines alat. (2) Ut in Finlandia hi s potissimum animalibus freti vivant, cum quibus sæpè stationem ob pastum in hieme sub nivibus altissimis, per eadem animalia eruendum, mutant, viventium lacte, mactatorum carne fruuntur. Pellis ut crudè detracta est, ita mollioti parte aptata corpori, pro veste servit, (3) quam applicatam, cum vermes putredinemque excludat, longo tempore, dum atteratur, relinquunt, egregio adversus frigora & calores quoque munimento. Ut recens ex Finlandia ad nos reversus, tanquam comperta refert. Negat tamen hoc animal Rangiferum, quod istic vivit, ad alias translatum Regiones, diu superesse. In Germania ex præparata à fullonibus cute collobia à militibus usurpantur, quæ, tanquam levis armatura, omnem ferri ictum excludunt; quamvis minus densa fiat, quam cervorum coria. Hieme gregatim propter infestos sibi lupos incedunt, contra quos, si deprehendantur, posterioribus calcibus adeò pugnant ferociter, ut siquis tangatur, repentè ictu fatali concidat. (4) Ut facilius insequentes fallant, procedunt ordine per nives, & posterior antecedentis, etiam in fuga, adeò fœliciter premit vestigia, ut unius esse solius tantùm videantur. (5) Plura de his *Aldrovandus* suggerit. Cæsar & Plinius non Alcem, sed Malchim vocant. Solinus vero in Polyh. cum iisdem memorat, Alcem à se descriptam flexura poplitum destitutam, ideoque arboribus, tanquam elephantes, ad somnum captandum inclinatas, his clam succisis capi, quòd nequeant resurgere. (6) Unde aliud illi genus Alcium describere videntur. Cetertùm variis *figuris* idoneum est. Retrogrado muscum pascens, hominem, ob vilem pastum ventris,

A

1) *Iter expeditum.*

2) *Cibus parabilis.*

3) *Vtile ad mulsa.*

III.

4) *Ictus fatalis.*

5) *Imitatio fœlix.*

6) *Quies fallax.*

A tris, à ratione & Deo recedentem designat. Currens, & temperantem, & providè festinantem nobis exhibet. Ungula ejus ad aurem animalis, vel hominis sinistram adhibita, curatam docet peccatorum recidivam, vel etiam ipsam corporis epilepsiam, cùm tropicè res signata ex signo colligatur. Sola ungula, aut cornu in manu vim medicam repræsentabit. Cornu ad lupi frontem, ictum fatalem. Ordo incedentium vim inesse Majorum exemplis, & imitationem accuratam indicabunt. Sola Alce fœmina, vitæ humanæ generale subsidium, inclinata ad arborem succisam fallax præsidium: ante aram irreverentem sacrorum designabit.

IV. APER, sus est silvestris, dentibus magnis recurvis, atque ad incidendum aptis, quos in India cubitales habere fertur. Hos *Gillius* in exagitato adeò dicit igniescere, ut contactu non solum adurant, sed ignita vestigia canum pellibus imprimant (1) Oculis apertis & minacibus durant. Quidam testiculos morbo perstrictos deterunt, & sic castrati præreliquis pinguescunt. (2) ut Arist. l. 6. de Animal. c. 28. Musico tibiarum concentu è suis illos latebris produci, atque ad retia insidiasque abstrahi, (3) refert Ælian. l. 12. Alios, præterquam de grege suo, secum vesci non patiuntur. (4) Fœminæ in fuga etiam natorum curam habent, & si quis horum in captivitatem abstrahatur, stant, seque in hostem convertunt. (5) Dum lupos observant, grunnitu accersunt socios, & junctis viribus in hostem ruunt, atque idcirco gregatim plerumque incedunt, dentesque invicem exacuunt, velut concertando. (6) Fugientibus, nisi leventur, urina tam gravis est, ut adurat & opprimat. (7) Cum ex esu hyoscyami per imprudentiam vitium contractionis sentiunt, ex collectis in aqua canctis remedium hauriunt. (8) In medicina locum minimè vulgatem obtinent. Vesica aprina assa & esa, vel fœminæ suis combusta & pota, urinæ incontinentiam cohibet, idem facit ungulatum apri, vel suis cinis potioni aspersus. Rursus

1) *Irati furor, calumniator.*
2) *Continentia vires alit.*
3) *Mundi illecebra.*
4) *Societas parium sit.*
5) *Amor spernit pericula.*
6) *Pugnantium vires junctæ.*
7) *Fuga impedien.*
8) *Morbi remedium.*

vesicæ

vesicæ & calculorum doloribus medetur apri sumpta vesica, vel utina etiam, vel denique calculi in jecinore reperti, atritique, si in vino sumpseris. Occultatum partium carbunculos cerebrum aut sanguis tollit, jecur etiam combustum eum Juniperi lignis vitia sedat cetera. Vide Plin. l. 28 c. 10. & 15. Cinis maxillarum serpentia sanat ulcera. Jecur lethargicos excitat, & auribus purulentis prodest. Ex vino potum alvum sistit. Lardum elixum & circumligatum mira celeritate fracta solidat. Scobes dentium pleuritidem solvunt. Fimus atidus in vino aut aqua potus rejectionem sistit sanguinis, lateris dolores mulcet, rapsu & convulsa cum aceto potum solidat, rursus cribratusque, & cum melle detetiore subactus, atticulis impositus medetur. Si cum vino subigatur inhærentia corpori in emplastro adhibitus extrahit. Recens & calidus præcipuum est contra fluxum natium remedium. Gesn. de Quadr. p. 1047. A

Figurate aper nunc Diabolum (1) vineam Domini, hoc est, Ecclesiam exterminantem; nunc gentes gentiumque Tyrannos Christianis infestos; nunc Judæos (2) Christi; nunc Hæreticos (3) Catholicorum hostes designat, qui tamen cum damnis multam iisdem utilitatem adferunt. Vide *Hier. Lauretum in sylva allegoriarum.* Quin horum decreta improba, legesq; ac hæreses, velut retrimenta quædam, ipsis orthodoxis in remedium cedunt. Hi ignitis ad convitiandum dentibus, hos mutuò exacuunt, gregatim incedunt, arcent alios, lerhargicos in nobis excitant; suis nos erigunt lapsibus, continentiam firmant, &c.

1) *Diabolus.*

2) *Iudæus.*

3) *Hæreticus.*

Aprosauditu excellere, in vulgato etiam versu circumfertur.

Nos aper auditu, (4) *lynx visu, simia gustu,*
Vultur odoratu, nos vincit aranea tactu.

4) *Auditus acer.*

ARCHOPITECVS, dictus, *Ignavus*, vel *Pigritia* ob motus tarditatem, (5) binos circiter pedes longus crassusque, molli pilo vestitus, caput noctuæ haud

VI.

5) *Pigritia*

A haud dissimile, nares simiæ, oculi exiles & rotundi, pedibus quatuor, extrema parte oblongos ungues, velut digitos tres, exerrantibus, non tam incedit, quàm repit, motu lentissimo ventrem per terram protrahens: ut quindecim diebus vix ad lapidis ictum procedat, nulla acclamatione minisque, aut impulsibus citius promovendus, (1) tanquam expansa super aquas rana elato tamen capite protegrat. Arbores solet conscendere beneficio unguium, sed biduo triduove in altum nititur. Ut ne homines prætereuntes noceant, miserabili aspectu, etiam in lachrymas solutus, obtiner. (2) Innoxius est, nec mordere angusto ore potest: infesta tamen animalia, injectis pedum unguibus, adeò pertinaci & insolubili complexu stringit, ut fame emori cogantur. (3) quod in America P. Johannes Torus Soc. Jesu (ut P. Kircherus lib. 1. Musurg. c. 14. memorat) in cane objecto expertus est. Quo cibo vescatur incognitum, aliqui foliis arborum, formicis, aut muscis ali crediderunt: alii solo aere, quod qui illud multo tempore domi aluerunt, nulla te unquam vesci comperetint; sed eò, unde afflat ventus caput vertere. (4) Unde idem P. Torus cùm intentasset bestiæ perticam, hanc firmissimè unguibus complectens, inter duas trabes, animal ad dies 40. suspensum tenuit, ubi immoto in contuentes miserabili aspectu tamdiu insomne impastumque hæsit. (5) Vox hujus animalis, quæ est *ha, ha, ha,* &c. gradatim musico huic cantui respondet *la, sol, fa, mi, re, ut*. quæ noctu solum concinit, ut Hispani primùm appulsi, se musicum hominis cantum percipere existimarent. (6) Vide Kircherum loc. cit. & P. Gasp. Schottum in Phys. curios. l. 7. c. 2.

1) *Tarditas in corrigibilis.*

2) *Miseratio.*

3) *Vindicta tarda attrecior.*

4) *Abstinentia.*

5) *Insomnis.*

6) *Musica in luctu.*

Figuratè hoc animal vel hominem pigrum mœstumque, aut melancholicum, vel tardum opus, & longi moliminis exhibet, suspensum ex pertica inediæ patientem; unguibus stringens canem, vindictam exitialem; canens melancholicum dissolutum, vel musicam in luctu indicabit.

ARMA-

A VII.

ARMADILLVS seu *Tatus*, vel *Ajatochtlus* (ut quidam) animal Indicum est canis Melitensis magnitudine, ut Aldrovandus, caput rostrumque, oculi, pedesque porcelli instar, sed toto corpore ex squammis eleganter variatis fitmisque loricarum, ut cataphractum equum referat,(1) noctambulum & salax animal est, quod præduro acuminatoque rostro, adeò velociter terram fodicat, subitque talpæ instar, ut una nocte, si Nierembergio credimus, Leucæ spatium conficiat,(2) captumque, nisi ligetur, facilè extra domum oppidumque emergat,(3) ubi cauda sic elabens apprehenderis, caudam è corpore citius, quam ipsum è caverna. suis obnixum squamis, extrahes.(4) Venter candet, & pelle molli operitur. Potest verò capite caudâque intra hunc contractâ, globi instar se convolvere, solisque armis tectum vim omnem eludere,(5) ut nisi vi magna disseces, non evolvas, nec perfringas. Ita se quoque per montes in præceps devolvit. Vafrum est magnâque arte escas captat. Formicis inprimis delectatur, quas vel exertâ in illarum nidos linguâ: vel supinè procumbens, per oblongam caudam insertam ori, tanquam per aptam currentium semitam ad fauces insidiosè deducit, ventrem lotio conspergens, neà cauda per hunc defluentes. (6) Ita pluvio supinum cælo, viis, ubi cervi commeant, stratum cavo ventre intra concas aquam colligit, quam cervus præteriens haustus dum capiat, à conchis in arctum constrictis capitur, teneturque vinctus, dum frustra discutiens intercluso spiritu succumbat, ab exili animante interemptus. (7) Non unius speciei sunt, nec uniformis omnibus squammarum in loricis ordo, ut apud Schottum libro septimo, capite tertio, in Iconismo 26. tepetries. Quorum brevior cauda, aptiores sunt esui, & in delitiis habentur; secus, quorum est longior, caro etiam censetur noxia.(8)

1) *Armatura sufficiens.*

2) *Fossor expeditus.*

3) *Captivus elabens.*

4) *Tutax stationis.*

5) *Capiti providendum.*

6) *Fames industria & ingeniosa.*

7) *Dolus an virtus.*

8) *Fide, sed cui vide.*

A

Figuratè armatos ad sui defensionem refert, & collectum quidem in globum ad vim sustinendam benè paratum. Tum significat pugnantes suo imprimis debere consulere capiti, Terram subiens milites cuniculos agentes denotat. In dorsum cavo ventre procumbens, insidiantem signat. Cervino ori adhærescens repræsentat fortiorem ab imbecilli oppressum vel interceptum.

VIII. *ASINVS*, vel silvestris est, & Onager dicitur: vel mitis, & animal est notum narumque ad labores. In Sicilia adeò frequens, ut pauperrimus quisque utatur. (1) in Thracia parvum; in Antro Thessaliæ urbe magnum. Tardum plerumque, (2) sed diuturni laboris inediæque sustinens, in Ægypto tamen, adeò velox reperiri fertur, ut die uno quadraginta decurrat passuum millia, (3) ut Scaliger habet Exercit. 217. Exiguis impensis vivit, ut foliis, paleis, salignis, perticis, corticibus fructuum, atque inprimis carduis, tum ferulis, quæ cæteris animantibus venenum sunt. (4) Durâ cute facilè verbera negligit. (5) Stupidum, nulli in via cedit, tritam tamen observat semitam, & foveam, in quam aliquando prolapsus est, declinat. (6) Aldrovandus tamen quorundam docilitatem memorat, ut, libro primo de Quadrup. cap. 2. quod Germanus quidam Asinum cum Capra saltantem, & salutantem populos flexis poplitibus, non parvo lucro circumduxerit. (7) Ad heminutum quoque circulum ligneum trajecto corpore transilientem; projectum sudarium aut chirothecam è terra ad suum referentem Dominum. Alium in Africa morbum mortemque simulantem, ne lapides ferret. (8) Alium ad virgines ferendas promptum; sed cum anus ferret, morose claudicasse, (9) ita Cardanus. Mantisiorum asini initio veloces sensim extremè tardescunt, ut Elian. lib. 14.

1) *Opes pauperum.*
2) *Tarditas, ignavia.*
3) *Celeritas inexpectata.*
4) *Victus tenuis.*
5) *Obduratus. Stupidus.*
6) *Cautela.*
7) *Rara res.*
8) *Astutia simplicium.*
9) *Delectus.*

lib,14. cap.10. de animal Saracorum asini,ut idem habet lib 12. pugnaces sunt, & pro bello idonei [1] Nauplienses in Peloponeso ab asino vitis palmites arrodente, quæ deinde multò feraciore comperta est, putandarum vitium artem hausêre (2) ut Paus. in Corinth. Asinus Ammonii adeò scholarum & poeticæ inprimis amans fuit,(3) ut neglecto pabulo ad has disciplinas properaret, Photius in vita Isid. In oppido Pictoriensi asinus quoque tribunali conscenso rudere auditus est, ut Amm. Marc. l. 27. cap. 2. Illud lepidum, quod nonnemo plures asinos ruditu gravi tenuique, velut musicè, diversos, ad gestus quosdam suos, & librum musicum in pulpito apertum docuerit rudere; unde harmonicus quidam rudituum concentus, cum admiratione est exauditus. (4) Feminæ maribus vivaciores sunt, citò ad generationem maturæ, sed parituræ lucem fugiunt, & per ignes etiam ad partum amissum contendunt; (5) nisi pariant antequam dentes excidant, quod jam trigesimo fit mense, steriles manent, vitæ tamen annos triginta assequuntur. Morbis fere ac pediculis carent. (6) Ægithus & Spinus avis asinos aversatur; ille quòd spinetis sese afficans nidos suos evertat, hic quòd flores spinarum, in quibus agit, devoret. (7) Quod si lapis ex cauda asini suspendatur, ut Ælian. lib. 9. cap. 55. notat, non rudet amplius. Aqua fortis omnia penetrat consumitque præter asininũ ungulam (8) Hæc in medicina, ut lac, sanguis, caro, jecur, renes, urina, stercus usum suum obtinet. Annulus ex ungula in qua nihil sit nigri, epilepticos à casu gestatus prohibet, (9) ex eadem cinis per dies plures potatus juvat: & oleo subactus strumas discutit. Lac tabidis phthisicisque, ita ut ab ubere calet, ebibitum prodest. Galenus his cum melle mixtum præbuit etiam dysentericis. Idem lac stomachum exulceratum reficit, tussim, & sanguinis excretionem sedat, si capitis dolor & vertigo absit, Podagra, chiragraque libetasse quosdam constat. Seri etiam asinini potus

A IX.

1) *Bellator inexpectatus.*

2) *Doctrina simplicu.*

3) *Amor laverem minuit.*

4) *Labor improbus vincit.*

5) *Proles amor.*

6) *Sana complexio.*

7) *Aversio naturalis.*

8) *Contemptæ rei virtus.*

9) *Medicina.*

A

X

juvit: quin & caro ipsa. Sanguis quibusdam febribus pellendis favet, si guttæ duæ tresve, aquæ potandæ instillentur. Jecur quoque comitialibus prodest si jejuni sumant. Lien ad lienis vitium curandum perquam est efficax. Renes triti & in vino dati vesicæ medentur, & urinæ incontinentiam prohibent. Vide Schottum l. cit. c. 7.

Figuratè homines stupidos, pigros, tardos, *indu*ratos ad verbera, patientes, serviles, contemptos, rusticè victitantes, laboriosos, &c. designat. In S. literis Asina synagogam legibus pressam designat, (1) ut Beda, ait, super Genes. 22 Orig hom 17. in Gen. Asinus fortis Issachar Gen. 49. religiosos designat, (2) ut hic Lyr. Asinus stratus Judæos sub cultu legis (3) ut Ambros. super Luc 13. Asinus cadens in cisternam Exod. 21. simplex in errorem ductus (4) Greg. 17. Mor. c. 13. Asinus onera excipiens, subditum, humilem, patientem denotat. (5) Asina Balaam percussa, caro afflicta est quæ mentem ab errore revocat, (6) ut Rupert. 1. super Judic. 3. Asini maxilla, unde fons effluit, rude verbum Dei, sive ejus prædicatores, per quos prostratæ gentes salutem habent (7) Greg. 13. Mor. c. 7. Hier. super Marc. 15. Multa ab hoc quoque animali proverbia figuratè sumuntur. Ut *Asinus ad tibiam, vel lyram* (8) pro inepto. *Asinus portans mysteria*, homo rudis pretiosarum rerum possessor, (9) ὄνος ἐν πιθήκοις Asinus inter simias, (10) id est stupidus inter nasutos, sive ἐν μελίτταις inter apes, mordaciter pungentes. *Asinus sub freno*, id est, indocilis sub disciplina (11) *Asinus in pelle leonis*; (12) major viribus affectans. *Asini caput lotum* [13] labor irritus. *Asinus ad lateum*, (14) qualem Avenione, ut quorundam Doctorum ruditatem exsibilarent, annis superioribus Bacchanaliorum tempore, magnâ pompâ circumvexêre. *Asinus sub clitellis* (15) laboriosus dicitur, sive ad servitutem damnatus. *Ab asino excut* (16) est labore ab incepto tardari. *Asini habere auriculas* (17) præposteri esse judicii hominem, ut Midas,

1) *Synagoga.*
2) *Religiosus.*
3) *Iudæus.*
4) *Error simplicis.*
5) *Subditus humilis.*
6) *Castigatio carnis.*
7) *Verbi Dei potentia.*
9] *Ineptus.*
9) *Rusticus dives.*
10] *Stupidus inter astutos.*
11) *Discipulus indocilis.*
12) *Arrogantia.*
13) *Labor irritus.*
14) *Inconveniens.*
15) *Laboriosus. Mancipiū.*
16) *Laboris fugiens.*
17) *Præpositeri judicii. Ridiculus.*

B

Midas, qui Panis fistulam cantumque, Apollinis citharæ prætulit. *Asselliceps* (1) appellatur, qui extra patriam nihil novit, qualis Issachar à Jacobo Gen. 49. dicitur accubans inter terminos. Vide *Hier. Laur. in Sylva.*

1) *Inexpertus.*

BOS norum domesticumque atque ad multa utilissimum est animal; labore, lacte, carne, pelle, atque ipsis adeò carnibus in usum hominum impenditur (2) quin & infectione corrupti mortuumque suo ex cadavere apes progenerat. (3) Ex regionum varietate differt inter se mole, labore, velocitate & cornibus. Apud Indos in Cambaja clitellas & onera asinorum instar boves ferunt. In urbe *Diu* parvo corpore, sed elatis cornibus, non oneribus tantùm, sed & freno cursuique apti sunt (4) Memorat Ælianus lib 15. cap. 24. apud Indos pari cum equis velocitate contendere, atque à Regibus Dynastisque jugatos curribus in cataclromo pro currili certamine adhiberi. (5) Quod in Sicilia usitatum, ut in solennibus festorum non homines solùm equique, sed & muli, asini, bovesque cursu contendant, præmiis victori propositis. Apud Phœnices verò Ælian. lib. 16 c. 23. boves esse refert, elephantum magnitudine, *ut proceritissimi pastores, cùm mulgent vaccas, stare, aut in scabellum ascendere necesse habeant; ubera ut possint pertingere.* (6) Cui illud Arist. l. 3 hist anim. c 21. congruit. *Epirotica* ait, *vacca præ sua prægnitudine amphoras* (capacia vasa sunt) *singulas singula implent lactis. Erectus qui mulget, aut paululum se inclinat, cum sedendo ubera contingere nequeat* Quod mirum videri non debet, quando apud Hollandos nostros reperias, quæ viginti quatuor heminis amphoram expleant. (7) Guicciardinus Leydæ bovem repertum memorat, qui bis mille nongentarum septuaginta librarum fuerit. Apud Æthiopes boves candidi: camelorum instar, sine cornibus, in Insulis Aden sunt, sed in Presteiannis ditione tantorum sunt cornuum, ut ex his vasa quinque aut sex metrarum vini capacia efficiantur, (8) ut Franciscus

XI.

2) *Vide ad multa.*

3) *Resurrectio.*

4) *Arsomniaformat.*

5) *Artem juvat ingenium.*

6) *Calum mutat ingenium.*

7) *Copia.*

XII.

9) *Res rara.*

cis. Alvarez. de Æthiop. c. 19. Majolus verò in India Orientali tam longis repertos cornibus refert, ut in tergum inclinatis caudam boves contingerent. Aristoteles in Phrygia, Ælianus in Æthiopia bobus mobilia esse cornua, tanquam aures, dictitant, quæ tamen in pugna flecti nequeant. In India reperti sunt, & unicornes, & tricornes. Biennes tantùm generationi sunt idoneæ, decem mensibus prægnantes sunt, vaccæ xv. mares xx. annis vivunt. Romanis olim animal valde honoratum, Servius his, uti & ovibus, æs signavit. Unde dicterium, *bos in lingua*. siquis ad tacendum conductus esset pecunia. ( ] Hollandis perquam utiles. Pontanus notat lib. 2. cap. 23. in leprosorio Amstelodamensi ex 22. vaccis, in caseo butyroque, quotannis colligi solitos aureos circiter quingentos. [2) In Hungaria perquam copiosi, ex qua in Germanicam uno anno per solam Viennensem viam, aliquando octoginta millia acta esse observatum est. Vide *Aldrov.* & *Schottum*.

Figuratè bos ad varia adhibetur. Unde adagia *bos in arce* [3) rusticus ad aulam, seu honores promotus, sicut Lysias bovis imaginem in arce collocavit. *Bos in stabulo*, (4) homo à labore quiescens *bos in acervo* frumenti, vel ad præsepe; (5) laboris fructum percipiens *bos in tritura*, obligato scilicet ore, (6] id est laborans, nec fruens: fœnum habens in cornu, de ferocia infamis (7) *bos foris* (ex ostio) *prospectans*; servitus sub alieno Domino [8) *bos in quadra argentea*, [9) id est honor non conveniens. ἕβδομος βοῦς *septimus bos*, [10] ad Suidas in stupidos; quod septimam olim lunam imagine bovis è farina pisti, ob cornuum figuram referent. *Bos Homolottorum*, qui fedus diviso minutatim bove (11] sanciebant, indicat pluribus negotiis distractum. *bos leporem venans*, (12] labor est irritus. In S literis varias significationes habet. Bos ad victimam ductus, (13) quandoque Christum aut Martyres designat. boves 12 sub mari æneo, (14) sunt

) *Corruptela pecuniæ.*
2] *Tributũ liberale.*
XIII.
2) *Rusticus in aula.*
14] *Quies à labore.*
5) *Fructus operis.*
6] *Fructu destitutus.*
7] *Ferocia declinãda.*
8) *Libertatẽ spectans.*
9) *Honor inconveniens.*
10) *Stupidus.*
11) *Fedus.*
12) *Labor irritus.*
13) *Martyr*
14) *Apostoli.*

sunt Apostoli. Bovis facies Lucam indicat, qui Evangelium à sacerdotio orsus est, quod bobus olim offerendis sacrum. Boves duo sub jugo (1) sunt conjuges; quinque sub eodem sunt sensus nostri, vel etiam lex Moysis libris quinque. Arare in bove & asino (2) est spiritui & carni, seu Deo & mundo servire velle. Boves pingues (3) fertilitatem, ut macilenti (4) sterilitatem Josepho signant. Tauri pingues (5) ps. 21. homines feroces sunt & arrogantes. Vitulus lactans, in fide est educatus (6) in duas partes divisus Jer. 34: signũ est federis, vitulus conflatilis (7) Ex. 3. idololatriam exhibet. Vide plura *apud Hier. Laur. in Sylva*. Cæterùm enormiter cornuti boves iracũdos; (8) sine cornibus (9) mansuetos, præpingues alendæ carni deditos; (10) macilenti (11) mortificatos; sub clitellis indebito onere pressos, (12) in curru homines mancipatos; (13] ad ararrũ laboriosos; mãmosæ vaccæ ex labore fructiferos [14] prægnantes curis oppressos designant. *Bos ad haustrum*, 15) est labor dimensus, juxta illud quod Ælian. l 7. c. 1. refert. Illic boves in hortos regios indefessè haurire indies cados centum: quibus haustis, nec verberibus nec blanditiis adduci posse (tanquam numerandi gnaros] ut vel unicum cadum adjiciant. *Taurus ingeniculans* [16) feritatẽ domitam signat, quòd mansuefacti ad hoc etiam obsequium, cùm aliquid dorso excipiendum est, se demittant, ut Ælian. ib. c. 4. Caprifico etiam collum vincti Tauri, aut dextrum genu fune ligati ductique mitigantur. ut Pier. l. 3. c. 4. 5.

BONASVS silvestrium boum species est, qui cornibus ad genas inflexis nil nocet, [17) insequentes autem in fuga egesto ad spatium ingens ardentissimo deterret, qui non secus, quàm ignis adurat; propinquos calcibus à tergo ferit. [18] Ceteros boves formâ æquat, nisi quòd jubæ ex collo, tanquam equo defluant Arist. l. 9. c. 45. Plin. l. 8. c. 15. Vide infra de Uris plura.

Figuratè designat pugnatores, qui ut Parthi fugiendo pugnant.

CAME-

B

1) *Cõjuges.*
2) *Servire duobus Domi. is.*

XIV.

3) *Fertilitas.*
4] *Sterilitas*
5) *Feroces.*
6) *Fideliter educatus.*
7) *Idololatria*
8) *Iracũdi.*
9) *Mãsueti.*
10) *Carnalis.*
11) *Mortificati.*
12) *Onere pressi.*
13] *Mancipati.*
14) *Frugifer.*
15] *Labor diurnus.*
16) *Domitus.* Zubr

XV.

17] *Arma innexia.*
18) *Arma insolentia.*

C XVI.

CAMELVS animal equo majus, oblongo gracilique collo, in medio dorsi gibbosum est, apud Bactianos quidem gemino gibbo eminens, alibi uno, & quandoque etiam suum fert gibbum in pectore: cui, dum procumbens oneta excipit, innititur (1) Quando onus suis par viribus susceptit, assurgit, neque aliud patitur. (2) Onus sexcentarum & mille etiam librarum: quique fortiores sunt bis mille etiam libras sustinent. Incessu sunt celeri. In Africa graciliores (3) ad centum passuum millia uno die conficiunt. Inediam sitimque diu tolerant, hanc etiam ad quatriduum & ultrà. (4) Unde integris diebus sine pastu ingredi est usitatum, quem ex virgultis, thyrsis, carduis, juncis, humili gramine captant (5) aut si per arenosa Libyæ loca ducantur, indies quinque libis hordeaceis, quæ cydonei pomi magnitudinem æquant, sustentari possunt. Ubi ad aquam ventū, hanc pedibus incussis turbant, priusquam bibant, magnaque quantitate tam præteritæ siti, quàm futuræ prospiciunt. (6) Dociles sunt, & in præliis freno reguntur: ubi defatigati sunt, verberibus propelli nequeunt, sed ut amantes sunt musici concentus, cantu aut tympani sono trahuntur. (7) Ita ad saltum quoque eruditum camelum Aldrovandus memorat, quando inclusus pavimento calenti (nam carneas plantas habet, quæ in longioribus itineribus quandoque calceis ex corio muniuntur) ut stare non posset, sono quoque tympani motus pedes raptim & velut numerum movere doctus est (8) Pertinacis ad vindictam iræ est, ut post multum temporis opportunè lædentem nactus, in illum desæviat, quem vel morsu petunt, vel dentibus in sublime raptum humi allidunt, maximè in vere metuendi, cum Venus stimulat (9) Unde castratis feritas tollitur; & robur, quod libido enervat, augetur. Coiturі latebras sectantur. Cerebrum illius arefactum potumque in aceto comitialibus morbis adversatur, fimi cinere cum oleo crispantur capilli. Pariunt duodecimo post conceptum fœtum mense. Lac fundunt dulcissimum. Vide *Gesner.* Figu-

1) *Defectus proprii à tergo; proximi in pectore feruntur.*

2) *Onus par humeris.*

3) *Celer.*

4) *Abstinens.*

5) *Victus tenuis.*

6) *Potus tenuis.*

7) *Regimen mite optimum.*

8) *Necessitas magistra.*

9) *Vindictæ cupidus.*

Figuratè in proverbio *Camelus saltans* (1) res est rarissima. Illud verò ex fabula adagium est, quod *camelus desiderãs cornua, etiã aures perdidit*: (2) quia utrisque caret; aures enim prominentes non habet. Juxta *Lauretum* verò Camelus sub onere excipiendo inclinatus, nunc Christum, nunc pœnitentem designat (3) Junctus cum culice Mat. 23. gravia peccata: (4) uti & erectâ cervice superbos; (5) dentes intentans, vindictam spirantes. Gracilior Dromedarius cursorem significat; crassior gibbosus Matt. 19. hominem divitem, (6) depascens juncos, famelicum (7) & abstinentem; sese inclinans oneri patientem, humilem & obsequentem (8) tympano excitatus, lenis disciplinæ capaces: turbans aquam; sordidè victitantem. (9)

CHIVRGA seu Semivulpes, in India, Brasilia, & Æthiopia; ut vult Cardanus l. 10. subtil. animal est parte anteriori vulpi simile, posteriori Cercopitheco. vulpe minor est, auribus vespertilionis, pedibus ferè humanis, oblongâ, ceu murium, caudâ (10) sub ventre inter posteriora crura fert manticam, interius villosam, in qua excepto semine formatur septenus, aut denus aliquando fœtus, quem maturum, hiante à tergo mantica, dimittit ad pastum, & ad quietem capiendam recipit, aut etiam lacte reficit, uberibus intra manticam præbitis. (11) Ita cum suis quandoq; catulis, nunc mas, nunc femina (nam utriusq; haud dissimilis est mantica, & fovendi consuetudo) intercipitur. Velocissimi est cursus. Cũ effugiũ desperat, se mortuũ simulat, (12) ut venator negligat. Gallinis & avibus, ut Vulpes & Martes, insidiatur, saccharique cannis vescitur, (13) ipsumq; se gratum præbet cibum vescentibus. Ex arboribus quas conscendit, facilè decutitur (14) Vide *Aldro. Gesn. Scho.*

Figuratè sollicitæ matris patrisq; effigies est, præsertim pauperum, ita proles circumferentium. Deinde vafriciem sub velo simplicitatis latentem designat: Ante cortes avium, rusticum vel militem lautis cibis inhiantem. In ramis arborum, malè tutum perfugium.

C

XVII.

1) *Res rara.*

2) *Desideria noxia.*

3) *Pœnitẽs.*

4) *Peccata gravia.*

5) *Superbus.*

6) *Dives.*

7) *Famelicus.*

8) *Obsequens.*

9) *Victitãs sordidè.*

XVIII.

10) *Ambigui generis.*

11] *Parentum cura.*

12) *Simulatio stulta*

13) *Victus lautior.*

14) *Perfugium fallax.*

CANIS

C XIX.

CANIS Fidelissimum suo nutritori animal, & benefactori gratum, ut variis rarisque exemplis canum Dominos suos ad ipsam mortem consectantium à Plinio, Lipsio, aliisq; est annotatum, de quibus vide quæ dixi lib. 1. c. 5. P. Schottus l. 7 c. 19 §. 4. ex P. Kirchero memorat, vidisse hunc canem jussu Domini Principis Gallicani mensam hospiti sternere, quod accepta clave, depromptoque mantili, mappulis, orbibus, cultris, cochlearibus, atq; ordine dispositis expeditè fecerit. (1) Sic Hetruriæ Ducem canem habuisse, qui laxato instrumento musico, ultro deinde concinente, ipse cum psittaco vocali musicâ admodulatus sit. (2) Sed & sacris reverentiam deberi plures ex hominum id facientium observatione didicere Ita templum apud Ætnam Plinius fuisse memorat, quod soli canes custodirent, castè adeuntibus innocui, pollutis infestissimi. (3) Sic Atheniēses quòd canis in Æsculapii æde compilantem sacra indicasset, publicè alendum canem mandaverunt. (4) De Ulyssiponensi cane refert Nierem. l. 9. hist. nat. c. 94. canem illic artocrearii Tudescum religiosissimè observasse, ne unquā, ne noctu quidem, S. Eucharistia ad ægros deferretur, quin ipse advolans pompam anteiret, ac siquem in via reperisset, etiam in equis, sive notum, sive ignotum, hunc invasisse, nisi flectens descendensve, venerationem exhiberet (5) Sic itinera quamvis longa meminere, vestigia hominum solo odoratu, quamvis longè præeuntium discernunt. Ita tam sua, quam domesticorum distinguunt nomina. (6) Qui in simiarum aut vulpium consortio educantur, aut ex confuso eorum semine prodeunt, longè ceteris habilitate ad multa præstant (7) Generosi præterea sunt, ac longè se robustiora animalia audent aggredi, ideoque venationibus plerisque adhibentur, excellunt viribus Laconici, Arcadici, Locrenses, Molossici, Hyrcani, Albani, Indici & Anglici. (8) Narrat Ælian. lib. 8. c. 28. ex tigride & cane genitos apud Indos reperiri fortissimos; quorum virtutis specimen

1) Docilis minister.

2) Harmonia discors.

3) Reverētia sacrorum.

4) Remuneratio obsequii.

5) Obsequium inexspectatum.

XX.

6) Agnitio suorum.

7) Spurii habiliores.

8) Audacia.

C

cimen ut Indus quidam Alexandro Macedoni exhiberet: ait, talem emisso cervo, deinde apro, postea & urso, tanquam indignis se hostibus, quievisse: donec Leo denique prodiisset; in hunc velut æquum hostem concitatus ira canis prorupit, insiliens tenacissimo morsu secundum fauces apprehendit.] 1) Tũ Indus pertinacem canis constantiam Regi declaraturus, primo caudam illi rescidit, tum deinde crus infregit alterum, quo dolore non cedenti, crus alterum, & post etiam cætera ordine comminuit, ac nondum avulso cani caput postremò amputavit, quod in ipsa Leonis plaga suspensum reliquit. [2) Cumque tam generosi canis interitũ Alexander doleret, quatuor illi canes simillimos dono dedicavit Diebus canicularibus magnis caloribus canes æstuant, & quãdoq; in rabiem aguntur, quâ quidquid mordent, inficiunt: neque in hac notis quidem parcunt. [3) Ex pendulo collo & spuma fluente agnosces. Quatuordecim circiter diebus libidine accensi flagrant, totque annis ferè vivunt, à tertio usque ad 9. ferè gignunt. Sexaginta diebus, vel aliquantò pluribus uterum ferunt, & catulos pariunt cæcos, (4] qui quò largiori aluntur lacte, tantò seriùs aperiunt oculos, quos intra 7. & 20. ferè diem pandunt. Lac alienum segniora, quàm maternum reddit corpora, Degeneres plerumque caudâ sub alvum contractâ incedunt. [5) Diversi verò ingenii canes esse, aliosq; aliis aptos usibus, nemo est, qui nesciat, si inter Melitæos, & villaticos, venaticos, aquaticosque canes norit distinguere, [6] quorum dotes sigillatim prosequi longum est. Morbis ipsi suis ex gravato stomacho subvenire norunt, quando herba ex maceriis arrepta vomitum cient. (7) Sed & podagra quandoque laborant, cui lentius remedium est.

Figuris latum campum aperit. Unde in Proverbiis dicitur explorator *canis venaticus*; (8) timidus rixator *canis latrans*, (9] quia *timidus vehementius latrat*. Nimium festinus canis pariens, (10] juxta illud, *canis festinans cæcos parit catulos*. Canis ad panem, vel ossa, (11) prandium sine potu, vel tenue paupe-

1] *Generosus animus nobilium.*

2) *Constãtia in morte.*

XXI.

3) *Rabies cæca.*

4) *Ætatis prima cæcitas.*

5] *Degener*

6] *similiũ dissimilis virtus.*

7) *Purgatio morbi.*

XXII.

9) *Explotor.*

9] *Rixator timidus.*

10] *Festinatio noxia*

11) *Victus tenuis.*

C

1] *Servitus.* pauperum: unde *canimum prandium*, vel *canis ad ossa.* [1] *canis in vinculis* (1) servituti addictum: *canis in præsepi,*

2) *Invidus* (2) ubi ipse fructum non habet, & equum impedit ho-

3) *Festinãs cautè* minem alienis commodis obstruentem: *Canis ad Nilum* (3) cautè festinantem: *Canis ad vomitum*, [4] suũ

4) *Recutiva.* morbum, vel delictum repetentem; quia vomitum sæ-

5) *Hosti serv. us.* pe resorbet: *Canis mendico auxilians* (5) hostibus (ut

6] *Carni servies.* fere mendici canum sunt) spe lucri servientem: *Canum ducens.* (6) hominem, libidini cæcè obsequentem. In

XXIII. S. litteris *canis vivus, melior leone mortuo* (7) Eccl. 9 est

7) *Gentilis* gentilis ad fidem, quàm Apostata, aut Judæus aptior.

8) *Contemptus* *Canis mortuus*, (8) 1. Reg. 24. res contempta, vel pec-

9] *Dæmon.* cator. Canis spumans. (9] Dæmon est. Canis custos

10) *Pastor bonus.* (10) gregis, bonus est Pastor, lambens aquam [11) Jud.

11) *Frugalis* 7. frugalem, captans micas sub mensa, (12] Matth. 15.

12] *Catechumenus.* gentiles ad fidem aspirantes: lambens ulcera, (13) Luc.

13) *Sanans animam.* 16. peccatores sanans. Contra lunam latrans, (14) sine

14) *Prædicans ineõstantibus.* fructu mundanis prædicans. Plura vide apud Laure-

XXIV. tum, & hiel. 6. c. 15. §. 14. Porrò in superioribus eorum

15) *Impurus.* fidelitas, docilitas, religio, obedientia, fortitudo, appositis exemplis satis expressa est.

16) *Ambidexter.* *CAPRÆ & HIRCI* nota sunt animalia cornigera,

17) *Perspicax.* etiam fœtore suo (15] colore inter se vario; alia candida:

18) *Attonitus.* alia etiam nigra: mixta alia, naso simo, quo non solo,

19] *Detractor.* verùm & auribus respirant, (16) quod naribus & ore

20) *Stupefactio.* clauso intelliges. oculis noctilucis, quibus inter tene-

21) *Loquacitas.* bras vident, (17) barba, quem aruncum vocant, à mento pendente, quo si trahas, reliquis videntibus stupor incutitur. (18) Locis gaudent silvestribus, cum frutetorum & arbustorum summa carpant, rubis ac vepribus delectentur: plerisque tamen frutetis, olivetis verò inprimis, hoc admorsu afflatuque exitiales, (19) Si eryngii herbæ caulem morsu capra sustulerit totus repentè grex velut attonitus consistit, dum auferatur. (20) Pulegio gustato balant: (21] helleboro in morbis quæsito purgantur. (22) oculos caligantes ad rubi spinam afficant, & humore quodam elicito restituunt. (23) Si conyzam edant, vel bibant, aquam rhododendri foliis infectam, moriuntur. (24]

(22) *Antidotum.* [23] *Castitas curata.* (24) *Venenum*

Ab humana saliva abhorrent. Elephanti horrorem incutiunt (1) Tigris caprina, seu hædina abstinet, citius fame peritura, quam edat. (2) Caprimulgus avis earum sugit ubera, tabemque his adfert, & capris cæcitatem. (3) Sargus piscis earum juxta aquas pascentium umbris mirificè delectatur: ut per has ad littus facilè pertrahatur. (4) In ovillo grege primum ferè locum prensant. (5) Hirci ab illis in autumni fine ad caprilia ablegandi. (6) Quarto post conceptionem mense pariunt, fœrumque plerumque gemino. (7) Sterilescunt nimiâ pinguedine. (8) Mammosæ reliquis præstant. lac salubre, & inprimis phthisicis. (9) In Sardinia caprarum pelles pro vestimentis sunt. Apud Ægyptios propter fœcunditatem in honore summo fuêre, & Jupiter apud illos sub Hircino capite & pelle fuit propositus cultusque. *Herod.* l. 2. & a capra fingitur nutritus. Pulmo assus ebrietatem prohibet. Jecur comestum visus obscuritatem detergit. Ungularum cinis cum aceto illitus alopeciam curat. Cornuum vel pilorum accensorum fumus serpentes fugat: cinis potus vel illitus eorum ictus sanat: Caseus cum origano aliarum bestiarum morsus: Lac contra cantharidas remedio est; tolluntur eodem lendes. Sanguis cum medulla decoctus enervat toxica. Fel oculis illitum, vel sub pulvino collocatum somnum conciliat, cum vino sumptum, contra cicatrices & oculorum caliginem est. Caseus cum melle & aceto purgat ulcera.

Rarum est, quod Plinius l. 9. c. 50. memorat capram in angusto ponte occurrentem capræ, cum vertere se non possent, stravisse ingeniosè dorsum transeunti alteri, [10] & quod Plutarchus de hirco zelotypo, qui in urbe Sybari Pastorem Crathin capræ accubantem occidit (11) Bellonius in Caitovidit capras gestare ephippium, equorumque instar ferite calcibus, ac frimias sibi impositas portare. (12) Vidit etiam ad harmonicos tonos saltantem, perque funem ingredientem, ac ligneum transilientem circulum. (13) In Libya cornutæ tantum spectantur feminæ, (14) oneribus etiam ferendis assuetæ. Sunt prætetea ex hoc genere silvestres capreæ, capreoli, seu dorcades, Rupicapræ & Ibices,

C

1) *Hostilitas.*

XXV.

2) *Amicus aduras.*

3) *Ingratitudo.*

4) *Voluptas jallax.*

5) *Superbia.*

6) *Venus prosperta.*

7) *Fœcunditas.*

8) *Copia privat.*

9) *Abundantia salubris.*

XXVI.

10) *Ingenium solers.*

11) *Zelotypia.*

12) *Onus in usum.*

13) *Ars naturam excolit.*

14) *Irata mulier.*

C XXVII.

quarum hæ ultimæ feræ rupes excelsissimas miris saltibus transmittunt. (1) Pietas illarum in decrepitis parentibus alendis celebrata est. (2) Inter Dorcades verò reperiuntur capræ ex odorato moscho quem proferunt ab Aldrovandro moschiferæ dictæ, infra quarum umbilicum vesicam sanguine plenam colligi asserunt, qui in tam grati odoris moschum coagulatur, (3) ut Cardan. l. 10. Notat tamen Nierembergius lib 9. Nat. hist. c. 56. apud Indos regno Sinis conjuncto esse animal vulpis magnitudine, & silvas incolere solitum, quod deprehensum verberibus ac fustigatione enecent, ut sanguis toto effundatur corpore Hoc mortuum atq; exarescens frustratim dividi, ac pelle involvi propria, moschique odorem spirare. [4] Sic capreas in occidentali India Guiliel. Piso l. 3. Hist. Nat. & Med. c. 3. ait reperiri, quæ in stomachum lapidem Bezoar in re medica celebrem alant. Sed Nieremb l 9 cap 60. in diversis apud Indos animalibus ut capris, cervis, damis, ibicibus, quandoq; & tauris vaccisque senio confectis, hunc lapidem velut alimoniæ, in ventriculo plerumque, excrementum reperiri scribit. [5] Ita in Chinarum montibus cervicapras reperiri, quæ post devoratos serpentes, herbasque ne venena illorum noceant, bezoardicum intra se lapidem concipiant, eumque maximè præstantem, refert Aldrov.

1) *Celeritas*

2) *Pietas erga parentes*

3) *Pœnitentia scelerum.*

4) *Patientiæ & virtutum gratia.*

5) *Antidotum malorum.*

XXVIII.

Figuris tam caper, sive hircus, quàm capra; tum etiam soboles eorundem hædus & capella: item silvestres capreolus & caprea dorcas Ibex &c: serviunt diversis. Caper seu hircus lascivum & fœtentem; [6] hædus autem capreolus leviculum, saltitantem & dissolutum indicat. (7) Hinc & proverbio locum fecit *Capra saltans* in leviculum. *Capra gladium*, (8) in repertorem mali proprii: quod olim, cùm in victima deesset gladius, capti mactanda pedibus scalpurriens eum sub terra eruerit. *Capra contra se cornua* (9) in sibi noxium cùm ex illorum cornibus alibi arcus tendantur, quibus conficiuntur. *Capram cælestem orientem conspexit*, (10) in fortunatum, quòd hæc Jovis altrix in cælum translata fingatur, boni ominis fidus. In S. literis caper sive hircus modò designat peccatorem, & Christum tanquam oblatu-

6) *Lascivus.*

7) *Leviculus.*

8) *Noxius sibimet.*

9) *Felix.*

10) *Peccator.*

oblatum pro peccatis, & damnatum, quia hirci à sinistri stabuut. Capreæ seu Ibices in montibus (1) contemplativam designant vitam, sub onere, jugum legis veteris, sive etiam vitam activam. (2) Vide plura apud *Hier. Lauretum*. Cæterùm cum eryngio herba designat attonitum, cum helleboro restitutum sanitati: folliculum sub umbelico ferentes, per pœnitentiam gratiæ restitutos, ut bonus odor Christi sint, serpentibus vescentes à veneno intactos, &c.

1) *Vita contemplativa.*
2) *Vita activa.*

C

XXIX.

CASTOR, seu *Fiber*, corpore felis instar crinito, posteriore caudâ latâ satis, ovali tamen figurâ desinente piscem refert: uti & pedibus à tergo anserinis, animal natatile est, ideoque amphibium, (3) pedibus anterioribus caninis ori cibum admovet, dentibus acutissimis, quibus radices corticesque arborum in cibum dissecat. (4) Si quod animal mordicus apprehendat, non desinit nisi ossium fragorem percipiat (5) domum, ubi tenetur, nullo stercore aut ruina inficit, sed dum exire licet, querulatur (6) In cavernis littoris vicinis moratur, creditque à nonnullis idoneos medicinæ testiculos sibi morsu in fuga præputare, cùm idcirco potissimum venatores sectari intelligat. (7) Ligna dum convehunt ad habitationes sibi instruendas, uni è senibus resupino inter erecta crura lignorũ vehem, tanquam currui, imponunt, quem per caudam apprehensum ad locum destinatum protrahunt, tarâ certè industriâ: quam in pomis corticibusque pro alimento convehendis, usurpare etiam memorantur (8) ut P. Gasp. Schot. l. 9. mir. c. 20. ex Alberto Mag. Pelles ipsius in pretio sunt.

3) *Ambigui generis.*
4) *Calumniator.*
5) *Ira ferax.*
6) *Hospitis reverentia.*
7) *Impedimenta tollere.*
8) *Industria.*

Figuratè illos signat, quibus dictum illud convenit: *Caro an piscis sit, ambiguum est*; quod in vastos tectosq; quadrat. Ostentatis dentibus mordacem calumniatorẽ exhibet: Pedibus corticem ori admovens, victum agrestem. (9) Ligna ventre sufferens humile servitium, (10) &c.

9) *Victus agrestis.*
10) *Servitium humile.*

CATOBLEBAS, vel Catobleba, aut blepon. vitulo, aut tauro, simile animal, equinis ante frontem jubis, dejecto in terram vultu, mortiferis herbis pascitur, ideoque habitu & respiratione noxia reliquas fugat animantes, si occurrant aut irritetur, erectis jubis, flammanti-

XXX.

C

1) *Concupiscentia prava.*

busq; crudeliter oculis & exhalatione terra homines & jumenta enecat. (1) Vide Plin. l. 8. c. 21. Athenæum l. 5. c. 1. Ælian. l. 7. c. 5.

Figuratè concupiscentiam pravam, seu carnem & luxuriam denotat.

2) *Astutus. Mimus.*

CEROPITHECVS caudatus simius est, in utraque India, miro ut Nierenb. l. 9. c. 44. de nat. hist. refert, ingenio, æstu & agilitate celebris. (2) insignis est

3) *Amor prolis.*

parentum in proles, & harum in illo affectus. Illi has

4) *Amor parentum.*

portant in humeris dum adolescant: (3) hæ vicissim teneræ complectuntur. (4) Hominum familiaritatem affectant, unde siquem solitarium deprehendunt, ad hunc

5) *Familiaritas imparium.*

ludendi gratia accedunt. (5) Quin etiam siquid pecuniæ acceperint inter colludiones visi deponere, & pro sorte

6) *Ludēdi cupiditas.*

collusitare (6) fuit, qui victoris semper lateri sese applicaret: ac demum partem aliquam pecuniæ expoſceret,

7) *Fortunā sequi*

(7) quâ obtentâ, ad tabernam festinans, pro exhibitis

8) *Iustitiæ æqualitas.*

nummis flagitabat vinum, potabarque: nec cedebat, nisi quod erat impertasser. (8) Mutuò sibi hi simii opitulantur, si quis à venatoribus vulnus acceperat, hoc alii

XXXI.

foliis muscoq; arborum adhibito obligant persanantq;

9) *Auxilium mutuum.*

(9) si fluvius superandus sit, quia aquas vitant, ex arborum littoralium ramis caudâ se tenacissimè suspendunt,

10) *Ars maturam juvat.*

ac celerrimo quodam libramento in alteram sese ripam trajiciunt. (10) si major fluvius sit, plures ex se invicem

11) *Conjunctio dat vires.*

caudis & capite nexi catenatim pendent, quorum ultimus librationē quadam ad oppositam ripæ arborem connititur, tum velut per stratum pontem imbecilliores commigrant. postremò qui ab hac fluvii parte est, laxatur, & catenatim suspensi librantur in alterā. (11) Ubi

12) *Ars arte eluditur.*

peti sentiunt, conglomerantur & horrificè frendent, invaduntq; etiā si existimēt se fore superiores, jactas in

13) *Par pari respondere.*

sagittas prioribus pedibus (quā manuum instar sunt) sæpe velut porrectas arripiunt: (12) lapides etiam & fragmina arborū magna dexteritate in homines jaculantur. (13)

14) *Terrore complere.*

Ubi è suis quempiā tactum animadvertunt ruere, tanto fremitu, quātus nec leonum nec tigridum est, omnia implent. (14) Apros etiam aggredi & strangulare com-

15) *Audaciā dat, vires.*

plexu sunt visi. (15) Hispali cercopithecus dum se pevider, arrepto è cunis puero in tectū evolans, hunc vel-

scutul

scutum in se tendentibus jaculum opponebat. (1) Crocodilos ita abhorrent, ut per ignem & aquam, etiam fictos, fugiant. Hæc Nieremb. l. cit.

Figuratè hominem mimum, astutum, agilem, prolifi parentisq; amantem, promptum ad opem mutuam, industrium, se ingeniosè tuentem, vindicantem, &c. juxta historias propositas significat.

CERVVS timidissimum animal, quamvis magnis, ramosisq; cornibus (2) Hæc in cute fixa, quotannis verno tempore excidunt, quo latet: velut prorsus inermis, non nisi in tenebris ad pabulum prodiens. (3) renatis illis rursum luce subit. Quamvis castitatis, nec excidant, nec si ante exciderint, renascantur. (4) Cerva illis omninò destituitur, quanquam alicubi cornigera visa sit. Hæ à conceptu separantur: (5) relictis in pastu maribus, qui ubi (ut solet) tunc pinguiores effecti fuerint: tanquam minus apti cursibus, delitescunt. (6) Cervæ octonis mẽsibus pariunt, fœtum, cùm matureſcit, ad cursum saltumq; per dumeta, ne cornua irretiantur, instruunt (7) Ad canum latratus fugiunt celerrimi: fistulis tamẽ cantuque demulcentur, (8) & ut erectis auribus peracutè audiunt, sic demissis surdescunt. (9) Stupidiores sunt, quàm ut venantem, si juxta equum, aut bucculam incedat, satis observent. Cornuum, ubi creverunt, firmitatẽ in arboribus objectis experiuntur; (10) ubi excidunt, loca quærunt in hospita, ut tegantur. Serpẽtes insectantur ac devorant, quos etiam solo narium spiritu è cavernis protrahunt. (12) ubi his impleti sunt, frigidis sese aquis collo tenus immergunt, priusquam bibant: dum venenum per oculos extillẽt. (12) vulnerati jaculis dictamno sibi herba medentur, sagittis etiam post hujus esum excidentibus. (13) felle carent, (14) febrim non sentiunt. Centesimum etiam annum vivendo superant. Plinius post annos 100. captos asserit, cum torquibus aureis ab Alexandro M. appensis. Tempore schismatis inter Clementem & Urbanum VI. captus in Gallia cervus est ad Silvanectum, qui in torque ferebat. *Hoc me Cæsar donavit.* qui si Julius Cæsar fuisset, 13. secula vivendo hic cervus superasset, quã tamen ætatẽ Hesiodus illis attribuisse fertur. Vermes in capite vivos, sub lingua natos, ferun-

C

1] *Ingenia juvat*

XXXII.

2) *Timiditas frustra armatur.*

3) *Timor latebras quærit.*

4) *Castus magis constans.*

5) *Continentia.*

6) *Carnis curanoxia*

7) *Disciplina.*

8) *Institutio blanda.*

9) *Audiendi promptus & contra.*

10) *Experientia firmat.*

XXXIII.

11) *Christus peccata tollens, & patiens.*

12] *Medicina juvat*

13) *Manet.*

14) *Sine morbo se-nes.*

feruntur alere numero circiter 20, forte ad humores noxios absumendos, (1) intra oculorum quoq; os vespas nasci ac provolare dicuntur. [2] Cicutari haud difficulter possunt. Attagen eis familiaris sæpè dorso insidens pilos vellicat, [3] Aquila insidiatur, unde collecto in alis pulvere capiti inhærens, hoc in oculos concussis alis everberato per rupes in præcipitia adigit, ut cadavere potiatur. [4] Aries quoq; conspectus in fugam cervos agit. [5] Cornua in re medica adversus venena prosunt, eorũ succensorum odor etiam serpentes abigit. Mutuâ cervi operâ flumen transeunt, dum fortiori prævio sequens inclinat caput, & huic subsequens, idq; longo sæpè ordine, dum primus fessus terga deinde aliorum inclinatus subit. (6)

Figuratè, etiã in proverbiis designat timidũ, quò & illud ironicũ spectat: *Cervus canes insectatur*. (7) In S. literis per cervum serpentibus infestũ Christus rectè intelligitur. ps. 73. v. 14 itẽ per hinnulũ in montibus Cãt. 6. Apostoli quoq; qui & potestatẽ accepetũr supra serpentes, & in omnẽ terrã effusi sunt. Cervæ parturientes, doctores sunt prædicantes, (8) Job. 30. v. 1. Animæ item devotæ, quæ sicut cervus desiderãt fontem (9) ps. 24. Et, charitate mutuâ se supportãtes Christiani Gal. 6 Cervi in mõtibus (10) perfecti. Ceterùm cervus saliens celeriter: excornis (11) inermẽ & pavidum; in arborẽ impingens cornua (12) sine hoste pugnacem: erectis ad fistulã auribus, (13) voluptate captũ; demissis auribus (14) surdastrũ: cum torque annosum: vespis è capite provolantibus [15] stupidũ: aquis immersus [16] sanitatis studiosum: Attagenem in dorso sustinens, (17) amicis fidum: Aquilam patiens (18) in præceps abeuntem significat.

CHAMÆLEON in Africa Indiaq; rectis cruribus, suillo rostro, corpore aspero pisci haud dissimili oblõga sensimq; attenuata, sed viperinis orbibus implicatâ caudâ, aduncis unguibus, moru testudineo, oculis cavis & prægrandibus, hiãte semper ore, quo aerem ex quo solo vivit, (19) captat lacertæ magnitudine: colorem quemlibet ex contactu vicinorum trahit corporũ. [20] præter rubrũ candidumq;. Hibernis mensibus reconditur [21] Defunctus pallescit, sanguisq; in corde oculisq; tantum reperitur. (21) Plin. l. 28. c. 8. Figu-

8) *Ingenio vacillãtes.* XXXIV.
2] *Iracũda sed acris.*
3] *Amici minus offendunt.*
4] *Diabolus per mundum excæcat.*
5) *Minor fugat majorem.*
6) *Auxiliũ mutuum.* XXXV.
7) *Præpostorum.*
8) *Doctores*
9] *Devoti.*
10] *Perfecti*
11) *Inermis*
12) *Pugnãs sine hoste.*
13] *Voluptate captus*
14) *Surdaster.*
15) *Stupidus.*
16) *Sanitas studiosus*
17) *Amicis fidus.*
18) *Præceps* XXXVI.
19) *Gloriæ vanæ cup.*
(20) *Incensians, Adulator politicus* (21) *Adversitatis fugiens* (22 *immundus.*

Figuratè hominem variũ designat unde *chamæleonte mutabilior* in adagiis est: adulatorem item & politicum, qui cuilibet se assimilat & aptat superbum, qui aere pascitur, & Lev. 11 v. 30 immundum. C

CVNICVLI ex leporum genere fœcundissimi sunt, & sæpius in uno anno pluresque semper fœtus profundunt, (1) in calidis præsertim regionibus. In Baleatibus insulis aliquando famem, populatis messibus, creârunt. (2) Terram suffodiunt, neque è cavernis (quas foris plerumque, ut lateant, claudunt) nisi Vivertis animalculis longè minoribus, sed infestis, intro submissis extrahuntur. (3) In Hispania M. Varro memorat aliquando totam suffodisse urbem, ut incolis aliò migrandum fuerit. (4) XXXVII. Kralik,

Figuris servit præsertim fœcunditate, & suffodiendi more, quo & in proverbium venit, quando *cuniculis oppugnare* (5) dicitur, qui vel dolosè obnititur, vel clam subvertit.

CYNOCEPHALVS simiæ crassioris instar, nisi quod canino sit capite, & animal magis efferatum, facilè iram concipit, (6) petulans, ut simia est. Tempore æquinoctiali, singulis per diem noctemque horis, velut ad clepsydram dimensis mingunt, clamoremque stridulum edunt: horologiorum ut vice fungantur. (7) Interlunii tempore mas nec comedit, nec vultum terræ affixum elevat, (8) femina verò sanguinem mingit. Nascentem rursus lunam avidè præstolatur, & applaudit exorienti. (9) Hac temporum distinguendorũ gratiâ ab Ægyptiis olim Sacerdotibus studiosè alebatur. XXXVIII.

Figuratè mordacem calumniatorem designat, mutabilitatis quoque lunaris symbolum, ut horarum varietatem, sic humanam quoque inconstantiam adumbrat, hominemque nunc effusè lætum, nunc melancholicum designat

1] *Fœcundi.*
2] *Nimiũ vitium est.*
3] *Virtutem non mole.*
4] *Machinatio clanculatia.*
5] *Dolus & clandestina machina.*
6] *Calumniator.*
7] *Horologium.*
8] *Melancholicus.*
9] *Inconstans.*

CAPUT LXX.

D literam usque ad I continet.

I.

DAma ex genere caprearum animalium omnium timidissimum est, (10) ideoque gregatim incedit, (11) timoris stulti figura

10] *Timidus & fugax.*
11] *Timor fugatus.*

D

1] *Durus aut patiens.*
2] *Dolosum hospitium.*
3] *Phlebotomia.*

II.

4] *Fecundus.*
5] *Oscula internecina & fraudulenta.*
6] *Liberalitas hostis. Et amor proximi.*

E

III.

7] *Hostis armatus.*
8] *Pugil ambidexter.*

IV.

9] *Vinibile quid vis.*
10] *Levis res magnes spumis.*

DANTA quæ Indis capa dicitur vaccis muliſve ſimile animal, mulorum aures, vaccarum ora, ſed labro ſuperiore prominentia imitatur, pelle duriſſima ac pene impenetrabili eſt, (1) quâ proinde exſiccatâ, pro lorica aut ſcuto, utuntur barbari, ubi feram foſſis ferè excavatis interceperint (2) Ex aquis fortiſſimè ſe tuetur, immiſſoſque canes lacerat. Phlebotomiam illic homines docuit, cùm inhabilem craſſitiem poſitura, crus interius arundine vulnerarum aperit, miſſoque ſanguine reſpirat. (3) Nieremb. l. 9. hiſt. nat. c 18.

DASYPVS cum lepore à pleriſq; confunditur, quanquam Plinius lib 8. cap. 59 diſtinguat; pari tamen cum illis fecunditate lib. 10. menſibus ſingulis, ait, parere. (6) Nierembergius verò l. cit. ait Daſypodem reperiri apud Indos vertagi magnitudine, felinâ facie, corpore cinereo maculoſum, incredibili pernicitate, qui cervos majora venetur animalia, quæ ſolâ allambat linguâ in oculis repentè excæcet (4) Quædam enecet, tanta in illo veneni vis. Horum plura ubi congeſſit corpora, illa ceſpitibus obtegit, moxque conſcenſâ arbore ululatu feras è vicinia acerſit, quæ confeſtim ad hoc epulum advolant, & Daſypode in arbore reſidente eodem fruuntur. (5) quibus repletis, Daſypus accedit, & & reliquiis fruitur: ne ſi prior infixis dentibus ſuo infeciſſet toxico, feræ periſſent. (6) *Ita* in ſumma feritate inſignis adumbratur cum humanitate liberalitas.

EALE fera eſt in Æthiopia equo haud diſſimilis, colore nigro aut fulvo, caudâ elephantinâ, maxillis apri, cornibus taurinis cubito majoribus, (7) iſque mobilibus, quæ in pugna alternatim objicit, nunc recta, nunc obliqua, tanquam gladio ac pugione decertans. (8) ambidextri pugilis idea Plin. l. 8. c. 21.

ELEPHAS animalium ſi ingenium docilitatemque ſpectemus facilè Princeps, & hominibus, ſi ſermonem adderes, proximè æquandum. In Aſia, Africa, & utraque India, America dempta, frequens, mole ingens, cutem quernei corticis inſtar ſcabam duramque habet: niſi quod ſub ventre mollis ſit. (9) Pedes habet columnarum inſtar, aures latè pendulas, poſt quas vulneratus concidit. (10) dentes binos caninos prominentes, qui ali-

aliquando sex septemque æquant cubitos, nec ab homine ob molem ferri possunt, pro domuum postibus ac palis sepium adhibiti. (1) Proboscis ingens, quæ narium loco est, tum manus instar, quâ apprehendit, dividit, profligat omnia: quæque, nunc adduci, nunc protendi potest, & non tantum homini, sed trabi ferendæ par est, imò & ductando ad literas formandas calamo habilis, hac cibum, attracto spiritu, sustinet, patulâque, tanquam scypho, potum infusum excipit, & ori, sub ortum proboscidis latenti admovet, hac etiam exceptum gladium fatali ictu in adversantes latissimè circumvibrat. (2) Ex pluribus ipsius quæ commemorantur dotibus, nonnullas lib. 1. cap. 5. §. 2. exposui: nunc alia quædam notiora prosequar. Patrium fere sermonem intelligunt. Unde Acosta in histor. Ind. recenset, cum adduci non potuisset Elephas, ut liburnicam in mare protraheret, ubi tamen postulatum esset, ut in gratiam Regis Lusitani id faceret, (3) mox ho ho acclamasse, id est, volo ac navim protraxisse. Sic Pietius de Elephanto Hannone memorat, quod cum Rex Lus. Emmanuel hunc Pontif. Max. Leoni X. Romam destinasset, ille a Magistro clam persuasus, ne navim conscenderet, nulla arte adduci poterat; sed re animadversa, Magistrum Regis irâ territum suasisse Hannoni, ut obsequeretur, quod ad summum orbis Pontif. transitutus esset, (4) eumque mox secutum. Gloriæ perquam sunt cupidi. Plinius lib. 8. Elephantem fuisse memorat Regi Antiocho, cui nomen Ajax, qui Dux agminis cum esset, flumenque quod superandum nollet ingredi, pronunciatum à Magistro, ut qui ex aliis transisset primus, is Dux ceterorum esset: (5) moxque alium Patroclum flumen superasse, quâ ignominia Ajax adeò tactus est, ut voluntariâ se inediâ confecerit. (6) Recentius est quod Nieremb. lib. 9. cap. 88. adfert. Goæ, inquit, navis quædam ad littus extrahenda erat, cui cum elephas semel iterumque frustra vires admovisset, indignatusque Magister exprobraret ignaviam, seque alium adducturum minaretur, qui id faceret, bestia pudore & ira concitata tanto rem nisu aggressa est, ut creparet media, eodemque vestigio exanimis procideret.

E

1] *Pretiosa res negleta.*

2] *Omnia in uno. Vis magna in parvo.*

3] *Veneratio Regis.*

4] *Veneratio Pontif.*

5] *Gloriæ cupiditas.*

6] *Ignominia impatientia.*

V.

ret. (1) Ut verò intelligas, quanta illis memoria, sive ad gratitudinem benefactorum, sive ad vindictam malefactorum insit, refert idem Elephantos cum Magistris quotannis Goæ officiales urbis Xenia postulatum vicatim adire, salutare primùm reverenter, moxque etiam ubi munus acceperint, in genua sese, gratiarum ergo, submittere: quin ubi deinde multo post tempore eadem ædes transeunt, flexo ad januas capite venerari. (2) Acosta scribit in urbe Cochinensi militem obvium elephantem per ludificationem putamine nucis impetiisse; at hunc collecto putamine studioseque asservato, post dies aliquot, eidem militi obvio putamen in faciem magno nisu excussisse; sicque abiisse exultabundum, quasi par pari rectè compensasset. (3) Eadem in urbe cum miles obvio via cedere detrectasset, Rectorque deinde quereretur, Elephas notatâ injuriâ post tempus aliquod deprehensum in ripa fluminis militem illico corripit, & ter quaterque aquis mersum, rursum sistit in litore, discedit que. (4) Ita Ælian. l. 6. de an. cap. 52. memorat, servum qui hordeum admetiebatur elephanto, suppositis lapidibus, ut mensura constare videretur, fraudasse de modio, latere id tamen sagax animal non potuisse. Unde cum hunc vidisset polentum coquere, collectum proboscide sabulum ultionis causa in ollam infudisse. (5) ut huic vetus illud accini posset: fraudem fecit & passus est. Nec minus judicii habet quod Bellonius in sua Asiat. pereg. refert; suo in comitatu Elephantum fuisse, qui in stabulum à viâ ductus, cum esuriret, hordeum in præsepi abacto Asino occupasse. (6) Sed cum deinde suam ex hordeo mensuram acciperet, proboscide divisisse hordeum, Asinoque procul stanti obtulisse, ne iniquus raptor esset. (7) Docilitas eorum variis exemplis memoratur lib. 8. apud Plin. & Suetonius in Galba cap. 6. tradit: hunc ante imperium spectaculum exhibuisse Elephantis qui ad theatri fastigium cum suo sessore conscenderit, perque extensum funem procurrerit. (8) Et Ælian. lib. 2. cap. 11. Germanicum Tiberii nepotem in theatrum duodecim induxisse elephantos, qui ad moderatis imperium, nunc in orbem saltarent: nunc ordinatè

rursum

B

1] *Conatus viribus major.*

2] *Gratitudo.*

3] *Talio.* VI.

4] *Vindicta aqua.*

5] *Talio.*

6] *Vis pro jure.*

7] *Restitutio aqua*

8] *Docilitas.* VII.

rursum graderentur, eorumque mares sex virili habitu totidemque femellæ in stolæ muliebri denique ad stratam opiparè mensam, quæ hominibus præparata videbatur, per lectos ordine accubuisse ac de singulis moderatè ferculis libasse. (1) Cardanus lib. 10 subtil. refert fuisse qui cum in auribus bina haberet cymbala, alternatim promuscide aptè ad choreas concussisse, dum saltarent ceteri. (2) Augerius Busbequius in suo itinere Constant. scribit vidisse se Elephantem, qui & ad cantum alternatim motis pedibus saltitaret, & excussam in se pilam proboscide tanquam manu reverberaret. (3) Ceterum Solem lunamque veneratione quadam observant Elephantes, ut quibus sideribus plurima beneficia debeant. (4) Execrantur & inter se, & in hominibus violatam conjugii fidem. (5) Ira Ælian. l. 11. c. 15. ex historiis Indicis narrat Elephantem Altoris sui conjugem unà cum adultero in mutuis amplexibus infixis dentibus confodisse, cujus simile sub Tito Imperatore Romæ factum memorat. stragula veste prius injectâ, & cum nutritor veniret reductâ, ut scelus oculis vindicatum exhiberet. (6) In Pegu Nieremb. lib. 9. cap. 92. refert Elephantem profusis quindecim dierum lacrymis, & cibo rejecto Regis sui Annatensis in prælio cadentis mortem luxisse. (7) Vixque tandem à ministris Regis Pegu blanditiis ad cibum inductum. Non consuescunt invicem nisi in occulto. (8) Sunt qui illos decennio uterum ferre dicant, Aristoteles tantum biennio. (9) Vivunt plures annis ducentis, jam sexagesimo primum juvenes. (10) Gregatim defensionis causa incedunt, robustiore Duce. (11) Unde Troglodytæ dum eos in venatu capiunt, ex arboribus in posterioris insilire tergum solent, nervosque secuti incidere. Vulneratos, infirmosque, aut fessos in medium consueverunt agmen suscipere. (12) Alibi occultis captivari fossis; alibi per femellas cicures odore grato tinctas in stabula arboribus tantùm clausa abduci solent. (13) fame deinde, immissisque telis tamdiu exagitantur, dum animo & robore cadentibus adest qui verbis blandis demulceat, impunitatem obsequentibus promittat, ac denique appositò cibo reficiat, (14) quâ capti humanitate

E

1] *Convivax sobrii.*
2] *Chorægus.*
3] *Artis docilitas.*
4] *Veneratio debita.*
5] *Castitas.*
6] *Adulterii vindex.*
VIII.
7] *Luctus in morte.*
8] *Verecundia.*
9] *Partus tardus.*
Magna tardè proveniunt.
10] *Ætas matura.*
11] *Primatus virtutis.*
12] *Infirmorum cura.*
13] *Seductio per fœminas.*
14] *Blanditiis capere.*

E

nitate feritatem deponunt,& parent monentibus. Musicis etiam instrumentis ad mansuetudinem emolliuntur.(1)Læsi suos cum possunt læsores persequuntur.(2) Ita Hannibal cum traducere trans flumen non posset, immisit in primum Elephantum percussorem, qui cum repente in flumen se natando conjecisset, is, ac deinde reliqui,hominem sunt insectati,ut Pierius hier. lib.2 cap.18.suam verò in aquis maximè horrent imaginem unde turbatas facilius subeunt, neque ex iis nisi turbatis bibunt.(3) In acie,olim contra Romanos quoque ab Asianis & Africanis adhibiti. Integras armatorum ferunt turres hostemque armata proboscide latè submovent aut profligant. Sed cum ignes, porcorum grunnitum,hircos. (4) Imò mures parvos ferre non possint, ut qui per illorum cavam proboscidem in caput conscendant, (5) facilè in amicam aciem retroacti & furore conciti omnia proterunt, & imperia negligunt. (6) Ceterùm fortiter dextreque in acie etiam pugnare discunt,ut Strabo lib.15. Nam & lapidem ad intentionem jacere, & armis uti,& natare, cum opus est,visi sunt, quin & diversa linguarum callere idiomata.(7)

1] *Musicæ amor.*

2] *Vindictæ cupiditas.*

IX.

3] *Horror suæ imaginis.*

4] *Impuritatis fuga.*

5] *Hostis minor pellit.*

6] *Auxilium noxium.*

7] *Docilis ad pugnã.*

Figuratis significationibus abundat Elephas in adagiis etiam celebris. Unde est de re tarda sed grandi *parere elephantem*, quod Theophrastus post decennium conceptionis apud Pier. lib.2.c.11.fieri sentit. De re celebri *Dens elephantis* (8) propter quos præcipuè capiuntur,estque ebur. *Ex formica* vel *musca elephantum facere* (9) usurpatur in illos, qui rem vilem extollunt. In hominem durum pronunciatur: *Elephanti coriotectus est.* (10) Item ἐλεφάντος διαφέρεις οὐδέν, *ab Elephanto nil differs*,adeò difformi ut propriam etiam umbram horreat.(11)Sic dices: *Mus elephantum*,quando res parva maximos turbat, vel *Elephantus non capit murem*, (12) id est Magnus parva contemnit,seu generosus animus vilia contemnit. Ceteræ figuræ ex ipsis facilè historiis eminent.

8] *Celebris merces.*

9] *Vilis res prædicata.*

10) *Durus homo.*

11] *Deformis moles.*

12] *Parvus magno oppositus.*

EQVVS notum animal pro regionis ingenio majus minusve, celerius tardiusve, Magni fortesque in Frisia Germaniæ septentrionalis ora : in Ungaria mi-

nores

ores celeriores & patientiores inediæ. (Arabici equi celerrimi aliquando continuato nocte dieq; cursu centum absolvunt milliaria. Oblatus probo Imperatori equus, qui per dies decem parem cursum continuaret aut Naueler. Gener. 10. quem tamen recusatum amico obrulit, quod diceret nolle se equum ita fugæ idoneum. (2) Sarmatæ ad celerem profectionem equos tenui pabulo pridie subministrato ad cursum aptissimos habent. (3) Pernicissimi feruntur equi, sed vitæ brevis, quos equæ stimulante venere ad ventum Boream, vel Austrum, vel Zephyrum (quales ad Tagum amnem) aspirantem versæ concipiunt (4) de quibus Virg. l. 3. Georg. Ælian. lib. 4. cap. 5. Plinius Columella & alii. Jam bimi aut trimi possunt concipere; sed non nisi duodecimo aut undecimo post mense patiunt. (5) adeò pullorum amantes (nisi Hippomanes, seu tuber ante frontem pulli enatum, alia equa, quàm mater morsu esuque præripiat, tum enim amorem mater perdit) ut illorum absentium desiderio macrescant. (6) Tartaros, narrat Paulus Venetus cum prædandi gratia septentrionales partes, quas multis mensibus sol non tangit, ingrediuntur, relictis ad fines pullis, quâlibet excurrunt; ut cum redeundum, equæ ad hos reditum inveniant, qui sine hac arte iuter tenebras incertus esset. Matre pulli mortua, aut sublata, altera ejusdem alendi curam subit. (7) Inter equos hermaphroditi reperiuntur, quales Nero Imp. olim omnis insolentiæ amator in Trevetico agro repertos curru adhibuit, (8) at Plin. l. 11. c. 49. Qui in Ponto equas nigro lacte, quo indigenæ alerentur, repertas etiam memorat (9) l. 2. c. 103. Sed & Ælianus in India uno in fronte cornu equos reperiri docet, ex quo confecta pocula venenum omne innoxium bibenti faciant. (10) lib. 3. c. 39. Probatur Varroni maximè equus, qui est brevi capite, nigris oculis, latis naribus, auribus brevibus, amplo pleque pectore, humeris latis, ventre modico, lumbis deorsum pressis, scapulis non angustis, spinâ duplici, caudâ ampla, cruribus rectis & æqualibus, genibus rotundis, ungulis duris, toto corpore venenoso.

Dociles sunt inprimis equi, & num peritum animo-

sumque

E

1] *Virtus unita fortior.*

2] *Fuga præsidium.*

3] *Abstinentia roborat.*

4] *Natalium virtus.*

5] *Magna tardè proveniunt.*

6] *Amor parentum.*

XI.

7] *Amor proximi.*

8] *Hermaphroditi amati.*

9] *Rara res, lac nigrum & equus cornutus.*

10. *Venenum innoxium.*

XII.

E

1] *Docilitas & fides.*

sumque fessorem habeant, facilè observant. Ita Bucephalus postquam Alexandrum peritè flectentem expertus esset, alium deinde insessorem non tulit, Regiq; conscensuro genua etiam inflectere doctus est. (1) Idem ubi inter medios hostes lethale vulnus excepisset, Regem tamen ante in tutum extulit, quam succumberet. Unde præter sepulchrum, quod ei Rex condidit, urbem etiam ejus nomine excitavit, & Julius Cæsar equum habuit velocissimum, & solius Cæsaris patientem, cujus priores pedes humanos digitos referrent, ideoque Aruspices hoc illi equo imperium portendi dicerent; sed & equo hoc flente ejusdem mors prænunciata creditur. (2) ut Sueton. in Cæs. c. 61 celebris apud Romanos Cn. Sejo equus fuit, ut mole corporis singularis, ita habilitate ad omnia promptus; sed infœlicissimos semper Dominos habuit, ut in proverbium infœlicis abierit: *Sejanum equum possidet.* (3) Nam Sejus à M. Antonio Triumviro extremo supplicio affectus est. Emit Corn. Dolabella H. S. centum millibus, sed & hunc contra Cassium pugnantem victumque destituit. Cassius equi possessor ab Antonio victus sibi manus intulit. Antonius, qui equum abstulerat, ab Augusto victus, simili mortis genere occubuit. Gellius l. 3. c. 9. Clodovejus Rex Gall. perquam habilem sibique charum equum nactus, eum, si contra Alaricum Visigoth. Regem vinceret, Turonensi Ecclesiæ voto obtulit. Reus voti jam victor stitit equum, & oblatis centum aureis redemit, verùm equus moveri se loco passus non est, tanquam infra pretium census. Sensit Rex, alterumque tantùm obtulit, obsequentemque, ut prius, equum habuit, (4) ut Vinc. hist. l. 22. c. 3. Corinthi vir nobilis Joanni Pontifici ad Justinum Imp. profecturo equum, pro aliquo itinere conficiendo, obtulit, quo uxor viri, tanquam miti & ad omnia habili usa fuerat. Remissus equus nulla deinde arte adduci poterat, ut Dominæ pareret; ideòque Pontifici remissus donoque oblatus fuit. (5) Greg. M. lib. 3. Dial. c. 2. Tuba musicisq; concentibus excitari ad bella equos compertum est. Sybaritarum in Italia equi ad sonum tibiæ saltum choreasq; ducere instructi erant, ut Ælian. lib. 16. c. 23. memorat, quod Crotoniatis eorum hostibus

2] *Amor & obsequium erga Dominum.*

3] *Possessor infœlix.*

XIII.

4] *Æstimatio justa sui.*

5] *Servitus honorata.*

E

hostibus victoriam in bello attulit, quando hi tibiis ad saltum equis præludentes, eosdem ad consuetas choreas, dum pugnandum esset, converterunt. [1] Ita Olaus Mag. l. 2. c. 21. in Blandia insula maris Gothici parvos esse equos refert, singulari agilitate, ad choreas saltusque rarissimos, etiam per angustos circulos, facilè dociles. (2) Et Scaliger Exerc. 209. scribit in Agyrta circumductum, qui posterioribus solum pedibus incederet, prioribus gesticularetur, in clunibus sedens, pelvim sustineret, vinum biberet, aliaque id genus officia obiret.

1) *Delitia perdunt.*

2] *Docilitas.*

Amor fidesque equorum erga Dominos celebratur. XIV.
Nam ut Plinius lib. 8. c. 42 Interfecto Rege Scytharum ex provocatione dimicante, cum victor ad eum spoliandum descendisset, insurgens illius equus ictibus morsuque hominem confecit. (3) Sic qui Antiochum occiderat Gallus Centeretrius, equo illius conscenso in præceps abreptus periit. Non minus admirandum quod refert Aristot. de Animal. lib. 9. cap. 47. Scytharum Regi equam fuisse ex qua mares omnes generosi nascerentur. Ex his unum ad matrem, ut consuesceret, adductum, coire noluisse, donec illa tandem alio loco eidem, velo operta, fuisset proposita. Tum verò ut eandem detectam matrem esse didicit, confusione plenus, semetipsum præcipitem interemit. Ælianus lib. 4. cap. 6. non solum hunc equum sed & matrem sese asserit præcipitasse. Tantus etiam in brutis incestûs horror (4) Fortitudo illorum in bellis celebrata. Unde & Martis sacer olim fuit. Cum leonibus certare audent. Ita non pridem Cæsaraugustæ in Hispania equa cum leone commissa, quæsito angulo, huic tergum objecit, eique adorienti tam gravi ictu perstrinxit frontem, ut postridie extinctus sit: quamvis leo aliquantulum ab ictu hoc respirans, ne inultus occumberet, ingenti sese saltu in equam injecerit, dextroq; armo avulso, stratam confecerit, duello utrique fatali, (5) ut Lud. Richeom. in Valedict. animæ coll. 12. : Plura de equis alibi tradimus.

3] *Fidelis victor.*

4) *Incestus horror.*

5) *Duellū fatale.*

XV.

Figuris variis serviunt. In proverbiis: *equis albis vehi*, est felicem esse, sive victorem. (6) Ita enim hi olim in

6) *F. lix. Victor.*

E

2) *Fortuna excidens.*
4) *Senium neglectum.*

capitolium ferebantur. Contrà *ab equis ad asines transiit*, qui fortuna sua dejectus est. (1) *Equi senectam vivere* dicitur, vir quondam gloriosus, at in senio neglectus. (2) ut tales solent, vel malè pasci, vel curribus applicari dum succumbant. *Precul ab equinis pedibus est*, qui declinat periculum. At S. literæ figuris ab equo ductis frequentius delectantur. Equites duo Isa. 21. qui prodierunt ad singulare certamen, Hieron. super hunc locum, Christum & Diabolum esse statuit (3) Equus sub flagello: Prov. 26. v. 3. Bedæ hic superbus est sub virga [4] Equi tres, Apoc. 6. rufus, niger, & pallidus. Augustin. hom. 3. super Apoc. est bellum, fames, & mors, [4] in fine mundi graviora: Equi hinnientes, signant amatores libidinis. [5] Jerem. 5. ut Basilius Hexam. Equus indomitus psal. 31 populum gentilem legi Dei obluctantem, ut hic significat Hier. (6) Equus fallax ad salutem Ps. 32. eidem corpus humanum designat. (7] Vide Laureti Sylvam.

3) *Christus & Diabolus.*
4) *Superbi castigatio.*
5) *Bellum, fames, mors.*
5] *Libidinosus.*
6) *Refractarius.*
7) *Corpus humanum.*

XVI.

EIVLATOR apud Nieremb. lib. 9. cap. 72. reperitur in orbe novo. Vastum animal, canis leporarii magnitudine, quod ejulatum puerorum noctu ante villas & oppida simulans, ignaros doli, foras prorrahit, interceptosque enecat. (8] Sed consci non nisi incensis titionibus egrediuntur. Adulatoris pernicios imago est.

8) *Adulator noxius.*

9) *Vis unita fortior.*
10) *Ars arte delusa.*
11) *Opes perdita, ne prosint hosti.*
12) *Annone provisio.*
13) *Effigium.*

ERINACEVS, sive *Echinus* parvum instar glitis animal, spinis, tanquam crinibus, armatum est, quibus contractum in globum ita se munit, (9) ut apprehendi à nullo possit, nisi juxta ventrem infundatur aqua, vel calidâ perfusum sese explicet [10] tum ex pede suspensum inedia conficitur, ut cutis vestibus expoliendis serviat, si tamen in hac necessitate suo se perfuderit lotio, spinæ computrescunt. (11) Arbores conscendunt, excussisque pomis, eis se involvunt, ut spinis hærentia in cavam arborem, aut foveam transferant, & prospiciant hiemi. (12) Os cavæ plerumque geminum habent, ad meridiem & septentrionem; illudque quod ventus afflavit, obturant. (13) Brasilienses echini majores simiam æquant, &, præter fructus, columbarum & gallinarum pullos captant, ipsi, in gratum quoque cibum, pingui

XVII

candi-

candidaque carne petiti; (1) sed spicula illius venenata sunt, quæ ex ipso corpore in persecutores suos ejaculatur, qui transfixi lento toxico conficiuntur. pulvis tamen eorum demortuorum dysenterico malo medetur. (2) ut Guliel. Piso hist. nat. l. 5. 21.

Figuratè in proverbium abiit de homine duro, *Echino asperior*, (3) & de malè cunctabundo, qui sibi noceat: *Echinus partum differt*, quod dicant stimulatâ ad partũ alvo cunctari, dum prole magis jam spinosa magis patiens affligatur (4)

FELIS vel cattus notum animal, muribus [5] avibusq; nonnunquam & pullis gallinaceis infestum. Unde Elephantis custos felis jungi solet, ut mures arceat. (6) Mas femina salacior, hæc fœtus sui amantissima, noctu juxta atque interdiu videt, tum sæpe acutius, quòd à meridie in solari lumine visus hebetior sit. [7] Puritatis amantes, unde & sordes proprias defodiunt. (8) Bufones, serpentes, rutamque herbam aversantur; ut si hæc columbariis adhibeatur, queant arceri. Valerianam herbam adeò depereunt, ut si radicem ejus projicias, mitis lætitiæ signis circumsiliant, vellicent, basientur. (9) Si in sacco clausas aliò deferas, domum tamen relictam invenient reduces. Quam licet hospes deserat, ipsæ pergent incolere (10) Mirum est, quod Scaliger Exerc. 217. nu. 9. refert Malabariam agrestes feles in arboribus alere; quæ nunc currant, nunc demissa extensaque sub cruribus pelle, ut in pedibus ansetinis est, volitent, & quasi remigatione pedum tranent aerem, (11) sed majorem utilitatem habet felis Zibethica, de qua idem Exerc. 211. quæ majori & maculoso corpore, non solum in orbe altero, sed etiam in Hispania, Italiâque alitur, & quoddam excrementum in loculo inter femora colligit, quod indies cochleari excipitur, gratissimique jam concretum, odoris est. Majori autem copia tunc provenit, quando animal virgis exagitatum sudat; & angitur. (12) Ex hoc quidam Ulyssipone ad 1500. aureos quotannis conficere memorantur, ut Majol. habet coll. 7. de Lynce.

Figuratè adagiis locum fecit de rapaci *Felis, Tartessia*: [13] sunt enim, ut ubique, sic hic rapaces, & *feli crocoton*

F

1] *Prædatores prædæ fiunt.*
2] *Telum vulnerans & sanans.*
3] *Immitis homo.*
4) *Cunctatio noxia.*

XVIII.

5] *Inimicus insidians.*
6) *Custodia, Vigil. Magna parvis egent.*
7] *Amans teneł rarit.*
8) *Amans puritatis.*
9) *Amanti omnia pulchra.*
10) *Patria domus amor.*

XIX.

11) *Volare sine pennis.*
12) *Tribulationis uberior fructus.*
13] *Rapax:*

G

1) *Indigno dignitas.* 2) *Delicatus*

(quod pretiosæ vestis muliebris genus est feli parum conveniens) cum indigno ornamentum confertur. (1) *Zibethi felu*, dicitur in delibutum odoramentis hominem, (2)

XX.

3) *Pietas erga parentes.* 4] *Quies proficua.* 5) *Periculũ declinare.* 6) *Vtilitas consanguinitate potior.* 7) *Lux excæcans,* 8] *Somnolentus.* 9) *Gulosus.* 10) *Gula perdit.*

GLIS ex majoribus est muribus, genitores senio confectos alunt, (3] hieme tota dormiunt suis in caveis atque impinguescunt magis, quàm æstivo pabulo, imò ad vegetiorem ætatem redeunt, absterso veluti senio. [4) Ædium ferè ruinam præsentientes ante demigrant. (5) Integris aliquando turmis collecti adversus peregrè adventantes pugnant. (6) Fumo atque igne, tum etiam venenis in pabulo mixtis pelli, aut enecari solent, nocturnis etiam facibus excæcati sistuntur. (7) Glis imago est somnicolosi ac pigri hominis, Unde illud, *Glire somnolentior.* (8)

GVLO apud Livones Moschosq; animal est nigrum pilosumq;, facie felina, corpore & cauda vulpina, quod cadaveribus voracissimè pascitur, impletumque tympani instar inter angustias rupis arborumve corpus strictum ante retroque evacuat, moxque ad escas rursus implendum advolat. [9) propria gulosorum imago. Pellis brumali tempore occisi in pretio est Quare tunc cadavere ad silvas producto, (10) insidiosis fossis, vel decipulis intercipitur.

H

XXI.

11) *Libidinosus.* 12) *Inflexibilis.* 13) *Crudelitas ingeniosa.* 14] *Personam fingere.*

HIÆNA colore ferè lupino, sed paulò hirsutior, & continuatâ per totum dorsum juba est. Cui ut Plin. l. 8. c. 30. Vulgus utramque naturam tribuit, ut alternis nunc mas, nunc femina pariat. (11] quod tamen Aristoteles negat, cùm alterum, ut ait, genitale impervium sit. Spina dorsi ad caput usque protensa est, ut flecti, nisi toto corpore verso, nequeat. [12) Noctu vagatur & cadaveribus mortuorum, è sepulchris erutis, vescitur. Quanquam & canes vivos quærat, unde, ut hos provocet, hominis imitatur vomitum, accurrentesque intercipit. (13) Ubi tamen hæc deficiunt, sequitur Pastorum stabula, & observato illorum nomine, humanæ vocis imitatione, scitè hos exprimit, evocatosq; occidit. [14] Ælian. l. 6. c. 13. præterea in dextro pede vim habere sopiendi asserit, quem noctu stabula subiens, admovensque naribus, homines lethargo sopiat, incum-

ncumbens suffocat. (1) Sic lunæ orbe pleno, suam canibus umbram injicere, quos repentè mutos stupefactosque sensibus abducat (2) Addit Vincent. hist. nat l. 18. c. 61. ex Aristotele, in Arabia genus, quoddam Hyænarum esse, quæ cùm feram, vel hominem prævideri, obstupescere ac consistere immotum faciat. (3) Plin. l. 28. c. 8. ait Pantheris usque adeò terrori esse, ut ne qui dem conentur resistere, quin si pelles mortuarum vicinæ sint, pilos decidere Pantheræ. (4) Sed nec quenquam ab his appeti, qui ex Hyænæ corio quippiam possederit. Ex Hyena & Leæna commixtis Crocutam nasci Plinius lib 8 cap. 20. tradit, quæ & hominum pecorumque voces imitando, eosdem in insidias deducat, [5] fera inprimis dentata. Idem, Ælian. lib. 7. cap. 18. tradit in silvis adeò dolosè à Crocuta fieri, ut siquem ex plurium numero suo vocat nomine, sensim recedat, iteratoque compellet, dum longius seductum impune enecet. (6) Vide plura apud Majol. col 7.

HYSTRIX de Erinaciorum genere est, leporino ore, acutis dentibus, auribus penè humanis, spinis partim albis, partim nigris, duorum vel trium palmorum, utrimque acuminatis, quas in canes, aut homines insequentes jaculatur. [7] In dumetis ferè latitat, & noctu sæpius egreditur, ut poma, rapas, panem, &c. rapiat. (8) Hieme suis cavernis reconditur. Cinis hystricum combustorum partus conceptos solet continere. [9] Asperi iracundique hominis figura est.

ICHNEVMON mus Indicus quoque, seu Pharaonis dictus, magnitudine felis, sed longior, & cauda veluti serpentina, pilis lupinis, rostro suillo, dentibus felinis ac peracutis: amphibium animal, &, ut Ælian. l. 10 c. 48. censet, hermaphroditum, quod alternatim concipere queat ac parere. Pugnare tamen inter se, ait, & victos sortem seminarum ac pariendi onus subire. (10) Ceterum vivacissimũ animal, & semper lusibus intentum, (11) ventorum tamen & frigoris impatiens, ubi alterius animalis sinu calefieri nequit, in seipsum, velut erinaceus, convolvitur. Nullum hostem formidat, omnes aggredi audet, canes, equos, camelos, elephantes, serpentes maximos. (12) Crocodili dormientis os aper-

H.

1) *Somnus fallax.*
2) *Umbra lethalis.*
XXII.
3) *Obstupefactio.*
4) *Inimicus implacabilis.*
5) *Personæ fingere.*
6) *Insidiæ.*
7) *Tela improvisa.*
8) *Fur.*
9) *Immitiũ mors grata.*
XXIII.
10) *Victor vir.*
11) *Ludicrorum amans.*
12) *Audacia ad pugnandum.*

L

apertum [ut trochilos avicula ejus ex more dentes purget) subit, ut Plin. l. 8 c. 15. & intestina corrodit, hepate ejusdem delectatur, (1) felem tribus dentium ictibus conficit. Sensim humi reptans ad prædam conspectam procedit, tum repente in posteriores erectus pedes insilit. (2] Contra aspidem tamen pugnaturus, antè volutatus in luto, in sole apricatur, dum siccus, velut sub lorica, incedat. [3) Gillius cicurem habuit, ut c. 11. ad Cardinalem Armaignacum scribit. Idea magnanimi, sed parvi est hominis.

1) *Hostis domesticus*

2) *Magnanimus.*

3] *Providè armatus.*

CAPUT LXXI.

Literam L usque ad O comprehendit.

I.

LEO Rex animantium, animal generosum, jubis circa caput collumque velut coronatum. (4) Quæ tamen ut leænæ desunt, ita & eis catulis, quos hæc ex Pardo concepit. [5) Cujus consuetudo ut leonem fallat, vivo flumine odorem contractum solet abluere, ne ab ultore adulterii leone discerpatur, (6) ob cujus timorem adultero quandoque adhærescit. (7) Feminæ primo partu quinque ferunt catulos, perque annos singulos deficiunt singulis, dum post unum omnino sterilescant. [8) Apertis catuli nascuntur oculis, (9) sed adeò imbecilles, ut post alterum vix mensem nitantur pedibus. Soliciti pro catulis postquam pepererunt, nonnisi obliquis à cubili excedunt, aut ad idem redeunt itineribus, ut venatores fallant, (10) pro eis ad mortem usque dimicant, nec aliter loco cedunt. (11] Leæna enim cæcè, dejectis in terram oculis, ne objecta sibi formidet arma in sectatores catulorum irruit. (12) Ubi raptos sibi absenti cognovit, impotenti ira furit, persequiturque. Cæterùm dolis ac suspicione carent (13) nec limis quenquam intuentur oculis, aut sustinent ita intuentē. (14) Nec multitudine facilè, nec armis terretur. sed in medias sese turmas immittit, atque illum ante omnes persequitur, à quo plagam accepit. cujus aliquan-

4) *Rex.*

5) *Nothus.*

6) *Purgatio sceleris.*

7) *Adulteri.*

8) *Defectio.*

9) *Nativitas illustris.*

10) *Via tutior.*

11) *Defensio suorũ.*

12] *Pugna cæca.*

II.

13) *Doli expers.*

14] *Audacia.*

aliquando vindictam in plures annos memor reservat. (1) Ubi tamen vi armisque se premi sentit, objecto plerumque pectore, quod debiliora sint ilia, sensim pugnando recedit, aut si terga vertat, fortissimis caudæ ictibus se tuetur, (2) quam si sub femora contrahat, timoris conceptí est argumentū. [3] Quod, cum oculos insequentium se latere existimat, celeri fugâ fieri est observatum. [4] Saltu tamen, nisi invadens, non utitur, quando & cauda utrumque latus diverberans, sese excitare consuevit. (5) Rotarum tamen orbes circumacti, strepitumque inanes currus, (6) gallinaceorum cristæ cantusque, (7) & maximè ignes terrent. [8] Gregatim vix incedit, nec leænam quidem admittit sociam, suis ubique viribus fisus. (9) Somnus illi modicus, nec in hoc quidem clausi oculi, palpebris ad tegendum insufficientibus. (10) Ignei hi atque in tenebris etiam fulgentes sunt (11) Jam senes, ubi ad venatum minus idonei sunt, quandoque urbes subeunt intrepidi, ut prædam quærant: (12) quanquam ratò cibum sumant, triduanæ etiam patientes inediæ, (13) potum multò ratius affectent (14) Pueris feminisque & subjectis, omnique imbelli præda abstinet, cum gravior hostis potest spectati. (15) In arena capream negliget, & bovem invadet. (16) Demissâ ille caudâ clementiam, (17) erectâ indignationem spirat. (18) Satur longè est tractabilior, esurjens ferocit. (19) A teneris enutritus facile cicuratur. (20) Etiam beneficiis capi, atq; ad humanitatem traduci potest. (21) Necessitas illum subjicere hominibus visa est, & deniq; ad obsequium inflectere. (22) Variaq; & admiranda harum rerum exempla circumferuntur. Ita Ælian. l. 7. c. 48. narrat Androclem servum Româ profugum, ignarumq; in via in spelæum leonis quietis gratia divertisse, leoniq; reverso seq; ob læsum ex spina pedē submittenti, evulsâ hunc spinâ sanasse. Sed leo hic in Lybia captus Romam delatus est. Androcles verò etiam post aliquod tempus inceptus, atque ad feras damnatus cum in arenâ produceretur, ab hoc leone quam vis impasto, agnitus, & reverenter blandeq; cum omnium stupore exceptus, atq; ab immissa deinde Pardali etiam

1) *Injuriarum memoria.*
2) *Magnanimitas.*
3) *Metus constantiæ.*
4) *Fuga occulta.*
5. *Exercitatio*
6) *Mundi inconstantia.*
7) *Timor inanis.*
8) *Timor gehennæ.*
9] *Fiducia sui.*
10) *Vigilantia.*
11) *Virtus emicat.*
III.
12) *Senium delirum.*
13) *Abstinentia.*
14) *Sobrietas.*
15) *Parcere imbellibus.*
16) *Generositas.*
17) *Clementia mentis.*
18) *Indignatio.*

 defen-

19) *Fames stimulat.*

20] *Educatio bona.* (21] *Beneficiorū vis* (22) *Necessitas.*

L

1) *Benefactorem tueri*

2) *Amicitia disparium.*

3) *Vltio sceleris.*

IV.

4) *Fidelis ad mortē.*

5. *Rex a adulatores plectat.*

6) *Magnus in parvis.*

7) *Terror inanis*

8) *Irritare fortem.*

9) *Periculosa res.*

10) *Societas periculosa.*

11) *Christus.*

12) *Diabolus.*

13] *Apostoli.*

14) *Ecclesia Christi.*

15) *Fidens Deo.*

defensus, (1) quæ res tam leoni, quàm servo (quem Gellius lib. 5. c. 14. Noct. Att. Androdum vocat) peperit libertatem, qui deinde indivulsa amicitiâ convixere, muneribus passim tota urbe donati. (2) Plerisque acclamantibus: *Hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis.* Neque illud memoria indignum est ex Ælian. lib. 4. c. 45. quod cum juveni ferarum domitori canis, ursa, & leo essent, simul educati, & familiares, & ursa denique colludens cani, offensaque, illius ventrem lethali ictu afflixisset, leo atrocitatem facti indignatus, ursam justa ultione discerpserit. (3) Plus admirationis etiam Leo habet, qui Gerasimo Abbati, ob evulsam è pede spinam, tota deinde vitâ, etiam in oneribus pro asino [quem custos amiserat] sufferendis servivit, donec ejusdem sepulchro incumbens extinctus est. (4) ut Sophron. in prato spirit. memorat. cap. 107. & ex eo Majolus coll. 7. Leonem ægrum ferunt carnibus simiarum devoratis sibi restituisse. (5) Philost. l. 3. c. 1.

Figuris latè servit. Unde adagia nata sunt: *Ex ungue leonem.* [6] in hominem qui ex parvis fortiter gestis, se magnum ostendit. De viro forti nequicquam territo: *Leonem larva terres.* (7] De forti irritato: *Leonem stimulas.* (8) De periculoso negotio: *Leonem radis*: vel *Leonis caudulam abs.* (9) De consortio tali *Leonina societas*, vel *leonem chordâ vincire.* (10) Sunt & *Leones Megarenses* celebres, qui dum illos contra hostes urbem invadentes è caveis laxarent, ab iisdem malè discerpti interiêre. Pier. lib. 1. cap. 8. In sacris literis modò Christum leo designat [11] Gen. 49. Isa. 15. &c. Modò diabolum, (12] ut Job. 4. 1. Petr. 5. &c. Leunculi duodecim in solio Salomonis. 3 Reg. 10. designant, (13) juxta Gregor. lib. 30. mor. cap. 11. Apostolos. Leo habitans cum ove, Isa. 11. juxta Hieronymum in hunc locum, Principes cum populo in eadem Ecclesia congregatos (14) Est & mortis imago. Psal. 21. hominis rapacis. Osee. 1. Justi, Deo fidentis, (15] Prov. 20 Isa. 21. &c. Vide plura alibi tradita.

LEPVS

LEPVS animal timidissimum, (1) ideoque non vulpium tantùm, & aquilarum; sed & accipitrum, corvorum, ac mustelarum insidiis prædæque expositum. (2) fertilissimum simul, cum superfœtet, addatque concepti conceptum, singulisque mensibus pariat. (3) Unde Athen. lib. 9. observatum, in Astypalæa leporum ignara, memorat, quòd Antiochi Gonatæ temporibus duo in hanc regionem illati, intra anni spatium tantam posteritatem reliquerint, ut plures sex millibus caperentur. Ælian. lib. 13. cap 12. Hermaphroditos in his esse memorat, qui & impleant, & impleantur, patres juxta matresque. (4) In Ithacam Ulyssis ptriam illati moriuntur. (5) In Propontide bina habent jecinora. Fœmina suam per diversa loca spargit sobolem, (6) ne simul possit amittere. Montani reliquis majores sunt; campestre velociores. hieme aprica loca incolunt, sub myricis ferè abditi. cubilia nunquam intrant; sed remoto saltu petunt; ne ex pedum vestigiis, canumque odoratu prodantur. Unde & remotè pabulatum excurrunt, tum ut exercitentur, tum ut magis cubile lateat, sinuosis huc anfractibus feruntur confusisque vestigiis, ne ex semita prodantur. (7) leni somno sopiuntur ad quemvis strepitum excitati. (8) In ascensu velociores sunt. ob primos pedes breviores posterioribus. (9) Flexo sæpè cursu canes propius instantes deludunt: & quandoque succumbentes transire patiuntur.

L. Zaig. V.

1] *Timidus.*

2] *Hostibus expositus.*

3] *Fœcundus in partu.*

4] *Luxuriosi.*

5] *Exilium fatale.*

6. *Prudentia.*

7] *Cautè incedendum.*

8] *Arduæ jubeunda.*

VI.

Figura timidorum sunt, unde, ut Gromet. l. 6. Boleslaus 1. Pol. Rex Palatino suo contra Russos ad Haliciam profugo, leporis pellem columque cum fuso submisit. (10) Cujus ille ignominiæ impatiens laqueo vitam absolvit. Hinc & adagium: *leporis vitam vivit*, in timidè latentem: *lepus dormiens*, in simulatè dormientem. Et illud Græcorum: ἕλκει λαγὼς λέοντα χρυσίῳ δρόχῳ, (11) Lepus leonem vinculo trahit aureo: in fortem animido largitione cofruptum. S. literæ Lev. 11. leporis tanquam immundi animalis, quod ruminaret quidem, sed ungulam non divideret, (12) esum olim vetabant: prisci gentiles laudabant, quòd formosos redderet. Unde Martial. in Gelliam turpem ludit, quòd *leporem nunquam*

10] *Abjecti animi*

11] *Fortis à timido captus.*

12] *Immundus.*

L

1] *Sedomiticus.*
2] *Fenerator.*
3] *Timidus armatus.*

VII.

4] *Vorax.*
5] *Mordax*
6] *Perinax.*
7] *Impudens.*
8] *Deelirus*
9] *Cõtinẽs*
10] *Fames condimentum.*
11] *Hostem cautè aggredi.*
12] *Concupiscentia nihil satiu.*
13] *Cura liberorum.*
14] *Vires jungendæ.*
15] *Fames improba.*

VIII.

16 *Delicati*
17] *Terrore fugari.*
18] *Prævẽtio juvat.*
19] *Terror aliorum.*
20] *Vulnera quæ pro sunt.*

quam ederit. Lauretus ex Tertul. de cibis Jud. ex lepore lege vetito turpem puerorum amorem mysticè prohiberi censet ob promiscuum in venerem animal. (1) Item ex Isychio in Lev. 11. per leporem intelligit Judæos ad malum veloces, ad bonum timidos, per superfætantem (2) ex Basil. in Psal. 14. hom. 2. senatorem. Lepores cornutos reperiri. (3) Jonstonus in hist. an. notavit.

LVPVS vorax animal, (4) rictu amplo, splendentibus oculis, dentibus serratis acutisque, (5) oblongo otis rostro, collo brevi obstipoque, (6) genitali osseo, cani reliquo corpore non dissimilis, (7) amatorium in cauda villum ferre creditur, cerebrum cum luna illi arescere ac decrescere Albertus refert. (8) Cor, si exsiccetur, odoratum est. Coeunt duodenis tantum anni diebus; abstinent ceteris. (9) Cùm omne pabulum deficit, terrâ ventrem implent. (10) Equos à fronte, boves à tergo imbellibus locis aggrediuntur. (11) Ovillâ inprimis delectantur, ideoque ingressi caulam plerasque interficiunt, atq; in cumulum congerunt. (12) Unde & plantam in Scythia agniformem devorant. Pro catulis prædam jam ante devoratam evomunt, paulo grandioribus anserem, aut agnum offerunt. (13) Ubi præda difficilior agenda, quidam eorum ululatu accersit ceteros, ut gregatim invadant. (14) Deficiente præda in orbem acti, qui præ ceteris debilior corruit, reliquis prædæ est. (15) Homini parcunt si præda belluina adsit, ceterum hujus semel gustati, ac præsertim infantium carne gaudent. (16) ideoque prægnantibus maximè infesti sunt. Fugantur lapidum strepitu & concussione, his, qua parte petiti sunt, putredinem vetmesque trahunt, tympani etiam sono terrentur, scintillisque excussis de silice: (17) Quem infesti priorem vident hominem, rauce-scere faciunt. (18) Oculus lupi conspectus, & percussa pellis, & stercus sparsum, & suspensa ad præsepè cauda, cetera terret arcetque animalia. (19) Equus, ubi lupinum intestinum sepelitur, viam non transit: ubi vestigium ejus terit, obtorpescit. Quos tamen momordit lupus equos, generosiores sunt, quos ex agnis sapidiores, quamvis lanæ pediculos creent (20) Si fides ex intestinis ovium cum fidibus lupinis, eâdem in citha-

tara

thara jungantur, illas dissilire ferunt. (1) Persuasum Ægyptiis, quod prægnans equa, si lupum tetigerit, abortiat. (2) Sed & ingenio quodam lupi agunt, cælo nubilo venantur, ut facilius lateant. (3) fluvios transmissuri, robustiore prævio, caudis mutuò apprehensis sese sulciunt. (4) Ovem quandoque aure prehensam currendo secum ducunt, hærentemque cauda à tergo inflicta propellunt. (5) Capris frondes salicesque, ut alliciant, porrigunt. (6) aliquando turmatim noctu viam pagorum obsident, moxque unum de suis immittunt, qui irritatos post se canes in has insidias abstrahat. (7) Guago l. 10 memorat, aliquando Parisios ingressos esse, magnamque illic hominum utriusque sexus edidisse stragem; ut capienti lupum, aut occidenti, lege constitutum præmium sit (8) Lupum cervarium Plinius l. 8. c. 2. refert, aliquando dum respicit, captæ ante se prædæ oblitum, ad aliam non captam properare. (9) Admiratione dignum, quod tradit Majol coll. 7. in Hassia captum à lupo puerum, educatum inter catulos lupino alimento, lupinis etiam moribus, quadrupedem cæpisse procurrere, at denique tardiorem à rusticis inventum & Henrico Hassiæ Principi oblatum esse (10) Ita & alium à venatoribus inter feras captum, humanisque imbutum moribus ad annum vixisse octuagesimum. (11) Priorem verò sæpè contestatum gratiorem sibi olim luporum, quam nunc hominum esse consuetudinem. (12) Lupos etiam, (præter Scythicum leoni fere jubato similem iràque perpetuâ inflammatum) domari, ac pro custodia fideli villarum ovium que contra lupos alios assuefieri posse. (13) exemplis compertum est. Cujus egregium specimen P. Gasp. Schott, in Phys. cur. l. 8. c. 84. exhibet.

Figuris variis adhibetur, sic avido alienorum dicitur: *Lupus hiat* (14) Frustrato spe sua, *lupus circa puteum errat*. Frustra scilicet aquam hic quærens, prædam frustra reposcenti, *lupo agnum tentat eripere*. (15) obmutescenti vel rauco: *lupi illum vide-e priores*. (16) in furto deprehenso & fugienti: *lupus ante clamorem festinat*. (17) constanter pervèrso, *lupus pilam mutat, non mores*. (18) in ambiguo discriminis constituto: *lupum auribus tenet*.

L.
1] *Discordia.*
2] *Timor noxius. Cautela.*
4] *Auxilii mutuum.*
5] *Dux ad mortem.*
IX.
6] *Esca dolosa.*
7] *Ex insidiis opprimere.*
8] *Hostem in castris invadere.*
9] *Præsetia neglegere.*
10] *Educatio fera.*
11] *Emendatio.*
12] *Consuetudo altera natura.*
13] *Educatio corrigit*
X.
14] *Avarus.*
15] *Spes frustranea vel Præda desperata*
16] *Obmutescentia.*
17] *Fur fugiens.* 18) *Perversus.*

L

1] *Periculosa præda.*

2] *Hæreticus.*

3] *Meretrix.*

XI.

4] *Adulator. Inconstans.*

5] *Piscatores periti.*

6] *Paterfamilias providus.*

7] *Opportunè.*

8] *Visus acer.*

9 *Velox.*

10] *Pretiosum ex vili.*

1] *Magnanimitas.*

M

XII.

12] *Concupiscentia triplex.*

13] *Finis lethifer.*

14] *Iaculator funestus.*

15] *Arma prompta.*

tenet. (1) In S. literis hæretici imago hominis lupus est, qui potissimum ovili Christi insidiatur. (2) ut Cypr. contra Novat. Matth. 7. Luc. 10. Lupus rapax Benjamin Gen. 49. Saulem denotat: ut Hier. in Isa. 11. 65. Lupi voraces Jer. 5. tyrannos, raptores, avarosque designant, ut Ambr. ser. 59. Clem. Alex. exhort. ad Gent. Lupæ (3) olim etiam meretrices ab rapacitate dictæ, unde lupanaria.

LVTRA ex amphibiis est, Castore aliquanto longior graciliorque, canino capite dentibusque, vulpinis cruribus; sed planis, membranaque distentis ad natandum posterioribus. (4) Hæ juxta lacus in cavernis latitant, ad quos vis pisces capiendos promptæ, (5) quanquam & herbis fructibusque vescantur. Locis quibusdam (ut in Suecia) cicures, pro piscatoribus serviunt. In antro ex ramis superius sibi cubile sternunt, (6) ubi loco sicco quiescant. Jejunæ adverso flumine feruntur, at jam saturæ secundo. (7)

LYNX è genere luporum cervariorum est, parvo capite, oculis fulgentibus, & visu acutissimis, quibus remota etiam montium penetrat. (8) Parvis auriculis, barbata felis instar, molli pilo per latera albicante, nigrisque maculis distincto, velocissimi cursus. (9) Harum urinam scribit Plin. lib. 8. cap. 38. in gemmam congelasciari lyncurium, carbunculo fulgenti similem. (10) Hic Exod. 39. in tertio ordine rationalis positus animositatem. (11) secundum Lyran. designat. Ab hac lynce *oculus lynceus*, hoc est, visu acer, in adagiis est. Quanquam alii à Lynceo Argonauta, acutissimi visus homine, derivent.

MANTICHORA apud Indos animal est leonis magnitudinem æquans, colore rubrum, canis instar villosum, facie penè humana, triplici dentium acutissimorum ordine, (12) pedibus & unguibus leoninis, caudâ scorpionis modò tereti, & aculeo plusquam cubitali finita, (13) per latera caudæ utrimque emergunt aculei, quos pedali magnitudine, vibrata in quamcunque partem scitè caudâ ejaculatur, feritque eminus lethali semper vulnere. (14) Succrescunt deinde in locum emissorum tela nova, exhaustâ nunquam pharetrâ. (15)

Cumque

Cumque humanis delectetur carnibus, homines potissimum, nec singulos tantùm, verùm & collectos invadit. (1) perniciſſimo ad inſtandum fugiendumque curſu, ingenti robore. Catulos Indi venantur, caudaſque ſaxis infringunt, ne aculeos proferant. (2) Voce mixtum ſiſtulæ tubæque concentum imitantur. (3) Ita Ælian lib. 4. c. 20. cui Ariſt. l. 2. c. 1. Plin. lib. 8. cap 21. conſentit.

MARIPETVS animal apud Japones canis magnitudine eſt, cruribus brevioribus, molli pilo, colorisaurei, eſui humano aptum, quod poſtquam in ſilvis terraque conſenuit, (4) mare ſubit, atque illic ſenſim ex quadrupede in piſcem transformatur, (5) teſtiſque Almeida captum vidit, quando parte una ſquammas pinnaſque jam induerat, parte etiamnum altera quadrupes. (6) Vide Nierembergium lib. 9. hiſt. nar. cap. 47.

MARTES minor felibus, è genere muſtelarum, acutiſſimis mordax dentibus, (7) magnorum ædificiorum tecta, ſilvaſque abiegnas, & faginas libenter incolit, gallinas jugulat, earumque ova exſorbet. (8) Illius excrementa moſchum redolent. (9) Pelles amantur, & in pretio ſunt. Genitale oſſeum, quod raſum tritumque ſtrangutiæ medetur. (10) Plinio lib. 29. cap. 4. ictis dicitur.

MONOCEROS, ſive unicornis, animal minimè frequens: in S. tamen literis celebratum. (11) Ælian. l. 16. c. 20. equi magnitudine; juba ac pilis fulvum eſſe, pedibus expeditum, ſed digitis pedum, ut elephantes, indiviſis, apri caudâ, cornu uno in fronte oblongo nigroq; in acutiſſimum mucronem deſinente præditum aſſerit. (12) quod aliis amicum, cum ſuo genere implacabili pugna decertet. (13) Ita ille ſed Paulus Jovius l. 18. hiſtor. cornu hoc bicubitale & eburneum eſſe meminit, ſingulari adverſus venena pollere virtute: & hoc inſerto beſtiam purgare fontem, priuſquam bibat. (14) Excidere hoc ſenibus, uti cornua cervina. (15) Tale & Venetos Solimanno Turcarum Imperatori & Clementem Pont. Regi Galliarum Franciſco dono obtuliſſe: quod regiis impoſitum menſis, ipſo ſudore ſuo

M

1] *Audacia.*
2] *Exarmati.*
3] *Muſica feralis.*

XIII.

4] *Renovatio inventa.*
5] *Metamorphoſis.*
6] *Peccator monſtroſus, vel Eccleſiaſtico politicus.*
7] *Mordax.*
8] *Latro, ac prædo.*
9] *Pretiũ reiſervida.*
10. *Utilitas vilium.*

XIV.

11] *Solitarius.*
12) *Arma noxia.*
13] *Conſanguineorum oſor.*
14] *Medicina præſens.*
15] *Senium non pugnax.*

venena

M

venena prodat. (1) Marcus Polus l. 3. c. 15. tradit apud Indos diversis locis reperiri cornu tamen neminem lædere; sed lingua pinnis armata. (2) Albertus M. de an. l. 22. ait, hoc animal Virginum amore captum, atque in earum sinu reclinatum capi. (3) cui plures fidem derogant: quanquam idem Greg. l. 31. mor. c. 13. Isidor. Beda aliique tradiderint.

1] *Horror sceleris.*
2] *Arma occulta.*
3] *Virginitatis amor.*

XV.

MVLVS ex asina & equa natus, suum non proseminat genus, (4) ideoque solius voluptatis causa congredientes adumbrat. (5) Unde & August. de civit. Dei lib. 15. c. 17 in arca Dei servatum esse negat, nec Deus principio mundi condidisse videtur, quia abs se condita progenerare jussit. Quas Aristoteles lib. de admir. c. 68. in Cappadocia Cretaque fecundas esse mulas censet, ex alio sunt genere Hinnorum, nisi quæ olim prodigiosè pepererint, (6) ut factum historiæ tradunt; aliàs in proverbium abiit: *Cum mula pepererit*, hoc est, nunquam. Muli ex onagro & equa nati velocissimi sunt, sed animo magis indomito. (7) Mos qui semel mulis adhæsit, vix potest corrigi. (8) Ita sunt, qui non nisi ante ceteros progredi velint, quos frustra retineas, aut subordines. (9) Inter usitatos strepitus interriti, re insolita ac levicula quandoque expavescunt, atque in cursum effunduntur. (10) Magis astuti sunt asinis. Unde is, quem cum sale Thales Milesius agebat, (ut refert Ælian. lib. 7. c. 37.) cum fortè in aquam prolapsus onus sensisset imminutum, ideoque postea sub eodem onere sæpius in aquas devolveretur. (11) Thales ut dedoceret, oneravit spongiis, sub quibus rursus prolapsum, cum onus gravari sensisset, deinde abstinuit. (12) In pulverem fessi facilè etiam cum onere devolvuntur. Cui pulveri corporibus humanis insperso vim mitigandi amoris venerei esse sentiunt. (13) Muli vino poti calcitratu abstinere feruntur.

4] *Sterile conjugium*
5] *Voluptatis mancipia.*
6] *Prodigium.*
7] *Degener*
8] *Moris tenax.*
9] *Primi loci appetens.*
10] *Terror stultus.*
11] *Lapsus voluntarius.*
12] *Correctus salubriter.*
13] *Amoris remedium pulvis funebris.*

XVI.

Figuratè mulus hominem ferendis oneribus destinatum signat. (14) Unde *muli Mariani* olim dicti milites, qui ex C. Marii instituto, cogebantur in furca præter arma commeatum suum ferre. Ita in proverbiis est, de hominibus vilibus sibi invicem auxiliantibus, *mutuò scabunt muli*. (15) vel *mulus mulum scabit*: vel etiam cum

14] *Bajulus.*
15] *Auxilium vel laus mutua.*

rum improbi se laudant invicem : vel ironicè si maledicant, aut percutiant. In S. literis per mulum intelliguntur, qui libidini tantùm voluptatis causa vacant. (1) sic Angelus Tobiæ dicit c.6 v.17. *Sua libidini vacant ut equus & mulus* Deinde Eunuchi non propter Deum, sed homines castrati, (2) Isaia 14. monente: *Ne dicat Eunuchus, quoniam lignum sum aridum.* S. Hier. super Zach. 14 v.15. &c. Vide Lauretum.

M

1] *Conjuges luxuriosi.*

2] *Eunuchus.*

MVS, ut ortu suo, ita & exitu satis est mirabilis. Aristoteles l.6.c.37. de fecunditate eorum sic scribit. Femina prægnans in vase miliario aliquando concluſa, haud multo post recluso vase, musculos centum viginti peperisse reperta. (3) Quin addit rescissam in Persside esse murem feminam, in cujus alvo fœtus feminini etiam prægnantes fuerint. Et mures si salem lambant sine coitu juxta quosdam repleri. (4) Quibus Plin. l.10. cap.65. suffragatur. In Thebaide cum pluit grandine, mures in terra reperiri, partim carne, partim cœno constantes. (5) Ælian. lib 2. cap.56. testatur. In Ægypto mures pilis duris erinaceorum instar nascuntur, ut Arist. l.c. In Ponto mures albi sagacissimo gustu sunt, (6) ut Plin l.8.c.37. hyeme conduntur, pabulo in specus ante congesto: fasces herbarum supini inter pedes accipiunt, cauda ad specum per alios tracti, ideoque illo tempore detrito dorso sunt. (7) Residentes in clunibus, binis prioribus pedibus tanquam manibus utuntur, posterioribus solis non rarò gradiuntur. Quales & Ælian. in Ægypto l.15. c.26. collocat. Et Gillius ad Cardin. Armaig c.11 in Arabia, ait, reperiri majores felibus mures, qui erecti ut homines gradiantur ac saltent prioribus pedibus velut manibus usi (8) Inter albos mures & Armenios celebratur, omnes sordes jta exosus, ut si ante ingressum cavea locentur, citius mortem perpessurus sit, quàm se fædaturus. (9) ut Pier. hier. l.13. cap.35. Murium copia variis locis hominibus infesta, nonnunquam etiam patria expulit. Azotii, post captam arcam 1. Reg 5. à muribus plures trucidati. Ex Gyaro Cycladū insula Varro apud Plin. l.8.c.29. tradit incolas à muribus fugatos. (10) Idem quibusdam Italiæ populis evenisse Ælian. l.17.c.38. testatus est. Hartonem

XVII.

3] *Fecundus in partu.*

4] *Conceptus virginei.*

5] *Concupiscentia.*

6] *Gustus acer.*

7] *Annona provisio.*

XVIII.

8] *Mimi.*

9] *Impuritatis horror.*

10] *Hostili multitudo premit.*

M tonem Archiepiscopum Moguntinum in Epitome suæ hist. lib. 1. Sifridus anno Dom. 913. memorat ita infestatum à muribus; ut, cùm in continenti non posset tuto persistere, ad Rheni insulam turrimq; confugerit, quò per aquas consecuti mures, denique cum confeceretint. (1) Extatque hodiedum in Rhenoà muribus compellata turris murium. Cui simile de Polono Principe in hist. Cromeri, & de quodam Divite à Nauclero ann. Dom. 1071. quem cum mures invasissent, ad mensam sedentem, intactis convivis reliquis, provolantem deinde ad navim insecuti, illic confecerunt. Sed hæc non sine vindice Numine naturam excedunt. In Libya aquam horrent mures, ex qua si biberint, moriuntur. (2) ut Plinius lib. 10. cap. 73. In Scotia quoque Argadiam regionem tangere nequeunt, hæc enim illis terra exitialis est: ut Ottel. in Scotia. Hoc mortuorum cinis boni adfert, quòd cum melle instillatus, aut rosacco dectus aurium dolorem sedet. (3)

1] *Vindex Deus ubique*

2] *Hausus lethalis.*

3] *Mortuus vivo præstat.*

Figuris multis idoneus est. Nam ubi res vilis post magnæ rei spem producitur, illud in usu est. Horat. *Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus,* (4) vel *mus pro leone*: ubi Zoilus quispiam, & aliorum invidus reprehensor, carptorque frequens describitur. *Muris in morem,* (5) qui optima quæque in panibus, & fructibus primùm carpunt. Unde Erasmo Rotterodamo huic vitio obnoxio scitè per anagramma dictum, Erasmus, *eras mus*, sic & *murus interitus.* (6) de contempto homine intereunte, vel cito moriente dictum est. *Muspicem gustans,* (7) de periculoso experimento. *Mus uno non clauditur antro,* (8) de homine, vel luxurioso, (cum mus salax animal sit) vel in periculis provido usurpatur: ut *Mus Armenius*, de homine casto. In sacris Literis sordes, & vitia mures designant, (9) ut Lev. 11. 29. mures autei, (10) 1. Reg. 6. pœnitentia pro scelere.

XIX.

4] *Exspectatio delusa.*

5] *Zoilus.*

6] *Mors vilis.*

7] *Experimentum periculosum.*

8] *Luxuriosus. Providus.*

9] *Sordidi, vitiosi.*

10] *Pœnitentia.*

MVSTELA vel vulgaris, vel silvestris est, in his Martes & Ictis est, de qua supra, vulgaris circa guttur alba, corpore ferè rutila, in Septentrione sæpius alba, in cavernis fænilibus stabulisq; habitat, & præter mures talpasque vespertiliones & serpentes (quos præmandens ore

Iasica

ore rutam innoxiè aggreditur) etiam avium, ut columbarum, gallinarum, cornicum, cervorumque ova exsugit, interemptarumque avium gaudet sanguine, (1) omnium odium metusque, sed & ipsum animal timidum est, quamvis cum cattis pugnare ausit, & lepores multò se majores invadat. Catulis visum deperditum herbâ quâdam restituit. (2) Si in rabiem concitatur, morsus ejus lethalis est. (3) Fimus earum, dum liberæ sunt, odoris grati est. Basiliscis tamen exitio. (4) ut Plin. l. 8. c. 21. Quin omne jumentum Ælian. l. 6. c. 21. mustelam reformidare asserit. Pro ætate colorem variant. (5) Facilè circurantur, si allio affricentur dentes. (6)

Mustela alia ex silvestribus est, quæ Furo, seu Viverra dicitur, colore ad album ex buxeo vergente, quæ haud difficulter cicuratæ, ligneisque servatæ capsis, in cuniculorum cavernas, aut avium in muris nidos, ad cuniculos vel aves extrahendas immittuntur (7) Feminis veneris desiderium exitiale est, nisi ad marem admittantur. (8) partus triginta diebus cæcus (9) ubi primùm videt, ad venationem proficiscitur. (10) Concitatæ ad iram excrementa funduut odorata (11) Testiculi Mustelarum alligati mulieribus, partus continent. (12)

Mustela Zibellina fulvi coloris, in partibus Septentrionis, apud Russos, Lithuanos, Moschovitas frequens, in silvis avibus insidiantur, (13) perquam agiles & inquietæ, pelles earum in pretio, quæ reliquis in arca rebus subjectæ sensim feruntur emergere (14) Soli expositæ corrumpuntur. (15) Excussæ sæpius à blattis præservantur, & absynthii ramis involutæ. (16) Vide Schott l. 7. c. 57.

In sacris profanisque literis Mustela furacis hominis imago est. Unde in proverbio est: *Mustelæ sebum* (17) hoc est, furaci rem porrigis desideratam. Ita de illo, qui furaces domi alit, aut infausti rem ominis possidet, dicitur: *Mustelam habet*. (18) Immundis sordidisque etiam Lev. 11. 29. accensetur.

ONAGER, silvestris asinus est, pernici cursu, sed quo facilè

M

1] *Hostis multorum*

2] *Cæcitas depulsa.*

3] *Calumnia.*

4] *Exitiale bonum.*

5] *Iudicium mutat ætas.*

6] *Mitgare.*

7] *Prædo.*

8] *Incontinentia.*

9] *Natales obscuri.*

10) *Venator.*

11) *Ira salutaris.*

XXI.

12) *Festinatio noxia*

13) *Anceps*

14) *Emergere ex imo*

15) *Publica lux noxia.*

16) *Mortificatio.*

17) *Fur.*

18) *Infelix.*

M

1] *Defectio*

2] *Intemperantia*

3] *Fortuna lubrica.*

4] *Polygami.*

5] *Eunuchi inviti & zelotypia.*

6] *Posteritatis amor.*

7] *Manſuetus.*

8] *Horologium.*

9] *Liberi.*

10] *Libidinoſi*

11] *Prædones.*

O

XXIII.

12] *Perverſus.*

13] *Sobrius*

14] *Sitis remediū.*

15] *Divina contemplari.*

16] *Mathematicus ſeu Aſtrologus.*

17] *Captivus.*

XXIV.

18] *Simplex.*

facilè deficientes & anheli capiuntur. (1) Ubi in virides herbas incidunt præ gaudio rudunt, ſeque capi citius patiuntur, quàm abſtinent. (2) Homine conſpecto ſæpè, ut attoniti, in iiſdem veſtigiis accedentem præſtolantur, at dum manum extendit ad capiendum, fuga pernici fallunt. (3) Africa ut Plin. l. 8. c. 30. ſcribit, eorum ferax: ubi mares polygami integro fœminarum gregi præeſſe gaudent, (4) ideoque gravidas cuſtodiunt, & compertos, ex iis mares fœtus caſtrant, (5) ne regno pet. hos excidant; at fœminæ, ut poſſunt, repertis latebris, ab illorum ſe oculis ſubducunt. (6) Apud Indos equi magnitudine, & cornu cubitali in fronte armati reperiuntur, qui tamen felle careant. (7) Ratum eſt quod Albertus Magnus refert l. 22. de an. Onagros æquinoctii tempore duodecies interdiu, totieſque noctu horas ruditu ſuo diſtinguere. (8) Alia vide ſupra de Aſino.

In S. literis non infrequens onagri *figura* eſt. Sic Judæi libertatem à lege quærentes dicuntur. Oſeæ 8. v. 9. *Onager ſolitarius ſibi.* (9) Et vagi in libidine Jerem. 2. v. 24. *Onager attrahens ventum amoris ſui.* (10) Et hæretici ac prædones, *Onagri in deſerto vigilantes ad prædam.* (11) Job. 24. v. 5. Vide plura apud Lauretum.

ORYX ex capratum ſilveſtrium genere unicornis & & biſulcus, contrario ad caput verſo pilo veſtitur, (12) in Africæ locis arentibus ſitis expers, aquam tamen in veſica colligit, quæ mirificè hominis ſitim, non in præſens modò, ſed & futurum tempus ſedat. (13) Ut proinde hac iter habentes ſumptam ab hoc animali aquam, vel ipſum ſecum animal habere ſocium laborent. (14) Ita Albertus Magnus l. 22. ex Plinio locis diverſis, qui addit l. 2. c. 40. ſub ortum caniculæ, tanquam ejus ſideris adventum præſentiens, fixis oculis eam cæli plagam intueri, (15) conſpectoque ſternutare ſidere, ac veluti adorare. (16) In S. literis Deut. 14. v. 5. mundis accenſetur. *Illaqueatus oryx* (17) tamen Iſa. 51. v. 20. ſignificat hominem ob ſcelera captum.

OVIS animalium ſimpliciſſimum (18) & manſuetiſſimum (19) habetur, obſequens voci ductuique paſto-

19] *Manſuetus.*

pastorum, (1) innoxium omnibus, (2) multis tam ad lautas mensas, quàm vestes opesque utile. (3) Concipiunt ferè mares spectando aquilonem, feminas austrum. (4) Agni statim à partu in toto gregè discernunt matrem. (5) Pro regionis diversitate majores minoresve sunt. Trium cubitorum caudam in Arabia, & sat ingentem in Africa trahere dicuntur. (6) Omnes infirmo sunt capite, (7) & facilè scabiem concipiunt, totumque inficiunt gregem. (8) quæ ferè ex macie, & pabuli defectu est. Decennio solent vivere, generantque à bimatu ad novennium.

Agnus, ubi succrevere cornua, audaciam ferociamque induit, (9) quæ cornu juxta aurem terebrato residet. Aries dicitur qui generat, vervex cui inversi, vel exsecti resticuli sunt. In Peru adasellorum magnitudinem excrescunt carne optima: in Arabia excornes sunt arietes, (10) Celebratus est aurei velleris aries, (11) sed fabulosus: tum dux ille inter cœlestia sidera, non minus fictus. (12)

Figura hinc crebræ ducuntur. Homo simplex atque insipiens *ovis* (13) dicitur. ita divitem indoctum *Χρυσόμηλον ovem auream* (14) dixêre. Quia verò μῆλον Græcis tam pomum, quàm ovem significat, Hercules ovibus abactis poma aurea sustulisse fingitur. Et veteres quod ex ovibus bobusque multam confici pecuniæ non ignorarent, his primò æs signarunt. (15) Unde etiam manavit *bovem habet in lingua*, quod idem dici de ove poterat, quò hominem pecuniâ in judicio corruptum significarent. De infido rerum custode rectè usurpatur *ovem lupo commisisti*. (16) sive *agnũ tradidisti cani bus*, (17) qui simplicem litigatoribus objecit. De Ariete pauciora non occurrunt. *Arietis ministerium* (18) illi convenit, qui servitii & obsequii specie nocet, ut aries ferit cornibus, vel qui ingrato ministrat, ut pascens arietem cornibus petitur. (19) Cui tamen magis illud quadrat: *Aries nutricationis mercedem persolvit*. In rixæ pugnæque cupidum dicitur: *Arietem emittit*. (20) ut in lascivum: *Aries cornibus lascivit*. (21) In S. literis Ovis, Agnus, & Aries (22) variis locis Christum figu-

1] *Obsequens.*
2] *Innocêt.*
3] *Victus & amictus.*
4] *Intentio distinguit.*
5] *Ingenia præcox.*
6] *Finis bonus.*
7] *Iudicia infirmum.*
8] *Societas noxia.*

XXV.

9] *Pugnãdi libido.*
10] *Inermes.*
11] *Celebris*
12] *Gloriosus.*
13] *Insipiens.*
14] *Dives indoctus.*
15] *Divitiæ.*
16] *Custos infidus.*
17] *Litibus implicitus.*

XXVI.

18] *Obsequium fallax*
19 *Servitii ingrato.*

20] *Pugnæ cupidus.* 21] *Luxuriosus.* 22] *Christus.*

P

1) *Martyre.*
2) *Peccator.*
3) *Vxor.*
4) *Damnati.*
5) *Pastores.*

figurant. qui est. *Agnus Dei sicut ovis ad occisionem ducitur. Aries in vepribus.* Gen. 22. Sunt fideles. Unde Christus Petro: *Pasce oves meas*, &c. Martyres, ut psal. 43. *Dedisti nos tanquam oves escarum.* ( ) Oves perditæ (2) peccatores: Matth. 9. Uxor sub viro; 2. Reg. 12. quam David ab Uria rapuit. (3) Oves in macello congestæ, ( ) damnati, qui *sicut oves in inferno positi.* Sic per Arietes gregis Duces, (5) locis diversis, Apostolos, vel Doctores, pastoresque intelliges. Vide Hieron. Laureti Sylvam.

CAPUT LXXII.

Literam P ad V usque complectitur.

I.

6) *Pulchritudo fallax.*
7) *Ulcerebra noxia.*
8) *Diabolus.*
9) *Impuritatis amãs.*
10) *Cupiditas multos opprimit.*
11) *Gula noxia.*
12) *Ebrietas fallit.*
13) *Venator insidiosus.*
14) *Odium bonorum.*

II.

15) *Amor tenebrarũ.*
16) *Inconstantia.*

PARDVS, qui & Leopardus; ut femina Pardalis & Panthera dicitur, cani venatorio similis mole corporis, leonino, aut potius, felino capite, maculosa, & velut oculata pelle. (6) Grato, ut colore, sic odore feras alliciens ceteras, quas interceptas dilaniet (7) Homini infensissima ejus repentè faciem, oculosque invadit. (8) Unde si in imagine hominem objicias, hanc dilacerabit. humani tamen stercoris inprimis amantissima est. (9) ut qui intercipere feram cogitant, hoc, ubi transit, ex alto quopiam loco in vase suspendant, ad quod exilire non desinit, donec viribus deficiens succumbat (10) adversus haustum aconiti venenum hoc illi præsens remedium est. Nam si tactas aconito carnes devorent, (11) (quo modo etiam captari solent) citra hoc remedium extinguuntur. Vini etiam potu objecto, quem mirificè captant, ebriæ capiuntur, (12. ut Pier. l. 11 c. 30. Quia caput illis torvum, oculi ardentes, os ingẽs, dum feras captant hoc studiosè occultant. (13) Plin. l. 8. c. 17. Gallinas alliumque adeò aversantur, (14) ut si quis ex illo jure perfusus fuerit, hunc relinquant. Plin. l. 29. c. 4. Earum oculi in tenebris refulgent, in sole obscurantur. (15) In armo feruntur habere maculam lunæ similem, (16) quæ cum eâdem incrementa capiat

piat ac detrimenta. saltu perquam agiles, pelle adeò dura sunt, ut ferro non cedat. (1) Bitim, ex genere pardorum, si mulier conspexerit, morbo afflatur. (2) Semel tantum pariunt, quod primo ejus partu fœtus moræ impatiens, unguibus matricem dilaceret (3) Quare & à partu matres domi resident, Mare victum procurante. (4) Licet cicurari vix possint, tamen Ælian. lib. 6. c. 2. refert agno domestico, ob familiarem convictum, etiam in fame pardalim pepercisse (5) Ad simias captandas in Marusia, ut eas alliciat, emori sese abjecta sub arboribus fingit. (6) Cumque dein simiæ insultant, ut credunt, mortuæ, easdem captat. (7) Unde in fallaces manavit proverbium: *Pardi mortem adsimulat* (8) Vide Erasmum. In S. literis *varias significationes* habet, aliquando Deum peccatores punientem designat: ut Ose. 13. v. 7. *Ero sicut pardus in via.* (9) Hæreticos item raptores, depravatos affectus, Isa. 11. v. 6. Jer. 5. v. 6. Cant. 4 8. Denique hominem vafrum & inconstantem. Jer. 13. v. 23. *Si mutare potest pardus varietatem suam.* (10) *& vos poteritis benefacere.* Quin & Antichristum. (11) Apoc. 13.

PENA est animal catelli instar circa Bengulam, ut habet Nieremb. l. 9. c. 76. quod ubi tigridem conspexit, hanc perpetuo latratu consectatur, quo admoniti homines feræque à tigridis se subducunt ferocia. (12) Idea boni Concionatoris est hæreticos & diabolum infestantis.

POEPHAGVS animal Indicum est, ut habet Ælianus l. 16. c. 11. timidissimum, licet equi magnitudinem duplo excedat. (13) Caudâ tamen nigricante speciosâ, & humano pilo subtiliore, appetitur, (14 idque inprimis à mulieribus. Unde insidiis petitum, hanc ut evadat, inter femora occulit, atque ita subsistens, exspectat venatores, se aut non videndum, aut non quærendum existimans (15) Imago est stolidi subterfugii.

RHINOCEROS molis elephantinæ bestia, nisi quod brevioribus sit pedibus, suillo ore, cornu in naribus uno ongiore, (16) alteroque minore in dorso, utroque for-

P

1] *Obdurati.*
2] *Aspectus noxius.*
3] *Proles ingratæ.*
4] *Cura familiæ.*
5] *Familiaritas conciliat.*
6] *Mors simulata.*
7] *Mortuis non insultandum.*
8] *Fallax.*
9] *Deus vindex.*
10] *Hæreticus inconstans & varius.*
11. *Antichristus.*

III.

12] *Concionator.*
13] *Timidus gigas.*
14] *Finis spectandus*
15] *Finis obtivio. notorez &c Subterfugium stultũ*

R

IV.

16] *Nasuti ac sagaces exploratores.*

fortissimo, eminente, quod cum elephanto pugnaturus (cujus nascitur hostis) ad saxa exacuit, (1) & ventrem subiens petit, quo marte Olyssipone anno 1515. elephantem in arena stravit. (1) Est cute durissima, veluti clypeatis testis, buxei coloris, obarmata, quæ telis non facilè pervia est (3) Hanc tamen Elephas, ubi prior valentiore proboscide rhinocerotem complexus est, facile dentibus longioribus proscindit. Cornu in pretio est, quo venena enervantur. (4) Delectatur, ut sus, sordibus. (5) homini nisi lacessitum non facilè nocet. Lacessitum, per stratas etiam in silva remorantes arbores, magna vi persequitur. (6) Vide Ælian. l. 17. c. 40. Plin. l. 8. cap. 20. Majolum coll. 7. & Schottum. l. 8. c. 49. In figuris, ut minus obvium est animal, ita & minus est frequens. illud vatis in nasutulum circumfertur: *Et pueri nasum rhinocerotis habent.* Et illud in 8. literis Num. 24 v. 8. *Deus eduxit illum de Ægypto cujus fortitudo similis est rhinocerotis.* (7) cui illud Deut. 33 v. 17. convenit: *Cornua rhinocerotis cornua illius*, quibus fortitudo extollitur.

1] *Armorum præparatio.*
2] *Victor virtute.*
3] *Armatus.*
4] *Antidotum.*
5] *Sordidus.*
6] *Ira tardior gravis.*
V.
7] *Fortitudo vana.*

SCIVRVS ἀπὸ τῆς σκιᾶς τῆς οὐρᾶς ab umbra caudæ dictus, magnitudine gliris, priores pedes, velut manus, adhibet excorticandis nucibus aliisque usibus. (8) Cauda quasilli instar, in sole pro umbra, in transiliendis arboribus pro ala, in tranandis dum cortici insistit, aquis, pro velo est. (9) Cavernam, non unius aditus, qua parte ventus ingruit, sensu præcoci obturat, reclusâ alterâ. (10) ut notat Plinius lib. 8. cap. 58.

8] & 9] *Idoneum pluribus.*
10] *Providus.*

SIMIVS & Simia Cercopitheco (de quo supra) cognatum animal πίθηκος græcè dictum, facie, manibus, mammisque ac toto corpore hominem penè referens. (11) quanquam & hirta sit pelle, & formâ varium. Petulans ac mimicum animal, quidquid ab homine videt fieri, imitatur. (12) Quare & venatores hac potissimum arte fallunt. Nam ut Ælian. l. 17. c. 24. sub iis quibus sciunt arboribus vestari, aut pedicas induunt: aut aquâ lavant faciem, viscosâ mox aquâ substitutâ, quibus discedentibus eum simiæ easdem imponunt pedicas

VI.
11] *Turpis homo.*
12] *Mimus*

pedicas, mox hærent nexibus implicitæ, (1) vel cum faciem visco lavant, pili palpebræque cohærescunt, & sic captæ excæcatæque intercipiuntur. (2) vel etiam ad objecta descendunt specula, in quibus se suamque formam, hebescente sensim visu, avidè contemplatæ occupantur. (3) Facilè cicurantur, & colludere hominibus, præsertim infantibus gaudent, (4) in novilunio semper lætiores, tristiores in interlunio. (5) Actiones hominum graviores etiam exprimit, ut Ælian. l. 5. c. 26. vidisse se memorat simiam, quæ aurigæ munus obiret, habenasque equi nunc adduceret, nunc remitteret, flagello etiam impelleret. (6) Et Schottus l. 8. c. 71. se spectasse refert simium pueri more vestitum, equo insidentem, unâque ex freno manu regentem equum, alterâ transeuntibus honoris causâ pileum deponentem. (7) Astutum simiæ factum in aula Julii II. Papæ refert Majol. colloq. 7. quæ cũ castaneas prunis sepultas vellet eruere, cattum vicinum amplexa, ejus pedibus, frustra obluctantis & ejulantis arreptis eruit, ut suis parceret. (8) Mirificè catulos amant, amplexanturque, & ostentant, ceu rem pulcherrimam aliis, à quibus vicissim sic gaudent tractari. (9) Cum geminas plerumque pariant, ita alteram mater amat, quod observat Pier. l. 6. c. 17. ut alterius obliviscatur, adeoque videatur odisse: illam verò sæpius morosè inter brachia amplexando enecet, (10) quo amisso, ad alterius curam revertitur. Gaudent combibonibus, ipsæque ad ebrietatem vinum hauriunt, quâ arte etiam captari solent. (11) Collusores quandoque, ad feritatem reversæ, malè tractant, puerosque ac canes strangulant. (12) Caudatæ apud Brasilos fortissimæ sunt. In Zeilan insula olim Indigenæ simiæ dentem pro Numine observarunt. Unde Rex Pegu Lusitanis pro redimendo simiæ dente centies mille aureos obtulisse fertur, (13) ut Majol. l. c. ex hist. Sinensi.

Figuris copiosè famulatur. Nam in proverbiis varia hinc sunt, ut in illos qui turpem rem amant ipsi turpes. *Simia simiæ pulcherrima est.* (14) in parum dignos honore, *Simia in purpura*, vel *simia est simia, etiamsi aurea*

S

1] *Exempla fallunt.*

2] *Fucus & decor male quæsitus.*

3] *Complacentia sui stulta.*

4] *Innocentia delectat.*

5] *Stultus ut luna.*

6] *Rector insolens.*

7] *Prudẽtia ætate major.*

VII.

8] *Potentior imbecilles premit.*

9] *Pulchrũ cuique suum est.*

10] *Indulgentia natos perdit.*

11] *Ebrietas noxia.*

12] *Familiaritas nimia perdit.*

VIII.

13] *Impensæ stultæ.*

14] *Simile simili.*

S

1] *Habitus Regem non fac t.*

2] *Deformis ornata.*

4] *Ridiculus.*

5] *Impudens.*

IX.

6] *Ambigua, enigmatica, obscura ves.*

7] *Secreta Principum consilia sint.*

8] *Exempla fortes juvant.*

9] *Mortis secretum.*

10] *Immortalitatis cura.*

X.

11] *Paterna prolis cura.*

12] *Irainconsulta.*

aurea gestet insignia (1) vel in deformem cultu meretricio ornatum: *Simia fucata.* (2) vel in vafrum, non facilè captandum: *simia non capitur laqueo.* (3) vel in ridiculum *barbata simia.* (4) vel in despectæ vitæ, generis, aut formæ homines: *simiarum pulcherrima deformis,* vel in mimum hominem puerumve: *simia est.* vel in impudentem, *tergum simiæ,* (5) quod nudum exhibet. In S. literis pauca de his nisi quod 3. Reg. 10. v. 22. Salomoni ex India allatæ sint, cum pavis, adulatorum & superborum in aula ideæ.

SPHINX, inter simiarum genera, animal superiori parte hominem referens, glabro, & mammis candidis tumescente, pectore, dorso hispido, caudâ nigri coloris oblongâ, (6) apud Troglodytas Æthiopes nasci solitum, quod Pier. in Hierogl. l. 6. c. 11. se apud Gallum circulatorem, incessu saltuque exercitatum vidisse memorat. Hoc templis Ægyptiorum præfigi solitum, sacra mysteria obscura esse arcanaque debere indicabat. Ob quam notam Augustus literas suas obsignare sphingis imagine solebat, (7) ut arcana silenda esse monerer. Donec, cavillantibus nonnullis, quòd ænigmata scriberet, Alexandri imagine codicillos insigniret, (8) ut Sueton. in Augusto. Rex Ægypti Amasis sphingi è marmore simulacrum tantum erexit, ut solius capitis per frontem ambitus centum duos pedes complecteretur, longitudo esset pedum 143. ut Plin. habet. l. 36. c. 2. in qua ipse Amasis sepultus latere creditur, (9) estque ante pyramidem altissimam collocata, in qua erigenda 60. millia hominum annis viginti laborasse feruntur. (10) De sphinge & Oedipo nota fabula est.

SV, juxta Nieremb. l. 7. c. 74. animal Indicum apud Patagones, est leonino capite, sed per mentum genasq; barbato, & humanæ, præter rictum oris, utcunque faciei simili: lato pectore, sed arctis cum ventre lumbis, caudâ oblongâ & villosâ sciuri; sub quâ, dum venatores fugit, catulos dorso suo insidentes regit. (11) Figuram Schottus p. 1088. exhibet. In foveas cespitibus tactas adactum præcepsque, dum captum se videt, prærabie & generositate catulos obtruncat. (14) moxque horri-

horribili rugitu oppugnantes territat, caſſiſque rictibus (ut ferociſſimum eſt) petit: (1) donec ſagittis preſſum ſuccumbat, & pellem eximii roboris in prædam cedat. Cæterùm, ut filios alit & portat; ita jam ſenio languens ab eis ali portarique memoratur: Eximio mutuæ pietatis exemplo [2]

SVS animalium maximè brutum, ut Plin. l. 8 c. 51 cui animam pro ſale datam autument. Bis in anno parit, quatuor menſium fœtu gravidum, vicenos quandoque parit, alendo vix par, cum totidem ubera requirat, ut lactet. (3) Proprium aliquando fœtum devorat. (4) Morbis anginæ ſtrumæque inprimis obnoxium, ad viginti annos vivit. Amiſſo oculo citius extingui credunt. (5) Obliquum caput in inceſſu, & cruor in radice ſetæ dorſo evulſæ, eſt valetudinis afflictæ nota. Immundum Judæis animal, ideoque in cibis quoque prohibitum. (6) Sordium, cùm eſu, tum volutabro delectatur. Sexagenta diebus pingueſcit, ſed magis, ſi à triduana inedia ſaginationem ordiaris. (7) Juvabit caſtrari, etiam feminas. (8) M Apicius caſica fico ſaginabat, ſatiatumque mulſi potu necabat. (9) In deliciis Romanis fuit, ob ferculorum, quæ hinc eſſent, varietatem: ideòque cenſoriis tabulis proſcripta à cœnis abdomina, glandia, vulvæ, teſticuli, ſynecipitia verrina. (10) Pernas Germani æſtimant, & in apris, caput aprugnum. (11) Solidum aprum Romanorum epulis primus intuliſſe fertur P. Servil. Rullus, ut hic notat Plin. In Macedonia Sues mutas eſſe Ælian. l. 3. c. 34 tradit. Cornutas (12) in Æthiopia l. 5. c. 18. & quadricornes quidem l. 17 c. 10. Apros verò in Perſide reperiri docet Marc. Polus l. 1. c. 24 Spinis ctinitos, quas in venatores caneſque perſequentes eminus jaculentur [13] ut averrant. Vide Majol. Col. 7. & ſuprà de Aprís plura

Pierius de Porco lib. 9. cap 2. addit. Ægyptios ſacerdotes ſummè averſatos, quòd animal turpe ſit, ac luna deficiente eorum corpora vitientur, quique lac ejus biberint putida ſcabie lepraque inficiantur. (14) Et c. 3. ait, hinc Elephanti quoque maximè inviſum animal eſſe, [15] ut Antipatet hac arte à Megarenſibus profligatus

S.

1] *Furor irritus.*
2) *Pietas paterna & vicissim filialis.*
XI.
3) *Fecunditas.*
4) *Impietas in proles.*
5) *Cæcitas gravis.*
6) *Immunditia cavenda.*
7) *Abstinentia utilis.*
8) *Castitas prodest.*
9) *Delitiæ mortiferæ.*
10) *Temperantia.*
11) *Epulæ*
XII.
12) *Arma siul. orum.*
13) *Defensio justa.*
14) *Lepræ si.*
15) *Ignavi fortibus inviſi.*

S

1) *Fortis ignavum fugiens.*
2) *Pœnitentia.*
3] *Degener & luxuriosus.*

XIII.

4) *Ventri dediti.*
5) *Insaniâ relinquere.*
6) *Amores vagos deferere.*
7) *Pacis federa.*
8) *Inhabilis*
9) *Sordidus.*
10) *Gulosus & turpiloquus.*
11) *Rudis peritum instruens*

XIV.

12) *Luxuriosus.*
13) *Ineptus.*
14) *Utilis mors.*
15) *Inconvenientia.*
16 (*Inconsultus.*
17) *Calumniator punitus.*

tus sit, quòd sues pice illicitas, injectoque pilis igne inflammatos in ipsius elephantes immiserint. Leo etiam congredientem sibi porcum erectis setis horreat (1) c. 4. Hinc & Ægyptii si suem tetigisset, cum ipsis ad flumen vestibus expiandi (2) abibant. c 9. Ad detestationem quoque Menis Regis sui, qui populum ad luxum luxuriamque traduxerat, illi columnam Thebis erexerunt, cum effigie (3) porci. c. 13. Coluerunt tamen Ægyptii porcum inter monstra cetera, tanquam symbolum & Numen tenebratum: (4) quòd depressos humo oculos habeat, neque ad cœlum, nisi cum stupore, elevet. c. 23. Quin & Romani in labaris & clypeis hoc signum prætulere. Nec solum laborantes insania porcâ mactare soliti, (5) verùm & nuptias inituri, suem mactabant Veneti. [6] & confecto bello inituri pacis fœdera mactabant porcam, juramento super hanc fidei præstandæ concepto (7] Vide Pier. in Hier. l. 9.

Figuris pluribus jam ptidem hoc animal adhibitum. Ita crassus inhabilisque homo *Sus pinguis* (8] dicitur, quod hi aliquando ita pinguescant, ut moveri vix possint, & ut notavit Plin. sorices in eorum tergo nidulentur. (9) In hominem non tantum voracem seu gulosum, sed etiam spurciloquum convenit, *Os porci* (10) quemadmodum Sargium Rom. patrio nomine, non vitio morum, dictum fuisse Pier. l. 9. c. 9. memorat, ideoque cum in Pontificem lectus esset, nomen permutasse. Sed Bœotii quod ventri gulæq; dediti essent, *Porci* cognominati sunt. Unde in proverbium de ejusmodi hominibus abiit, *Sus Bœotica*. De homine vero rudi indoctoque, qui peritiores se instruere præsumit *Sus Minervam* (11) dicitur. De luxurioso *Sus in volutabro luti*. [12 De ineptè agente, *jus saltat* (13) De homine post mortem aliis utili, *jus mortua prodest* (14] de pravi ingenii homine honesta tractanti. *Sus inter rosas*. [15] de crasso, vel sordido in cõsultè agenti, *Sus non ruminat* (16) Talia autè animalia in S. Literis immunda sunt. In calumniatorem invidum, vel ob scelera plexum *Sus Saliminea*, quibus, si destruxissent segetes, excutiebantur dentes (15) ut Ælian. l. 5. c. 45. In S. Literis modò Porci im-

immundos Lev. 11. & Mat. 7 v. 6. peccatores (1) modò prævaricatores legis divinæ Isa. 65 v. 4 modò Judæos, [2] secundum Lupert. c. 7. super Matth. vel hæretici, ut Hilar. in Matt. 8. ut sunt porci in quos conjecti Dæmones (3) modò ipsos Dæmones (4] juxta Hier. quòd hi locis immundis, ut sues, delectentur.

TALPA muribus grandioribus similis, at suillo rostro, quo terram effodit, oculis, sed absque luce, visuque præditum animal (5) ideoque terræ ac tenebris addictum, acutissimi tamen auditus, quo remotissima etiam explorat. (6) Persuasum olim divinaturum absentia futuraque, quisquis cor eorum recens palpitansque devoraret. (7) Exempto etiam vivis dente, si admoveatur dentibus hominis doloriferis, prodesse, (8) ut Plin. l. 30. c. 3. Quibus ex l 8. c. 29 addit. ex M. Varrone suffossum à Talpis in Italia oppidum, ut à cuniculis, in Hispania. Arani civitatem in Gallia pulsam: à locustis in Africa. Ex Gyaro Cycladum insola incolas à muribus fugatos: in Italia Amyclas à serpentibus delectas 9) &c. In figuris & adagis est *Talpa cacior*: in hominem stupidum, & ignorantem. (10) Sed illi cæcissimi de quibus Isai. c. 2. v. 20. quod *adorarint talpas & vespertiliones* (11) quales sunt qui sequuntur gentiles & hæreticos.

DAMANDRVA in Brasilia est animal canis magnitudine, sed brevitate & crassitie anteriorum cruriũ tardius, his tamen fortissimis, sedendo in tergo contra invadentes pugnat. (12) Setosum est, adeoque duro tergore, ut, sagittis vix penetretur. [13] Oblongo collo, & exiguo est capite, in quo illi os, sine hiatu, rotundũ instar annuli: unde linguam, velut è vagina gladium, ad trium depromit pedum longitudinem, quâ in formicarum latibula insertâ, dum imprudens adhæresci formicarum exercitus, mox eductus in cibum servit. (14) Ita Josephus ex Brasilia an. 1560.

TARANDVS bovis magnitudine, asini colore, caput majus cervino, nec absimile, cornua ramosa, ungula bisida, villus ursorum, tergus durissimum. (15) Illud mirum, quod timore proditionis, arborum, fruticum,

T

1] *Peccator*
2) *Iudæus.*
3) *Hæretici.*
4) *Dæmones.*

XV.

5] *Cæcitas avari.*
6) *Attentio avari.*
7) *Prophetæ.*
8) *Simile simili.*
9] *Minima non negligenda*
10) *Ignorans. Stupidus.*
11) *Sectarius.*

XVI

12) *Defensio justa.*
13) *Patientia sustinet.*
14) *Credulitas noxia. gula & lingua fallax.*

XVII.

15) *Obscurum ge-*
nus.

cum, florum, omniumque ubi latet colorem locorum, ipsis etiam villis induat, (1) quòd idem *Lycaon* apud Indos jubata cervice facere dicitur. Cetetum *Thous*, quod luporum est genus habitum, non colorem mutat, hirti in hieme, æstate nudi; (2) Hæc Plinius tradit l. 8. c. 34. ut & Arist. de admir. c. 29. Ælian. l. 2 c. 16.

XVIII. *TAXVS*, qui & Meles dicitur, fele major, sed insta vulpem, ad cujus tamen naturam accedit, villosa & rigida pelle, colore ex nigro alboque permixto est. (3) Cuniculis, anseribus, pullis, avibusque insidiatur (4) frequens in alpibus. Mira arte latibulum conficiunt plurium operâ, unumque ignavum in dorso prosternunt, (5) & egestâ humo onerant, moxque per pedes apprehensum mordicus extrahunt (6) ut Olaus l. 18. c. 18. Hac arte quandoque tantum vice unica paleatum foliorumque in caveam inferunt, lecto sternendo, quantum homo sub brachio ferre nequeat. Cùm ob pedum brevitatem canes aliasque bestias effugere nequeat, resupinus iisdem dentibus pedibusque repugnat. (7) Vulpes inimica, ut noceat, latibula excrementis conspurcat, ac fœtore replet, ut sordium odio aliò migrare cogat. (8) Excæcatus senio in fovea remanet, atque aliorum ope nutritur. (9) Brumali tempore si victus deficiat, inedia & somno pingue fit. (10) adipe tamen, ut crescente luna augetur, ita decrescente imminuitur. (11) Si in montibus venator insteterit, pedibus caput obvolvens sese agit præcipitem. (12) Vide Schottum l. 8 c. 74.

TIGRIS leporarii canis magnitudine collo tamen breviore, maculosa pelle, dentibus unguibusque magis acutis, oculis igneis, facilè omniù ferarum velocissima audacissimaque: cum quodvis animal, etiam elephantes, ausit aggredi (13) boves mulosq; impacto in cervicem pede sternit (14) Hominib. æquè infestum, quamvis in occidentali India Hispanis parcere, opprimere Indos, in provincia Bambæ albos homines non tangere, nigros enecare, (15) *Linschottanus in Itiner.* tradiderit. Cùm quibusdam quoq; canibus misceri compertum est. (16) Bubalorum fimo pellitur (17) & ad tympani sonum insaniens seipsum quoque discerpit (18) Mas prolium curam

T
1) *Adulator.*
2) *Servire tempori.*
XVIII.
3) *Vafricies.*
4) *Gula delicata.*
5) *Labor conctus.*
6) *Servitus vilis.*
7) *Defensio justa.*
8) *Invidia: Infamia.*
8) *Pietatis obsequium*
10) *Abstinentia utilis.*
11) *Inconstantia.*
12) *Electio minoris mali.*
XIX.
13) *Audacia*
14) *Robur.*
15) *Discretio. Personarum acceptio.*
16) *Torus illegitimus*
17) *Horror peccati.*
18) *Furor insanus.*

V

ram non gerit, sed femina, quæ fecunda est pluriū mater (1) Unde Venatores ablentibus fœtus omnes auferunt, leque in equos conjiciunt, quos si reduxtigris ablatos consectetur, unum venator abjicit, quem illa rapidissimo ad specum cursu referens, mox iterum à tergo instat, dum venator alio rursum abjecto sensim se in navim, aut rutum subducat. (2) Ita Plin. l. 8. c. 18. Eandem objecto teneri per viam speculo, in quo suam imaginem pro catulo prenset, (3) docet *D. Ambros.* l. 6. Hex. c. 6. & Albertus M Tigres brasilæ cum impastæ sunt, vitibus acres, velocissimæque, jam pastæ adeò ignavæ, à *Maffei* l. 2. rerum Ind. feruntur, ut à gregariis canibus vinci fugarique soleant. (4) *Nierembergius* hanc feram baculo cæsa tenes cæsam vinci facilius frangique tradit. (5) Tigridem in cavea manuefactam primus omnium Romæ Augustus exhibuisse fertur.

1) *Mater prolu amantior.*

2) *Velocitas ingens.*

3) *Amor sui.*

XX.

4) *Gula gravat.*

5) *Ferocia fracta.*

Figura tam apud sacros, quàm profanos scriptores est velocitatis, ferociæque, & Job 4. v. 11. cupiditatem quoq; humanam significare videtur, (6) quæ abstinentia premitur.

6) *Cupiditas.*

XXI.

VRVS Bisons, ac Bubalus, de Boum, sive Taurorum silvestrium specie est, quanquam à quibusdam confundantur, rectius ab aliis distinguuntur. In Scythia dicit Plin l. 8. c. 15. jubatos esse bisontes, & Uros sine jubis, excellenti vi ac velocitate, bubalos verò in Africa vituli, aut cervi potius, similitudine, Uros Alber M. l. 22. de animal. tradit tantum in cornib. & cervice possidere vim, ut equum cū equite arreptum in sublime mittat rursusque exceptum cornibus ventilet. (7) Suius in comment. ad an. 1501 tradit bisontes jubatos, barbarosque, brevi capite, pilis moschum redolere, adeòque productis in fronte lata cornibus esse, (8) ut tres iis insidere homines facile possint. Vide supra de *Bove & Bonaso* quem Albertus M loc. cit. *Zumbram* appellare videtur, cui trium cubitorum cornua sint, quibus uti Urus equitem, velut pilam jactet; (9) stercore verò ejecto crepituque ventris, canes ac venatores sese insequentes obstupefaciat. (10) Vide *Majo* coll. 7. ubi Urorum cornua regiis mensis poculisque adhiberi solita tradit. (11)

7) *Fortitudo.*

8) *Iratus, impudens.*

9) *Pugnator robustus.*

10) *Impudentia.*

11) *Humilitas exaltata.*

VRSVS

V XXII. URSUS cane villatico major, pelle spissa pilosaque, posterioribus sæpe incedere pedibus ac priotibus manuum instar uti solitus, hiemis initio cum ursa humano more jungitur, ac deinde separatis in latebris continenter agit, (1) dū ursa peperetit. Venere tantum prolis causa utendum ratus. Parit die tricesimo, & ut plurimum quinos, sed informes tantum massas, in quibus nec oculi, nec pili, sed soli ungues eminent, quos tamen lambendo sensim figurat (2) illosque tanquam volucris ova in sinu, pectori admotos, fovet (3) Specus si desint, ramorum fruticumque congerie ædificant impenetrabiles imbribus. In quibus hieme quatuordecim diebus gravissimo veterno sopiti, (4) unde nec vulneribus quidem excitantur, pinguescunt: adipe contra defluvium capillorum alioſque morbos idoneo. Ab his diebus residunt, & priorum pedum suctu vivunt. (5)

1) *Castitas.*

2) *Informis formatius.*

3) *Suum cuique pulchrum.*

4) *Torpor.*

5) *Abstinentia.*

XXIII. Memorant & carnes eo tempore ursorum coctas si asserventur increscere. Oculi eorum hebetantur crebrò, quâ maximè causâ favos appetunt (6) ut apes, vulnerato ore, hanc misso sanguine levent gravedinem. Invalidū Ursis caput est, ideoque ex montibus arboribusque se præcipitaturi, obtendunt pedes capiti (7) colaphoque nonnunquam infracto exanimantur. (8) Arborem quam conversi petunt, aversi descendunt. Tauros, ex ore cornibusq; eorum, pedibus omnibus, suspensi, fatigant pondere, solerti stultitia. (9) Hæc Plin. l. 8. c. 36. tradit. His addit Aristoteles c. 140. de admirandis. Dicunt genus esse quoddam albarū ursarum in Mysia, quæ cum Venatores insequuntur, talem emittunt anhelitū, ut canes putrescant [10] Si magis cogas, pituitam ex ore fundunt, quâ & canum & hominum ora intumescant, adeò ut vel mors, vel cæcitas sequatur. (11) Plures ejusmodi ursos eosq; prægrandes, qui & in oceano metsi pisces venentur, Olaus l. 18. c. 20. & Albert. M. de urso esse memorat. (12) Ille etiam c. 27. ad choreas in Lithuania & Russia eruditi, ducique tibiarum cantu, docet (13) Cap. 14. tradit, apes in Russia silvestres cavas arbores melle implere, cujus cum admodum cupidi raptores ursi sint, rustici clavam ligneam ferreis armatam cuspidibus

6) *Medicina.*

7) *Cautela.*

8) *Infirmū caput.*

9) *Industria vincit.*

10) *Merezrix.*

11) *Luxuria ex ecans.*

12) *Piscator industrius.*

13) *nstitutio prodest.*

XXIV.

cuspidibus affigunt arborum ostio, quam dum amore mellis, capite impacto, amoliuntur, læsi concidunt (1) & dum prædantur, præda fiunt. Lepidum est quod in sua historia de Moschovitis narrat, rusticum illic ex arbore in illius cavitatem, melle plenam, devolutum, biduo inexplicabili hæsisse visco, melle tamen quo tenebatur pastum. Cum ursus superveniens, tergo se priùm, ut solent, eodem dimisit, quem ut sensit, posterioribus apprehendens villis, rusticus strinxit arctissimè, quo ex hac captivitate per validos ungues eluctante, rusticus simul extractus est, urso in fugam effuso. (2) Nec minus admirandum quod Lud. Richeomus in lib. de Valedict. Animæ colloq. 12. narrat, ante decem annos evenisse in Sabaudia Nicodemo Valerio perito Venatori, qui ursam catulis fretam, & ex antro observato obviam, cum irrito sclopi ictu petiisset, brachio dextro per illam apprehensus est, sclopo simul è manibus excusso, ut is desperatione plenus, in feræ dorsum, velut eques insiliret, eique, prehensis villis, incumbens, caput subinde mordacibus dentibus peteret. (3) Quare fera per avia deviaque montium fusa, vectorem denique præcipitio aliquo ehsura videbatur. Hinc sensim per latus devolutus in terram, cum feram deserturisset procul aufugientem, ipse ad cavernam regressus catulos abstulit (4) & ambiguum reliquit, plusne ipse terroris feræ injecerit, an perpessus sit. Ceterum ursæ pro catulis pugnantis (5) furor ingens. Ut periculo catulos eripiat, nonnunquam altero in dorsum rejecto, ubi mordicus se teneat, altero ipsa prehenso dentibus in arborem enititur. (6) Ne vestigiis suis prodatur in cavea, huic propinqua aversè incedit, ut egressa, non ingressa videatur. (7) Formicis quoque & cancris inter epulas delectantur, illas jam pinguiores exsertis in cavernas linguis, hos in aquis captant. (8) Alias in apum alveatia raptores involant. (9) Animal, ubi suum hieme edormivit somnum, nullibi diu quietum. (10) Vide Ælian. l. 6. Quod verò refert Saxo Gram. rerum Dan. lib. 10. ursum in Suecia ex rapta ad specum virgine hominem genuisse (11) qui Ulvo appellatus, ad fraudes instruendas insignis fuerit, nescio an historiis accenseri possit.

V

1) *Cupiditas plexa.*

2) *Periculū evasum.*

3) *Audacia salubris.*

4) *Præda hostilis.*

5) *Amor prolis.*

XXV.

6) *Amor industrius.*

7) *Fraus licita.*

8) *Victus cura.*

9) *Amara primum, post dulcia.*

10) *Torpor excussus.*

11) *Conjugiū dispar.*

Figu-

1) *Iracundi vitandi.*
2) *Fatuus.*
3) *Synagoga.*

Figuratè adhiberi variis poterit, ut de irato vitando Matt. l. 6. monet *fumantē*, ne tu *naſū tentaveris urſi* (1) In S. literis prov. 17. v. 12. fatuo confidenti in ſtultitia (2) comparatur. Dan. 7. Regno barbato Perſarū. 1. Reg. 17. urſus à Davide laceratus (3) eſt gens Judaica, ſive Synagoga à Chriſto oppreſſa, ut Hier hoc loco.

XXVI.

4) *Rudeinitium.*
5) *Vereeundia.*
6) *Dolos cupiditas docet. Venator peritus.*
7) *Piſcator ſolers.*
8) *Vltio fallax.*
9) *Innocēs oppreſſus.*
10] *Cupiditas refrenata.*
11) *Fugæ proſpicere.*
12] *Munire contra hoſtem.*

VVLPES notum & celebris aſtutiæ animal, egregiè caudatum, fœtum educat cæcum, quem lambendo perficit (4) Gravidas ac parturientes ratò invenias (5) Multa de ingenio doloſo illarum memorantur. Olaus de rebus Aquil. l. 18. c. 31. refert ad fallendas in campis aves, aut Gallinarum pullos, velut mortuam ſe, exertâ linguâ, proſternere, ut ſine metu accedentes improviſo occupet. (6) Ita ad cancrorum, piſciumq; capturam, ſedere in fluminis ripa ajunt demiſsâq; in aquā caudā hærere immotam, dum cancros piſceſve adhærere ſentiat, quos repētino caudæ ictu in littus ejicit. [7] Ita & veſparum avida, ut Ælian l. 4 c 38. præter Olaū notat, ad veſpariū progreſſa, eas cauda inſerta exagitat, dumq; catervatim laceſſitæ adhærent, illā in mutū, aut arborem impactā, veſpis colliſis fruitur. (8) Echinos in arctū cōſtrictos fœtenti perfuſos lotio, explicant Vulpes, enecantq; (9) quo eod. propriam caudam perfuſam, in ora canum inſectātium elidunt, ut impatientes fœtoris hæreant. (10) Ad fallendos venatores multiformes habent in cavernas aditus, (11) ut avertant lupos, latebris ſuis ſcillam, ſeu marinum cœpe, (cujus impatientes eſſe norunt) apponunt. (12) Cum leporibus amicitiam luſuſque ſimulant, (13) ut incautos opprimant. A lupis nonnunquam incautis prædam tollunt. (14) Majolus Coll. 7. ex Oderico refert, eſſe in Orientali India vulpium genus, quod poſterioribus pediqus anſerinis piſcatu vivat (15) cicurque à piſcatoribus ex navi ad captandos piſces emittatur, quos ipſum jam ſatur ex aquis efferat. Nieremb. verò l. 9. nat. hiſt. c. 10. lupino apud Indos capite, nec minores multo reperiri fuſcas vulpes memorat, quæ & ferris & hominibus infeſtæ ſint; his præſertim à quibus, ob ereptam prædam, injuriam acceperunt, hos enim cū aliis ſui generis adjunctis, multo etiam poſt tempore perſequitur, (16) contra verò, ſi quis in eſcam quippiam

7) *Piſcator ſolers.*
8) *Vltio fallax.*
9) *Innocēs oppreſſus.*
10] *Cupiditas refrenata.*
11) *Fugæ proſpicere.*
12] *Munire contra hoſtem.*

XXVII.

13) *Amicitia ſimulata.*
14) *Raptori raptor invidet.*
15) *Ad utrumque paratus.*
16) *Vindicta ſtudiū pertinax.*

piam obtulerit, huic adeò beneficum gratumque se præstat; ut avibus aliisque prædis delatis factum compenset. (1) In Pervano agro pusillæ vulpes teterrimi odoris reperiuntur, quæ quod sua urina fædarunt, indelebili fœtore inquinatum relinquunt. [2) Milvis corvisque inimicæ sunt, nec levibus cum illis pugnis sæpe defunguntur. (3) Uti & cum Taxis pugnant, quibus sordibus suis ante cavernas egestis reditum intercludunt, hospitioque migrare cogunt. (4) Gallina, quæ vel rutam sub alis circumferat, vel ex jecore vulpino comederit (5) à vulpe immunis esse fertur. Vulpes in Thracia transituras glaciem, observatum est, ut Plin. l. 8. c. 28. tradit, apposita prius ad glaciem aure, (6) ex æquæ fluxu densitatem illius cõjicere, ut nonnisi securæ commeent. Idem in terra paludosa exploranda agere dicuntur, ut Pier. Hierog. l. 13. c. 17. Sed & Olaus l. c. refert, vulpem ubi à canibus circum latrantibus imminere sibi periculum advertit, simulato & ipsam canum latratu, discrimen subterfugere. (7) Ubi pulicibus obsidetur, fœnum ore captat, seque immergit, sensim aquæ, ut pulices retrogressi in fœnum denique commigrent.

Figuris copiosè servit, præsertim ubi vafrum ingeniosumque facinus describitur. Unde Lysander apud Plut. dicere solitus: *Leonis spolio vulpeculæ pellem assuendam* esse, [8) hoc est fortitudini astutiam esse jungendam. Ita in cautos dictum *vulpes haud facilè laqueo capitur.* (9] In astutum, qui fraude fortiorem circumvenit, *Vulpes bovem agit.* (10) In agentem vafrè cum vafris, *cum vulpe vulpinari* (11) novit. Sed & in malè olentem *olida vulpes* (12) jactari consuevit. In S. literis cant. 2. vulpes quæ demoliuntur vineas (13) sunt hæretici [aut etiam Dæmones) Ecclesiæ Christi insidiantes. Ut & Jud. 14. vulpeculæ Sampsonis Matth. 8. Rex versipellis Herodes dicitur vulpes. *Vide Lauret. in Silva.*

1) *Gratitudo.*

XXVIII.

2) *Peccati fætor & macula.*

3) *Inimici.*

4) *Exiliũ.*

5) *Antidotum.*

6) *Explorator cautus.*

7) *Simulatio prudẽs.*

XXIX.

8] *Astutia.*

9) *Circũspectus.*

10) *Astutus fortem vincens.*

11) *Dolum dolo eludere.*

12] *Graveolens:*

13) *Hereticus Dæmõ. Versipellis:*

CAPUT LXXIII.

IMAGINES VOLUCRUM.

A POst terrestria quadrupedum animantia præcipuæ ferè creatarum rerum volucres sunt, quæ in figuratis imaginibus locum repetiunt. Namque præ serpentibus, reptilibus piscibusque, in cognitione atque æstimatione hominum versantur, ut iccirco has minime prætereundas duxerim, sed de plerorumque dotibus strictim hoc loco nobis existimaverim differendum.

I. *ACCIPITER* ex rapacium avium genere; ut
1) *Rapax.* specie, sic mole diversa, sed infra corvum, ex alvo fulvo nigroque colore varius, aduncis unguibus [1] pectore acuto, oculis vivacibus, perpetuoque mobilibus. [2]
2) *Levis animi.*
3] *Mulier obsequens.* Major est mare femina, at semper ad obsequiū prompta. (3) Sales aces sunt, at parum fecundi. (4) Alii in arboribus, alii in virgultis montium nidificant. Pullos viva
4) *Venus infecunda.* præda ad nidum allata, dimissa, rursumque in oculis capta ad prædam instruunt [5] ut Albert. M. tradit; ut primum verò ad volatum habiles esse sentiunt, nido protrudunt. (6) Solis obrutu gaudet tanquam aquila, [7]
5) *Institutio.*
6) *Labor.*
7) *Nobilis indoles.* altissimoque volatu nubes subit, atque hinc etiam perspicaci visu prædam speculatur. (8) quam pernix summo impetu obruit. Quod si leporem multo se majorem prædam nondum satis fregerit, (9) sinistro pede
8) *Perspicacia.*
9) *Generositas.* terræ infixo, dextro attinet, oculosque, ut potest, fodicando elidit. (10) Aquilæ vulturique etiam resupini in
II. aere, objectisque cum rostro pedibus animosè obtuntur (11) Siquam sub noctem avem captent, hanc
10) *Cacitas inflicta.*
11) *Animositas.* postquam fovendo pectori, nocte tota inter ungues admoverunt, manè dimittunt liberam, ac sæpius deinde obviæ etiam parcunt. (12) ita & turturem imbellem,
12) *Gratitudo.* innoxiamque omnibus, avem si fortè ceperint, libertati restituunt. (13) Humano consortio delectantur:
13) *Clementia.* deoque & cicurantur facilè, & ad venandum instruunt.

untur, (1) illæ præsertim ex hoc genere aves, quas *Falcones* appellamus, quæ longè majores se ardeas usitato jucundoque Principibus viris spectaculo aggrediuntur, (2) atque illud inprimis agunt, ut obliquo, & simulato, velut in partem adversam, volatu ferantur in altum, [3] superentque ardeam; tum ne sub ea, viscoso ipsius stercore, quod solet ejaculari, perfundantur: (4) tum ut altiores robusto se pectore, unguibusque immittant (5) In Thracia memorat *Plin.* l. 10. c. 8. & *Ælian.* l. 2, c. 42. Accipitres ad homines in silvis & arundinetis aucupantes advolare. cumque illi ad extensa aves retia propellunt, superne imminere, ne in altum sese aves territæ efferre audeant, [6] post aucupium verò, partem ab hominibus prædæ, ceu laboris pretium, accipere, (7) quod si negligas, deinde in aucupio non serviunt

A

1) *Ingenium.*

2) *Generositas.*

III.

3] *Simulatio.*

4) *Luxuriæ fuga.*

5) *Victoria.*

6) *Suppetiæ.*

7) *Merces laborum.*

Avium corda non edere *Plin.* cum *Arist.* sensit, & fortè hinc illud manavit Pythagoræ *cor ne edito*, (8) cave ægrescas curis immoderatis. Sedecim Accipitrum genera Plin. ibid esse tradit: In his, Circum, altero pede claudum; (9) qui boni augurii in nuptiali olim & pecuaria re sit habitus: Triorchem, à ternario testium numero. (10) avem salacem, quem Romani buteonem dicût, familia olim Buteonum inde nuncupata, quòd prospero auspicio navi insedisset. (11] Æsalonem vocant, qui hiemis etiam tempore, ceteris disparentibus, apparet, (12) Cymindim qui interdiu latet, vagatur noctu, quando magis oculatus est, (13) bellumque internecinum gerit cum aquila. Columbæ pullique gallinarum jam vix ovis excluſi summè horrent ipsas etiam voces umbrasque accipitrum. (14] Quanquam ille porissimum qui ex hoc genere *milvus* dicitur, his inprimis mansuetioribus avibus (15) insidietur. Mortuos è suis lugere ferunt, terra in oculos defuncti ingesta. (16) Noctuæ, à reliquis avibus infestatæ, auxiliari etiam feruntur. (17]

8) *Fuga ad gritudinis.*

9) *Nuntius claudus.*

IV.

10) *Salax.*

11) *Auspicatum.*

12) *Amicus fidelis.*

13) *Lucifuga.*

14) *Vrepidatio.*

15) *Hostis fatalis.*

16) *Funebria.*

17] *Auxilia desertu.*

Figuratè in S. literis adhibetur, sic innovantem se spiritu hominem jure depinges per accipitrem, qui Job 37. plumescere quotannis dicitur, alis ad austrum ex-

A

plicatis [1] juxta illud Coloſ.3. *Expolientes vos veterem hominem*, cum verò idem inter animalia immunda cenſetur Lev.12.& Deut.14. juxta Orig.ſuper Luc.hom.7. Hier.ſuper Job, raptores & injuſtos deſignat [1] Ægyptiis in hieroglyphicis ſumma quæque ſignificabat, ob vigorem inter aves accipiter, ut ſupra cœlos *Deum*, (3) in cœlo *ſolem* (4) in homine *animum* (5) & *vitam*, in bello *victoriam*, (6) inter elementa alis expaſſis *aerem*, [7] in officiis librum ore deferens, *Sacerdotium*, (8) quòd Thebas olim librum de ſacris ritè procurandis attuliſſe crederent. Sed de his conſule *Pier.* lib.21.

1) *Innovatio mentis.*
2) *Impius.*
3) *Deus.*
4] *Sol.*
5) *Animus.*
6) *Victoria.*
7) *Aer.*
8) *Sacerdotium.*

VI.

9] *Religioſus vita aſpera.*

ACANTHIS parva avis inter ſpinas carduoſque, quibus delectatur, vivens, cantu tamen grata, religioſæ ac ſeveræ vitæ imago eſt. (9)

10) *Agricola Deo devotus.*

ALAVDA Galerita etiam dicta, quod in capite galerum ſeu criſtam extollere videatur, avis ruricula, æſtivali cantu efferri in cœlum retrogradu volatu ſolita, idea agreſtis vitæ, Deo tamen gratæ (10)

11] *Amor conjugalis.*
12) *Opus ſolidum.*
13] *Solitaria domus. Mundi tumultu inconcuſſus.*
14) *Tempus opportunii, Tranquillum.*

ALCYON ſive Alcedo avis eſt colore cæruleo luteoque vix major paſſere, quæ ſuo cum conjuge amore & ſocietate individua ſociatur, ſenem etiam humeris defert, nutritque. (11) Piſciculis veſcitur ex quorum ſpinis artificioſè nexo viſcoſoque luto adeò ſolidum Pineæ nucis in formam nidum conficit conſolidatque, ut ferro diffringi ſaxoque comminui vix poſſit. [12] oſtiolo ita condito, ut abditum ceteris, avibus, & necipſo mari pervium, tanquam ſpongia intranti exeuntiq; cedat alcyoni. (13) Hiemis initio quod mirum eſt, quinis quæ pariunt ovis inſident, fœtificantque, mari in litore proximi, diebus quatuordecim. His, ne mare partum turbet, veluti devotum quieſcit, ideoque hi dies alcyonis vel alcyonides dicti à nautis in obſervatione ſunt. (14) Vide *Plin* l.10.c.32.

VII.

15] *Garrulus.*

ANAS nota avis, alia domeſtica, alia fera, ore latogarritu ingrato, (15) ſordibus inter aquas delectantur. [16) nare in aquis malunt, quàm pedibus incedere.

16) *Turpiloquus.*

ANSER nota quoque pennis, & colore avis, iſtis tam eruditæ ſcriptioni, quam placidæ quieti commendata

data. Cum pavida sit facilè expergiscitur (1) exclamatque, [2] ideoque custoditi capitolii adversus Gallos invasores præ canibus laudem meretur, familiaris homini, Lacydi Philosopho comes perpetuus (3) adhæsisse dicitur, nec noctu nec interdiu ab eo digressa, ut Plin. l. 10. c. 22. Loquaculus tamen, (4) ne aquilis se Taurum montem obsidentibus prodat: rostro lapidem sustinere fertur, (5) ut lingua impediatur, ut habet *Ælian.* l. 5. c. 20. Stomacho calidissimo sunt, ideoque si quietis multa fartilia ingeras brevi pinguescunt. [6] Gaudent herbis, sed oleto suo pratorum virorem enecant. (7) Laurum sibi exitialem adversantur. (8) Cor eorum jecurque olim in deliciis habitum: [9] Chenorotes, anserum minorum genus, si *Plinio* fides est, à Britannis inter Lautiores epulas censentur. Vulpanseres sive chenalopeces, ibidem noti inter silvestres, ventosa, nonnunquam ova pariunt. (10) Familiare anseribus Pierius esse notat, non excludere nisi ova propria; (11) aliena in eodem etiam genere aspernari. In nullis avibus frequentiora reperiri monstra *Albertus* M. l. 8. tr. 1. c. 6. decuit. Quin & duorum capitum, alarum quatuor, totidemque pedum à se visum memorat, qui geminus quasi anser dorso connexus, alternato pedum usu, nunc parte se alterâ ferebat, nunc ferebatur. (12) Anser Magellanicus sine alis pinnis coriaceis ut vespertilio, non volat, sed natat. ut Nieremb. lib. 10. c. 2.

A

1) *Vigilantia.*
2) *Pavor*
3) *Docilis charus.*
4] *Loquax*
5) *Silentia.*

VIII.

6) *Digestio bona.*
7] *Ingratitudo.*
8] *Odium doctrinæ & pietatis*
9) *Lautitia.*
10) *Mundi vanitas.*
11) *Cura rei propriæ.*
12) *Sustinere mutuo.*

IX.

APVS avis sine pedibus Indis Monocadiata, id est Dei avis dicta, non apud recentes solum Indicarum rerum scriptores, sed Plin. quoque l. 10. c. 39. celebrata, quanquam hic unum tantum earum genus, mari adhærentium, nidificantiumque in scopulis describat, (13) alii, ut *Nieremb.* l. 10. c. 13. & Guillardinus apud *Majolum* coll. 6. aliud Apedum genus perpetuo aere habitantium, (14) de quo ex hoc oculato teste aliisq; scriptoribus apud *Aldrov.* l. 12. Ornith. c. 21. habemus, avem hanc ob pennarum pulchritudinem avem paradisi appellatam, (15) corpusculum enim vix æquale hirundini elegantissimis plumis, maxima parte fulvis aurique splendore lucentibus, tum vero pennis alarum, caudæque

13) *Religiosi Deo fixi.*
14) *Contemplativa vita.*
15] *Gratiæ pulchritudo.*

A X

que ex toto emergentis corpore fusco, croceo, coccineo, rufo, aureoque colore mirifica variis ad tantam amplitudinem vestit, (1) ut magnis par avibus videatur, usque explicatis altissimo supra ventos aere suspensum immotumque hæreat. (2) Ubi mas feminæ parienti excludentique ova dorsum substernat, (3) neque ad somnum (quem expassis facilè alis librata captat) neque ob pabulum [quod præstare aer aut exhalationes à sole eductæ videntur] ad terram unquam se dimittere hæc avis comperta est, tantum morions destituta vitali spiritu contractaque alis, cum aer amplius non sustinet, aut terrâ, aut mari excipitur, atque ad humana ornamenta, plumarum honore, exsiccato in corpore superstite, tanquam ratum decus transfertur. (4) Sunt qui eum *Aristotele* avibus universè pedes tribuendos censeant, ideoque & Monocodiatas sibi cum pedibus visas affirmant. Sed hi in alio affini avium genere, aberrare videntur, neque tot fidem autorum labefactare possunt. Egregio hæc avis carmine apud *Causs.* in symb. l. 6. describitur ex *Gesnero*

1) *Virtutis ornatus.*
2) *Passiones superata.*
3) *Sustinere mutuo.*
4) *Gloria post mortem.*

XI. ONE AQVILA regina avium, sublimi volatu, habitatione, & virium corporisque formosi excellentia dicitur, [5] quæ licet diversarum specierum sit, illa tamen inprimis excellit, quæ ex fusco colore in aureum vergens, hinc Chrysaetos appellatur. Haud dissimili accipitre forma est, sed mole grandior, rostroque inprimis atque unguibus validissima, lepores, oves, cervosque etiam, postquam capiti insidens (6) pulverulentis alis in oculos excussis cæcavit, prædatur. Nec cum Dracone pugnam refugit, (7) qui ut aquilæ ovis, ita hæc vitæ insidiatur; sed ancipiti pugnæ eventu. *Pierius* l. 19. c. 7. ait messorem ad fontem pro se suisque hauriendum accessisse, simulque compertam illic aquilam serpente, qui implicabat, falce dissecto, liberasse. (8 Cui deinde memor beneficii avis, haustam in urna aquam, quòd veneno serpentis infecta esset, excussit:]9 indignanti primùm, sed deinde gratiam facti advertenti, postquam socios inde potos videret succumbere. [10) Sunt ex aquilis quos haliaetos vocant, seu marinas aquilas

5) *Deus, Cæsar. Princeps.*
6) *Diabolus, Mundus.*
7) *Christus.*
8] *Confessarius.*
9) *Auferendo benefacere.*
10) *Abstinentia salutaris.*

quilas, quòd piscibus captis delectentur, quos acutissimo visu sæpe ex rupe procul sepositi in aquis speculantur, (1) ex quo genere apud Anglos esse ferunt, ut Gesnerus ait, qui unum pedem anserinum habeant, non minus ad natandum, quam volandum promptas. (2) Ex æquilis robustissimam esse sentiunt, licet reliquis minorem melanaetum, [3] nigram à colore dictam, quæ etiam cervos Draconesque invadat. (4) Quanquam *Ælian.* l. 2. c. 39. Chrysaetum etiam Tauros insidentem capiti, rostroque unguibus aliisque exagitantem, deniq; præcipitare asserat. (5) Cum omni fere grandiorum avium genere (minoribus plerumque atque inprimis cornice, licet irritante & insultante, (6) spretis) congrediuntur: (7) non tamen semper victores. Nam & cygni quandoque alarum verbere vites illarum infringere, & polypus piscis secum raptam in aquas aquilam visus est superasse. (8) Ut nec penuriam facilè patitur, nisi cum pullis excubandis inhæret, quando in maciem declinare fertur (9) Nam ut *Albert.* l. 23. refert, in unico aquilæ nido reliquiæ anatum 300 anserum centum, leporum 40. & piscium penè innumerabilium reperta sunt. (10) Ceterùm, ut primo ex alto impetu prædam opprimant, curæ est, in avibus præsertim pugnacibus. (11) Nam si falconem prætervecta fuerit jam inferior aquila, ab hoc vindice impetetur, uti *Scaliger* Exer. 231. in fugam ab eodem actam meminit. [12] Testudines, quas ut remedium captare feruntur, ex alto in saxa illisas confringunt. (13) quo casu Æschilus Poeta calvo capite saxum referens, per aquilam est interemptus. (14) ut hoc loco l. 10. c. 3. Plin. Mirum verò quod ex connata antipathia aquilarum pennæ cum aliis volucrum pennis junctæ has consumant (15) Pullos, quos vix ternos, plerumque binos excludunt, aquilæ, adsolem pleræque explorare feruntur, & nido proturbare, (16) qui hunc nictantibus aut lacrymantibus oculis intuentur, tanquam illegitimos. (17) Rudes, agnis leporibusque semivivis oblatis, ad venationem instituunt: (18) adultos non solùm nido, verùm & regione sua propellunt; ut alibi ex venatu suâ vivant indu-

1) *Attentio vigilantiæ per picatum.*
2) *Ad utrumque paratus.*
3) *Virtus in parvis.*
4) *Generositas.*
5) *Arte aggredi potentiorem.*
6) *Convitiorum spretor.*
7) *Magnanimitas.*
8) *Bella periculosa.*
9) *Amor prolis.*

XIII.

10) *Præda ingens.*
11) *Hostilis impetus.*
12) *Fortuna Belli auctor.*
13) *Inventio prudēs.*
14) *Mors improvisa.*
15) *Inimicitia capitalis, Invidia Societatis impatiens.*

XIV.

16) *Hæretici, lucifugæ.*

17) *Illegitimi, degeneres* Exposititii. 18] *Exemplo docere.*

A

1) *Labore vivendū.*

2) *Miseriors*

3) *Compatiens.*

XV.

4) *Refugiū præsens.*

3) *Præsidiū ereptum.*

6) *Senectus gravis.*

7) *Pœnitentia innovans.*

8) *Lacryma & contritio.*

9) *Filiorū pietas.*

10) *Multitudo obvuit.*

XVI.

11) *Vltio opportuna.*

12) *Pugna gigantum.*

strīâ (1) quos immatutos Chrysaetus pullos abjicit, hos ossifraga (à frangēdis, & vorādis ossib. dicta) inter aquilas paulò minor humaniorq; exceptos educat, (2) quòd & ipsi oculis læsis obscurisque solem non ferat. (3) Vide *Arist.* l. 9 c 34. *Basil* in Hex. l. 8. Et hoc novum quod apud Aldrov l. 1. Ornithol. Avicenna refert, ossifragam cum vipera pugnare visam, ad herbam sonchō similem se identidem recepisse. [4] Cumque herbam non nemo observator sustulisset, redeuntem avem herba non reperta periisse. (5) Magis celebre est, quod aquila senescens incurvato nimium rostro ad cibum capiendum inhabilis fame pereat, (6) nisi præoccupans, ut Divus Augustin. notat in Psal. 102. ad verba *renovabitur ut aquilæ*: aliso ad rupem rostro cibis illud capiendis reficiat; Sed & pennis excussis, resumptisque, ad juventutem innovari [7] ex *Alberto* M. l. 3. aliisque discimus, qui ait senescentem & plumis gravatam summo in altum conatu tendere, dum laxatis calore & concussione pennis, deorsum rursus in gelidum delabatur fontem, (8) ubi vegetata sensim novas pennas induat, juxta illud Isa. 4 *mutabunt fortitudinem assument pennas ut aquilæ. Pierius* ex Bucherio l. 29. c. 16 addit, jam implumes à pullis ad nidum relatas pasci, (9) dum pennis rursum succrescentibus juventam recipiant. Quod si in cornices & psittacos adhuc imbecillis incidat: ab his deplumatur gregatim impetentib. (10) Sed robustior ultionem ab his reposcit. (11) Jut *Alb.* l. 8. c. 2. Plura de Aquilis earūq; varietate *Aldrov* l. c. & *Gesnerus* & *Schottus* l. 9. Illud quod hic c. 8. ibidem refert autorum fide appono *Mar. Paulus Venetus* in Madagascar Insulæ descriptione, lavem illic aquilinam *Rusch.* dictam, reperiri asserit, quæ tantæ molis virium que sit, ut elephantem in sublime raptum solo illidat, atque in prædam auferat; pennasque habeat octo passus longas. [12] Cui congruit quod ex *Gesneri* l. 3. *Schottus* memorat, in silva Germaniæ inter Misenam Drestamq; an. 1550. repertum nidum, per tres quercus, ex magnis arborum ramis, extensum, in quo tres inventi pulli avium, quorum alæ septem ulnarum fuerint, crura Leoninis majora, ungues

non

non impares, (1) vitulorum illic atque ovium reperta coria, & hinnulum adhuc recentem. (2) Minus habet admirationis quod *Arist* l. 9. c 33. ait, in Scythia Otidis non magnæ, sed pigræ avis similes aquilas reperiri, quæ gemina ex se ova, in vulpina, aut Leporina pelle suspensa, haud procul dissita custodiunt, dum à sole fota excludantur. (3) Lepida est gemmarum apud eosdem per aquilas captura, ut *Nier.* l. 10. c. 79. nam super Hyacinthos in abditis cavernis latentes crudas abjiciunt carnes, quas cum aquilæ ex rupibus ad volantes efferunt, simul gemmas adhærentes educunt. (4)

Figuris copiosè aquila servit. Hinc adagia, ut in grandia sectantem, *aquila non capit muscas.* (5) in sublimē & præcellentē, *aquila in nubibus.* (6) aut sublimia frustra appetentem: *Aquilam in nubibus* petit (7) aut dissimilia comparantem, *aquilam noctuæ comparas.* (8) aut imparem provocantem, *Cornix aquilam*: aut peritiorem se instruentem, *aquilam volare doces*: vel *aquilam testudo ducit.* (9) aut senem vegetum, *aquila senecta*, (10) *corydi* [vilissimæ avis] *juventâ* præstat. Per hanc porrò, tanquam avium Principem, summa quæque in rebus humanis significantur. Hinc sublimis divinitatis Christi interpres D. Joannes Evang. per Aquilam. Imperatores quoque Rom. & in apotheosi olim fœlices morientium animæ, per emissam à pyra succensa (11) in exequiis aquilam designatæ. Nilum quoque fluviorum celeberrimum sub Aquilæ signo (12) Ægyptii figurabant. Romani orbis Dominatores in sua quoque vexilla (13) transtulêre. Fœlicisque semper auspicii in rebus agendis habitum, vidisse aquilam, (14) victoriæ sæpius eventuræ indicium. In S. literis *Deus* illi comparatur, qui *sicut aquila provocat ad volandum pullos suos, portans eos in humeris.* Deut 32. *Christus* qui, ut aquila contra Draconem pugnans suos expassis alis protegit, Jerm. 48. 40. *Ioannes* Evang. Ezech. 1 10. *Iusti* & *pœnitentes* Is. 40. 31. qui *assumunt pennas ut aquilæ.* Sic aquila volans ad rapiendum *Diabolum* Job. 39. 30. *Tyrannos* item Ezech. 17. & Dan. 7. *Vide Silvam Lauretti.*

A

1] *Gigantum soboles.*

2] *Spolia opima.*

3] *Neglectus prolis.*

4] *Do ut des. Remuneratio.*

XVII.

5] *Ambire ardua.*

6] *Excellens.*

7] *Ambitio stulta.*

8] *Lacessere fortiorem.*

9] *Instruere peritiorem.*

10] *Senecta aquila.*

XVIII.

11) *Mors sanctorum*

12] *Nilus.*

13] *Imperium.*

14] *Fœlix eventus. victoria.*

XIX.

ARDEA Græcis ἐρῴδιος oblongo rostro, collo, pedi-

A

pedibusque, cum Falcone exitiali plerumque congressu pugnare solita, cum is superior evasit; (1) nisi astutè rostro sub alis obtecto, objectoque irruentem excipiat confodiatque, (2) quo casu nonnunquam & ipsa impetu prostrata; cum hoste occumbente cadit. (3) Piscium captura delectatur, anguillas nonnunquam integras deglutiens, & cum restis suis ostreas devorans. (4) piscaturi cavent, ne umbra in aquas cadens pisces avertat. (5) Nidore pedum, grato piscibus, eosdem in litore stantes trahunt. (6) Et piscatores ardearum pinguedine solent allicere. In silvis ad loca paludosa nidificant, & cornicum societate gaudent, (7) tum etiam cohabitatione mutua. (8) Unde Principes viri in aptis aucupio locis fovent: ut Elector Coloniensis Brulis haud procul à Rheno, in clauso muris nemore. Ad coitum fuso ex oculis sanguine. *Pierius* l.25. c.42. non sine argumento doloris accedere, (10) memorat. Tempestatem futuram volatu supra nubes elato vitare comperta est. (11) *Plinius* l.10.c.60. tria ardearum genera censet Leucon albam, asteriam ab astrorum colore, & Pellon. Asteria humanæ vocis docilis in Ægypto frequentior. *Albertus M.* Astures nuncupat, airque senes jam cæcosque à junioribus nutriri (12)

XX.

ASIO, sive Otus, inter noctuas & bubones media, colore plumbeo auribus plumeis eminentibus, (13) unde & nomen trahit: imitatrix ac parasita est avis, (14) ut Plin.l.10.c.23. capitur saltatione quadam ridicula (15) quam scopam vocant. Ceterum contempta avis est, nec valdè dissimilis eis, quas cornutas vocant. (16) Quales *Majolus* in Moluccis & Æthiopia Coll.6. reperiri tradit, & illic quidem bicornes, hic unicornes (17) ut de his *Ælian.*l.17.c 10.

XXI.

ATTAGEN, seu Attagena, avis est Asiatica, inter cibos maximè celebrata, præsertim quæ in Jonia est. (18) pictis decora pennis, sono vocis nomen suum decantante, (19) ut habet *Ælian.*lib.4.cap 42. Capta tamen obmutescit. (20)

BERNICLA, quam alii Barliatham, Brantam, vel Cla-

1] *Pugna imparium dispar.* 2] *Armis occultis petere.* 3] *Occumbere cum hoste.* 4] *Gula.* 5] *Cautè aggredi.* 6] *Odor fallax.* 7] *Garrulis adhærere.* 8] *Societas parium.* 9] *Venus exhaurit.* 10] *Dolor voluptati mixtus.* 11] *Deo adhærens mundum vincit.* 12] *Senibus succurrendũ.* 13] *Contemptus auditor.* 14] *Imitator ridiculus.* 15] *Saltu ctantia, capi.* 16] *Stultus.* 17] *Conjugiũ infame.* 18] *Lautitiæ.* 19] *Ialaus propria.* 20] *Non fateri crimen.* B. XXII.

Clakim aliisque nominibus appellant ; anseris specie in Britannicis insulis , quas Orcades vel Hebrides vocant , tum in Scotiæ & Hiberniæ litoribus videtur: quam ex putrefactis arborum, illo in mari, lignis, fructibus, foliisque, tum etiam conchis quibusdam prodire, (1) gravissimi, plurèsque occulati autores testantur, ut qui his omnibus fidem derogat, fidem non mereatur; cum & serpentes & mures nasci ex ejusmodi rebus putrefactis constet. Quanquam natas, deinde ex ovis genus suum propagare posse non sit diffitendum. Quod verò alibi locorum hæc metamorphosis incomperta sit, lignorum simul marisque, in hunc partum illic solum conspirantis, naturæ erit tribuendum. Vide *Gesnerum* lib. 3. *Aldrov.* lib. 19. Ornit. c. 23. Sic *Boethius* in descript. Scotiæ, illic lignum trabale extractum mari, divisumque serra, plures exhibuisse aves jam plumis indutas, memorat, alias adhuc inplumes, alias primùm ex ligno putrefacto verminantes. (2) Idem algæ marinæ agnatas conchas, (3) in iisque apertis, aves reperit. Vincent. Belluac. nat. hist. l. 16. c. 40. tradit ejusmodi ligna crassum ex se visci instar emittere humorem, ex quo aves sensim formentur, ultimò ex rostris suspensæ, (4) donec jam maturæ decidant. Id verò Jacob. Aconensis in hist. Orient etiam in ceteris arboribus, super ripas maris, evenire memorat. *Olau.* Mag. l. 19. hist. septentr. c. 9. ait, sin Orcadibus ex fructibus arboris cujusdam in oceanum deciduis has volucres subnasci. (5) idemque *Munsterus* l. 2 Cosmog tradit. Hæ cum in aquis potissimum ex captis vivant piscibus, in quadragesima olim mensis adhibiti : (6) donec in concilio Laterano Innocentius III. prohibuit. Parum verò credibile videtur, quod Vincentius addit, hanc ex arboribus natam avem non habere superflui humoris egestionem. (7) Vide *Majolum Colleq.* 6.

Jovia BVBO inret nocturnas aves maximus, colore fusco sit, grandi capite, (8) quod ultimum nascens ovo exsilit, (9) orbiculato torvoque vultu, (10) aduncis unguibus, quibus, canibus etiam aquilisque metuendus, supino corpore, obnititur (11) obscura antra, turres, desertaque loca incolit, 12) infimo visu solem non ferens

B

1] *Partus virgineus.*

2] *Piscis sensim.*

3] *Conceptus virgineus.*

4] *Oris cura.*

5] *Operum meritum ex Christo.* XXIII.

6] *Ambigua mentis homo.*

7] *Immunis, à labe originali.*

8] *Caput sine cerebro.*

9] *Prapostera.*

10] *Melancholicus.*

11] *Prostrati pugna.*

12] *Proscriptus.*

ferens,(1) aut si prodeat infausti ubique ominis,(2) nec
B recto, sed obliquo volatu se protipiens. (3) Noctu
XXIV. volans, gemituque ferali insonans. (4) Muribus cu-
1] *Invidus* niculisque vescitur, (5) omnium ceterarum, dum ap-
2] *Infœlix* paret,avium impetentium scopus.(6) Cinis oculorum
3] *Hæreticus. Inobèdiens.* illius collyrio mistus ad claritatem hominis oculos ex-
purgare fertur. (7) Cor gestatum pugnantes ad prœ-
lium animare,(8) & impositum mammæ sinistræ dor-
4] *Funebria.* mientis mulieris efficere, (9) ut secreta prodat,notavit
*Plin.*l.29.c.4.n.40.

5] *Epulæ tristes.* *Figuratè* multa signat,ut proditores,fures,hæreticos,
6] *Infamis* & quosvis sceleratos noctis aves (10) cum verò inter
7] *Servire aliis, non sibi.* immundas sit (11) Lev.11 rectè ibid. glossa notat, libi-
dinosos designari. Ceterum & in proverbiis *Bubo canit luscinia.*(12) quando rudis peritum docet.

8] *Animosus.* *CAPRIMVLGVS* avis nocturna cuculo minor,
merulæ haud dispar,at grandior, & magnis in capite
oblongo oculis, sed in sole cæcis. (13) Noctu hæc ca-
pras mulget,adeoque exhaurit,ut ubera emoriantur,&
9] *Secretorum revelatio.* excæcentur capræ,(14) ut Plinius lib.10.cap.40. voce
adeò terribili intonat, ut audientibus horrorem incu-
10] *Proditor. fur.* riat.(15)

11] *Libidinosus.* *CARDVELIS* avicula est capite rubro, alis luteis
albo nigroque colore distinctis,quæ ex semine card uo-
C rum,quo vescitur,(16) nomen trahit. Has Plinius l.10.
XXV. c.42. omninò dociles non voces tantum imitari, ve-
12] *Rudis peritum docet.* rùm & ore pedibusque imperata assequi tradit. (17)
13] *Hæreticus.* Et esse, quæ tantillo in corpore boum mugitus reddat.
(18) Taurus ab Arelatensibus dicta, esse quæ ab equis
herbâ pabuloque pulsa,velut ulcisceus se hinnitum ex-
primat,(19)Anthus fortè à cardui flore,nuncupata.

14.] *Fur, Exactor. Meretrix.* *CATARACTA* Plin.l.c.44. avis est fulicæ similis,
in Apuliæ vicina Insula frequens, ubi ob Diomedis se-
pulchrum Diomedea avis dicta est, (20) infesta suo
15] *Terror manis.* clangore advenis. Græcis tamen parcere atque adu-
lari (si fides autori est) solita. (21) Nec alio hæc avis
tranlmigrat, istic tantùm cognita. (22) Candida, ig-
1] *Abstinentia vitem purgat.* nei coloris oculos vibrat, rostroque est dentato. (23)
quo

17.] *Docilis* 18] *Mimus.*19] *Illudere.*XXVI.20] *Fama superstes* 21] *Respectus personarū,*22] *Domicola.*23 *Mordax convitiator.*

quo terras essodit, scrobesque crate stratas humoque rectas pro nido habitat, (1) patente ad orientem ostio, quo pabulatum exit, & ad occidentem altero, quo revertitur. Gregatim sub duobus incedunt ducibus, altero agmen cogente, ducente altero. (2) Hæc *Plin.*

C

1] *Avarus.*

2] *Obsequens.*

CERPHVS avis exiguo est corpore, sed plumis multis operta, (3) stupida, ut quæ matris spuma delectetur, quam dum aucupes primò eminus objectant, deinde propius, ac postremo è manibus præbent, intercipitur. (4) Patiens vociferatur. (5) unde in magna pollicentes dici solitum: *Cepphus parturit.* Vide Erasmum in Prov.

XVII.

3] *Vestium luxus.*

4] *Fatuitate falli.*

5] *Promissa re majora.*

CICONIA Græcis πελαργὸς in transalpinis regionibus frequens, longo rostro, pedibus, collo, pennis albis nigrisque, cauda prebrevi. Gruibus similis, collisione rostri, tanquam crotali, pro voce utuntur elingues. (6) Ranis, piscículis, atque inprimis serpentibus in victu delectantur: quos cum integros devorant, postico nonnunquam elabuntur, ut opposito hanc viam muro, aut trunco claudere necesse sit. (7) Unde serpentibus agros purgant, (8) ideoque, ut *Plin.* ait l. 10. c. 23. in Thessalia capitale fuit occidere ciconiam. Et amant homines, quorum apices domuum, nido in his excitato, quærunt (9) redituræ post hiemes eodem: fuitque mali ominis observatio, aliò migrasse. (10) Hinc se Attila potiturum Aquileia non vanè sensit, cum ciconias urbe migrare cerneret, pullos ore ferentes. (11) ut *Pier.* l. 17. cap. 9. Porrò ut sollicité pullos educant, ita extremo amore tuentur, sic Delphtio Batavorum urbe, anno 1086. flammis correpta, *Majolus* Coll. 6 refert, Ciconias ad defensionem sobolis, iisdem incubuisse, dum correptæ flammis pariter absumerentur. (12) Nec minor prolis erga parentes senio confectos, quâ alendi, quâ defendendi cura, ut vicarius hic amor & pietas, proverbio, & legi etiam apud Thessalonices locum fecerit: ἀντιπελαργεῖν, *antipelargiam servare*, seu curâ (13) rependendam esse. Unde & ciconiæ capita in sceptris Ægyptiorum Reges prætulisse *Pier.* c. 2. ex Suida

6] *Elinguis.*

7] *Voluptatum compressio*

8] *Hostis profligatus.*

9] *Excubiæ.*

XXVIII.

10] *Excubias deserere.*

11] *Transmigratio.*

12] *Amor in liberos.*

13] *Amor in parentes.*

C XXIX.

da memorat, sicut Hippopotami in parentem ingrati ungulam in sceptri pede. (1) quo pietatem hanc sibi aliisque inculcarent. Castæ sunt, neque extra nidum & prolificandi tempus indulgent Veneri, neque norunt prætergressas thorum graviſſimè vindicant, ita Guilielmus Patiſ. à ſe ſpectatum memorat, maſculum ciconiam ingenti numero ſecum alias collegiſſe ciconias, ſuamque in adulterio comparem repertam, facto impetu, vivam dilaceraſſe. (3) Sed & in rebus aliis diſciplina earum commendata eſt, cum migrandum in campo uno, velut metatis caſtris, conveniunt, curæque habent, ne quam ſui generis relinquant. (4) Siquæ mora facta advenerit tarda ac noviſſima, hanc, ut diſciplinæ violatæ ream, lacerant. (5) ac poſtremò noctis ſilentio abeunt redeuntque: ut nec abiiſſe, nec rediiſſe cuiquam conſtet. ut *Plin.* l. cit. Gratæ erga benefactores compertæ ſunt, *Schottus* l. 9. c. 26. refert Veſaliæ ad Rhenum certo plauſu valedicere abeuntem Hoſpiti ſolitam, & ſalutare redeuntem, viridis inſuper ex novo orbe Zingiberis radice allata. (6) Aliam hoſpitis abſentis uxorem violantem, roſtro vindice, excæcaſſe, ut dignam crimine notam relinqueret. (7) Celebris apud *Ælian.* l. 8. c. 22. Ciconia eſt, quæ cum adhuc tenerior è nido prolapſa crus fregiſſet, ab Heracleide muliere Tarentina obligato pede curata, poſt annum, gratitudinis ergo, tranſvolans in ſinum illius lapidem effudit, (8) quem ut illa inter tenebras mirè fulgere comperit, æſtimatum ut par eſt ſummo pretio, digni muneris loco habuit. Nec minus ciconia ſibi novit, delectu herbarum, conſulere: Nam Origani herbæ paſtu ſtomachi novit taſtidium levare, (9) & platani folio nidum à noctuarum tueri injuria, (10) cujus ſolo contactu ova velut ſubventanea, evaneſcunt. *Pier.* l. 27. c. 7. & 8.

1] *Pietas impietati, gratitudo ingrati. ut dini oppoſitia.*
2] *Caſtitas conjugalis.*
3] *Adulterium punitum.*
4] *Diſciplina militaris.*
5] *Diſciplina neglectus vindicatur.*

XXX.

6] *Gratitudo.*
7] *Vindicta aqua adulterii.*
8] *Remuneratio.*
9] *Medicina morbi.*
10] *Antidotum. Vanitatem.*

Figuris idonea, in proverbiis quoque locum habet, cum dicitur *Ciconia tergus pinſere*, qui illudit neſcio.

XXXI. *plisz ka* CINCLVS avicula palmipes eſt juxta mare vivens, aſtuta & captu difficilis; intercepta tamen facilè bene-

beneficiis miteſcit. (1) Poſterioti corporis parte debilis eſt, ſed inquieta. Nidum ipſa ſibi non fabricat, imbecillitate, ut putant, impedita. Unde in alienos ſeſe nidos inſinuare cogitur. (2) Hinc Pauperis, vel Cingari idea eſt, ut *Pier.* lib. 26. c. 57.

CINNAMOMVS vel Cinnamolgus, in altiſſimis arborum ex cinnamomi (unde dicitur) ſurculis nidificat, in orientis plagis, (3) quo cum incolæ ſcandere nequeant, ſagittis penetrant, ut nido dejecto potiantur. *Plin.* l. 10. c. 3. ex *Ariſtotel. Vincentius Bellua.* paſſere aliquantò majorem facit, flavo cæruleoque colore perfuſam.

COLVMBA nota avis & familiaris homini. (4) Summa amat rectorum, ex quibus ceu ſpeculâ hoſtis inſidias obſervet, (5) ex qua cauſa etiam aquarum ripas ſectatur, ut ex umbra hoſtem accipitrem in aqua agnoſcat. Omnem penè hæc avis colorem ſua in ſpecie admittit, præcipuè tamen album argenteumque, (6) collo tamen cum cæruleo eſt, una varii coloris itidem refert. Nulla penè avis oppoſitis ſymbolis aptior eſt: nam & conjugali caſtitati perpetua thori fide, (7) & Veneri frequentatione coitus eſt amica. (8) Ut hanc columbis ſuo in curru vectam Veteres fabulati ſint, & Semiramis libidinoſiſſima Regina Ægyptiorum ab iiſdem ſub columbæ ſpecie culta fuerit. Oſculo prævio complexus ordiuntur, (9) & ſingulis propedum menſibus, ſaltem diebus quadragenis concipiunt, (10) alternatimque mas cum femina incubant, (11) & binos pullos, marem plerumq; cum femella, excludunt, qui pulli cum poſt menſes quinque generationi quoq; idonei ſint, uno anno, cùm loco aprico & pabuloſo morantur, mirificè ſolent amplificari. Bile illas carere autumant, ſideoque pacificè vivunt. (12) ne efacilè peſtem ſalubri ſemper carne contrahunt, ut iccirco peſtilentiæ tempore tutus cibus ſit. (13) Gregatim & volatu celerrimo feruntur, nec vis longiſſimis ab hoſpitii memoria deflectunt, (14) ut alio translatæ, ligatis ad pedes vel ſub aliis literis, nuntiorum vicem præſtiterint ad ſuos remiſſæ. (15) Ita Decius in Mutinenſi obſidione ab Antonio incluſus,

C

1] *Pauper.*
2 *Mendicus Cingarus Vagus.*
3] *Arces nobilium facilius expugnantur.* XXXII.
4] *Amicus fidelis.*
5] *Vigilantia.*
6] *Candor*
7] *Caſtitas conjugalis.*
8] *Venus licita.*
9] *Amor conjugalis.*
10] *Fecunditas conjugum.*
11] *Labor communis.*
12] *Pax.*
13] *Cibus ſalubris*
14] *Amor loci natalis.* XXIII.
15] *Tabellarii.*

C

clusus, hac arte usus est, ut *Plin* tradit l.10.c.37. quod & in obsidione Bredana, quæ Belgarum urbs est, hoc seculo usurpatum est. Ubi pigrius fœmina pullis advigilat, mas leni castigatione ad hoc propellit. (1) Si quid dissensionis in matrimonii legibus natum, pleno gutture obmurmurant (si Plin. l.6.c.34. sit fides) zostroque invicem feriunt: moxque reconciliationem mutuo testantur osculo. (2) Fœminæ tamen imperiosos, ac subinde etiam iniquos mares ferunt. (3) Pullis salsiorem primò terram in os inspuunt, præparantes gustum cibo. (4) Delectantur mundicie, quare ut corpus purgent à pulicibus, aqua perfusum humectant, moxque asperguntpulvere, velut lixivio perpurgandum. (5) Suavi trahuntur odore, unde opobalsamo olim fenestras tingere solebant, aut quasdam columbarum illinire, quo non tantum locum sociasque retinerent, sed peregrinas quoque allicitas traducerent. (6) Medicina illis in morbo est Helxine purgatrix herba, (7) laureosque ramulos pro amuleto nidis pullisque adhibent. (8) Cibum etiam ex auribus hominum discunt capere. (9) quo artificio Mahumet suis persuasit Spiritum S. sibi in aurem dicenda suggerere, Vide *Aldrov.* & principio hujus operis Symbola Pontif Innoc.

Figuratè in S. literis multa designat, ut *Ecclesiam* Christi *una est columba mea*, (10) Cant. 6.8. *animam* devotam, *propera amica mea, columba mea* (11) Cant. 2. c.10. aut etiam *Deiparam*, ib. quæ ut Beda super Gen. 8. ramum olivæ, hoc est Christum nobis attulit. *Spiritum S.* quoque qui super Christum in specie columbæ (12) apparuit Matt. 3. *Ipsum Christum*, ut Hilar. in verba psal. 54.v.7. quis dabit mihi pennas sicut columbæ? Cui illud Jerem. 25.v.38. convenit, facta est terra in desolationem à facie iræ columbæ. *Apostolos & Doctores* ut Hier. super Is. 60.v.8. qui sunt isti qui ut nubes volant, & quasi columbæ (13) ad fenestras suas? Denique *fideles omnes* Qui Matt. 21. jubentur esse simplices sicut columbæ. (14) *Monachos* Jerm. 48.28 Habitate in petra: estote quasi columba nidificans. (15) *Pœnitentes* ut Gregor. super Cant. 2. 15. columba mea in foraminibus petræ

1] *Correctio moderata.*
2] *Reconciliatio.*
3] *Fœmina subsit viro.*
4] *Amara prosunt.*
5] *Purgatio.*
6] *Illecebris capi.*
7] *Medicina.*
8] *Antidotum.*
9] *Secretorum communicatio.*

XXXIV.

10] *Ecclesia.*
11] *Anima devota.*
Deipara.
12] *Spiritus sanctus Christus.*
13) *Apostoli Doctores*
14) *Fideles*
15. *Monachi.*

petræ. (1) meditatione scilicet vulnerum Christi, &c. De quibus vide *Silvam Laureti*.

Cererum apud Gentiles quoque boni ominis fuit. Æneæ auspicatò comparuêre, & in Cæsaris Castris super pálmam nidificantes (2) omen victoriæ fuêre. Diadumeno Macrini filio depositæ ab aquilis in cunis co lumba (3) regnum protendit, ut Pier. l. 22. c. 10. Quod verò hæc avis lauri foliis ægritudinem abstergat, hinc forte *laureum gestare baculum* (4) in fœliciter adversa superantem usurpatur.

CORNIX, vel cornicula corvini generis avis garrulitate sua ingrata (5) fructibus juxta carnibusque assueta. Conjugii præcipue fide est memoranda, quod præter compar unum nesciat, illoque sublato cælebs degat. (6) Tria minimum soecula vivere memoratur, (7) carnesque illius in cibum sumptas vitam hominis vivacitate sua producere. (8) Duo excludit ova, marem ac feminam pariendo, quod si utraque femina aut mas esset, (quod rarò evenit) ceu enuchi, extra conjugium proles vivit, (9) ut habet *Pier.* l. 20. c. 26. Concordia conjugum celebris, (10) nec nisi prolis causa, (11) ideo que rarò sociantur, solam videre, inauspicatum olim est habitum. (12) Pullos etiam volantes prosequuntur, ut pascant: jamque senes idem ab iisdem beneficium recipiunt. (13) Ciconiis amicæ his, trans mare avolantibus, se Duces exhibent. (14) Cum ardea junctæ, etiam vulpes audent impetere. (15) Noctuis inimicæ earum ova meridiè absumunt, dum illæ cæcutiunt. Verùm noctu pari furto noctuæ insidiantur. (16) Mustelarum quoque nidos pullosque diripiunt, (17) & Tympanum avem ut *Arist.* ait lib. 9. cap. 1. occidunt. Nucem ubi perfringere rostro nequeunt, elatam in altum saxis illidunt. (18) Verbenaca herba nidum adversus blattas aliasque bestiolas muniunt. (19) dociles sunt, humani etiam sermonis, ita *Plin.* l. 10. c. 43 se vidisse ait, plura verba ordine contexta proferentem aliaque atque alia condiscentem. (20) Musis tam eu ob garrulitatem invisa, & nec Athenas quidem ad Palladis arcem advolare unquam visa, (21) ut *Lucret.* l. 6. rer. nat. tradit

C

1] *Pœnitentes.*
2] *Victoriæ omen.*
3] *Regni omen*
4] *Felixin adversis.*
XXXV.
5] *Garrulitas.*
6] *Castitas conjugalis.*
7] *Longævitas.*
8] *Senectus fera.*
9] *Cælebs.*
10] *Concordia.*
11] *Castitas.*
12] *Omen malum.*
13] *Pietas mutua.*
14] *Amicus fidus.*
15] *Auxilium firmum.*
16] *Fui tü.*
17] *Spolia.*
18] *Ingenium.*
XXXVI.
19] *Antidotum.*

20] *Docilis.* 21] *Docti, ingratus.*

C
Tabellarius.

tradit. Matthes tamen Ægyptiorum docilem adeò charamque nactus, ut hæc ipsi tabellarii (1) diu munere perfuncta sit, ac nobile juxta Myridis paludem sepulchrum, cum columna cui insideret, (2) promerita fuerit, ut Pier. l. 20. c. 1. Quod si cadaver illius putescens in loco muribus obnoxio ponatur, eliciet, ut occidi possint. (3) Cerebrum illius in cibo sumptum capitis dolori medetur, ut Plinius.

2] Sepulchrum gloriosum.

3] Mors salutaris.

4] Sapere pro antiquis velle.

5] Aperhonsio noxi XXXVII.

Figuris servit, in 5. literis tamen ratius. Baruch 6. 53. falsa simulacra Deorum, corniculæ impotenti comparantur. In adagiis frequentior, hinc *cornicari* dicuntur garruli, ac furaces, senex robustus, *cornicibus vivacior* dicitur, ut *cornicum oculos configere* (4) feruntur juniores, qui piæ senibus volunt lapere. Cumque aliquis rem nocituram aggreditur, *corniæ corpium* (5) fertur apprehendere: ut qui cauda feriat tenentem.

6] Conversus ab hæresi.

7] Similis simili.

8] Diabolus & caro excæcant.

CORVVS nigra avis, nisi quod in septentrionis locis etiam albi reperiantur, in Islandia frequentes, apud nos Rhenanos etiam hieme spectati. (6) In fecundis regionibus gregatim volitant, in sterilibus bini, fide quoque conjugali nexi. (7) Victum poma, cerasa, vermes, pisces cadavera suppeditant. oculos, dum animalia petunt, fodicare ante omnia soliti. (8) In Bothnia etiam vivos lepores, cuniculos, agnosque hac arte aggrediuntur, sublatis oculis facile victores. Tauris infesti, vulpibus amici. (9) Pullos à viginti dierum incubatu excluſos negligunt, usque in diem septimum, dum plumis & colore similitudinem aliquam parentum induunt, (10) quibus interea advolantes ad humorem muscæ cibus sunt. (11) Ita recepti in curam, postquam ad volatum apti sunt, non solum extruduntur nido, verùm & propinquo loco exiguntur, ne parentibus pabulum intercipiant. (12) quitum videntur vicem rependere similem parentibus, quando senio confecto occidunt, ac devorant. (13) ut Ælian. l. 2. c. 41. Unde manavit proverbium, *mali corvi malum ovum.* (14) Crassa & incultæ crocitationis avis, ingenio ad discendum prompto est. (15) Visa enim est desiderio potus in vas lapides congerere, ut humilior emergens aqua ore

7] Similis simili.

8] Diabolus & caro excæcant.

9] Dolum pro viribus sequi.

10] Odisse filios diffimiles.

11] Providentia Dei.

12] Odium parentum. XXXVIII

13] Odium filiorum ingratitudo

14] Generatio prava.

15] Docilitas pravorum.

ore captari posset, ut Plin. l. 10. c. 43. refert, additque, quò ejus docilitatem agnoscas, sub Tiberio Cæsare Sutorem Romæ Corvum domesticum ad salutandum Tiberium, Germanicumque, ac Drusum Cæsares nominatim, mox & transeuntem populum instruxisse. (1) quod ille officii genus, mane jam frequenti foro in rostra evolans peragebat quotidie, mox ad tabernam reversus. Cumque jam plurium annorum officio functũ, vicinus sutor indignatione quadam interemisset, concitata plebs hominem vicissim interemit. (2) volucrique egregio funere, Æthiopibus tumbam, coronis vinctam, ferentibus, tibicine præcedente, in campo Rediculi, constructo rogo, parentarunt. (3) Vidi Embricæ in Clivia corvum picamque, uno in horto juxta villam morantes. Ubi ille unus animalium omnium voces reddere poterat, Gallinam glocientem, gallum cantantem, canem tam distinctè latrantem, ut discernere vix posses. (4) Siquid huic ex datis in pabulum supereresset, hoc ne pica auferret, in angulos, & sub terrâ abdebat etiam. (5) Verum illa ex insidiis observato loco quamprimum corvus abscesserat, condita eruebat. (6) Ita ille, si quid picæ oblatum esset, aut rapto, aut furto sub ducebat. (7) ut his artibus inter se certarent. Verum inauspicata semper avis habita est, ingeniumque suum jam in arca Noe probavit, ventri semper dedita, (8) ut mirandum sit, quod Eliam Paulumque olim paverit: nec minus quod Valerio (hinc Corvino dicto) cum Gallo duellanti galeæ insidens hostisque oculos petens, adstiterit. *Gell.* l. 9. c. 11.

C

1] *Adulator.*

2] *Vindicta improba.*

3] *Exequia ridicula.*

4] *Mimus.*

5] *Avarus.*

6] *Fur.*

7] *Raptor.*

XXXIX.

8] *Gulosus*

Figuris pluribus adhibetur, de re perrarâ in proverbio est, *corvus albus* (9) de ingenioso facto, *corvus aquat.* (10) nempè lapillis in hydriam immissis, de inhiante nequicquam rebus amplis, *corvum deluſit hiantẽ.* (11) de homine ob rapinas plexo, *corvus serpentem*, (12) lethali morsu se vindicantem. De inepto dignioribus præhabito, *corvi luscinijs honoratiores.* (13) de scelerato homine, *ad corvos*, de nequam homine, sed honorato, *corvus sacer Apollini*, quòd ut nigerrima avis soli omnia denigranti convenit; ita honoribus plerique fiant nequiores.

9] *Ravares*

10] *Ingenium.*

11] *Spe frustratus.*

12] *Vindicta.*

13] *Honor indigni.*

quiores. mirum verò quod ovum corvinum, etiam crinibus illitum, nigrorem inducat. In S. literis, corvus (1) modò Diabolum ejusque discipulos (2) significare potest, ut *Hier.* super Job. 38. 41. quanquam & pulli corvorum quibus Deus escam præparat ib. dici possint ex gentibus (3) conversi. Corvus egressus arcâ est, juxta Rupert. super Gen. 22. populus Judaicus egressus ab Ecclesia (4) De his aliisque vide *Laurentium.*

1] *Diabolus.*
2] *Hæretici*
3] *Cóversi ad Deum.*
4] *Iudæi.*

XL.

5] *Concupiscentia premit.*
6] *Lucis robur*
7] *Carne opprimi.*
8] *Opportunè ingredi.*
9] *Principatus periculosus.*
10] *Inconstans in cœpto.*
11] *Festinatio nimia.*
12] *Auxilium mutuum.*
13] *Onus subevans.*

XLI.

14] *Venenum innocuum.*
15] *Epileptici.*
16] *Epula suspecta.*

CORTURNIX perdici haud dissimilis, sed minor, terrestris potius avis, quàm sublimis, parvo volatu, quia caminores pro corpore alæ sunt, (5) ideoque dum caetervatim hiematum, ante grues, abeunt, duce Ortygometra, quæ ejusdem generis, sed lacustris & [illegible] minor est, (6) tanto pondere sæpè navibus velisque noctu ineumbunt, ut periculum inferant. (7) Auram ad corporum pondus levandum in volatu captant; ideoque & humidiorem austrum declinant: sicco aquilone gaudent. (8) Primam terræ appropinquantem accipiter rapit. (9) Glottis (à longiore lingua sic dicta) in comitatu est, quem ut avidè auspicatur, ita in primo diei hospitio, viæ pœnitens, deserit, (10) post annum progressura ad alterum: Nunc igitur cortutnicibus adhæret alia, superiore anno relicta. At contra Cychramus ejusdem irineris avis socia, viam deproperans, noctu etiam easdem ad iter excitat. (11) Otis, sive Asio (de quo supra) in societate eadem, cum ex noctuarum sit genere, duetum quoque in tenebris securiorem præstat, in die pariter ducenda. (12) Instar igitur gravis expeditionis hæc profectio est. Quam si adversus ventus tardet, prehensis lapillis, aut gutture arenis repleto se magis firmant Otides. (13) Cortutnicibus veneni semen cibus gratissimus, (14) quam ob causam in Romanorum olim mensis damnatæ sunt, quanquam & comitialem in illis morbū aversati sint, quem solæ animalium præter homines sentire ferunt. (15) Hæc ferè Plin. l. 10. c. 23. Sed & Israelitæ in deserto iisdem pasti sunt, Num. 11. & hodiedum in mensis spectantur, tunc gratiores, quando salubertimis juniperi granis sunt pastæ. (16) Unde & Græci senserunt Herculem in comitiali morbo hujus alitis esu restitu-

restitutum. Ut notat *Pier.* l 24. c. 48. Ingratam tamen impuramque hanc avem memorat visam Ægyptiis, tum quod aquam unde bibit limpidam turbet, (1) velut aliis hujus usum invidens, tum quod adversus orientem Lunam indignanti garritu strepat. (2) Quasi lucem hujus detestata. In Neapolitano hodie regno, illa æstimatione & frequentia sunt: ut quemadmodum tradit *Majolus* coll. 6. quibusdam Episcopis tantum hinc quotannis proveniat, quantum mensæ episcopali sustentandæ sufficiat. Fecundæ sunt & salaces, (3) peculumque uni objectum sufficit, ut amore effervescens advolet, seque in laqueum appositum induat, ut *Athen.* l 9.

C

1] *Invidia.*
2] *Lucem odisse Gloriæ invidere.*
3] *Concupiscentiæ.*

CVCVLVS sive Coccyx de genere accipitrum, imbellis tamen, sine aduncis unguibus (4) in vere procedit, in ortu caniculæ & hieme occultatur intraque arborum lapidumque cava, pennas mutat. (5) Omnibus avibus invisa. (6) in quorum ac præcipuè curucarum ac palumbium nidis sua collocat ova, (7) plerumque sola, rarius bina, alterius volucris ovo tracto exhausto que, adulteris similes. (8) Unde & Juppiter à Poetis in cuculum transformatus, quamvis apud Junonem, est. cujus & sceptro, velut muliebris timoris ac fragilitatis symbolum affingitur. (9) Cuculi tamen nomine præcipuè adulterarum viri, (10) tanquam ignavi, quique per alios progenerent, notantur. Sic *Plinius* tradit Vindemiatores in putandis vineis segnes olim voce cuculi notatos, quasi hic superveniens in opere deprehendisser. (11)

XLII.

4] *Degener.*
5] *Mutabilis.*
6] *Invisus.*
7] *Ignavus.*
8] *Adulter.*
9] *Timidus*
10] *Adulteræ vir.*
11] *Segnis.*

CVNTVR avis occidentalis Indiæ, ut habet *Ionstonus ex hist. Occid Ind.* longè aquilis majores, plumis albis nigrisque rostro adeò valido, ut homines bovesque sternat. (12) pecus in Peruvia universum destruerent si plures essent. In Maragnanâ pucherrima & versicoloti specie, rotundis insignes maculis visuntur, (13) aquilâ duplo majores, quæ ovem integram per aerem auferunt.

12] *Vis improvisa.*
13] *Hypocrita*

XLIII.

CVRVCA avicula Cuculi ova pro suis incubendo solet excludere pullosque nutrire alienos, (14) unde

14] *Educare filios alienos.*

C eum qui adulteri filios pro suis educat, solet designare.

1] *Candor animi.*

2] *Musicus. Poeta. Solitarius.*

CYGNVS sive Oloranseribus major candidiorque (1) oblongo collo, avis amphibia, modulata & tenui ad favonias flantes voce (2) lætari & suavissimè modulari dicuntur, sed vix deprehenduntur imminente funere. (3) Obliquo & tardo volatu fessas à tergo se inclinare patiuntur ducibus (4) Molli niveaque sunt pluma, sed dura atraque carne. Mutuis sese morsibus attociter petunt. (5) etiam carnibus occisarum vescuntur. Apollini, velut musicæ præfecto Poetisque sunt consecrati.

3] *Mors lata.*

4] *Auxilium mutuum.*

5] *Odium fraternum*

D

XLIV.

DALA vel Ovimagna à *Neremb. l. 10. hist. c. 5.* dicta in America repertur, columbæ magnitudine, quæ ova anserinis majora excludit, (6) eaque in arena excavata, tanquam nido collocat, nec minus quinquagenis, quæ, ut & ipsa avis, edulia sunt: & sine incubante à sole excluduntur, pullis recens ab ovo evolantibus. (7) Quis tam facili fecundoque partui non plaudat?

6] *Opus exspectatione majus.*

7] *Partus facilis.*

E

ERYTHACVS sive Rubecula solitaria avis (8) consortem in eodem secum saltu vix sustinet. (9) Unde proverbium natum: unum arbustum non alit duos erythacos.

8] *Solitarius.*

9] *Consortis impatiens.*

FALCO. Vide de hac ave in voce *Accipiter.*

FICEDVLA à ficubus quibus vescitur sic dicta: quanquam & uvis pascatur, affueta dulcibus. (10) colorem post autumnum, uti & nomen mutat Melanchorphus dicta. (11) In mensarum deliciis est.

F

10] *Victus deliciæ.*

FRIGILLA vel Fringilla avis hiemalis cantans in frigore, (12) in æstate sub umbris arborum vivens. (13) à frigore sic dicta.

11] *Variabilis.*

XLV.

FVLICA à fusco colore dicta, avis est aquatica paulò major columba, pullos aquilæ ante tempus exclusos nutrit. (14) Tempestatem clangore matutino, ludensque in litore nautis prænuntiat. (15)

12] *Adversitatis tolerantia.*

GALERITA à capite galeri instar plumato sic dicta, (16) quæ assa & in cibo sumpta, juxta *Plin.* lib. 30. cap.

13] *Studiosus.*

14] *Miserorum.* 15] *Vates.* G 16] *Rex sine regno.*

30.c.7.colicam efficaciter submovet, (1) ceterùm inutilis.

G

GALGALVS seu Ictterus autore *Plin.*l.30.c.11. inspectus ab homine comitiali morbo laborante, emori fertur, sanato homine.(2) frequens in Peloponeso est & ligno alitur (3)

GALLVS & Gallina aves domesticæ ac notæ, pro varietate tamen regionum sunt variæ. Numidicæ seu melcagrides varietate plumarum, & mole celebriores (4) Melicæ & Chalcidicæ apud Romanos inprimis in tripudiis solistimis honoratæ, (5) quibus in rebus belli pacisque administrandis potissimum regebantur.

Gallus unus multis Gallinis regendis ac fecundandis sufficit (6) (quanquam & sine illo Gallinæ solâ imaginatæ libidinis, ut credunt, vi, ova pariant) gloriosum ac pugnax animal gaudet certamine, & victor, (7) exultans canit, victo se cum silentio occultante. (8) alta cervice elataque cauda graditur, (9) ut leonibus conspecti terrorem incutiant, (10) autore *Plin.* l.10.c.20 cui *Ælian* l.3.c.31. addit Basiliscum eodem timore percelli, quin & cantu exaudito emori. (11) Unde viatores in Africa locis Basiliseo infectis, gallinaceos secum ferunt. Pergami, ait *Plin.* ibid. usitatum omnibus annis fuit, gallorum publicè dimicantium, veluti gladiatorum, spectaculum proponere. Martiob hanc pugnacitatem sacer. Cumque nec patri quidem parcat, (12) cum vipera & cane insuto olim in culeo parricidæ mergendo conjungi juxta leges solebat (13) Ceterùm animal solis est, cum eodem vesperi ad quietem concedit, mane surgit, horas tamen præsertim antelucanas solitus cantu signare,) 14) Unde fortasse Pythagoræ manavit præceptum: *oportere Gallum nutrire*, qui videlicet ad laborem excitaret. Magna cura familiam alit, & siquid alimentorum nactus sit, cucurriru omnes accersens partitur, (15) gaudetque hoc fungi munere, ipse quando que abstinens. Contra Serpentes & Milvos pro Gallinis pugnat. (16) Gallina ab incubatu deficiente ipse pullos excludit. (17) Mercurio sacer fertur, quod manè

1] *Mortuus praesit.*
2] *Mors pro anno obita.*
3] *Victus durus*
XLVI.
4] *Peregrinus habitus.*
5] *Prophetæ.*
6] *Polygamia*
7] *Victor.*
8] *Victus.*
9] *Superbus*
10] *Terror panicus.*
11] *Timor lethalis.*
12] *Impietas in parentes.*
13] *Pœna parricidi.*
XLVII.
14] *Excubiæ*
15] *Pater familias bonus.*
16] *Defensor familiæ.*

17] *Auxilium.*

C

1] *Nuntius bonus.*

2] *Mollis vita.*

3] *Animosus.*

4] *Partus infelix.*

XLVIII.

5] *Fertilis partus.*

6] *Terror.*

7] *Vanitas*

8] *Terrore exanimari*

9] *Medicina.*

10] *Salax*

11] *Forma studium.*

XLIX.

12] *Societas individua.*

13] *Amor constans.*

14] *Societas noxia.*

15] *Ebriosus.*

16] *Amor delusus.*

17] *Medicina.*

18] *Docilitas.*

19] *Furacitas.*

L

20] *Ver.*

alis plaudens diei sit nuntius. Unde & Socrates moriturus, cum cicutam hauriret, *Æsculapio* Medicorum numini *se Gallum debere*, asserebat, quod hac potione melior ipsi alterius vitæ dies nuntiaretur. (1) Sibaritæ, ut Athenæus prodidit, ne turbarentur in quiete, omnes tota urbe gallos, uti & artes fabriles, proscripserant (2) Alectoriam in galli ventriculo gemmam nasci ferunt, quæ gestantibus ad animositatem victoriamque profit, qua Milo Crotoniates usus feratur. (3) Senes parere aliquando infausto omine dicuntur, & basiliscum excludere (4) Hæc ferè *Plinius* l. 24.

Gallinæ, exceptis duobus hibernis mensibus, toto anno parere observantur. (5) Si, cum incubant, tonuerit, aut vox Accipitris audiatur, ova partusque evanescunt. (6) Sine Gallo ex vento ova subventanea quandoque concipiunt effunduntque. (7) Voce mustelæ propemodum exanimantur. (8) Ad purgationem herba subservit helxine. (9) In Ægypto plurima ova in calidis excluduntur fornacibus, & Julia Augusta jam gravida, ut intelligeret, mas-ne an fœminam conceptisset, sinu forum ovo gallum exclusit. (10) prodigium secuturi Neronis sævissimi hominis. *Plinius* l. 10. cap. 55. & *Pier* l. c. Notavit & *Schottus* l. 9. c. 39 fœminam nasci, si ova in plenilunio supponantur, & eo colore, quo tincta ova fuerint, (11) pulcherrimos excludi pullos si cum mare palumbo gallina educetur.

GRACVLVS nigris pennis & fulvo rostro, sociabilis avis, unde in proverbio est semper graculus graculo assidet. (12) à Conjuge, nisi morte avelli mas non potest. (13) doloremque altero defuncto viduitate testatur. Accipitrem tamen in consortium admittunt. (14) Vini potu mirificè delectantur, (15) & in hominum oculis effigiem, ut putatur, suam appetunt. (16) Stomachi fastidium lauri foliis purgant (17) Cicures articulatè loqui discunt. (18) præsertim illa ex genere quæ Monedula dicitur, nescio, an à monera aurea argenteave, quam repertam suffuratur, dicta. (19) Ita *Schot* l. cit.

GRVES oblongo collo pedibusque aves verni, cum adventant, (20) tempestis nuntiæ, cum discedunt, hiema-

hiemalis, (1) catervatim pascuntur, & incedunt tanquam democratico in regimine viventes. (2) In volatu figuras ordine quodam formant, (3] ut Palmades in Belllo Trojano Græcorum alphabetum quaternis hinc literis imitatione ordinis ductus φ, ξ, χ, ϑ, auxerit, aciemq; pugnantium juxta illum formarit. (4) In longa profectione trianguli formam ita instituunt, ut prima in uno angulo præeat, [5) altera ut basis sequatur: & sequentes, dum fessæ sunt, caput aliarum tergo inclinent. (6) ita & prima fatigata in posteriorem partem anguli unius succedit Deficientem quampiam plures conjunctis corporibus sustinent, (7) dum quiete vires reparentur, Super nubes tempestatesque graviores efferuntur, (8) utque alicubi per ventos minori jactatione transeant, lapillo unguibus prehenso, quandoque & saburra guttur onustæ firmantur, (9) quæ extra periculum rursus projiciunt. Nocturno tempore, dum pro somno in terra subsistunt, altero tantùm pede, rostro sub alas condito, nituntur, (10) quæ vero excubias (ex ordine gerendas) agunt, alterum pedem lapillo gravāt, ut si fortè somnus obrepat, hujus prolapsi strepitu excitentur. (11) Dux erecto provider collo, indicitque migrationem, (12) sunt quoque in extremo positæ agmine, quæ per vices advigilent, acclamentque, ut grex voce contineatur. (13) Ob indefessi igitur laboris avem factum, ut laboriosum hominem significaturi alas ei pedesve gruis in manus dederint, quod soli ex his nervi fatigationem tollere ferantur (14) Pygmæ quia suo colore immutabiles, constantem arguunt. (15] Cum Pygmæis olim pugnasse Grues est creditum. (16) *Pl. n.* l. 10. c. 23.

GRYPHES non quidem quadrupedes, & parte ultima leones, ut *Ælian.* l 4. c. 27. sed bipedes ex majorum genere aquilarum, quibus Lev. 11. v. 13. accensentur, videntur esse. Poetarum igitur fabulis accensendum, quod ex auro effosso sibi nidum apud Indos instruant. Universis animalibus, (17) præterquam tigri ob velocitatem, infestæ esse feruntur, Harpyæ his, sed in fabulis tantùm, addi possunt.

G

1) *Hiemt.*
2) *Democratia.*
3) *Ordo.*
4) *Acies pugna.*
5) *Dux.*
6) *Quies festi.*
7) *Auxilium.*
8) *Devotus Deo.*

LI.

9) *Providentia.*
10) *Cautela.*
11) *Vigilantia.*
12) *Dux providus.*
13) *Ministri.*
14) *Indefessus.*
15) *Constans.*
16) *Præliū.*

LII.

17) *Rapax.*

1] *Audacia juvat.*
2) *Fuga turpis.*

GVITGVITA sive Corvipeta ut habet *Nieremb.* l.10.hist.c.6. minima avis magnitudine reguli, viridi colore & suavis nutrimenti, corvorum integra consectans exanima [1] in fugam vertit: (2) ut in arundinetis se occultantes tueantur.

H

3) *Venus inordinata*
4) *Partus defectuosus*
5] *Medicina oculorũ*
6) *Patria dulcis.*
7) *Certare pro loco.*

HIRVNDO græcè χελιδὼν, avis garrula, sola a-versè concipit, [3] bis in anno parit, sed priori præmaturos, altero profundit partu cæcos [4] Chelidonia herbâ admotâ, visum pullis, licet ereptum, restituit. (5) Et lapillus chelidonius in pullorũ primo partu excluforũ stomacho, si luna crescente dissecentur, dicitur repertiri. Industriè nidum ex luto sub tectis figunt, quotannis ad eundem redituræ. (6) Sed cum passeribus quandoque præoccupantibus de loco certandum est. (7) aitque *Schottus*, visum Coloniæ, postquam frustra ejicere passerem conatæ essent, plures convenisse qui nidum luto obstruxerint, passere suffocato. (8) Negat *Plinius* Therarum sæpius dirutarum tecta subito voluisse l.10 c.24. nec Biziæ in Thracia propter scelera Terei [9] Cæcinam quoque Volaterranum comprehensas secum tulisse, ut victoriæ obtentæ nuntias ad amicos domum remitteret (10) Ceterum indociles prorsus sunt (11) tempestatum tamen præsagæ cum superaquas aut terram volitant. (12) Aliarum insidiis avium non appetuntur. [13] Hiemali tempore, vel alio se transferunt ad loca calidiora, vel in cavas arbores, aut etiam aquarum ripis conglomeratæ sese abdunt. (14) in calidis æstuationibus quandoq; velut in vitam restitutæ. In Ægypto, ut ex *Plutarcho* Juniore de Nilo refert *Cauſinus* in symb l.6.c.66. lapides ex Nilo in mutum, chelidonium ab iis dictũ, congerunt, quo eluvio Nili, mirabile Dei per has aviculas opere, prohibetur. (15)

8] *Vltio justa.*
9) *Cautela*
10) *Domũ repetere*
11) *Indocilis*
12) *Pluvia*
13) *Tutus.*
14) *Frigus aversari.*
15) *Deus in minimis maximus.*

LIII.

LIV.

16) *Incola pertinax.*
17) *Vtilis sibi & aliis.*
18) *Clysterium.*
19) *Digestio tarda.*

IBIS Ægypto avis propria, extra illam moritur, (16) ciconiæ similis, nigra circa Pelusium est, candida loca ceteris. Serpentibus, quibus vescitur, terram purgat. Unde & ab Ægyptiis divino cultu honorata. (17) coërcet stipatam alvum rostro laxare solet. (18) intestinis longissimis, quæ explicata ad 96. cubitos pertingunt. (19) & si pennis ejus crocodilus tangatur, immobilis redditur.

ditur (1) ut *Ælian.* observat l. 10. c. 30. Ore eandem avem parere (2) *Solinus* c. 34. Poly hist. tradidit.

LAGOPVS ex perdicum genere candidissima, à pedibus leporinis sic dicta, frigora niveſque sectatur, [3] quibus ipsa candidior, proditur venatori. (4) Latet homine conspecto, aut territa cursu sese tacito protripit in dispositos casses (5) Alterius quoque sunt generis coturnicum magnitudine, colore variæ, non minus simplices & deceptioni obnoxiæ. In Alpibus frequentes.

LARVS quem alii Herodium aut Fulicam dicunt, alii cum Ceppho confundunt, avis planipes est cum sit aquatica, crasso capite, cinerei ac maculosi coloris, pennis, quàm corpore grandior. (6) Piscibus, lumbricis ac cochleis in lapidem allisis vescitur, perquam vorax & cochleis in lapidem allisis vescitur, perquam vorax & pando sæpius rostro volucris. [7] Unde in voracem adagium est, *larus hians.* Quia verò stupida, captu facilis est. (8) De simili homine in proverbiis est, *Larus in palud bus* Ajunt & clamando parturire, (9) unde & *Larus parturit*, ut de Ceppho dictum in illos, qui exilia magni venditant.

LOXIA Corvirostra à corvino rostro, sed uttimque recurvo acutoq; dicta, colorem quotannis sic mutat, [10] ut nunc in viridem, nunc flavum, nunc rubrum aut cinereum vergat. Semine cannabis nucleisque abietum voracissimè pascitur. (11) Hieme non ingrata voce modulatur, æstate conticescit. (12) Caveis inclusa psittacorum more saltitat, ac pascitur, at post haustum projicit à se scyuphlum, forte horrore imaginis suæ conspectæ. [13]

LVSCINIA græcis philomela, quindecim verni temporis diebus noctu atque interdiù, [14] dum avis femella incubat itremissus cantus est, humana arte inimitabilis, ita elatus, gravis, acutus mediusque sonus ab una voce redditur: (15) quæ mox æstu ingruente deficit: ut omnis quæ intensa est, brevis hujus est vitæ voluptas. (16) Stesichori vatis adhuc infantis in ore cecinisse, non vano augurio, à Plin. l. 10. c. 29. memoratur. (17) Auditæ ab hominibus dulcius constantiusque modulan-

L

1) *Loco figere.*
2) *Pattus rarus.*

LV.

3) *Dura amare.*
4) *Simplicitas morum.*
5) *Deceptioni obnoxius.*
6) *Moles sinere.*
7) *Vorax.*
8) *Stupidus.*
9) *Iactator.*

10) *Inconstans.*
11) *Vorax.*
12) *Præposterus.*
13) *Conscientiæ terror.*

LVI.

14) *Vigiliæ*
15) *Musica*
16) *Voluptas brevis.*
17) *Poeta.*

M

1) *Laudis amans.*
2) *Aut vincere, aut mori.*
3) *Docilis*
4) *Gratitudo.*
5) *Sepulchrum honoratum.*

LVII.

6) *Paratus ad utrumque.*
7) *Piscator*
8) *Nauta.*
9) *Quies à labore.*
10) *Fur apum.*
11] *Insolẽs, Præposterũ*
12) *Cura prolis.*
13) *Pietas erga parentes.*

LVIII.

14) *Variabilis.*
15) *Eremicola.*
16) *Impostor meretrix.*
17] *Dolore obmutescere.*
18) *Rapax.*

modulantur, (1) gaudent mutuò inter se certamine, in cum citharœdis provocatæ certant, repertaque est, q in hoc nisu, vitam cum voce reliquerit, (2) cui ap *Stradam* in Prælus. egregio carmine parentatum e Dociles sunt & articulatè loqui discunt præsertim à t neris enutritæ, (3) altoremque primum suum ad gratæ agnoscunt (4] ut ad alios translatæ, ejus desid rio contabescere visæ sint. Thraces juxta sepulchru Orphei luscinias suavius modulari sentiunt, (5) ut Pa *san.* in Bœot. observat.

MERGVS, quem cum Laro nonnulli miscent, v ria est specie alius ruber, alius candidus, amphibii sun (6) in aquis frequentes, quibus ad piscandum imme guntur. (7) Una aliquando super aquas explicata a per ventos feruntur. (8) Cicuræ piscatui serviunt. A pricis post piscatum locis gaudent siccari. (9)

MEROPS Apiastra etiam à devoratis apibus d cta, (10) pallido intus colore pennarum est, super cyaneo, contra morem ceterarum avium retro vola fertur, (11) in effosis ad 6. pedum altitudinem specub nidificat, cicadisque etiam vescitur. Pullos ne c piantur, de loco sæpius transfert. (12) Hi, ut primu adoleverunt, non sibi tantum, verum & parentibus lendis intenti, rependunt gratiam, (13) ut *Aristot* l. 9 an. c. 13.

MERVLA plerumque nigra, colorem mutat ruf scens, (14) canit gratâ voce æstate, balbutit hiem sylvestria loca umbrosa & dumeta amat, (15) solitar fere, lauri foliis sese purgat. Huic similis, aliquanto t men minor, Passer solitarius est, qui solitudine delect tur, nec aliis quidem sui generis junctus. *Ælian.* notat 8. c. 24. esse aliquod genus avium Merulis affine, quo suavi modulatione allectas minores volucres, in pra dam cibumque vertat (16) Captum tamen & inclusu obmutescat. (17)

MILVVS volucrum rapacissimus, (18) cervoru æmulatione flagrans, quibuscum atrocibus aliquand pugnis conflictasse à *Majolo* in dieb. Can. memoratu (19) Inter ipsos aliquando homines pullis aut carnib i

19) *Odium hostile.*

insidiantur,[1) circuitu ad prædam conspectam in aere facto lustrant, quâ viâ securissimè adoriantur (2) moxque uno impetu auferunt. Ita puer qui pullos colligarat filo, ne auferri alius absque alio posset, incumbente milvo plures simul amisit. [3) Rarum illud, quod *Greg Turon.* in gior Conf. c. 109. refert; mercatoris Lugdunensis è corio piloso locutos ex navi sustulisse auro plenos, quod ex vino per aquam vitiato collegerat, ac mox errore deprehenso in aquas, justa Numinis vindicta projecisse. (4) Æstum graviorem in superiori aeris regione plerumque devitant, hieme vel se abdunt, vel alio taansmigrant: (5) cuculum volatu debilem suis plerumque humeris ad nos reducunt (6) *Ælianus* putat, marem in hoc genere non esse, sed ex austro eurove concipere. (7) Stolstitiis podagra laborare *Plinius* autumat. (8) Jecur verò illorum pleraque corporis hum. vitia unctione sanare. (9) Cauda illi in volatu, velut pro clavo nautas hoc genus gubernandi docuisse videtur. (10) In S. literis Milvus dicitur cognoscere tempus suum (11) magis quam Israel *Ier* 8.

NOCTVA sive Nycticorax, noctis avis, Minervæ sacra, quòd studia nocturnas lucubrationes ament. (12) Sed D. Basilius vanis tantùm studiis hanc avem concedit, ut quæ ad veræ divinæque sapientiæ lumen cum noctua caligent. Inauspicata etiam avis est habita & funesta: [13] Nisi quod Atheniensibus boni ominis fuerit. Ubi in diem incidit, omnium avium rostris odiosè petitur (14) quibus invalescentibus, resupina, pedibus ac rostro se tuetur. (5) Accipiter illi auxilio est, (16) odio etiam ceterarum avium expositus. Apibus, vespis, crabronibus & sanguisugis adversatur quoque Noctua. Cornici tam infesta est, ut hujus noctu exsugat ova, illa contra noctuæ interdiu, (17) quando utraque ad defensionem maximè inhabilis, ut ex *Horo* notat *Pier* l. 20. c. 1. 9 quod utriusque sanguis confusus dissideat. Et rarum *ib.* c. 21. illud, quod ova noctuæ, ebriosis per triduum in vino præbita, abstemicos reddant. [18) At forte per ludibrium hæc dicta, quia *noctuæ ovum* de re rara in proverbiis est, salubrius, quod cerebrum vel jecur

N

1) *Insidiæ Dæmonis.*
2) *Circũspectè aggredi.*
3] *Consiliũ noxium.*

LIX.

4] *Pœna justa.*
5] *Providentia.*
6) *Auxiliũ*
7) *Virginis partus.*
8) *Podagra in celeri.*
9) *Medicina.*
10) *Navigatio.*
11) *Temporis cura.*

LX.

12] *Artes liberales.*
13) *Inauspicatum.*
14) *Odiosus.*
15) *Defensio justa.*
16) *Auxiliũ improbi*
17] *Inimicitiæ capitales.*
18) *Abstemius.*

cur cum oleo infusum auriculis, profit auditui. Ubi Ci-
1] *Societas noxia.* coniæ ova attigerit noctua, reddit hæc evanida. (1) In
Creta Insula nullæ reperiuntur: Athenis tam frequen-
2) *Labor irritus.* tes sunt, ut in proverbium abierit, de labore irrito: *no-*
ctuas Athenas mittere. (2) Sed & pecuniæ illorum no-
3) *Pecunia.* ctuis signatæ, Unde *noctua lauriotica*: quod Lauriot
LXI. Atticæ regio auri venis abundaret (3)

ONOCROTALVS avis cygno persimilis: nisi quòd
rostro dissimili sit, & longiore, quod inferiori parte sac-
culum rubentem pro ingluvie adjunctum habet, in
4) *Voracitas.* quem pisces carnesque magna quantitate absorbet, (4)
sensim q; hinc, velut è pera, in ventrem, recto collo per
vium, dimittit, ac cito concoquit, egeritque; proinde
voracissima est. *Gesnerus* talem meminit in Belgio Me-
chliniæ in aula Cæsarum Maximiliani & Philippi al-
tam ætate habitam esse octogenariam, quæ ad altissi-
mas quandoque elevata nubes, redibat ad altricem fa-
5) *Beneficii memoria.* minam. [5] Integra animalcula pisces que & conchi-
deglutit, sed rejectis denique ossibus testisque. *Sanctus*
apud *Aldrovandum* refert, puerum Æthiopem aliquan-
6] *Sobrietas.* do in ingluvie repertum. *Turnerus apud Gesnerum* bi-
tantum in anno bibere. [6] Parit & educat pullos in lu-
7) *Præmunitio.* cygni. Cum in litore quiescit rostro in cœlum erec-
adversus accipitris insultum munitur. [7] Voce horri-
8) *Vox ingrata.* sonâ asini ruditum imitatur, rostrum aquis aut limo im-
mergens. (8) Unde & nomen traxit. *Aldrov.*
P alii.
LXII. *PALVMBES* 30. vel etiam 40. annis vivere Plin.
l. 10 c. 35. memorat, silvestres aves sunt, columbis a-
quantò minores, nidificant in arboribus ac sepibus, p
9) *De ætius* solstitia bis in anno pariunt ova terna, sed tantùm bi
educant, [9] tempus incubandi distinguunt, mane
10) *Labor divisus.* meridiem id sibi vendicante mare, reliquum femina
(10) Vere vocales sunt, hieme elingues. Lauri fo
purgantur.
11) *Venus vitam minuit.* *PASSERES* maximè salaces, ideoque vitæ bre-
vis, (11) quam Plin. lib. c. 36. mari ultra annum non i
dulget, feminæ aliquando longiorem concedit, arg
sed ingratâ voce, fœtu & granariis infesta volu

est. (1)]Vilis pretii. Unde Luc.12.dictum passeres quinque asse veniunt, (2) quod D.Ambros. quinque sensibus levi voluptate Dæmoni venditis applicat. (3) Sed & Leprosi duos offerre in Lege jussi, post emundationem, altero dimisso, occiso altero quod spiritus libertatem, & carnis mortificationem designare poterit, vel ut *Greg* 14.Mor c.14. carnem leprosi partim adhuc vivã, partim mortuam Dei servitio consecrandam. (4)

PAVO illustri fulgore radiatã atque oculatã caudã (5) usque adeò superbit, ut tempore, quo illa hieme excidit, latebras consectetur: quo ornata rursum est, spectantium sese oculis avidè explicet, ostentetque, (6] nisi cùm dejectis in squallidos pedes, illorum pudore rursum caudam submittit. (7] Pavonem inquit *Plin.* l.10. c.20. primus Romæ cibi gratiã occidit Hortensius orator: (8) saginare primus instituit M. Aufidius Lurco. Alexander Macedo cum primùm apud Indos has aves vidisset, gravi pœnã cavit, ne quis talem occideret. D. *August.* de Civ. Dei l.21.c.4. Quis, inquit, nisi Deus creator dedit carni pavonis mortui ne putresceret? (9) & hoc experientia se comperisse dicit, etiam per annum tali carne servata, sed in qualibet cœli plaga vix hoc exspectandum. quamvis carne dura sit, & digestionis tardæ. Junoni sacra est, quod mulier splendidis ac superbis delectetur. Noctem designat caudã velut stellis conspicua, (10) contracta rursum, tanquam latentibus stellis, diem, (11) ut notat *Pier.* l.24. c.4.

PEXDIX salacissima penè avium. (12) idque in promiscuo sexu, (13] cum feminæ incubant. Harum ova mares perdunt, ne incubatu se subducant: at feminæ contra, ut ova serventur, aliò eadem transferunt ignorante mare, excludenda. Quo tempore mares facilè capiantur, per captivam ab aucupe feminam, illecti Venere. (14] Astum hujus avis *Solinus* c.12. describit, aitq; matres ubi venatores ad pullos accedere propius sentiunt, tum è nido se effundere obviam, & per aversum à pullis iter pedetentim deflectere, seque velut captivandas præbere, donec in tuto eosdem esse senserint. [15] Pullos etiam ubi se in discrimine vident, resupinatos

P

1) *Furax.*
2) *Vilis pretii.*
3) *Sensus seducunt.*
4] *Caro subjecta, & liber spiritus.*
LXIII.
5) *Ornatus habitus.*
6) *Superbia.*
7) *Pudor turpitudinis.*
8)] *Gula improba.*
8] *Incorruptus à morte.*
10) *Noctis tempus.*
11) *Dies*
LXIV.
12) *Salax.*
13) *Sodomia.*
14) *Venus istalis.*
15) *Stratagema.*

natosglebam pedibus atrollere, sub qua lateant. (1) Et hac arte ceteras se adultas contegere *Plinius* l. 10. c. 55. notavit. Sed & D. Hieronymus apud *Pier* l. 24. c. 41. Perdicem, suis ovis conftactis, aliena suffutari, atque excludere: (2) Sed illos deinde exclusos propriam ex voce parentem agnitam sectari. (3) Unde à Jeremia c. 17. dictum sit, *pullos, quos minimè pepererat, perdicem congregasse.* Festinant pulli in ortum, unde effracto, cum primum vivunt, cortice, pedibusque exertis, ipso adhuc putamine adhærente procurrunt. (4) ut Pier. ib. c. 40. Quandoque ova [quæ ad 15. pervenire solent] inter se partiuntur in diversis receptaculis, mas & femina, simulque, ut citius excludantur, incubant, concordi utrimque labore, (5) Pier, ib. c. 42.

1] *Astutia fallendi.*

2) *Hæreticus.*

LXV

3] *Naturalis affectus.*

4] *Præcox ingenium.*

5) *Concordia domestica.*

LXVI.

PELICANVS vel Pellicanus, ab Aldrov. cum Onocrotalo, ab aliis etiam cũ Platea ex Ardearum genere confunditur. Verùm dissimili ab illis rostro, sine ingluvie à plerisque proponitur. De hac varii varia. *Albertus Magnus* l. 23. de animal. in duo distringuit Pellicanos genera: aliud aquaticum, quod Onocrotalo facit simile: aliud terrestre, quod serpentibus pasci, aiunt, cumque reperit serpentium morsu occisos pullos, tum aperto sibi latere profusoque sanguine revocare in vitam, [6] ipsa parens autem ad mortem usque languere dicitur, quam pulli deinde collecto cibo reficiant. (7) Quod officium siqui neglexerint, hos denique Matrem seu degeneres exturbare. [8] Hæc S. Hieronymus, Augustinus, Gregorius alique Patrum Christo applicata probare videntur, quamvis alii in dubium revocent. *Horus* in Hieroglyph. l. 1. c. 51 addit, Pelicanum, cùm possit altioribus locis nidum figere, tamen illum humi positum, aliorum exponere insidiis. (9) Homines igitur arido boum fimo locum circumdare, illique admovere ignem, quem cum Pelicanus, amore pullorum alis verberatum extinguere nititur, his combustis, & se, & pullos prædæ exponit. (10)

6) *Christus morte sua nos vivificans.*

7) *Misericordiæ opera.*

8) *Reprobatio impiorum.*

9] *Imprudentia.*

10) *Auxilium noxium.*

PHOENIX à Plinio l. 10. c. 2. aliisque ambiguâ fide describitur, unus esse orbe toto in Arabia, aquilæ magnitudine, auri circa collum fulgore, cetera purpu-

reus

reus, cæruleâ caudâ roseis pennis discriminatâ, caput a- I
pice plumeo cohonestante, qui 660. annis vitæ com-
pleris senescens, casiæ thurisq; furculis nidum instruat,
superque emoriatur, ex cujus ossium medulla vermicu-
late novus rursum phœnix existat. [1] Albertus M. l. 1) *Resurrectio.*
23. anim. ait, nido plausu alarum in solis radiis succenso
in cineres avem redigi, (2) atque ex his subnasci alte- 2) *Mors piorum.*
ram. Sed Pierius l. 10. c. 5. ex Ægyptiis tradit, rostro sibi
aperire pectus, atque ex profuso hinc sanguine alterum
subnasci, qui cum parente Heliopolim se conferat, il-
lumque ad solis exortum morientem, velut in tumulo
inter aromata componat. Ejus morte insignem rerum
mutationem præsignari ferunt. (3) Unde sunt qui 3) *Mutatio rerum.*
Phœnicem nihil aliud nisi signum hieroglyphicum
Ægyptiorum fuisse sentiunt, quod aureo cæruleoq; co-
lore, cœlum atque elementa referret, conversionem ali-
quam notabilem subeuntia, adeoque non fuisse verum
ejusmodi phœnicem, qui sub Claudio Imper. Romam,
ut fert *Plinius*, allatus fuit. Nos igitur pictoribus at-
que poetis hanc avem relinquimus.

PHOENICOPTERVS avis, pennis rubentibus est,
cujus linguam in deliciis mensarum est, (4) ut Martial. 4) *Eloquentia.* LXVIII.
lib. 13.

. *PICA* avis garrula, [5] & humanæ vocis intra pri- 5) *Garrulitas.*
mum vitæ biennium discendæ capax. In villis nutritæ
pecora audita imitantur, ut balatum ovis, mugitum vi- 6) *Imitatio vocum.*
tuli, latratum canis. (6) Omnis generis cibos devo-
rant. Visa quæ cancrum fluviantem raperet, ut *Schottus*
ait l. 9. c. 62. sed ab eo collo forcipibus compresso est 7) *Duellã.*
strangulata (7) Nidos spinosis fixos locis, exterius in- 8) *Munimentum.*
geniose spinis muniunt, angusto sibi relicto aditu. [8]
Pullos sæpe imperfectos cæcosque excludunt: (9) *Pe-* 9) *Opus imperfectum.*
tronius memorat picam, quam Cattus devoraverat,
capitis rostro illius guttur adeò obstruxisse, ut suffoca-
tus sit, & mortua vivum peremerit. (10) 10) *Vindicta.*

PICVS Martius viridi colore, assequitur quidem LXIX.
humanam vocem, sed ægrius. rostro acuto oblongo- 11) *Opus perfectum.*
que arbores fecat, excavatque, atque in illis nidum sibi
rotundum, velut circino dimensum, exscindit. (11) no-

P

vem ova excludit. Quod si quis os nidi lapide obstruat, dicit Ælian. l. 1. c. 45. herbam ab illa admoveri, quâ lapis solutus exiliat, (1) & hanc repertam sub arbore ajunt claustris laxandis servire. Nunquam humi, aut in saxis consistunt, ne aciem unguium hebetent, quibus arboribus oblique solent adhærescere.

1) *Amor omnia penetrat.*

PORPHYRIO, ut habet Ælian. l. 3. c. 40. avis pulcherrima est, quæ tamen mira se voluptate versat in pulvere. (2) Conspectum aliorum etiam inambulans subterfugit, (3) mulierum castimoniæ insignis custos, & siquam adulterio iniquati se deprehenderit, sese impatientiâ sceleris strangulat. (4) Hæc ille, cui *Plinius* l. 10. c. 46. addit, quod Porphyrio solus morsu, non suctu bibat, omnemque cibum aquâ tingat, (5) pedibusque, tanquam manibus, rostro admoveat.

2) *Forma neglecta.*
3) *Pulchritudo occulta.*
4) *Castitatis amor.*
5) *Victus moderatio.*

LXX.

PSITTACVS unius tantùm hic generis cognitus ex India aliisque locis, variâ tam magnitudine, quam forma & colore plerumque gratissimo spectabilis est. In Æthiopia & ultima India albi sunt, in Brasilia rubri, in Calecuto prasini, scutulati, ac purpurei: hisce locis virides. (6) Vesputius apud Aldrov. l. 11. scribit ultrà promontorium bonæ spei psittacos sesquilunares reperiri (7) estque ea regio psittacorum dicta. Cetertùm magnitudinis, diversis locis, diversæ sunt alicubi, ut Phasiani: alibi ut galli, vel columbi, vel passeres &c. Vocis humanæ inter aves sunt capacissimæ, (8) ut primis annis: nam *senex psittacus*, ut in proverbio est *negligit ferulam*, solent enim percussæ eruditi. Sed caput adeò durum est, ut ad sentiendum ictum radio ferreo verberentur. (9) Rostro est adeò forti, ut lignum facilè dissecet, ideoque ferratis clathris est coercendus. (10) Rostro etiam cum volat, & innititur ultimo, & primum residens excipitur. Vescitur pene omni fructuum genere, etiam carne, & dulciariis præcipuè delectatur panibus, 11) vinum quoque ad ebrietatem usque haurit, (13) tum maximè loquax, formosos pueros amat, & deformes avertatur, quandoque è sublimi illos impetens. (13) tam lamentantes voce mæstâ, quàm lætâ exultantes sequitur, quin & tripudiantes saltitans imita-

6) *Servire loco.*
7) *Ggas.*
8) *Eloquetia.*
9) *Obdurati capitis*
10) *Carcer.*

LXXI.

11) *Delicatus,*
12) *Ebriosus.*
13) *Forma amor.*

tu

tur.(1) Nidos in silvis ex tenellis proceratum arborum ramusculis suspendunt, ne serpentes possint adrepere, qui in modum pilæ rotundi perquam exiguo patent foramine (2) In India gregatim pascuntur, duobus interea in summitate arborum advigilantibus, ne insidiis occupentur, [3] quibus observatis, signo dato, alias in fugam avertunt.

REGVLVS seu Trochilus aviculārum penè est minima, quæ tamen ingenti ausu reginam volucrum aquilam impetere dicitur. (4) Ætatem in silvis exigit, hiemem sub tectis. Ubi junctim plures ad se confovendū in specu conduntur. (5) Muscis ita nonnunquam se explent, ut de vita periclitentur. (6) Deplumatæ, at non exenteratæ, virgæ coryli infixæ, si ad ignem assentur, se denique sponte convertent. (7) Ut cum *P. Kirchero Schottus* Romæ se experimento cognovisse dicit l. 9. c 67. De eadem notat *Ælian.* l. 3. c. 11. quod fauces Crocodili hiantis ab hirundinibus in has illapsis purget. Sibi hinc cibum, Crocodilo salutem adferens. (8) Minorem hac aviculam, quæ perdicis ovum vix superet, describit *Ælian.* l. 4. c. 40. quæ *Dicæron* dicta, ob delicias cibi, regibus pergrata sit. (9) Ceterùm stercore adeo venenato sit, ut si quis granum inde minimum in poculo solutū sumat, intra diem, verùm alto immersus somno, moriatur, (10) carnis tamen esus dolorem morbumque solvit. (11) Est & alia avis Indica *Laghane*, ut ex Petro Hispal. *Majolus* coll. 6. Sed major Regulo cornniculæ haud dispar, quæ cetum ore hianti subit, seque patitur deglutiri, atque intus cetum depascitur, dum ad ipsum cor penetret, (12) compertumque in exenterato ceto, ejusmodi in illo aviculas præcordia depasci.

RHINOCEROS avis est, quæ præter rostrum quatuor dodrantes longum, cornu in fronte super rostrum cui incumbit, adeò latum possidet, ut palmum in radice æquet, in fine curvescat [13] occisa in volatu ad Naupactum ferrur, quando Christiani Turcas Navali prælio superarunt. Ita *Aldrovandus*. Neque hoc mirum cornutas aves reperiri, quando idem *Mela*. l. 3. c. 4. *Ælian* l. 17. c. 10. tradit. Et *Majolus* coll. 6. ex Pigafeta notat

R

1) *Mimus.*

2] *Prudentia.*

3) *Vigilantia.*

LXXII.

4] *Audacia.*

5) *Societatis bonum.*

6) *Gula.*

7) *Motus mortui.*

8] *Auxilium ab infirmiori.*

9] *Delicia.*

10] *Mors placida.*

LXXIII.

11) *Toxicæ & antidotum.*

12] *Conscientia vermis.*

13) *Irâ mansueti.*

S Messanæ, quæ inter Molucas, insula est, Gallinarum specie cornutas aves repetiri, (1) quæ ova anserinis æqualia pariant, ex quibus ad tres quatuorve ulnas in terra defossis pulli producantur. (2)

1) *Rara res*
2) *Resurrectio.*

LXXIV. SCLOPAX seu perdix rustica Stephun, magnitudine gallinæ, cursu quam volatu expeditior, repentino subterfugio Venatores sæpe fallit, (3) interea ciborum lautitias est, licet vermibus spiritu oris è terra extractis vescatur. (4)

3] *Possessio incerta.*
4) *Lautitiæ tenui.*

5) *Chorea seducunt.* SCOPES aves coloris plumbei albicantibus maculis columbæ magnitudine saltu capi dicuntur. (5) Nam cum Scops mimica avis sit, imitata saltantem, se præbet captivandam. *Ælian.* l. 15. c. 28.

LXXV. STRVTIOCAMELI ob alas, caput, rostrumque inter aves censentur, quibus anseri similes, cetero corpore, tanquam cameli, (6) equitis insidentis altitudinem & celeritatem vincunt, si collum oblongum erigant. Expassis simul alis volant currunteq; terræ semper affixi (7) Præter fructus, etiam ossa, lapides, & ferrum devorant. (8) & ad hoc avidissimè properant, vel remotè exhibitum. Pedes more boum bifidi, quibus prehensos lapides post tergum in consectantes jaculantur. (9) Dorsum in Mare nigrum, fuscum in femina pennis villisque mollescens. Stol. dum animal, quod latere se credit, ubi caput absconderit. (10) Ova, quæ parit grandia, velut lapidea crusta obmunita, in arena vel neglecta, (11) vel condita, solis calore foventur & excluduntur, quæ cũ fixo nonnunquam obtutu spectet, sunt qui visu excludere arbitrentur. Non tamen excluduntur simul, sed sensim pars quælibet formata ex ovo prodit. (12) Cortices ovorum pro vasis serviunt. vide *Plin.* l. 10. c. 1.

6) *Ambigua.*
8) *Anima corpori affixa.*
8) *Acerba æquo animo ferre.*
9) *Pugnare fugiendo.*
10] *Stoliditas.*
11] *Prolis neglectus.*
12] *Sensim magna fiunt.*

LXXVI. STVRNVS maculosa avis est, magnitudine merulæ, catervatim ait *Plin.* l. 10. c. 24. volat, & globi in modum circumagitur, dum quævis ad medium occupandum se vertit (13) Cæsares Romæ habuisse Sturnum Latino & græco sermone docilem, (14) observat idem c. 42.

13) *Impii.*
14) *Labore assequimur.*

TVRDVS in cacuminibus arborum nidificat, vis-

viscoque suo, quo arborem perluit, capitur. Unde in Proverbio est *Turdus sibi malum cacat.* (1) Loquacissima avis, ad audiendum tamen est tarda. Inter epulas laudata, (2) & si myrti baccis fulta assetur, dysenteriæ medetur & urinam facilitat. (3)

TINNVNCVLVS Accipitris specie in altis ædificiis, & cavis quercubus individua maris & fœminæ societate habitare solitus, [4] adeò tamen accipitribus infestus & columbis amicus; ut has sola voce, illis fugientibus, tueatur. (5)

TOCCA avis Americana est cornici similis, sed albo pectore, & rostro aureo, cujus longitudo totum corpus adæquat. (6)

TVRTVR ex genere columbarum silvestrium, vere occultatur & pennas amittit, (7) sobrie admodum bibit collo non resupinato. (8) Ubi conjugem amisit, alteri non jungitur, sed perpetuo in luctu viduitatem transigit, (9) nec aliarum admittit consortium avium, frondentes etiam ramos declinat. [10] Interea, ut ait Jerem 8. *custodit* (ut *Hirundo*) *tempus adventus sui,* (11) & *meditatur ut columba.* [12] Isa. 38. Cæterum delectati hanc avem tibiis, & inconditis quibusdam, his auditis, agitari motibus est observatum. (13) Vide Pier. l. 22. c. 19. Ob murmur Turturis in proverbium, de obmurmurante femina, (14) abiisse creditur: *Turture loquacior.*

VESPERTILIO nocturna, luciſque fugiens avis, (15) si tamen avis, quæ pro pennis membrana explicatâ volat, [16] nec ova, sed pullos parit, eosque uberibus admotis [17] lacte nutrit, & secum in amplexu defert, ac sola volucrum dentes habet. [18] Formica hanc extrema aversatur, nec prodit si ala ostio foveæ præfigatur, (19) Venefica tamen affixus inversè ostiis vespertilio amoliri fertur (20) Ipse hederam subterfugit, nec hujus accensæ suffitum sustinet. (21) Inter se mutuò quâ doq; nexu alternatim ora & extremas alarum fimbrias nectentes hærent, catenamque efficiunt, [22] paucis amari, præterquam sibi. Volatumque crepusculo vespertino paucis circa tectum circuitibus absolvunt, cetera

Obesse sibi. 2) *Lautitia.* 3) *Medicina suavis.* LXXVII. 4) *conjugalis amor.* 5) *Hostilitas similiter.* 6) *Eloquentia aurea.* LXXVIII 7) *Deliciarum fuga.* 8) *Sobrietas.* 9) *Viduitas.* 10) *Luctus* 11) *Temporis cura.* 12) *Meditatio.* 13) *Saltatio* 14) *Obmurmuratio.* LXXIX. 15) *Lucifuga* 16) *Ambiguus.* 17) *Nutrix mater.* 18) *Mordax homo* 19) *Cunctatio.* 20) *Securitas.* 21) *Pestis.* 22) *Conjunctio improborum.*

V

1) *Obscuro loco natus*
2] *Meretrix.*
3) *Vini ubertas.*
4) *Ebriosus.*
5 *Remedium ebrietatis.*
7) *Remedia doloris*

LXXX.

8) *Femina.*
9] *Conceptus virgineus.*
10) *Longævus.*
11) *Auspicatum.*
12) *Perspicacia.*

LXXXI.

13) *Dulcia noxia.*
14] *Innocentia, justitia.*
15) *Providentia.*
16) *Hereditas.*

teterà in nido obscuro hærentes. (1] Plinius l. 25. c. 9 &c.

VPVPA avis cristata, colore pulchro flavescens, sed odore fædo, cum in stercore humano volvatur, & nidificet. (20) Ingratâ voce, quâ tamen ante vindemiã frequentius clangens ubertatem præsagit. (3) Ipsa deinde ad ebrietatem usque sese avis ingurgitat. [4] Verùm ubi se vacillare sentit capillo Veneris, sive adianto semper virenti herba sibi medetur. (5] Upupam tamen & Vespertilionem tanquam immundas Deus olim à mensis proscripsit. (6] Deut. 14. 18. In lateris doloribus medendis cor ejus laudatur. [7)

VVLTVRES omnes fœminæ dicuntur (8) à D. Basilio in Hexam. hom. 8 & S. Ambr. tum Ælian. l. 2. c. 46. quanquam Albertus Magnus & alii id negent. Illi à vento dicunt concipere, & parere pullos, non ova excludere. (9) Umbricius apud Plin. l. 10. c. 6. ova dicit parere, nemo tamen illorum vidos conspexit. Centum annis feruntur vivere. [10) nigri cæteris prævalent. In auguriis apud Rom. felicissimæ aves habentur. (11) Odoratu adeò valent, ut ad quingenta millia passuum cadavera percipiant. (12] Quanquam Ægyptii hoc visui tribuerint acutissimo ut *Pier.* l. 17. c. 7. Unguenta non ferunt, sed rosaceo inuncti moriuntur, (13) ut notat Clemens *Alex* pæd l. 2. c. 8. Cetertùm hominum agris planè innoxii sunt, & ceteris quoque animantibus, cum nullum occidant. (14) ut habet Cælius. Sed & *Plin.* l. c. præsagos facit, quod biduò aut triduò ante eò advolent, ubi cadavera futura sint, ex prælio occumbentium. (15) malique est habitum omnis, si quem exercitum quasi heredipetæ, (16(brevi cædendorum sequerentur.

(o)

CAP.

CAPUT LXXIV.

IMAGINES PISCIUM.

PIscium historia, quantò à vulgi cognitione remotior, tantò minus figuratum imaginum fertilis est. De his tamen varii, ut Aristoteles, Plinius, Ælianus, Oppianus, Albertus Magnus, Majolus, Ravisius, in offic. l. 7. c. 41. Gesnerus, & recens accuratissimè omnium Aldrovandus atque ex iis Schottus, è quibus pauca, & celebriora delibare tantùm visum, ne his negasse hac in mensa locum videar, & quorundam fortassis appetitui defuisse.

Multa Aquatilium sunt genera, per mare, fluvios, ceteraque aquas sparsa. Plerique, piscium squamis teguntur, nonnulli corio & pilis, ut Hippopotami & Phocæ: nonnulli corio solo, ut Balænæ & Delphini: nonnulli cortice, ut Ostræ, Conchæ, Testudines: alii, crustis, ut Locustæ: alii crustis & spinis ut Echini: alii alati ut Pastinaca, Accipiter, Hirundo. Cornutos etiã in mari Indico repertos esse Majolus. Colloq. 9. asserit. Forma earum varia, ac penè omnium terrestrium animalium speciem referunt. In Norvegia tamen *Olaus* l. 21. refert, reperiri piscem cujus caput ventri iunctum sit, adeo voracem, ut expleri nunquam possit (1) omnium exposítus odio piscium, quos in se conversos, caput galeâ, pinguedine oppletâ abdens, deludit. In Gaditano mari memorat *Plin.* l. 9. c. 4. piscem arboris instar vagati, (2) & Physeterem ingentis columnæ instar se extollere (3) alii Rotæ à forma dictæ, quæ quatuor distinctæ radiis, modiolos hinc & hinc duobus claudant oculis. (4) Idem *Plinius* seq. c. 5. tradit, plusquam trecentas maris beluas sub Tiberio Imperatore in oppositã Lugduno insula à discedente Oceano relictas, interque has elephantes, & arietes cornibus tantum candore assimulatis (5) Expulsam in Gaditana litora belluam, cu-

I.

1) *Gulæ inexplebilis.*
2) *Elatus animo.*
3) *Erectus animo.*
4) *Fortunæ secundæ.*
5) *Improborum numerus in extremo judicio parebit.*

jus ultimæ in cauda pinnæ 16. cubitorum fuerint, cujusque dentes Cxx. à dodrantis ad semipedis mensuram asceoderint. (1)

1) *Diabolus.*

II. Qualitas piscium diversa, pro aquarum genere reperitur, universe humidioris temperamenti, atque illi præ ceteris, qui omni sanguine destituuntur, & pulmone fere carent, ideoque respiratione, ut alii non indigent, & superesse clausis frigore aquis possunt. Marini ac deinde fluviatiles ceteris sunt salubriores, sed illi in salsa aqua cocti, ut hi, salledinem non trahunt. (2) Apertis semper oculis vident obscurius, & non nisi eminentiores colores. (3) pareisomni sunt. Generantur variè alii ex coitu, alii ex spuma aut limo, (4) plerique ex ovis, (5) nonnulli tamen ex partu etiam. Devorant sese invicem, sed non ante justam ætatem. (6) Muti pene omnes, (7) ut proverbio locum fecerint. Colorem mutant, ut Polypus pro loci natura, Mæna, hieme candida, æstate nigra, & Phyca varia in vere reliquo tempore candida. (8) ut Plinius l. 9. c. 26.

2) *In mūdo mundum vivere*

3) *Cæcutire.*

4) *Ignobilis origine.*

5) *Nobilis.*

6) *Hostes implacabiles.*

7) *Mutus.*

8) *Servire loco & tempori.*

Congelati immobiles sunt, donec in patinis elxentur. Sæpè exenterati jam tostique lucii, adhuc in patinis conspecti vivere. (9) Gregatim plures incedunt, & per flumina adversus fluxum. (10) Boni ominis Augusto, à Pompeianis in Sicilia cæso fuit, quod ad pedes in litore stantis sese piscis abjecerit, tanquam mare illi offerret tributarium, (11) ut Plin. ib. c. 16. Magis admirandum quod Maurilio Episcopo Andeg. fugienti elapsæ sanctuarii claves in mare, à pisce capto fuerint restitutæ, isque hoc signo ad Episcopatum [quem ob neglectum infantis baptismum deseruerat] sit revocatus. (12) ut Marul. l. 4. aut quod Gentili homini in urbe Nisibi in pauperes largo, ut (quod uxor Christiana suadebat) centuplum reciperet, ab empto pisce, qui pretiosam in stomacho gemmam clauserat, repentè ditatus sit, ut *Syphron.* in *Prato Spir.* Sed juverit per singulas piscium species breviter incedere.

III.

9) *Martyres.*

10) *Adversis resistendum.*

11) *Maris dominiū.*

12) *Episcopatum deferre.*

ABIDES pisces in senio mutata forma terrestre fit animal & Astoiz dicitur, (13) ut Albert. l. 42.

13) *Senium pessimum mutat ingenium.*

ACIPENSER, olim in mensarum deliciis, quia

quia inventu rarior, squamis ad os versis, contra aquam nando enititur. (1) Elops à nonnullis dictus est, coronatis ad convivium ministris inserti solitus *Macrob.* l. 3. cap. 16.

ACVS piscis est gracilis à quibusdam viperæ instar rupto utero fertur parere, matre quandoque interempta (2) Circa Siciliam frequens, ubi fortè in retia incidit, jamque elapsus est, redit, eaque dentibus lacerate contendit: ita rursum prædæ stulta vindicatione expositus, (3) *Schottus* l. 10 mir.

ÆLVRVS piscis est cujus oculi ad lunam in amplitudine crescunt & decrescunt. (4) *Rayisius.*

ALPHESTÆ pisces sunt de quibus *Athen.* l. 7. p. 281. colore luteo, quem purpureus hinc inde distinguit, quorum bini semper juncti, alter post alterum incedunt & capiuntur, fideles socii. (5)

ALPHORA primum vermis, ac deinde piscis, cum tabe aliqua tangitur in sicco rursum degenerat, dum aquæ redditus, corpus longè robustius instauratur, ac durat. (6) *Albert. Mag.* l. 24. de animal.

ALOSA ex clupearum genere piscis, in mari & fluviis frequens, pressis lateribus, argenteo colore, in acutum spinosumque ventrem desinens, cantu tinnuloque strepitu fidium nolarumque capitur. (8) Unde hæ retibus super aquas delatis appensæ plurimas fallunt. Adeò terrentur fulmine, ut hoc sæpè exanimati in Mosella & Rheno spectentur. (8)

AMIA, seu Trocta, ut *Ælian.* de an. l. 12. c. 5. piscis dentatus, incidit quidquid penè apprehendit, unde & hami chordam quandoque præputat. (9) Delphinos ubi quempiam seorsim reperit, gregatim invadit, morsibusque non tantùm vellicat, sed etiam pascitur (10) Delphino inconditis mare saltibus, ut sese ab his convivis liberet, obtrante.

ANGVILLÆ inter mares feruntur omnes, uti Murenæ inter semimas, quanquam rectius Aristoteles lib. 2. de Gener. an. cap. 4. nec marem, nec feminam inter anguillas esse asserat; sed ex terræ putredine sentiat generari. (11) Danubius nullas alit, Rhenus habet frequen-

A

1) *Contraniti.*

IV.

2) *Ingratus parenti.*

3) *Vltio autorem ferit.*

4) *Inconstantia.*

5) *Societas fida.*

6) *Resurrectio à morte corpus firmat.*

V.

7) *Voluptatis amor.*

8) *Judicii terror.*

9) *Mundo repugnare.*

10) *Popularis conspiratio.*

11) *Origo obscura.*

A

1] *Ingenium dispar.*

2] *Quies bello melior.*

3] *Peregrinatio noxia*

4] *Originis pudere.*

5] *Inopia mori.*

6] *Seditione capi.*

VI.

7] *Seduci paulatim.*

8] *Tutela fida.*

9] *Mors & luctus canonicorū, aliorum est gaudium.*

10] *Captivorum redemptio.*

11] *Res expedita.*

12] *Insidiæ.*

13] *Vis fraudulenta.*

VII.

14] *Amor mulierum.*

quentes ( )In Gange 30 pedum reperiuntur. Gaudent aquâ limpidâ, turbidam ægrè sustinent, (1) nisi quod juxta Syracusas limosis delectentur. Unde ex lacu in piscinam translatæ moriuntur. (3) Mirum, quod ex limo natæ, limum non ferant. (4 Hieme propter frigus conglomerantur, & in exiguâ aquâ moriuntur. (5) In turbida facilè circa autumnum capiuntur. (6)

ANTHIA, piscis frequens est apud Insulas Chelidonias, à piscatore per aliquos dies escâ sparsâ provocatur, dum unus advolans prædamque innoxiè captans, sensim comitatior integras secum turmas ducit, qui pascenti sæpius assueti, in ipsa denique retia consectantur. (7) Soletque Duci agnito piscator parcere. Ita *Plinius* l. 9 c. 59. Hunc *Aristoteles* l. 9. c. 37. & *Ælian.* l. 8. c. 28. sacrum piscem vocant, quia belluæ omnes marinæ (ob antipathiam fortè) locum, quem ipse tenet, declinant, ideoque hic urinatoribus tutus descensus, & ceteris piscibus tranquilla habitatio est. (8) Captum hunc piscem ait *Ælian* l. 12. c 47. miserabile præbere spectaculum, dum velut lugens supplicansque, & quantum denique potest obluctans, mortem deprecatur. *Plutarchus* addit, in Opusc quæst. *utra animantium &c.* Piscatores ubi ceperint, & se & navigia coronare solent ingenti lætitia & plausu. (9) Non captæ ex Anthiis acutis dorsi spinis, hamo dissecto, siquem teneri viderint liberare conantur. (10) *Plin.* l. c.

APHYÆ pisciculi ex aquis pluviis generantur, protinus ut ignem sensere jam excocti. (11) Unde adagium de re celeriter expedita est. *Aphya ad ignem.*

ARIES ut *Plin.* l. 9. c. 44. grassatur ut latro, & sub umbra grandiorum latens navium, si quem nandi voluptas invitat, præstolatur (12) nunc claro extra aquas capite piscantium cymbas speculatur, occulteque adnatans mergit. (13)

ARIMVS piscis est, qui hominem, à quo videtur, tanquam ebrium ad iram rixasque compellit; esus verò, rursum componit & placat. (14) Vinc l. 17.

AROTANVS piscis in fluvio Arotan, juxta Zeilam natus

natus, sese capi finit: verùm piscator arreptus febri, non ante, nisi dimisso pisce, liberatur. (1) *Causs* l. 8. num. 17.

ASTACVS piscis est, qui, si longius à mari exportatus dimittatur, ad locum ubi captus erat, revertitur. (2) *Raviss.* in off. l. 7. c. 41.

ASELLVS marinus, ut ait Ælian. l. 5. c. 12. cor habet in ventriculo (3) Arefactus malleis ante contundi solet, quàm mensis apratur (4)

ATTILVS in Pado inertiâ adeò pinguescit, ut mille aliquando librarum, non nisi boum jugis extrahi jam hamo innexus potuerit, quem tamen clupea piscículus venâ quadam in ejus faucibus mordicus apprehensâ exanimat. (5) *Plin.* l. 9. c. 16.

AVRATÆ pisces timidissimi sunt, in maris refluxu cum arborum litoralium radicibus latitant, sola umbra concussorum ramorum exterriti proditique capiuntur. (6) Ælian. l. 12 c. ult.

BALÆNA, sine Branchiis, pulmone prædita, aere & aquâ respirat, per apertum in fronte os, (7) ex quo nonnunquam, velut integros rivos fundens, naves mergit. Ingens bellua est, quaternum jugerum in mari Indico repertas, (8) *Plin.* l. 9. c. 3. memorat. Sinu quodam placido Gaditani maris se parturæ compertæ sunt condere, quo Orca, mole impar, sed astu major, se confert, atque in angustiis deprehensas sæpè expugnat (9) nisi in mare se receperint, quod velut tempestate quadam ab imò hac in lucta concutiunt. (10) Idem c. 6. cum adultior pinguescit, oculis superciliorum pressis pondere, (11) Musculus piscis oblongus, colore albo, præcedens viam & vada explorat, caudâ iter balænæ regens. (12) Quo deficiente deficit, & quandoque in arena intercipitur. (13) c. 61. Et *Majolus* coll. 9.

CETE vel *CETI* pisces omnium maximi cum ab Aristotele dicantur esse illi qui vivipari sunt, cum Balænis conveniunt, nisi quod Albertus hos mares, illos feminas dicat. De illorum vasta magnitudine præter alios varia habet *Olaus M.* in histor. sept. l. 21. & inter cetera c. 24. quod ex ossibus detracta carne, in modum

A

1] *Fur sua restitutione inquietus.*

2] *Patria amans.*

3] *Gulosus*

4] *Mortificatio.*

5] *Magna minimus aliquando succumbunt.*

6] *Scelerati plerumque timidi.*

B

VIII.

7] *Effrons.*

8] *Mole terrere.*

9] *Ingenio bellandum est.*

10] *Principis ira turbat remp.*

11] *Caro excacat.*

12] *Dux peritus.*

13] *Sine Duce vis languet.*

C

IX.

carinæ

C

carinæ remanentibus, integras domos variis conclavibus distinctas instruant, sed qui sub iis quiescunt, perpetuis se fluctibus jactari somniant. (1) Et *Majolus* l. c. refert Maclovium Britanniæ Episcopum aliquando ex navi, velut in montem, ut sacrificaret, cum vectoribus se contulisse: sed in medio sacrificio motam belluam terruisse universos: perstitisse tamen monente Episcopo ad sacrificii finem. (2) Albertus M. l. 24. in cete testatur, se vidisse piscem, cujus oculorum cavex, viginti homines singulæ caperent.

1) *Mors aliis utilis.*

2) *Deo maxima mundi subsunt.*

CANCRI pisces sunt multipedes, & retrogardi; sed tardi (3) nisi quod in Phœnicia litorales cancri celerrimi sint, & cursu elabantur, Juxta Nilum ingenio præcoci, antequam Nilus exundet. cum Crocodilo eò locorum ova transferunt, quæ Nilus non tangat. (4) Ut ex his repertis accolæ facilè Nili altitudinem præsentiant. Diversa eorum genera, *Plin.* cap. 31. recenset, ut Astaci, Carabi, Leonis, &c.

3) *Præpostierus.*

4) *Providus.*

X.

CANIS MAXIMVS (nam & minores dantur) ut *Aldrov.* l. 3. de Pisc. c. 31. aliquando mille librarum repertus est. Nicenses etiam reperere, qui quater mille appenderet, virumque in stomacho haberet integrum, (5) Apud Massilienses quidam etiam armatum deglutisse compertus est. *Plin.* c. 96 Caniculas marinas urinatoribus maximè infestas esse memorat (6) Piscatoribus carnis dum capitur metuendus: ita licet faucibus hamo strictis, caudâ ferit, aut sub navim se abdens obnititur. Fœtus proprios devorat, ut tueatur (7) ait *Ravis.*

5) *Helluo.*

6) *Hostes.*

7) *Defensio Insolens.*

CANTARVM piscem, Auratæ non dissimilem ore tamen minorem, refert, certamen pro uxore, tanquam Helenâ, cum diversis aliis suscipere (8) *Ælianus* lib. 1. cap. 26.

8) *Rivalium Pugna.*

CAPITO, sive Cephalus, paludum incola viventibus parcit, mortuis vescitur. Unde prius, caudâ verberans, explorat vitam, *Ælian.* l. 1. c. 3, Quare & eorum ovis ab aliis parcitur, ideoque numerosi sunt. (9) Mariti quoque sunt reliquis præstantiores.

9) *Temperantia.*

XI.

CEPVS in mari rubro elegantissimis coloribus variè depictus, per caput, dorsum & spinam colore igneo

igneo, genis facie & ventre albo, cetera inutilis. (1) ut Ælian. l. 17. c. 8. culti, sed inanis hominis typus.

CITHAROEDVS quoque piscis in mari rubro, colore sub aureo, nigras à capite ad caudam lineas chordarum instar defert. Quanquam alii in purpureo corpore aureas ferant lineas Ælian l. 11. c. 23. Sic Gesnerus de Fabro, seu Gallo marino pisce refert, omnia fabrilia instrumenta ejus in corpore reperiri. (2)

COLONDRINVS, ut Majol coll. 9. ulnaris longitudinis inter pisces volatiles, cui Aurata insidiatur, quare dum is evolat, hæc umbram sectatur non vane, nam fatigatum, dum residet, facilius occupat. (3)

COCHLEÆ tam aquatiles quàm terrestres, ut cibum capiant, prodeuntes sub rectis, cum cæcæ sint, facilè occupantur (4) Dum incedunt corniculis prævijs iter explorant. (5)

CONCHÆ sub suo tecto tutiores gustu & tactu solo feruntur (6)

CONGIVS vel Conger, similis anguillis piscis est, carne durior, sapore inferior, frequens præsertim apud Siculos. Cum Muræna illi pugna sæpè: quæ ubi caudam illi præmordit, rependit vicem. (7) A locusta minore superatur, sed Polypum majorem superat. (8)

CYBIVM piscis ita scissus est, ut medium pateat, æquè in omnes partes, ad tesserarum similitudinem. (9) Ita Ravis. l. 7. c. 41.

CYPRINVS piscis fluvialis lingua caret, carnosoque omnia palato digerit (10) Id.

DACTYLVS piscis est è genere Conchatum, ab humanorum unguium similitudine dictus. In tenebris suo claret fulgore, atque in ore etiam edentium lucet, & in manibus ac veste decidentibus guttis, ut & succo lucis natura cognata sit (11) Plin l. 9 c. 61.

DELPHINVS omnium non piscium modò, sed & volucrum felle caret, celerrimus (12) respiratione tamen in aere necessaria tardatur, ore sub rostro, haud procul à ventre posito, ceu telum ex arcu emissum nonnunquam ad respirandum emicat, tanta vi, ut navium etiam vela transiliat. (13) Conjuges sunt binosque

C

1] *Idiota ornatus.*

2] *Ingenium & ars sine usu.*

3] *Ars arte elusa.*

4] *Ventris cura multos perdit.*

5] *Cautela cæcorum*

6] *Voluptua ii, domus tuta.*

XII.

7] *Iusta ultio.*

8] *Hostilitas noxia.*

9] *Aperti pectoris.*

10] *Mutus*

11] *Illustris inter obscuros.*

12] *Princeps clemens.*

XIII.

13] *Celerrimus.*

D

noſque decimo menſe pariunt, nutriuntque uberibus, ac geſtant, ſicut & balæna. Adoleſcentium diu lateri, tanquam pædagogi hærent (1) *Baſilius* ait hexam. hom. 8. etiam utero, ut Balænas & Phocas in periculo rurſum ſuſcipere. (2) Lingua his contra aquatilium naturam eſt mobilis, brevis, ac lata: pro voce gemitus humano ſimilis. (3) Simum roſtrum, gaudentque Simonis nomine compellati. Hominum atque inprimis puerorum amans bellua eſt. (4) alludit venientibus navigiis, & licet plenis velis euntia prævolat. (5) Muſica arte, ſymphoniæ cantu atque inprimis hydraulî ſono oblectatur. (6) Sub Auguſto Puerum ex Bajano Puteolos ad ludum literarium deferre ſolitus, ad Simonis vocem repente ſe vectorem ſiſtebat, pane ex manibus illius paſtus. (7) Qui puero demum extincto præmœrore etiam expiravit. (8) Ubi quis eorum impegit in terram, repente moritur. (9) In piſcatione mugilum, cùm hi ex ſtagno Laterra agri Nemauſienſis ſe in mare effundunt, Delphini ſe hominibus quandoque ſocios præſtant, occurrentes turmatim invadunt, (10) & vel in retia adigunt, vel occidunt, cibis in præmium laboris relatis. (11) Suo generi ſubveniunt, unde dum Cariæ Rex captum detentumque in portu retineret, turmatim velut ſupplices adfuêre, donec liberum dimitteret, (12) mortuum è ſuis quoque deferre in humeris conſpecti, ne à belluis laceraretur, (13) Hæc Plinius l. 9. c. 8.

1] *Educatio bona.*

2] *Amor prolis.*

3] *Vox inſperata.*

4] *Amor rarus.*

5 *Applauſus.*

6] *Amor Muſicæ.*

XIV.

7] *Servitium rarũ.*

8] *Amor ad mortẽ.*

9] *Mors repentina.*

10 *Auxilium inſperatum.*

11] *Mercede ſervire.*

12] *Pietas in proximos.*

13] *Funeris cura.*

DRACO MARINUS terreſtri haud abſimilis, id dorſo & ventre aculeatus, ictu ſuo venenum affundit. Unde captis repente caput conterunt, aut amputant aculeos, (14) ut *Aldrov.* l. 2. c. 50. *Ælian.* l. 5 c. 37. addit, Draconem hunc, ſi dexterâ manu attrahas, pertinaciter obniti, ſi ſiniſtrâ, ultro ſequi (15)

XV.

14] *Malum prævertere.*

15] *Proclivis ad deteriora.*

ECHINEIS latinè *Remora* piſciculus parvus, minori anguillæ eſt ſimilis, ſic dictus, quòd mirabili naturæ vi, ſi adhæſerit navibus etiam maximis, in curſu eaſdem ſiſtit. (16) Ita Actiaco bello Antonii prætoriam ſtitiſſe fertur, & Caji Cæſaris ab Aſturâ Antium redeuntis. quadringentos in illa remiges deludens, donec à gubernaculo

16] *Impedimentum rerum grandium;*

naculo abstracta, admirationem movit, quòd in ipsa navi innoxiè teneretur. Sed utrique inauspicatum fuit sic teneri. (1) Nam victus Antonius, Cajus in urbe mox occisus. *Plin.* l. 32. c. 1. Addit l. 9. c. 25. fluxus, & partum gravidarum sistere. Tum si sale siccatus in puteum dimittatur, aurum inde secum educere. Qui verò hæc aliaque in dubium revocant, frustra obnituntur, ex principio, quòd ejusmodi in pisciculo virtus dari nequeat: cùm torpedo, & exigua veneni vis in regulo, aut crocodilo non dissimiles habeant effectus.

ECHINUS MARINUS pro pedibus spinas habet, cui ingredi est in orbem volvi. (2) vitreus plerisque nonnullis candidus est color, ora in medio habent corpore ad terram versa. (3) Ova eorum amara, numero quina. Sævitiam maris præsagunt, ideoque adversus hanc lapillis sese stabiliunt. (4) *Plinius* l. 9. c. 31. Discerptum atque in mare projectum suis rursum partibus coire asseruit. (5) ut *Majol.* Col. 9.

EXOCOETUS piscis in Arcadia est, qui sereno cælo ex oceano in solem siccumque prodit, non ratò avibus prædæ futurus (6) ut *Plin.* lib. 9. capi 19. *Athen.* lib. 6.

FASTEN piscis est, in cujus ore aqua marina dulcescit, ad quam dum ceteri pisces dulcedine allecti veniunt, capiuntur. (7) *Vinc.* l. 18. c. 54.

GALATA ubi fœtus suos vivere sensit, extrahit, (8) sed immaturos in matricem reponit. In regno Indiæ Rapa triduo in litus, velut capturæ obvius, egreditur (9) *Oderic.* l. 1.

GLAUCUS tanta sobolem, quocunque migrantem cura, aut præit, aut stipat, aut sequitur, ut usque ad justam ætatem non deserat, trepidantem ore ac ventre suo excipiat, discusso jam timore revomens, (10) ut *Ælian.* lib. 1. c. 16. Quinque circiter cubitorum piscis est, dentatus acuto rostro, magnisque oculis. Humanæ carnis avidus, ideoque & pueris ad litus insidiari solitus. (11) Vide *Aldrov.*

GOBIO piscis exilis, sed præstantis saporis, (12) Candidus nigro melior: Gregatim incedit (13) & gaudet arena. *Ravis.* offic. l. 7. c. 41.

R

1] *Visoeculta.*

XVI.

2] *Vita aspera.*

3] *Terrena sapere.*

4] *Providentia.*

5] *Resurrectio.*

6] *Prosperitas fallax.*

7] *Religiosorum consortio trahi.*

8] *Festinatio.*

9] *Periculum adire.*

XVII.

10] *Amor parentum.*

11] *Crudelis.*

12] *Cura minimorum.*

13] *Multitudine compensare.*

GRVES

H

GERVES piſces in Corintho frequentes ſunt, pedum 15. Os & cervicem habent aliti ſimilem, & ſquammas pennarum inſtar. Femina mari blanditur amore, (1) ſed hujus per ſaltum convenientis ſemen mare excipit. *Raviſ.* ib.

1] *Laſcivia.*

XVIII.

HALEC ſive *Haringus* piſcis eſt notus Germanis, qui circa æquinoctium autumnale in Oceano ſeptentrionali juxta Angliam, Scotiam, Hiberniam, Norvvegiam, Daniam Germaniamque, turmis jam ingentibus diviſim incedentibus, tanto numero capitur, ut unum aliquando jactum trecentis florenis comparent. (2) In Hollandia multa hominum millia ex hac captura vivunt, illamque ab Anglis ingenti pretio redimunt, cum ſedem Haleces (quam nonnunquam mutant) illorum fixerint litoribus vicinam. (3) Noctu & ipſi piſces, obverſis ad cælum ventribus lucent, ac toto velut mari fulgurant, (4) itaque produntur, & lumine ipſi ſuper aquas accenſo, ad retia explicata abſtrahuntur. Quamvis ſemel pariant, ingens illorum eſt fecunditas. (5) Ecti illis magna aviditate inhiant. *Schottus* l. 10. c. 19.

Spes præda.

3] *Migratio.*

4] *Converſio exemplaris.*

5] *Moderata Venus fecundior.*

HIPPVRVS ſic dictus à cauda equina, in Hiſpania *Lampugo*, ſi quid in mari fluctuans viderit, ad prædam feſtinans ipſe ſæpè præda fit. (6) aut faſce arundinum in mare projecto, & per lapidem depreſſo adhæret cætervatim, hamiſque dejectis, avideque devoratis capitur, (7) *Ib.* c. 20.

6] *Rapacitas plexa.*

HIRVNDO aquatica humili volatu ſuper aquas effertur, cum grandiores hanc piſces inſectantur. (8) Dorſum ex nigro rubeſcit. Romæ rubras viſas eſſe, quæ noctu carbonum inſtar lucerent, (9) teſtatur *Geſnerus*

7] *Gula noxia.*

XIX.

8] *Timor excitat.*

HVSO piſcis eſt ſturioni ſimilis, & forte idem cum Thunnis, frequens in Danubio: pellis albæ & levis, ſine ſquama & ſpina, (10) nulla oſſa habet, (11) ſed in capite loco ſpinæ dorſi foramen, quod ad caudam uſque penetrat. Vitulinæ carnis ſapor eſt in dorſo, in ventre adipato porcinæ, ut *Alb.* l. 24. Gregatim natant, & cantum tabarum ſequuntur ad litus, faciles captu. (12) In aqua tanto valent robore, ut percuſſum cauda piſcatorem

9] *Splendor fallax.*

10] *Degener.*

11] *Mollis.*

12] *Voluptas noxia.*

rem navi ejiciant. Ubi caput eductum est aquis, invalidi, & velut mortui procumbunt. (1) ut *Gesnerus* notavit.

H
Separatus à Deo nil potest

XX.

HIRCVS piscis in Cyreniaco & Sardoo mari est, Delphinis junctus. (2) Mares albâ frontem vittâ, feminæ cristâ gallinaceâ ornatam habent. (3) Rapacis naturæ etiam homines & navigia involant, (4) gravi anhelitu, quo velut telo alios expugnant. (5) Phocas potissimùm insectantur. *Ravis.* c. 41.

2] *Societas prava.*
3] *Ornatus, prapositerus.*
4] *Pirata.*
5] *Detractio.*

ICHTYOCOLLA longa & teretí figura piscis cetaceus, sine spinis & ossibus, carne dulci est. Sic dictus quod gluten ex folliculo illius à capite ad caudam extenso, & corio illius conficiatur. (6) Hoc glutine si lecticam inungas, cimices tolli asserunt. *Schottus* lib. 10. cap. 23.

6] *Formosa mulier.*

LABRAX piscis est lato oris rictu, vorax admodum, quaslibet etiam sordes captans, unde & hamum una cum esca devorat, ideoque captu facilis est. Apud Milesios grandis. Hinc in voracem proverbium manavit: Labrax Milesius. (7) *Ravis.* l. cit.

7] *Vorax.*

LEPVS MARINVS velocissimus terrestri persimilis, villos habet aculeatos, in summa natans aqua, tanquam speculator, insidias devitat. (8) Siquis manu aut baculo hunc, dum in morbo est, tetigerit, animi defectum patitur. (9) Hæc *Ravis. Plin.* verò l. 1. c. tradit, venenum esse aliis in potu, aliis in cibo, aliis etiam visus tantum. (10) Gravidæ, feminâ visâ, abortiunt. Qui eo tacti sunt, totidem diebus moriuntur, quot vixerit Lepus. In India, ait, si ab homine tactus fuerit, piscem mori.

8] *Circumspectus.*
9] *Tactus noxius.*
10] *Visus noxius.*

LOCVSTÆ pisces sunt Polypis & Murænis inimici, quaternorum ut *Ravis.* in mari Indico cubitorum. In eo sunt genere, quod caret sanguine, crustâ frangili muniuntur, gignuntur in limo, prætentant iter cornibus pugnantque & erigunt rebus secundis, (11) obliquant in metu. (12) Nisi viventes fervida excoquantur, solidâ non constant carne *Plin.* l. 9. c. 30.

XXI.

11] *Vincere.*
12] *Vincti.*

LOLIGO inter pisces volatiles, celer ut sagitta, & (13) quinque nonnunquam cubitorum, gregatim

13] *Celeritas.*

L

quandoque evolat, tantâque multitudine ut navim incumbens premat. (1) Solo tactu manum obstupefacit. (2) Caput inter pedes ventremque habet, atque illis cibum in os ingerit (3) Sanguis omnino ater. (4) Unde *succus loliginis*, ad calumniosos & invidos refertur. *Majolus* Coll. 9.

1] *Multitudine obruere.*
2] *Tactus noxius.*
3] *Gulosus.*
4] *Invidus.*

LVCERNA piscis sic dictus est, à lingulâ igneâ, quâ exerta tranquillis noctibus in mari relucet (1) *Plin.* l. 9. c. 27.

LVCIVS piscis oblongus, notusque in fluviis, parquam vorax, nec suo parcens generi, (6) in osseo capite quædam veluti passionis Dominicæ arma circumferre videtur. (7) Capi aliquem vidi humanæ longitudinis, qui in ventre tres carpiones, & duos etiamnum erudos ferebat. Haud procul à Mosella, in Abbatia ad Lacum, dum piscatores grandem lucium, quem ferre non poterant, noctu reliquissent in gramine, mane repertum vulpem ab eo captam, quam dentibus infixis mordicus tenebat, prædamque factam, dum quæreret. (8) Anseris pullos duos in ventre alterius repertos *Jonstonus* lib. nat. hist. de Piscibus memorat. Plures etiam ætates vixisse comperti sunt (9) Ita an. 1497. repertus in stagno est, cui Friodericus II. Imper. ante annos 262. annulum sub branchiis apposuit, cum inscriptione: *Ego sum ille piscis, huic stagno omnium primus impositus, per mundi Rectoris Frider. II. manus.* die 5. Octobr. ut habet *Gesnerus*. Apud Anglos aperto ventre, ac deinde si emptor desit, rursum consuto, redditus vivario pergit vivere. (10) Ut *Cardan.* l. 10. de subtil.

XXII.

6] *Gulosus.*
7] *Memoria passionis.*
8] *Prædator captus.*
9] *Longævus.*

LVPVS marinus à voracitate sic dictus, cancros ut *Rav.* l. c maximè insectatur. (11) cum mugile ingens illi odium est, luctatur in hamo tumultuose. (12) Magis placent lanati, sic à candore & mollicie carnis dicti, fluviatiles etiam præferuntur, quique in Tiberi duos inter pontes capiuntur, optimi sunt. Sed tales iidem cum *luciis* ante dictis (quod nomen aliqui vitant) censentur.

10] *Vitæ tenax.*
11] *Vorax.*
12] *Vinculo obniti.*

XXIII.

LVNA pinnas suas natando explicat ad similitudinem lunæ semiplenæ, quin & cum eadem crescit decrescitque. 13) Si illam arbori admoveris accrescente luna

13] *Cognatio.*

luna hæc impletur: si decrescente, planta deficiet. (1) Ita quoque si putei aquis injeceris. Ita *Majolus* Col. 9

MARGARI vel *Margaritæ* rotunda specie pisces sunt, qui gregatim sub Rege, more apum, incedunt (2) Quo deficiente, ceteri velut attoniti hærent, capiunturque. (3) Conduntur sale in doliis, donec exsiccata carne durescunt in lapides aurei coloris. (4) In mari Indico ac Britannico reperiuntur. *Majolus & Ravisius* loc. cit.

MANATVS piscis Hispaniolæ notus, utri similis, & aspectu fædissimus, in capite bovino habet oculos exiles, (5) pedes vel alas binas loco branchiorum ad caput, quibus natat, duo foramina aurium loco, & vice ossium duos in capite globos, feminæ duo sunt in pectore ubera, corio velut ustulatæ suis præditus, pedes longus nonnunquam quindecim. Cantu delectatur, & manuefactus ad cibum etiam ex aquâ evocatus prodire visus est, ac nonnunquam denos semel pueros lacum transportare, (6) sed ab Hispano lancea, quamvis innoxiè, petitus, nunquam barbatos ferre potuit, sed fuga declinavit (7) Ita *Schottus* l. 10. c. 25.

MELANVRI timidi serenâ tempestate profundum petunt, juxtaque petras se alga obtegunt; at turbatis aquis, cùm ceteri piscium abduntur, securi ad litora prodeunt, prædamque sectantur (8) *Ælian.* l. 1. c. 41.

MONOCEROS piscis reperitur, cujus in fronte cornu rectissimum acutissimumque, naves etiam perforare potest; cum ipsum ignavum sit animal. (9) *Vinc.* l. 17. c. 120. & Albert. l. 24.

MVGIL piscis capite magno, quod cum occulit, stolidè se latere credit. (10) Inter velociores, supet ipsa navigia saltu fertur. Astutus & hami latentis metuens, cauda everberatâ cibum captat. (11) Cum lupis pro capite decertant. (12) Salacitate capitur. Nam coitus tempore, ubi mas ex linea in mare demissus fuerit, feminæ retractum consectantur. (13) Contra partus tempore mares in captam sequuntur feminam (14) *Majol.* Coll. 9.

M

1] *Cum virtute gratia Dei augetur.*
2] *Regimen Monarch.*
3] *Resp. acephalæ.*
4] *Mors gloriosa.*
5] *Deformis venetricosus.*
6] *Disciplina excolit.*
7] *Injuriarum memoria.*

XXIV:

8] *Fortuna secunda periculosior adversâ.*
9] *Arma inutilia.*
10] *Fuga stolida.*
11] *Insidias prospicere.*
12] *Defensio justa.*
13] *Voluptas fallax.*
14] *Fidelis ad mortem.*

M XXV.

MVLLVS ter in anno parit. (2) maritimorum voracissimus, licet parvus & plerumque bilibris. (3) Ob barbam in mento, *barbones* quoq; aut *barbatuli* dicuntur, in piscinis minus proficiunt. Qui vescuntur, ad libidinem refrigescunt. (4) Vinum in quo enectus est (ut in anguillis quoque evenit) abstemios facit. (5) Nunc vilet, cum olim in deliciis esset quem Asinius ut Macrob. l. 3 sat. c. 16. ait septem millibus nummûm mercatus est. Emoriens rubere primum, deinde pallere fertur lib. 3. Nat. c. 17. *Majol.* l. c.

2] *Fecundus thorus.*

3] *Vorax.*

4] *Libido extincta.*

5] *Abstemii.*

MVRENA piscis longitudine anguillæ, serpentisque, cum hoc etiam misceri à quibusdam existimatur, sexusque tantùm esse feminei. (6) In terram frequentes exire eas constat; quòd aere delectentur. (7) Ubi hamum senserint, eo devorato lineam acutis nonnunquam dentibus resecant. (8) Olim apud Romanos erant in deliciis, qui in vivariis cicuratas alebant, ut ab his nomen etiam Liciniorum familia traxerit, inter quos Crassus Murenam habuit, quam gemmis & monilibus ornavit, & mortuam quoque attatus luxit. (9) Quod cum Domitius in censura ejus collega objiceret, Respondit: *Ego bestia mortem luxi: tu ne trium quidem uxorum. Ælian.* l. 8. c. 4. Hortensius orator Murenam, sibi in Bajana piscina mortuam, fleviſſe fertur. (10) *Plin.* l. 9. c. 55. In cauda vitam habere dicunt, quâ ictu succumbit, in capite plura fert vulnera. Ad unum fertur ictum torpescere, ubi sæpius feritur, patientia in furorem versa mirè obluctatur. Aceti gustu in rabiem agi fertur. (11) Humana carne gaudet. Unde Vedius Pollio mancipia piscinæ laceranda immersit. *Ravisius* l. c. & *Plin.* l. 9. c. 23.

6] *Luxuriosi.*

7] *Peregrini.*

8] *Periculum superare.*

XXVI.

9] *Amor creaturarum.*

10] *Mors nulli parcit.*

11] *Adversitatis impatiens.*

MVREX piscis est marinus, qui & Conchylium dicitur, ex cujus humore fit color purpureus, (12) apud Tyrum frequens est. Verno tempore Purpuratum instar congregatur, latet citrea canis ortum. Cinis ejus cum oleo tumores tollit, & mammas cum melle efficaciter sanat. *Plin.* l. 9. c. 36.

12] *Humilis emergens.*

MVRES marini sunt pisces, qui in terra ova pariunt, ea post dies 30. humo obrutâ, jam fœtus refodiunt

dunt, & ad aquas secum ducunt. (1) Mus araneus piscis quoque, visâ currus orbitâ, statim uti pedicis impeditus hæret. (2) *Plin.* & *Ravis.* l. c.

MVSCVLVS est qui Balænam prævius ducit, de quo supra.

MVSTELA piscis est Murenæ similis, cui secundas in deliciis partes tribuunt. Hirudo à quibusdam dicitur ob similitudinem. (3) *Ravis.* l. 7. c. 41.

MYRVS piscis est, vel, ut alii, serpens maximus, cui si eruatur oculus, & fronti applicetur, Ophthalmiam sanat: pisci verò oculus renascitur. (4) Quod siquis viventem non dimittat, altero oculorum privari fertur. (5) *Plin.* l. 32. c. 11. oculatam vocat. Volaterr. eundem cum *Lampetra* esse putat. *Ravis.* ib.

NAVTYLVS ab aliis *Pompylus* dictus, piscis de genere Polyporum conchâ unicâ præditus, quam aliquando ad superficiem æquoris quiescentis conscendens vertit, & tanquam scapha utitur. (6) Brachiis enim duobus in utrumque latus remigat; sed si flet ventus, brachia, quibus pro remis utebatur, constituit gubernacula, & minora brachia remigando exercet, inter quæ membrana tenuis extensa pro velo servit. (7) Ita Ælian. l. 6. c. 33.

ORCA ex maris belluis atrox, & præcipuè balænæ infesta, quàm ex insidiis occupat, ut supra monui. Talis cum naufragorum cadavera ad portum Ostiensem usque insecuta esset, atque illic hæreret in vado, à Claudio Imp. expugnata est. (8) Quanquam unus, egestis per tubum frontis ab illa aquis, submersus sit. (9) Ut *Plin.* l. 9. c. 6.

ORCYNVS, ex cetacorum genere, hamum apprehensum, vel ad petram elidere conatur; vel laxato per concussionem vulnere rejicere. (10) *Ravis.* l. c.

OSTREA, ut cetera conchylia sub conchis saxis hærentia, sine pedibus, oculis, auribus sexum non habent. (11) Tanquam cæci igitur, ab animali, quod secum in cancri specie habent, in periculis admonentur, ut concham contrahant. (12) Verus tamen cancer ostreis injecto in concham lapillo insidiatur. (13) Eorũ sangui-

M

1] *Nasci peregrè.*

2] *Phantasticus.* XXVII.

3] *Par dispar.*

4] *Benefacere sine jactura.*

5] *Ingratitudo plectitur.*

N.

6] *Navigatio.*

7] *Imitator felex.*

O

8] *Prædator interceptus.*

9] *Vltio.* XXVII.

10] *Vulnere vitã tueri.*

11] *Sensibus destitutus.*

12] *Imperio alterius regi.*

13] *Impedimentum salutis.*

P

sanguine purpura tingitur, apud Indos præcipuè. In Jamboli insula uniones ut ova pariunt, immaturis penes se retentis. Sapies, quam vulnerata profundit. in margaritam excepta coalescit. (1) ut *Philost.* l. 2. de vita Apoll. Corpora eorum lunari potestate accrescunt decrescuntque. (2) *Major.* Coll. 9.

5] *Pretiosa sæpè ex vilibus.*

2] *Aulicus inconstans.*

PAGVRVS ex genere cancrorum, veteri testâ excussâ se in antro continet dum novâ succrescat, (3) postea contemptis hostibus, jam conchâ & aculeis armatus progreditur (4) *Iunius in Adag.*

3] *Renovi.*

4) *Arma animos faciunt.*

PARASTITVS alii *pediculum* vocant, Delphino adhæret, atque ex escis ab illo captis vivit, tum etiam favente eodem pingescit. (5) *Ælian.* l. 9. c. 7.

5] *Parasitus.*

XXIX.

PARDALIS piscis est terrestri colore & maculis similis. (6) *Ravis.* l. c.

6] *Varius.*

PASTINACA piscis est nunc natans, nunc volitans, (7) rostro præacuto, quo etiam radices arborum figit, adeò venenatè, ut illius ictus remedium non habeat, (8) nisi cinerem illius aceto illitum. (9) Prurientum & scabiem efficacissimè sedat ejus jecur, in oleo decoctum. Ejusdem radius venenatus, utero alligatus, faciles partus reddit. (10) Ex occulto insidiatur suoque ferit radio, ita piscis omnium tardissimus velocissimos etiam mugiles captat, (11) ac devorat. Cantu suavi demulcetur & saltu sese oblectat, atque his ad disposita retia seducitur. (12) *Ælian* l. 1 c. 39. & l. 8. c. 35. & alibi.

7] *Paratus ad omnia.*

8] *Lethale vulnus.*

9] *Morte mederi.*

10] *Arma hosti erepta.*

11) *Ingenio vincere.*

12] *Voluptate capi.*

PAVO piscis varii coloris, rubentibus lineis caudâ apud Indos aurea insignis est. (13) *Philost.* l. 1. c. 1.

13] *Superbus cultus.*

XXX.

PECTEN extra aquas sagittæ sese modo effert, ideòque non ratò è retibus exilit, (14) in cibum delectus est. *Ravis.* l. c.

14] *Celeritas prodest.*

PERNA conchatum in genere piscis est, juxta Ponti Insulas frequens, & suillæ pernæ instar, in arena defixus, cibo inhiat. (15) *Id.*

15] *Terrenus homo.*

PHOCAS seu *Vitulus* marinus vocem boum imitatur, lingua bifida, (16) supra morem piscium docilis. (17) voce ac vultu salutat, & voce respondet vocatus.

6] *Fallax.*

7 *Docili s.*

tus.(1)Pilosa est corio, quod detractum in æstu marino horridum, mari placato lene est (2) Hujus pellis extenta fulmen avertere, ut & ipse pisces, velut inter aves aquila creditur. (3) Dicuntur, & fœtus exterritos rursum ventre excipere ac fovere. (4) Cicures in novo orbe non magni; sed ulnæ unius reperiuntur, penè rationis compotes. Nam funiculis adstricti, ac dimissi in mare, magnos etiam pisces mordicus apprehensos educunt. *Majolus* ex Ovetano, Plinio aliisque Col 9.

P

1] *Civilis.*
2] *Varius.*
3] *Tueri.*
4] *Amor parentum.*

PHYSALVS piscis maris rubri est Gobii magnitudine; Sed capite oculis atque ore destitutus, (5) cujus vice infra ventrem quippiam smaragdi figurâ apparet: Quisquis hunc ederit, ventre difflatus rumpitur. (6) Ipse piscis extra aquam inflatur, & si tetigeris magis magisque intumescit, ac pellucet, ac denique rumpitur. (7) Ità aquam projectus, dum intumuit, vesicæ instar inflatat. Ita *Ælianus* l. 3. c. 17. apud Majolum.

XXXI.

5] *Sensibus destitutus.*
6] *Gula noxia.*
7] *Invidiæ*

PHYSETER, ex genere cetorum aliquando supra naves columnæ instar sese erigit, hausisque & egestis per tubum frontis aquis, navim mergit (8) Horret æneorum tormentorum sonum (9) Ceterum optimi odoris ambracam in se continere dicitur (10) *Majolus* ex *Plin.* & *Alber.*

8] *Elvrietas rationem mergit.*
9] *Minis terreri.*

PINNA in genere concharum saxis adhæret cæcus ipse piscis, sed *pinnotheræ* aut *pinnophylacæ* comite ac custode. (11) qui è squillarum genere inter minimos piscium, conchis aliorum se piscium, ipse convivator immunis, claudit, & dum crescit, de minore ad majores conchas transmigrat, (12) ut *Plin.* l. 9. c. 31. Sed & beneficium conchiliis cæcis rependit: nam ut *Plin. ib.* c. 42. Pinnam, in panda concha, aliis circum piscibus receptis, morsu levi admonet, (13) quo perstricta claudit, & prehensa enecat, partiturque cum suo monitore, (14) Vide & *Ælian.* l. 3. c. 29.

10] *Exemplo trahere*
11] *Custos fidus.*
12] *Providus*
13] *Monitor opportunus.*
14] *Liberalis Gratus.*

POLYPVS è genere mollium à multitudine pedum nomen trahit. Petris adhæret colore loci assumpto, (15) ut pisces adnantes fallat & occupet. Tanta in eo voracitas est, ut nec à suo quidem abstineat gene

XXXII.

15] *Fallax*

re, (1) quin & brachia in fame sibi præmordeat. (2) Conchis venandis intentus, aliquando ab his conchas claudentibus occupatus, amittit brachia. (3) Unde lapillum & lignum cautior solet ingerere, quo clausuram impediat. (4) Locustis marinis tanto esse terrori fertur, ut illæ ad præsentem in eadem nassa polypum statim moriantur. [5] Vide *Plin.* l. 9. c. 29. 30. & 62. Qui *Ælian.* l. 7. c. 11. addit, nonnunquam aquilam prædatricem à Polypo superatam, & in pelagus abstractam. (6) Æstivo etiam tempore in agros arboresque, fructuum gratiâ, emituntur. (7) Tanta est salacitate, ut exhaustis quandoque viribus vix natare possit (8) Polypi caput esu quidem suave, at somnum parit difficilem.

1) *Vorax.*
2) *Fames extrema*
3) *Prædator captus.*
4) *Impedimentum*
5) *Mors ex terrore*
6) *Prædator Victus.*
7) *Peregrinus.*
8) *Luxuriosus.*

XXXIII. *PVNGITIVVS* piscium minimus in vivariis ultro ante omnes succrescit, aliorum veluti semen & prodromus. Lanceolis sub ventre duabus pungit. (9) *Alb.* l. 24.

9) *Minima non contemnenda.*

PVLMONES marini tempestatem præsagiunt, (10) & tanquam vento intumescunt, flatuque altiori prodeunt. [11] Lignum quod his confricatur, tanquam facula lucet, atque exardescit. [12] *Plinius* l. 18. c. 35. & l. 32. c. 10.

10) *Tempestas.*
11] *Arrogans.*
12) *Irâ exardescere.*

PVRPVRA inter conchylia celebris, purpureum in faucibus succum, albâ venâ contentum, gerit, quem moriens expuit; ideoque contendunt vivam capere. (13] Quinquaginta diebus captæ suo ex succo eluuntur & vivunt. [14) aquâ dulci moriuntur (15) Lingua illis prælonga & aculeata, quam infigens conchis aliisque piscibus humorem pastumque sugit. Quare in parva nassa densè contexta cibus illi objicitur, quem dum attenuatâ longeque insertâ linguâ captat, hæc succo impleta ac tumida, cum reduci nequeat, captivam tenet. (16] ut *Ælian.* l. 7. c. 34. Vide & *Plin* l. 9. c. 36.

13) *Laboris pretiũ.*
14) *Jejunium.*
15) *Voluptas necat.*
16) *Gula noxia.*

XXXIV. *RANA* palustris, vix piscibus accensenda est, pluviam coaxatione præsagit. (17) In Scripho tamen Insula elinguis est (18) Viridis quæ arbustis gaudet, insecta canis ori elinguem facit (19) Marina quoque Rana est, capite ingens, quòd penè totum in vastum dentatumque os panditur, quo hiante allapsos incautè pisci-

17) *Pluvia*
18) *Arcanum tegere.*
19) *Obmutescere.*

culos

culos devorat. (1) Unde Rana piscatrix dicta est. Vide *Gesnerum* & *Schottum*.

REVERSVS Indicus anguillæ specie est, capite tamen grandiore, quod pelliculam crumenæ similem gerit, rostro acuto ac prælongo, quo pisces invadit, simulque injectâ crumenâ, tanquam sacco clausos cæcatosque rapit. (2) Hinc ab Indis cicuratus intraque aquam (aerem enim non sustinet) alitus piscationi servit. Quando ex funiculo dimissum, prædâq; jam onustum retrahunt, quam, ut primùm aerem sentit, impatiens deserit. (3) Ita *Petrus Martyr* l. 3. Decad.

RHOMBVS à figura quadrilatera Mathesios fortè dictus, (4) Inter planos pisces, duplicis tamen generis aculeatus & lævis est. Olim in delitiis, & apud Ravennam laudatus, vorax & aliorum piscium captator, *Schottus* l. 10. c. 43.

SALMO piscis in mari & Germaniæ fluminibus frequens. In his libentius pariunt, excavata in sabulo scrobe, in qua femina ova collocat, quæ à mare genitali rore perfusa, sensimque aucta, spiritu vitali moventur (5) Saltu magna sæpe valla in fluminibus objecta superant, & si nequeant adverso flumine progredi, infra sub saxis hærent ac deficiunt. (6) Ita *Schottus* l 10. Mir. cap. 44.

SARDÆ ac *Sardellæ* instar halecum, circa Siciliam glomerantur, quas turmatim ad lumen vesperi advolantes aliquot naviculæ, succensis fascibus, commune quoddam rete sensim ex lato in orbem arctumque juxta litus colligentes, maximo numero quadragesimæ tempore educunt. [7] Qui cum recentes grati admodum saporis sint, (8) statim, dispositis per litus craticulis, igne excipiuntur, aut sale conditi asservantur. *Idem* c. 45.

SARGVS inter cavernas & saxa litoralia aprica-tur libenter in sole, cujus intuitu gaudet. [9] Sed & capratum umbras odoremque tam avidè sectatur, ut piscatores harum pelle vestiti litora obeant, quâ allectos extraque aquas prosilientes facilè occupant. (10) Multo quoque hic piscis socio gaudet *Ælian.* l 1. de an. c. 13.

R

1) *Gulosus.*

2) *Insidiator. Piscator.*

3) *Prædam amittere.*

XXXV.

4) *Mathematicus.*

5) *Homo terrenus.*

6) *Virtus sine adversis languet.*

7) *Honoris vel auri fulgore capi.*

8) *Novitas delectat.*

XXXVI.

9) *Honore delectari.*

10) *Umbra bonorum Damon*

multos fallit.

SCARVS vel *Scaurus* herbis vescitur & cibum ruminat, in ventrem maximè inflammatus, per semellam captam atque ex funiculo ductam, cum pluribus amatoribus sensim affluentibus, ad nassam dispositam inducitur. (1) Inclusus tamen hic piscis nassæ non capite, sed sed cauda exitum molitur, cui subsidio sæpe alius extra nassam Scaurus adest, qui apprehensa mordicus caudâ educit. (2) Olim hic piscis, atque inprimis jecut, in deliciis fuit. *Oppian.* l. 3. *Ravis.* l. 7. c. 41.

1) *Amore capi & perire.*
2) *Rudire ex periculo.*

SCOLOPENDRA piscis centipes à multitudine pedum dictus, rarâ quandoque magnitudine eminet, actiremis in modum capite & cauda extantibus, pedibusque remigantibus fertur. (3) Quod si hamum momorderit, omnibus intestinis egestis, hamoque rejecto, eadem resorbet. (4) *Majol* Coll. 9.

3) *Figura mendax.*
4) *Dolore doloribus mederi.*

XXXVII.

SEPIA mas piscis varius, & feminâ nigrior, astutus hic piscis, ubi timet insidias, atro ex se colore profuso ceteris prospectum sui admit, [5] & ipse non visus videt. Ut *Aristot.* l. 9. c. 37. Ova verò feminæ hoc atramento perfusa solidat. [6] *Plinius* l. 32 c. 10. addit, si oleo lucernæ ex atramento hoc affundas, omnium circum vultus æthiopum videri (7)

5) *Calumniatorum libri & sermones.*
6) *Virtus inter calumniatores cauta & solida.*
7) *Invidia facit apparere quod non est.*

SIMIA in mari rubro cartilagine munita, terrestri vultu similis, reliquo tamen latior corpore, pinnasque velut alas explicat, ut volare magis, quàm natare videatur (8) *Ælian.* l. 12. c. 27.

8) *Simulator. Mimus*

SILVRVS tanta in prolem charitate est, ut sublatâ feminâ ipse ova foveat, ac fœtus etiam in nassam & mortem sequatur. (9) In Nilo & Danubio reperitur *Ravis.*

9) *Amor prolis.*

SERRA piscis maritimus ingens, in summo capitis vertice firmum os serræ instar dentatum gerit, quo naves subiens dissecat, ut sibi in prædam homines vertat. (10) *Olaus* lib. 11. c. 20.

10) *Tyrannus Rempevertens. spe prædæ.*

SIRENES ajunt marinas esse feminas, [11] qualem *Majolus* in Canic. Coll. 9. tradit ad Hollandiæ litus à mari rejectam, Harlemum anno Dom. 1403. delatam esse, quæ se vestiri passa, pane & lacte alita sit, & fila etiam è colu ducere edocta, semper tamen muta exiterit, ferunt.

XXXVIII

11) *Voluptas.*

ferunt illas in mari, dum tempestas est, suaviter concinere, sereno rursum cœlo obmutescere. (1)

SPONGIA velut inter plantas & animalia media, tam humore & radicibus, quàm conchis & piscículis intra se conclusis alitur. (2) Sensum habet; quia apprehensa tenacius litoribus ac petris sese constringens adhæret, (3) per fistulas, seu poros corporis spongiosi alitur. *Majolus* l. c.

SQVATINA de genere planorum, cutẽ adeò habet rigidam, ut illâ aspera etiam ligna & eburna poliantur. (4) *Ravis.* l. c.

STELLA brachiis quasi radiis quinque cincta panditur. In medio radiorum os sine gula est, quod exceptum alimentum facilè conficit. (5) Hac specie pulchettimus, & igneo quodam ardore in mari lucet; Sed contracta quævis adurit. (6) Ut *Arist.* l. 5. c. 15. tradit, & *Plin.* l. 9. c. 60. Ostreis insidiatur cum apertis conchis hiant, radioque intra concham immisso facilè penetrat. (7)

STROMBI è genere concharum regem habent quem sequuntur, quocunq; incesserit. (8) Boni ominis fuit hunc cœpisse. (9) Unde apud Byzantios Attica drachma hunc capienti in præmium fuit proposita. (10) || *Id.*

STVRIO, quem cum Acipensere non bene confundunt aliqui, in Ponto & Albi, Rheno etiam & Danubio notus piscis, quadrato, & modo pyramidis protenso est capite, (11) sine maxillis, ore ac dentibus, cujus loco prope jugulũ patet fistula. in qua & lingua est, qua alimentum trahit. (12) Oculis exilibus, rostro barbato, cute per dorsum squamosa, ceterùm scabra. Escam suis instat in luto quærit, (13) corpore oblongo & robusto, ut piscatorem tactum caudæ ictu prosliget, & cruta in fringat, ex lapidibus etiam scintillas excutiat (14) *Schottus* l. 10. c. 48. qui tamen cum Acipensere confundit. Juxta Mæotidem tanta est illius copia, ut ova collecta, & sale aspersa per Italiam, & Turciam latè distrahantur. *Id.*

TESTVDO marina sive fluviatilis, ova in terra gignere

S

1) *Invidia malis gaudet, bonis tristatur.*
2) *Hospes infidus.*
3) *Terrenus homo.*
4) *Asperitas utilis.*
5) *Helluo.*
6) *Species fallax.*
7) *Principiis mali occurrendum.*

XXXIX.

8) *Christus sequendus.*
9) *Nostra salus est.*
10) *Christus venditus.*
11) *Stupidus.*
12) *Mirus.*
13) *Luxuriosus.*
14) *Fortis.*

T

gnere solet, & arena obruere, quæ post dies sexaginta revisens jam animata ad aquas deducit. Plinius tamen, noctu incubare, aut spectando, etiam fovere, & annuo excludere spatio tradit. (2) Tantæ apud Indos magnitudinis reperiuntur, ut superficie habitabiles casas integant [2] Capiuntur variis modis, inprimis tamen quando illæ in superficiem maris elatæ, siccato per solem cortice, mergi nequeunt, jam piscantibus ad prædam opportunæ. (3] Ita ad pastum noctu egressæ, oneratæque cibo, dum haud procul à litore in aquis obdormiscunt, facilè tenentur. (4) Dentibus carent, sed eorum loco margines conchæ sunt, tam acuti durique, ut lapides etiam comminuant. Apud Troglodythas cornibus esse præditæ feruntur, (5) quæ remigii loco inter natandum sint. *Plin.* l. 9. cap 10.

1) *Amor prolis.*

2] *Domus parabilis.*

3) *Otium perdit.*

4) *Gula nocet.*

5) *Arma innoxia.*

THYMALLVS in Ticinio Italiæ fluvio ad cubiti magnitudinem excrescit, gratum thymi odorem spirat. (6) Hamum declinat. Dum tamen culices insectatur, ipse capitur, (7) *Ælian* l. 14. c. 22.

6) *Virtutis odor gratus.*

7) *Mundi vanitas.*

XLI.

THVNNVS piscis altero captus oculo, altero, dum migrat, terram obtuetur, luscis similis. (8) Ubi à bruma occupatur, illic hibernat ac vere appetente, delecto duce, qui mole præcellit, ad Euxinum plures demigrant, (9] ita ut alii aliis, contra solis radios, umbram præstent. [10) Quibusdam locis maximi sunt, caudâ solâ ad binos cubitos explicatâ. Biennium vitæ non excedunt, & præ pinguedine non raro rumpuntur. (11) Præsertim cum glandibus juxta litus repertis saginantur. Unde & *porci marini* dicti sunt. Tempore fœturæ liguriunt quidlibet, nec à proprio quandoque partu abstinent. (12) Aliquando integrum plaustrum captus Thunnus implet, frequentissimus in Sicilia. *Ravis. & Schottus.*

8) *Terrenus homo.*

9) *Exercitus.*

10) *Charitas proximi.*

11) *Cura corporis noxia.*

12] *Voraces.*

TORPEDO ab innato incussoque aliis torpore sic dicta, quem etiam per hamum piscatoris tacta membris obstupescentibus affricat, (13) orbicularis est, cute molli & lubrica, ex ferè libratum. Limo sese occultat piscibus eodem torpore ex vicinia captis vim infert

13) *Otio torpescere.*

fert, (1) itaque & Velocissimum mugilem stringere ac superare comperta est. Fecundissima est, nonnunquam octoginta simul fœtus educans, [2] quos in discrimine pro arbitratu intra se recipit. (3) *Majolus* l. c.

TORTVCA, miles marinus dicitur; quia scutum octo fere pedum habet, in capite fert hastam, cornu, & galeam (4) ut *Alb. M.* l. 24. lit. B.

TRITONES hominis in forma pisces sunt, ut Olyssiponensium legati apud *Plinium* l. 9. c. 5. à se in specu Tritonem concha canentem visum memorant. Sub Tiberio, [5] uti & Legatus Galliæ sub Augusto Nercidas se in littore vidisse est testatus. Sed & in Gaditano litore maximum hominem noctu navigia visum conscendere, & qua parte premeret, degravari, ac mergi denique, (6) testibus magnis refert, cui *Alex.* l. 3. Gen. dier. c. 8 accedit.

TROCHVS ingenti corpore, spina ac cervice ex undis prominere, ac secum, ad pariendum hermaphroditus, fertur congredi. [7] *Ravis.* l. 7. offic c. 41.

VELLVS AVREVM piscis est spongiæ similis, cujus lanugo auri colorem refert, (8) dilatatur & contrahitur, manifesto vitæ argumento. *Albert. M.* l. 24. in Aureo.

VRANOSCOPVS in capite magno & osseo, versus cœlum os oculosque gerit, unde & Cæli speculator dictus est, [9] perquam gulosus, ita ut objecto cibo rotundum corpus, usque ad os infarciat. (10) Carne inprimis delectatur, vivacique admodum, quamvis pedali tentum est corpore, ita ut prorsus exenteratus adhuc vivat [11] *Schottus* l. c.

VRTICA adhæret saxis, & his velut testæ adfixa, vivit ab allapsis fortè piscículis, ore in medium corpus contracto. (12) Noctu tamen vagatur, mutatque vultum, ut pectines echinosque captivos ducat. (13] Admotâ manu se contrahit, coloremque, ut Polypus, variat, (14) illam tamen uredine quadam perstringit, paulumque si fuerit intervalli, absconditur. *Plin.* l. 9. c. 45.

V

1) *Otiosi furtis se alunt.*

2) *Fecundum conjugum.*

3) *Amor prolis.*

XLII.

4) *Armatus miles.*

5) *Tubicen.*

6) *Caro opprimit animam.*

7) *Peccator ipsum violat.*

8) *Splendor inanis.*

XLIII.

9) *Mathematicus. Religiosus.*

10) *Gulosus*

11) *Vitæ amor.*

12) *Insidiator.*

13) *Latro.*

14) *Fallax.*

V. XLIV.

VVA marina piscis est, qui in vino putrefactus, illis qui inde bibunt, vini tædium creat. [1] *Plin.* l. 32. c. 11.

VVLPECVLA marina, piscis est majori caudâ, quàm corpore, & quandoque ad centum libras pertingit. Falcata cauda est, & ad feriendum idonea, [2] qua etiam grandiores se pisces ferit ac devorat. In cœnosis locis procul à litore & insidiis aliorum, ipsa piscibus insidiatur. (3) Quod si per hamum deprehensa capteur, hamum cum linea dentibus præputata absorbet (4) *Schottus* l. 10.

XIPHIAS latinè Gladius piscis ad decem aliquando cubitos excrescens est in mari Siculo, qui oblongo rostro, quod gladii instar præfert, non pisces tantùm, sed & naves ac saxa penetrat. (5) Corpus à capite crassum rotundumque sensim in acumen desinit, cotio tectum, sed sub eodem squamæ, adepsque qualis in porcis. (6) Capiuntur tridenti telo ad funem alligato, uti & cete. (7) Rostrum omni gladio acutius, occiso pisce hebescit, (8) *Schottus* ib.

Hæc de rarioribus tantum generibus piscium, quæque aliquid continerent figuratâ dignum imagine. Plura qui volet Aldrovandum, Gesnerum, Nierembergium & Schottum, tum etiam ex antiquioribus Plinium & Ælianum consulat.

1) *Abstemius.*
2) *Finis attendendus.*
3) *Insidiatur.*
4) *Arma hosti erepta*

XLV.

5) *Arma metuenda.*
6) *Armatura duplex.*
7) *Vis arte de lusa.*
8) *Arma manum requirunt.*

CAPUT LXXV.

IMAGINES SERPENTUM.

DE Serpentibus quoque non pauca occurrunt iconographo jure observanda. Quandoquidē sub specie serpentis, & hostis generis humani primum illudere homini voluit, & Deus redemptorem nostrum illius suspensi imagine figurati, ac postremò Christus ipse prudentiam serpentis nos imitari. Unde Chrysost. hom. 34. in Matth. inquit. *Prudentiam serpentis imitari nos Dominus cohortatur, ut quemadmodum serpens totum seipsum tradit, nec minimum curat, si corpus incidatur, modo caput suum integrum servet:* (1) *eodem tu quoque modò præter fidem cetera perdere non cures. Profundas universam pecuniam tuam tradas corpus, vitæ ipsi, si opus est minimè parcas, dummodò fidem serves, quæ caput & radix est.* D. Augustinus verò serm. 4. ad fratres tradit. Astutiam serpentis in quatuor rebus eminere. Primò quod venenum in gutture colligat, ut promptum sit in sui defensione, (2) quod mustela non ignorans dum è caverna exit, caput invadit. (3) Secundo, aquam ingressurus venenum deponit. (4) resumit postea. Tertio veterem pellem angusto in foramine (5) quotannis exuit quarto, ut caput tueatur, totum corpus periculis exponit. Hæc ille. Sed & ingens amor sobolis innatus est serpentibus, adeò ut Funcius narret se vidisse quod ovo serpentis in fornacem projecto, ipse serpens in ignes subsecutus sit, (6) ut eriperet. Quibusdam locis serpentes frequentiores sunt, ut in Brasilia esse memorantur, viasque passim cum discrimine transeuntium infidere. (7) In Mesopotamia *Aristotel.* de admir. c. 145. narrat serpentes indigenis parcere, advenas mordere. (8) Neque minus admirandum quod serpentes Libyci in Cretam insulam deportati, aut Cretenses terræ

I.

1) *Fides in Deum, etiam morte defendenda.*
2) *Arma in promptu.*
3] *Principiis mali occurrendum.*
4) *Arma deponere & sumere oportunè.*
5) *Renovatio.*
6] *Amor prolis.*
7) *Vita periculosa.*

II.

8) *Respectus serpentum,*

A

1) *Peregrinatio noxia.*

2) *Mala ubique obvia.*

3] *Odium hostile.*

4] *Societas malorum noxia.*

III.

5) *Finem agens respiciat.*

6) *Mala intentio actionem corrumpit.*

7) *Peccatū mortale.*

8) *Peccato delectari.*

9) *Rex.*

10) *Resp. Sub consul.*

11) *Peccata capitalia.*

IV.

12) *Peccatū carnis.*

13) *Meretrix.*

14) *Libido.*

15) *Libido excæcat.*

terræ consperſi, pulvere moriantur. (1) Ut *Ælian.* l. 5. c. 2. Et quod tradit *Strabo.* l. 15. reperiti ſerpentes Indicos duorum cubitorum, qui alati, ut veſpertiliones volent. (2) Nos præcipuas Serpentum ſpecies paucis contemplabimur.

ACONTIA à jaculo ſic dicta, quòd in arboribus abdita atque in ſpiram contorta, tanquam jaculum, in prætereuntes ad viginti cubitos uſque ſeſe conorqueat, feriatque, (3) ſolo autem tactu lethalis eſt, quique vulnus ſanare contendit, rabem hinc attrahit. (4)

AMPHISBENA à fronte & tergo munita capite, & utrimque incedere, (5) &, ſi utrumque caput eadem tendat via, acuato ſequi corpore ſolet. Ex utroque capite *Plin.* l. 8. c. 23. ſentit venenum fundere. (6) *Ælian.* l. 8. c. 7. ait Amphiſbenæ pellem omnes fugare ſerpentes & animalia, ſolumque ejus tactum interficere. (7) Præter ingenium reliquorum frigore etiam delectatur, quod è caverna emergens captat (8) ut *Olaus* l. 21. c. 28. Sed aliud biceps ſerpentum genus, cujus tamen alterum caput toti æquetur corpori. (9) Joſephus Acoſta an. 1560. in Braſilia repertum, ait, & Diodorus Siculus in Taprobana Inſula quadriceps, quod ad omnem mundi plagam incederet, quadrangulari forma, cereris etiam capitibus unius ductum ſequentibus, (10) ut nunquam verſo corpore, quoquo tamen luberet, ingrederetur. Ita Majolus colloq. 8. ubi addit in Inſula Malabarica repertos eſſe ſeptem capitum ſerpentes, (11) ut non omnino fabuloſum ſit, quod de Hercule memoratur.

ASPIS morſu ferit immedicabili, niſi repente membrum læſum præputes, intra horas quatuor extinguit ſomno oppreſſos. (12] Ut Ælianus refert, Nec ab ullo vincitur, niſi à muliere, quæ aſpectu contactuque ſolo necat. (13) Non vivit ſine compare. Itaque alterutra interempta, implacabili ultione altera, per aquas mediosq; homines interfectorē perſequitur. (14) Oculi eidem hebetes, & non in fronte, ſed temporibus, (15) ideoq, auditu magis (quem tamen incantatorib. novit claudere.) quam viſu excitatur. Ita *Plin.* l. 8. c. 23. & ad-

& addit c.24. interneciuum ipsi cum *Ichneumone* bellum esse, sed hunc arte vincere, limo enim sese immergere & siccare sæpius, dum crustâ terreâ velut loricâ incedens facilè morsus aspidis eluit, donec alterius fauci-bus apprehensis aspidem strangulet. [1) Ægyptiis hoc animal quoque in honore à quibusdam circumatur, & ad mensam innoxiè admittitur, (2) & Reges illorum in Diademate aspidis figuram ferre soliti, regni sui vim virtutemque significare voluisse sunt visi. (3) *Ælian.* l.6 c.38.

Basiliscus latinè *Regulus* in Africæ solitudine semipedis, ut Solinus ait, longitudine serpens, candida in fronte macula veluti corona insignis. (4) Sibilo omnes fugat serpentes, solumq; non metuens metuitur. [5) Herbas fruticesque non attactu solo, verum & afflatu necat. (6) Creditum est ex contactu hastæ & equum extinctum & equitem. Mustela tamen cavernis illata basiliscū enecat. (7] *Plinius* l.8.c.21.& Solinus c.29. Qui addit Pergamenos in Apollonis æde mortuum suspendisse basiliscum reticulo aureo, ex quo tempore, nec aliter nec alianeæ templum subierint. [8) Communis existimatio est ex Galli gallinacei ovo subnasci basiliscum, (9) sed hoc *Albertus M.* fabulæ loco habet, traditque lib.25. in B. si illius cineribus argentum fricetur, auri colorē ponduſq; habiturum, (10] quod tamen ego potius inter fabulas habeo *Æl.*l 3.c.30 addit. Gallinacei cantū basiliscū fugere. ideoq; viatores in Africæ desertis hunc secū ferre. (11) *Plin.* l.29 c 4. tradit, quod basiliscus hominem aspectu solo interimat (12) Imò & *Causinus* l.9.n.19 quod seipsum objecto speculo inficiat, interficiatque, nescio unde produxit. (13) Ægyptii hunc quoque serpentem venerati, ut *Pier.* habet l.14. c.12. in statua caput illi Accipitris dabant, oculosque eo artificio, ut claudi & aperiri possent. Quod si igitur apertis producerentur oculis, tota Ægyptus lætitia & hilaritate perfusa gestiebat. (14) ut si Deus de cœlo benevolè adspexisset; secus dum clausis. (15) nam fuga se quisque in penetralia abdere Deorum quam cœpit deprecati. Sentiunt enim hoc in animali Jovem, id est Dei spiritum

1) *Religiosus Damonem humilitate vincens.*
2) *Benefacta hostes conciliant.*
3) *Reges sacri, non tangendi.*
V.
4] *Tyrannus Rex.*
5) *Dei vox potens.*
6) *Libido visu & cogitatu nocet.*
7) *Mortis memoria peccatum tollit.*
8) *Horror judicii.*
9) *Antichristus ex homine.*
10) *Finis bonis spectatus.*
VI.
11) *Pœnitens D. Petrus.*
12] *Mulier formosa visa nocet.*
13) *Complacentia*

sui noxia. 14) *Deus bene vellit.* 15) *Deus aversus.*

1) *Appetitus rationalis.*
2) *Appetitus bestialis.*

potenter operati. Incedit hic serpens priori erectus corpore [1] posteriori tepit (2) *vt Sol. & Plin.* l. cit. duplicis in homine naturæ quædam imago.

VII.

3) *Ingratus in nutritios.*

BOA Serpens è genere Draconum, in India frequens, in Calabria nonnunquam spectatur, ubi primùm boum ipse in pratis exsugit ubera, denique & grandiores ipsos boves devorat, (3) & ut *D. Hieronymus* in vita D. Hilarionis cum armentis pastores absorbet. (4) Sub Claudio Imperatore ait *Plinius* l. 8. c. 14. in agro Vaticano occisam apertamque Boam, quæ integrum in ventre infantem gesserit.

4) *Malitia sensim proficit.*

CERASTES serpens est quatuor in capite corniculis, quibus reliquo corpore occultato, tanquam vermibus aves ad raptum solicitat, easque ex occulto invadit. [5] *Raviſius* l. 7. offic. 40.

5) *Auceps. Piscator.*

6) *Cunctabundus.*

CHAMÆLEON lacertis haud dissimilis, tostrum tamen illi suillo simile, crura excelsa & erecta, cauda longa, sensim acuta, spirisque implicata, testudineo tamen incessu, [6] asperoque, ut Crocodilus, corpore; oculi prægrandes & semper aperti, (7) hiante semper ore, non alio quàm aeris elemento pasci creditur, (8) sanguis in corde & circa oculos tantùm. Colorem omnem, præter rubrum candidumque induit, (9) & vicino quod tangit corpore conformem. *Plin* l. 8. c. 33. qui l. 28. c 8. addit, quod Chamæleon cum totus pene pulmo sit, pavore incredibili percellatur, unde illa ad quemvis colorem transmigratio. (10) Leontius tamen in hist. Afric. scribit apud *Majolum* Coll. 8. serpentum venenatorum hostem esse, eosque sputo ex arboribus in eorum caput librato occidere. (11) tum verò perpetuo aspectu solis radios avidè consectari. [12] Ceterùm hic serpens innoxius est, nisi qui ipsum devorant. Ita Elephas chamæleonte cum herbis, quibus assimilatus erat, ab Oleastro remedium quærere cogitur, & corvus nisi chamæleonte occiso à lauro remedium petat, à victo succumbit. (13)

7) *Speculator sine visu.*
8) *Vanæ gloriæ sectator.*
9) *Adulator non syncerus.*
10) *Timidus. Variabilis.*

VIII.

11) *Hostis neglectus sæpe nocet.*
12) *Honores sectari.*
13) *Inimicis inimicus.*

COLVBER nemorum umbras sectatur. (14) sunt tamen & aquatiles colubri, quorum fel & adipem habentibus Crocodilus nocere nil potest. (15) Cum debet

14) *Peccator amat tenebras.* 15) *Mortificatio & pietas Dæmonem arcent.*

bibere volunt, prius venenum postea resorbendum evomunt, ne hoc cum potu in stomachum transmittatur. (1) Nudum hominem reformidat, vestitum aggreditur. (2)

CROCODILVS Nili fluminis terræque incola, ex ovo, quantum est anseris, ad octodecim excrescit cubitos, (3) elinguis superiori maxilla mortsum imprimit, pectinis in modum dentatus (4) dorso squamis tanquam conchis indurato, & ad omnem ictum impenetrabili. (5) Diem in terra, noctem in aquis, velut cubili exigit, sed visu hebescens, quem extra habet acerrimum (6) Hunc cibo piscium saturum, hiantique in litore dormitantem ore, Trochilus Rex avium, toto ore dentibusque, reliquiis ciborum subtractis, purgat: magis ad scabendi pruriginem Crocodilo hiante. (7) Quod Ichneumon conspicatus, tanquam telum, per fauces in alvum transvolans, eundem corrodit. [8] Sed & Delphini Nilum intrantes, & sub Crocodilum delati, molliorem ejus ventrem spinâ dorsi dissecant. (9) ita multorum hosti non unus est hostis. Tentyritæ etiam populi accolæ Nili huic audent belluæ occurrare, ad hos insequentes timido ac fugaci, cùm aliis fugientibus metuendus insistit. (10) Hi igitur in dorsum equitum more prosilientes, hiantibus resupino capite ad morsum clavam in os impingunt, (11) & sic velut freno ex flumine in terram captivos aguut, coguntque revomere siquæ corpora devorarint. (12) Hæc *Plinius* l. 8. c. 25. tradit. Addit *Ælianus* l. 12. c. 38. quod ova sua (quæ sexaginta, totidem diebus solet excludere) solo dicatur visu, incubatu fovere, (13) catulosque in venatione explorare, ad quam si remissi fuerint, tanquam alienos discerpere. (14) *Vincentius* l. 17. natur. c. 106. adjungit, hoc animal hominem devorare totum, solo capite præputato, [15] cerebri tamen aviditate, juxta sedens ploratu ciere lacrymas, quarum vis tanta sit, ut emollitum cranium, facilè dividatur, ((6) & cibus pateat. Unde *Crocodili lacryma*. Quanquam alii his trahere homines asserat, ut allectos perdat. (17) Adeò calidæ digestionis esse ferunt, ut consumat omnia, loco nullo

1) *Confessio Eucharistiæ præmittenda.*

IX.

2) *Impetum sustentant.*

3) *Ex ignobili clarus.*

4) *Hostes tacuti magis cavendi.*

5) *Invictus.*

6) *Peccatis nox favet.*

7) *Servire non gratis.*

8) *Vis arte pressa.*

X.

9) *Hostis parte imbelliori petendus.*

10) *Audax in fugacem & contra.*

11) *Ferocia coercita.*

12) *Restitutio.*

13) *Oculorum vis.*

14) *Indolē explorare.*

15) *Crudelis.*

XI.

16) *Lacrymarum vis.* 17) *Lacryma meretricis.*

D

1) *Vorax.*

2) *Ieiunii salubre.*

à natura ad excretionem relicto. [1] ut *Ovetanus* lib. 15. c. 6. hist. tradit. Nihilominus sexaginta diebus sine cibo in latebris quiescere, totidemque annis vivere. (2) Herodotus l. 2. c. 5. memorat, qui eundem objecto suis tergo, quod devoret, & grunniente porcello, cujus vocem sectatur, ingesto in oculos luto, cæcari, ac deinde capi refert. (3) Ægyptus tota hac bellua celebris fuit, quam inter sacras venerabatur, ut boni ominis etiam habitum sit, si cujus liberos devorasset. [4] Unde Augustus devicta Ægypto, Crocodilum ad palmam alligatam, (5) pro symbolo victoriæ illius usurpavit. *Pier.* l. 29. Quid addit, quod licet unguibus ac motu polleat, in cauda tamen potissimum robur sit, quâ prædam captam implexamque exanimet. (6) Quare funestum alicujus exitium per Crocodili (Cujus in speleo caput abderetur) caudam adumbrabant (7) Sui tamen adeo amantes feruntur Crocodili, ut qui eorum adipe delibutus est, secure inter eos natet, [8] quod Firmum Ægypti Tyrannum fecisse, Vopiscus tradit. Vide *Pier.* l. 16. c. 6.

3) *Gula perdit.*

4) *Tyranno adulans.*

5) *Victa Ægyptus.*

XII.

6] *Iudicium Dei timium grave.*

7) *Exitium funestum.*

8) *Amans sui.*

DIPSAS, ut *Lucianus de Dipsadibus*, viperæ similis, albicans, sed nigris in tergo notis, violento ictu, veneno crasso dolores sitimque adfert gravissimam, quæ potu magis etiam inflammatur, quod crassius hoc potu venenum magis in venas derivetur. (9) Ajunt tamen lauri folia, corticem, & baccas malo resistere. Venenum quoque illas fontibus unde biberunt affundere tale memorant, ut qui post eas inde hauserit moriatur. (10) Et tales hæreticos esse censet *Epiphan. hæres.* 34. *contra Marcosios.*

9] *Concupiscentia. Avaritia.*

10) *Hæresiarcha.*

XIII.

DRACO inter serpentes est maximos, ut Strabo ex Possidonio l. 16. memoret, unum, juxta Jordanem, integrum explesse jugerum, cujus squamæ instar clypeorum, oris hiatus equitem cum equo posset admittere. (11) Alexand cum toto exercitu Indos petentem Draco 70. cubit. sibilo afflatuque horribili terruit, cujus oculi clypei Macedonici formam æquarent, ut Ælian. l. 15. c. 21. Cui non dissimile, quòd Gellius l. 6 c. 3 de Attilio Regulo memorat, cum bello punico primo juxta Bagradum

11] *Diabolus.*

dum flumen contra ingentem Draconem cum exercitu depugnasse, ac baliſtis denique & catapultis confeciſſe. [1] Cujus corium Romam miſſum centum & viginti pedum fuerit. Portò maximè hæc bellua caudâ ſuâ eſt metuenda, qua elephantos (quibus inſidiatur) complexos opprimit, eorumque avidè ſanguinem ebibit. (2) ut Plin. l 8. c. 12. Oculos habet perſpicaces, gemmarumque inſtar lucidos. (3) Unde Heſperidum hortis cuſtos præfectus fingitur. Cicurari & innoxius homini eſſe poteſt, ita *Tranquillus* ſcribit, Tiberio Imper. Draconem in oblectamentis fuiſſe, quem ipſe ſua manu paverit, ac denique conſumptum a formicis reperiſſe, malo omine, quod ipſe a populo opprimendus eſſet (4)

HYDRUS Serpens aquaticus, unde & nomen trahit, nulli ſerpentum veneno cedit. Percuſſos oblivio rerum, & ante oculos nebulæ, & gravis odor infeſtat. (5) Plin. l. 28. c. 4. eorum jecur percuſſis mederi refert.

IACULUS ſerpens eſt, qui ut homines & bruta petentes feriat, arbores ſcandit, è quibus vi magna ſeſe in prætereuntes librat (6) *Ravi* l 7. off. c. 40.

LACERTUS & LACERTA inimiciſſimum genus Cochleis *Plin* l 8. c. 39. in Arabia cubitales & in India 24. pedum eſſe tradit. *Albertus M.* l. 25. his bifidam eſſe linguam, & dentes in ipſa ſuccreſcere lingua memorat (7) *Leonius* p 8. in Arabia cubitales lacertos eſſe, ait, qui ſanguine & veneno deſtituti, ſi bibant, moriuntur. [8] Occiſi & poſt triduum admoti ignibus adhuc moventur, quamvis verè mortui. (9) *Vincentius* l. 20. Nat. c. 55. lacertis dum ſeneſcunt obſcurati oculos & excæcati refert: quos reparant per foramen matutinum ſolem conſtanter obtuentes. (10) Cauda iis amputata renaſcitur, ut *Ariſt.* l. 2. c. 17. Sed & diſſectum corpus ſuis vivit partibus, & ſi coierit rurſum coaleſcit. (11) ut *Ælian.* l. 2 c. 23. Oblivioſa lacerta, ovorum in arena relictorum non meminit, (12) naturâ fœtum excludente. Hominis aſpectu delectantur, ideoque fixo illi obtutu adhærent.

1) *Chriſtus cum Eccleſia Antichriſtum confli t.*
2) *Antichriſtus magnos Reges ſubiget.*
3) *Diabeli perſpicacia & call. ditas.*
4) *Tyrannus à populo oppreſſus.*
5] *Luxuria.*
6) *Damon in paradiſo.*
7) *Calumniator.*
8) *Calx hæreticorum.*
9) *Mortui igne patiuntur.*
10) *Meditatio cæleſtium illuſtrat.*
11) *Reſurrectio.*
12) *Oblivio.*

Joicher Zmija

S XV.

1] *Luxuria.*

2) *Adversis proficere, secundis deficere.*

3) *Mortis meditatio libidinem extinguit.*

4) *Eunuchi.*

5) *Improborũ conversatio noxia.*

6] *Mors improbis aliis sæpe prodest.*

7) *Meretricis nocet vicinia.*

XVI.

8) *Baptismo Dæmon premitur.*

9] *Dæmonolantes.*

10) *Conspiratio in scelere.*

11) *Malũ velox.*

12) *Finis exitialis.*

13) *Mortis meditatio.*

14) *Respectus personarum.*

PRESTER quem momordit repentè reddit immobilem, atque alienum mente, moxque pilis defluentibus cum pruritu tumidum ac ventre deinde solutum hominem absumit. (1) *Lucanus* l. 9. Nasidium à Præstere ictum describit.

SALAMANDRA lacerti figura animal stellatum, nunquam nisi magnis provenit & alitur imbribus, in serenitate deficit (2) Huic tantus rigor, ut ignes ferat, factosque suo extinguat frigore non secus, quàm glacies. (3) Ejus sanie, quæ lactea ore fluit, quæcunque pars corporis humani tacta depilis redditur, ut *Plinius* ex Aristot. lib. 10. c. 67. Additque 68. Nullum illis genus sicut nec anguillis est, quæ nec ovum, nec animal sed generant. (4) Et l. 29 c. 4. ejus veneno poma arborum omnia, quæcunque repit, & aquæ inficiuntur: lethales edenti bibentiq; (5) venenum tamen ipsam in remedio sumptam ferunt extinguere. (6) Ut & de *Sepia* lacertæ genere tradunt, illam vino potam morsu suos sanare.

SALPINGA serpens est tubæ forma, cujus vel sola latebra calcanti est mortifera. (7] ut *Ravisius* l. 7. c. 40.

SCORPIVS vel *Scorpio* Serpentibus affinis, aut marinus aut terrestris est, hic in aquam projectus innoxius. (8) Ille internecinum cum Crocodilo odium exercet, cui illius ictus repentè lethalis est, mutua tamen plerumque cæde concidunt. (9) ut Pier. l. 16. c. 14. notat. Dolosè Libyos [ubi frequens est] ex suspensis lectis dormientes aggrediuntur, plures, catenatim ex tabulato suspensi, dum ultimus ictum queat figere. [10) ut *Ælian.* l. 6. c. 21. qui l. 16 c. 41. addit, in Ægypto alatos reperiri, quique duplici aculeo armentur. [11] Ita fertilissimis regionibus sua non desunt mala Caudâ ictum lethiferum infert, (12) si tamen compressus occisusque imponatur vulneri, ejus succus mederi fertur, & Cinis cum vino potus, juxta Basilium Hexam. hom. 11. prodest. (13) In Latino Cariæ monte *Plin.* ex Aristot. lib. 8. c. 29. tradit hospitibus non nocere, indigenas interimere, secus quam angues Syriæ. (14]

Scytale

SCYTALE insigni varietate tergi fulgida, quos tarditate nequit assequi, admiratione spectantes detinet, dum præsens lædat, (1) ubi rugas contraxit, pellem exuit, novâ refulgens. *Ib.*

SEPS modicus serpens, cujus ictu percussa membra putrescunt. (2) Colorem quem attigit mutatus reddit, ut facilius latebris fallat. *Ib.*

SERPENS hiberno latet tempore terrâ victitans, æstivo prodit, (3) ut senectutem cum pelle exuit, ita hebetem visum feniculi esu acuit [4] Semel baculo percussus exanimari creditur, jacetque immobilis, iterum si ferias movetur ac reviviscit, (5) ut ait *Plutarchus*. Prius fortè terrore, alterum excitato sit sanguine. Sic geminati serpentis morsus minus obsunt, quàm unici, quod posterior sit quoddam remedium prioris. (6) Qui hominem percusserit, hunc terram velut se indignum negat Plinius recipere. (7) Icti salivâ jejuni hominis maximè terrentur, & intra fauces receptâ moriuntur. (8) Trifolium cavent. Betonicæ herbæ circulo inclusæ non exeunt, quin se potius flagellando interimunt. (9) Vinum appetunt & hederam amant (10) Cancros & fraxinum oderunt. Cervini odore cornu, & nidore galbani fugantur. (11) Ophiusæ orientales populi iisdem vescuntur. Psylli & Marsi incantatione vim lædendi frangunt. Hæc in locis diversis *Plinius*, & ex illo *Ravis.* l.c. Plura vide superius.

STELLIO lacertæ similis, stellis depictus suo hominem morsu obstupefacit, [12] fraudulentum animal, quod in ipsis tectis lectisque homini insidiatur, (13) pellemque, quam hieme exuit, adversus morbos comitiales potentem, tanquam homini invidens, devorat. (14) ut ex Theophrasto *Plinius* l. 9. c. 31. ubi addit in Græcia lethiferi morsus esse innoxii in Sicilia.

TESTUDO terrestris inter serpentes habetur, quamvis concha obtegatur. Insigni magnitudine excrevisse, ut Balthasar Diaz ex Malacca an. 1556. Scribat, tepertam, quæ ova quingenta, quanta sunt gallinacea alvo clauserit, quæ defossa in terra exeluduntur. (15) Ejus

dus. 15) *Fecunditas.*

No. 8 nekrapáno

XVII.

1) *Honor fallax.*
2) *Adulatoris laus.*
3) *In adversis latere.*
4) *Mentè intendere.*
5) *Patientia laus.*
6) *Adversitas ferendo fit levior.*

XVIII.

7) *Exul.*
8) *Jejunii Dæmon infestum.*
9) *Captivus vim sibi inferens.*
10) *Ebrietati Dæmon favet.*
11) *Pietas fugat Dæmones.*

XIX.

12) *Cupiditas ad divina stupidos facit.*
13) *Hostis domesticus*
14) *Invi-*

1) *Vltor post mortem.*

caput abscissum adhuc vivere mordere ac videre *Ælian.* l. 4. c. 28. notavit, (1) ejusque pupillas lucidissimas pro gemmis servire. *Leonius* rerum Afric. p. 6. narrat evenisse, ut viator quieturus in testudine, tanquam lapide se prostraverit, quem obdormiscentem ad tria passuum millia deportavetit. (2)

2) *Tempus ignorantes provehit.*

XX.

3) *Libido inordinata.*

VIPERA, ut Basil. Hexam. hom. 7. omnium reptilium sævissima, cum muræna sibilo ab aquis evocata congreditur, (3) et si cum femina compare, hæc caput maris ori suo insertum voluptatis impetu abrodit. (4) Et ova intra se concepta intra triduum fœtu implet, diebus singulis pariens singulos, viginti ferè numero. (5) Sed ultimi moræ impatientes, uterum effodiunt, erumpuntque matre occisa, (6) ut *Plin.* l. 10. c. 62. Vinum amat, ideoque, hoc appositio, ebria tenetur, ut *Arist.* an. l. 8. c. 4. Præsentissimum earum venenum est, ideoque Theriacæ adhibentur. Ad quod cum Venetiis non ita pridem viperæ resectum caput admoram manum chirurgi momordisset, extinctus est. (7) In Arabia tamen ob balsami pastum innoxiæ ferunrur. (8) Modulatus tibiarum quoq; adversus morsum prodesse fertur. Et ipsius viperæ cinis jecurque. Viperarum caro Cirnis Indiæ populis, aliisque ad longam vitam profuisse narrant. Cervis certè profuit Vide *Pier.* l. 16. c. 4.

4) *Voluptas vitæ noxia.*

5) *Fecunditas.*

6) *Proles ingrata.*

7) *Vltor post mortem.*

8) *Mitigari.*

CAPUT LXXVI.

IMAGINES INSECTORUM.

DE insectis celebriora quædam perstringere, ad perfectam Iconographiæ tractionem videtur necessarium. Nam (ut cum *Plinio* l. 11 c. 2. loquar) in his tam parvis, quæ ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio? Ubi tot sensus collocavit in *Culice*? Ubi visum, gustatum, odoratum inseruit? Ubi truculentam illam & portione maximam vocem? qua subtilitate pennas adnexuit? prælongavit pedum crura? disposuit iejunam caveam, utialvum? avidam sanguinis, & potissimum humani, sitim accendit? telum verò profodiendo tergori quo spiculavit ingenio, atque ita reciproca geminavit arte, ut fodendo acuminatum pariter, sorbendoque fistulosum esset? Quos *Teredini* ad perfodienda robora, cum sono teste, dentes affixit, potissimumque è ligno cibarum fecit? Et cap. 5. Sed inter omnia ea, principatus *Apibus* & jure præcipua admiratio (1)

I.

A

1] *Deus in minimis magnus.*
2] *Labor utilis.*

APES itaque, inquit, mella contrahunt, succumque dulcissimum, favos confingunt & ceras (2) Rempublicam habent, consilia privatim ac duces gregatim, & quod maximè mirum, mores habent (3) Et *cap.* 6. Hieme conduntur à Vergiliarum occasu, sed latent ultra exortum. Ante fabas florentes non exeunt ad opera. (4) Nullus, cùm per cælum licuit, operi perit dies. (5) Primum favos constituunt, ceram fingunt, hoc est, domos cellasque. (6) Deinde sobolem, postea mella, ceram ex floribus, melligenem ex lactymis arborum, quæ glutinum pariunt salicis, ulmi, harundinis, succo, gummi, resinâ. His primum alveum ipsum injus totum, ut quodam tectorio illinunt, & aliis amarioribus succis, contra aliarum bestiarum aviditates. (7) Et *cap* 7. Commosis crusta est prima saporis amari. Pissoceros super eam venit, picantium

3] *Resp. bene instituta*
4] *Tempus opportunum.*
5] *Tempus bene impensum.*
6] *Ædificatio ordinata.*

II.

7] *Previdentia.*

modo,

A

modo, ceu dilutior. Ceræ initium plerumque è mitiore gummi. Propolis, crassioris jam materiæ additis floribus, nondum tamen cerâ, sed favorum stabilimentum, quâ omnis frigoris & injuriæ aditus obstruuntur, odore & ipsa etiam gravi, ut qua plerique pro galbano utantur. Præter hæc convehitur erithace, quam alii cerinthum vocant. Hic erit apum, dum operantur, cibus. (1) Gignitur aut rore verno, & arborum succo, gummi modo. Et *cap.* 10. Ratio, ait, operis hæc, Interdiu statio ad portas more castrorum, noctu quies in matutinum, donec una exciter, gemino aut triplici bombo, ut buccino aliquo. (2) Tunc universæ provolant, si dies mitis futurus est, prædivinant enim ventos imbresque, & tunc se continent tectis. (3) Cum agmen ad opera processit, aliæ flores aggerunt pedibus, aliæ aquam ore, guttasque lanugine totius corporis. Quibus est earum adolescentia, ad opera exeunt & supradicta convehunt, seniores intus operantur. (4) Quæ flores comportant prioribus pedibus semina onerant, propter id naturâ scabra. Excipiunt eas ternæ aut quaternæ, atque exonerant (5) Sunt enim intus quoque officia divisa. Aliæ struunt, aliæ poliunt, aliæ suggerunt, aliæ cibum comparant ex eo quod allatum est. neque enim separatim vescuntur, ne inæqualitas operis, & cibi fiat, & temporis. (6) Struunt orsa concamerationè alvei limitibus binis circa singulos arcus, ut aliis intrent, aliis exeant. Ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis, à solo fornicatis, ne desit aditus ad farciendum. (7) Primi ferè tres versus inanes struuntur, ne promptum sit, quod invitet futantem. Novissimi maximè implentur melle: ideoque averso alveo favi eximuntur. (8) Gerulæ secundos flatus captant. Si cooriatur procella, apprehensi pondusculo lapilli se librant. (9) Juxta verò tetram volant, in adverso flatu vepribus hebetato. (10) Mira observatio operis. cessantium inertiam notant, castigant mox, & puniunt morte. (11) Mira munditia amoliuntur omnia è medio, nullæque inter operas spurcitiæ jacent. (12) Quin & excrementa operantium intus, ne longius recedant, suum congesta in locum

3] *Annona.*
2] *Exercitia.*
3] *Cautela in periculis.*
4] *Distributio laboris.*
5] *Subsidium opportunum.*
III.
6] *Familia benè ordinata. Convictus. Concordia.*
7] *Providentia.*
8] *Annonæ conservatio.*
9] *Difficultates vincere.*
10] *Perila declinare.*
11] *Severitas pœnæ.*
12] *Conscientia puritas.*

eum; turbidis diebus, & operis otio egerunt. Cum advesperasci, in alveo strepunt minus aç minus, donec una circumvolet, eodem, quo excitavit, bombo, ceu quietem capere imperans: hoc castrorum more, tunc repentè omnes conticescunt. (1) Et *cap.* 11. Domos primum plebeis ædificant, deinde Regibus. Si speratur largior proventus, adjiciuntur contubernia & *Fuci*. His cellarum minimæ, sed ipsi majores apibus. Sunt autem fuci sine aculeo velut imperfectæ apes, novissimæque à sessis & jam emeritis inchoatæ, serorinus fœtus, & quasi servitia verarum apum. (2) Quamobrem imperant iis primosque in opera expellunt, tardantes sine clementia puniunt. (3) Cum mella cœperunt maturescere, abigunt eos, multæque singulos aggressæ trucidant. Nec id genus, nisi vere conspicitur. Fucus ademptis alis, in alveum rejectus, ipse ceteris adimit. (4) Regias imperatoribus futuris in una parte alvei extruunt amplas, magnificas, separatas, tuberculo eminentes. (5) Sexangulæ omnes cellæ. Melle, uno alterove summum die, cellas replent. (6)

A IV.

1] *Populus obsequens.*

2] *Ignavi servi.*

3] *Ignavia punita.*

4] *Invidia.*

5] *Aula regia.*

6] *Labor utilis.*

Et *cap.* 13. Mel ibi optimum, ubi optimorum doliolis florum conditur. Atticæ regionis hoc, & Siculæ, Hymetto, & Hybla. Est autem initio mel, ut aqua dilutum, & primis diebus fervet, ut mustum, seque purgat, vicesimo die crassescit, mox obducitur tenui membrana. (7) Sorbetur optimum è quercus, tiliæ, harundinum foliis. Et *cap.* 14. Tetra sunt mellis genera. Vernum ex floribus constructo favo, quod vocatur anthinum. Hoc quidam attingi vetant, ut largo alimento valida exeat soboles: alii ex nullo minus apibus relinquunt. Præterea solstitio, cum thymum & uva florere incipiunt, præcipua cellarum materia. Est autem in eximendis favis necessaria dispensatio, quoniam inopia cibi desperant, moriunturque aut effugiunt. (8) Contra copia ignaviam adfert, & jam melle, non erithace, pascuntur. Ergo diligentiores in hac materia duodecimam partem apibus relinquunt. (9) Alterum genus mellis æstivi, quod ideò vocatur horæum, à tempestivitate præcipua, ipso Sitio explendescente, post solstitium die-

V.

7] *Sensim optima proveniüt.*

8] *Divisa aqua bonorum.*

9] *Fructus laboris.*

bus

A bus 30. ferè *Cap.* 5. Mel plenilunio uberius capitur, serena die pinguius. In omni melle, quod per se fluit maximè laudabile est, æstivum omne rutilum, aptissimum existimatur è thymo. *Cap.* 16. Tertium mellis genus minimè probatum, silvestre, quod ericæum vocant, convehitur post primos autumni imbres, cum erice sola floret. (1) Relinqui ex ea duas partes apibus ratio persuader, & semper eas partes favorum quæ habeant erithacen.

1] *Origo spectanda.*

VI.

2] *Somnus alit.*

A bruma ad arcturi exortum diebus 1x somno aluntur, sine ullo cibo. (2) Ab arcturi exortu ad æquinoctium vernum, tepidiore tractu, jam vigilant; sed etiam tunc alveo se continent, servatosque in id tempus cibos repetunt. (3) Præcipitur, ut lauti purique mella eximant (4) Furem mulierumque menses odere. Apes abigi fumo utilissimum, ne irascantur, aut ipsæ avidè vorent. Fumo crebriore ignavia earum excitatur ad opera. (5) Rursus nimio fumo inficiuntur. Apum coitus visus est nunquam. Plures existimavere, oportere confici floribus compositis aptè atque utiliter. (6) Aliqui coitus unius. (*fœtus nempè generari*) Rex in quoque appellatur examine: apesque reliquas, tanquam matrem feminas comitari, non tanquam Ducem. (7) Quod certum est, gallinarum modo incubant. Id quod excluſum est, primùm vermiculus videtur candidus (7) Rex statim mellei coloris, neque vermiculus, sed statim penniger. (8) Cetera turba cùm formam capere cœpit, nymphæ vocantur. Institant cibos atque incubant, donec ruptis membranis, quæ singulos cingunt ovorum modo, universum agmen emergat. (9) Spectatum hoc Romæ, alveis cornu laternæ translucido factis. Fœtus intra XLV. diem peragitur. Plures inchoantur Reges, ne desint. (10) postea ex his soboles cum adulta esse cœpit, concordi suffragio deterrimos necant, ne distrahant agmina. (11) Omnibus forma semper egregia, in fronte macula, quodam diademate candicans. (12) *Cap.* 17. Non constat inter autores, Rex, nullum ne solus habeat aculeum, majestate tantùm armatus, an dederit eum quidem natura; sed usum ejus illi tantum negaverit. (13)

3] *Fames condimentum.*

4] *Pura conscientia.*

5] *Adversa excitant*

6] *Castitas*

7] *Mas imperat.*

8] *Origo ignobilis.*

9] *Origo nobilis.*

VII.

10] *Proles numerosa.*

11] *Regia progenies generosa sit.*

12] *Rex unus sit. Rex coronatus.*

13] *Rex clemens.*

Illud

Illud constat Imperatorem aculeo non uti. Mira plebis circa eum obedientia. (1) Cum procedit, unâ est totum examen circaque eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Reliquo tempore, cum populus in labore est, ipse opera intus circuit, similis exhortanti, solus immunis. circa eum satellites quidam lictoresque assidui custodes autoritatis. (2) Procedit foras non nisi migraturo examine. Id multò intelligitur antè, aliquot diebus murmure intus strepente, apparatus indice. (3) Siquis alam ei detruncet, non fugiet examen. Cum processere, se quæque proximam illi cupit esse, & in officio conspici gaudet. (4) Fessum humeris sub levant, validius fatigatum ex toto portant. Ubicunque ille consedit, ibi cunctatum castra lunt. (5) Quod si defecerit alicujus alvei cibus, impetum in proximas faciunt rapinæ proposito. (6) At illæ contra dirigunt aciem: Et si custos adsit, alterutra pars, quæ sibi favere sentit, non appetit eum. Ex aliis quoque sæpe dimicant causis, easque acies contrarias duo imperatores instruunt, maximè rixa in conveheudis floribus exorta, & suos quibusque evocantibus (7) Quæ dimicatio injecto pulveris, aut fumo tota discutitur. (8) Reconciliantur verò lacte, vel aquâ mulsâ. (9)

A

1] *Obedientia populi.*

VIII.

1] *Regia majestas.*

3] *Apparatus profectionis.*

4] *Amor & observantia Regis.*

5] *Castra.*

6] *Prædatio.*

7] *Prælium.*

8] *Pugnæ dirremptio.*

9] *Reconciliatio.*

10] *Naturæ ferventior.*

11] *Arma.*

12] *Armæ amissa.*

13] *Multitudine vincere.*

14] *Odium peccati.*

15] *Delitias odisse.*

16] *Hostes unius inumeri sunt.*

Cap. 18. Apes rustico silvestresque horridæ aspectu, multò iracundiores; sed opere & labore præstantes (10) Urbanarum duo genera, optimæ breves, deteriores longæ. Aculeum apibus natura dedit ventri consertum (11) ad unum ictum hoc infixo, quidam eas statim emoti putant: aliqui non nisi in tantum adacto, ut intestini quippiam sequatur; sed fucos postea esse, nec mella facere, velut castratis viribus, pariterque & nocere, & prodesse desinere. (12) Est in exemplis, equos ab iis occisos (13) Odêre fœdos odores proculque fugiunt; sed & infectos. (14) Itaque unguenta redolentes infestant. (15) Ipsæ plurimorum animalium injuriis obnoxiæ. Impugnant eas naturæ ejusdem degeneres vespæ atque crabrones, & è eulicum genere, qui vocantur muliones; populantur hirundines, & quædam aliæ aves. Insidiantur aquantibus ranæ. (16) Nec sentire

ictus

A

1] *Immunes ab ictu.*

X.

2] *Odisse perversos.*

3] *Exequias celebrare.*

4] *Luctus in funere.*

5] *Mærore confici.*

6] *Hilaritas sanat.*

7] *Illaqueari.*

8] *Peccatum vermem relinquit.*

9] *Societas noxia.*

10) *Voluptas noxia.*

XI.

11] *Gula noxia.*

12] *Odium gulosorum*

13] *Lædere seipsum.*

14] *Musica capi.*

15] *Vacatio opportuna.*

16] *Resuscitatio ad vitam.*

17] *Fæcundus partus.*

ictus apum ranæ traduntur. (1) Inimicæ & oves, difficilè se à lanis earum explicantibus. Cancrorum etiam odore, siquis juxta coquat, exanimantur. (2) Defunctas progerunt funerantiumque more comitantur exequias. (3) Rege peste consumpto, mæret plebs ignavo dolore, non cibos convehit, non procedit, tristi tantum murmure glomeratur circa corpus ejus. (4) Subtrahitur itaque deductæ multitudini: aliàs spectantes exanimem luctum non minuunt. Tunc quoque, ni subveniatur, fame moriuntur. (5) Hilaritate igitur & nitore sanitas æstimatur. (6)

Cap. 19. Inimica est Echo resultanti sono: inimica & nebula. Aranei quoque vel maximè hostiles, cùm prævaluere, ut intexant, enecant alveos. (7) Papilio etiam pestifer, nec uno modo. Nam & ipse ceras depascitur, & relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur: (8) Filis etiam araneosis quacunque incesserit, alarum maximè lanugine, obtexit. (9) Oleo quidem non apes tantùm, sed omnia insecta exanimantur. (10) Præcipuè si capite uncto in sole ponantur. Aliquando & ipsæ sibi contrahunt mortis causas, cùm sensere eximi mella, avide vorantes. (11) Ceterò perparce, & quæ alioquin prodigas atque edaces, non secus ac pigras & ignavas proturbent. (12) Nocent & sua mella ipsis, illitæque ab adversa parte moriuntur. (13) *Cap.* 20. Gaudent pulsu atque tinnitu æris, eoque convocantur. (14) Effecto opere, educto fœtu, functæ munere omni, exercitationem tum solennem habent, spatiatæque in aperto, & in altum datæ, gyris volatu editis, tum demum ad cibum redeunt. (14) Vita eis longissima septenis annis. Alveos nunquam ultra decem annos durasse proditur. Sunt qui mortuas, si intra tectum hieme serventur, deinde sole verno torreantur, ac ficulneo cinere toto die foveantur, putent reviviscere. (15) In totum verò amissas reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis. (16) Virgilius juvencorum corpore exanimato, sicut equorum vespas atque crabrones, sicut asinorum scarabæos. (17) mutante natura ex aliis quædam in alia.

Hi

Hæc ex Plinio, verbis autoris, licet sæpè accisis, brevitatis claritatisque gratia, quàm mea fide recensere malui. Addit *Majolus* oleo mortuas, aceto affuso reviviscere. (1) Et in novo orbe reperiri minores his apes, sed fertiliores, & aculeo destitutas (2) In Æthiopia hominibus familiares, intra eorum conclavia mellificare. (3) Platonis & Ambrosii in ore apes, melliflui eloquii imagine præluisse (4)

ARANEVS & *NEA* notum insectum, & artificio telæ celebre, sive alvi, aut, (ut Arist. l. 9. c. 39.) villosæ pellis materiem, quâ utitur, (5) sive formam artemque ac celeritatem operis spectes, (6) quod alibi in *Exercitationibus Oratoriis* descripsimus. Statim, ut nati sunt, hanc artem callent, exercentque prædæ captandæ gratia. (7) Infesta res omnibus araneus, & ipse cum suo genere dimicans. (8) nec vicini, nec in eadem tela soeii patiens. Phalangium aranei genus exiguum, sed morsu pestilens (9) ubi educatum est, numeroso quandoque recentorum fœtu ipsam complexu. (10) matrem enecat, nec patri, ubi interceperit, parcit. (11) ut *Arist.* l. 5. c. 27 & ex eo *Plin.* l. 11. c. 24, qui illud non in tela sed è caverna prædæ invigilare addit. (12) Homini araneus pro veneno est. (13) Novi tamen, qui, araneo exsiccato tritoque in pulverem, febres feliciter depellerat. (14) Parvos quoque lacertos araneus sua tela involutos, tanquam retiarius pugil, audet aggredi. (15) ut *Plin.* l. 11. c. 24. Ova pariunt, unde genus propagant. Triduo incubant: sed brevis ævi, quater septenis diebus consumantur. (16) *Ib.* In Brasilia scribit *Ioseph. Acosta* an. 1560. crabrones reperiri, qui araneos se multo grandiores captent, secus quam hic, ubi aranei crabrones se grandiores attinent. (17) In Albania scribit *Strabo* l. 11. araneos esse quorum morsus hominibus lethalis sit, aliis in fletum, aliis in risum funestum solutis. (18) In Apulia Phalangii, sive Tarantulæ, morsus in æstate exitialis est. cui *Alex. l.* 11. *Gen. dier.* c. 16. medendo tibicinem, sive citharœdum adhiberi tradit, ad cujus sonum obstupefactus & velut sine sensu procumbens æger, sensim evigilare, moveri, saltitare, atque

A XII.
1] *Resuscitatio.*
2] *Mites beati.*
3] *Familiaritas utilis.*
4] *Eloquentiæ suavitas.*
5] *Arsfilandi & texendi.*
6] *Mathematicus.*
7] *Arivenatoria.*
XIII.
8] *Inimicus omnium.*
9] *Hostis occultus.*
10] *Amor fictus.*
11] *Parricida ingratus.*
12] *Insidiator.*
13] *Hostes.*
14] *Hostis interemptus prodest.*
15] *Lucrator dolosus. Venator.*
XIV.
funestus

16] *Hostis multorum fati è perit.*
17] *Ingenium eum calo mutatum.* 18] *Latitia & risus*

que hoc motu dissipare venenum incipit. (1) Uti oculatus ipse Alexander testis hic prolixè describit. Ceterùm nihil celebrius de aranea, quàm labor illius ad regulas mathematicas dimensus. (2) Quo fortè respexit David ps. 89. dum ait. *anni nostri sicut aranea meditabuntur*. Certè Augustinus in hunc locum vanitatem laboris nostri ex hac imagine coarguit. *Aranea*, ait, *huc illucque discurrit & texit tota die, & labor quidem grandis est, sed effectus nullus. Sic & vita hominum huc illucque discurrit, possessiones quærimus, divitias appetimus, procreamus filios, in regna sustollimur, & non intelligimus, quod aranea telam teximus.*

BOMBYX ita juxta Arist l. 5. hist. c. 19. provenit, ex quodam magno verme qui cornua habet, primum quidem formatur Eruca, deinde Bombylius, qui texit, atque ex illo Necydalus, papilionis instar post sex menses producitur. (3) Araneorum more suo ex corpore, postquam illud ab omnibus excrementis ita purgavit, ut ad solem traluceat, ac deinde mori foliis pastus aliquamdiu fuerit; fila texit. (4) Verùm circa se in glomum convolutus, ipse artifex in medio sui operis, citra cibum consider. Quo absoluto per foramen relictum exit, jam forma in papilionis speciem mutatâ aliget, (5) Ac subinde mas cum femina congressus, ubi illam ovis prægnantem reliquit, tanquam naturæ functus munere, obit mortem, femina postquam ova peperit, pari fato discedit. (6) Ova in vere calido, sinu aut fimo fota, vitam induunt, sensimque, ut dixi, in Bombycem redeunt, magnamque suppeditant serici, quam admiramur, copiam. (7) Ignotus hic in Europa vermis sub Justiniani temporibus ex Perside primùm allatus est. Quæ verò *Plin.* l. 11. c. 23. narrat, minus probata habentur.

CICADA insectum, sine ore & lingua, canens tamen eadem strepente fistulâ, quâ rorem bibit. (8) Quo alitur, hunc in se absque excrementis consumens. (9) Ingratus est strepitus. Unde loquax *cicada vocalior* dicitur. (10) Narrant tamen Græci in Eunomi Cithara vicem chordæ elisæ supplesse, ideoque in Pythiis,

B

1) *Musica medicinalis.*

2) *Opus regulatum, sed vanum.*

XV.

3) *Tres hominis ætates ac velut formæ.*

4) *Ut bona opereris à vitiis purgandus es.*

5) *Deo per contemplationem jungi.*

6) *Mors via ad resurrectionem*

7) *Superbimus in re vili.*

C

XVI.

8) *Sacerdos elinguis loquens.*

9) *Divinis pasci.*

10) *Obstreperus.*

konik

thiis, favente Apolline contra Aristonem, triumphasse. In Seripho ferunt obmutescere, & Locrenses ad Rheginos, contraque hinc ad illos transportatas silere. (1) An fortè quod patrio solo gaudeant? Certè illic manere cicadas ubi cœperunt vivere, senserunt Athenienses, qui indigenas ab advenis, per cicadas in capite gestas, distinguebant. (2) *Pier.* l. 26. c 41. & seq.

CICINDVLÆ, Lampyrides etiam & Noctilucæ appellatæ vermiculi, sunt in tenebris nocturnis vivi carbonis instar radiantes. (3) In nova Hispaniola ex *Ovetano* refert *Majolus* coll. 5. tantum lumen ex oculis, & quidam etiam junctura prachiorum emittere, quantum lucernæ est. (4) Verum scarabæos mole exæquant.

CVLEX vix præditum corpore ac penè ipsos oculos in aere fugiens animalculum, sine ore ac dentibus, solo spiculo infixo mordax, (5) plagam relinquit, sanguinis humani appetens. (6) Quem velut siphone trahit. Boves quandoque equosque, in India etiam Leones, exagitant. (7) Quò & Cyniphes Ægyptiacæ referri poterunt, & Tippulæ, quæ adeò leves sunt, ut super aquas inambulent. Unde proverbium, *Tippulâ levior.* (8)

EPHEMERVS animalculum quadrupes & alatum est, rarò exemplo. Prodit ex folliculis, acino similibus; ab Hypani fluvio delatis, quod manè natum, vesperi moritur. Unde & Hemerobios dictum est. (9) Ita *Arist.* l. 5. c. 15. in hist. an. Et ex eo *Plinius Ælianus* & alii.

FORMICÆ aristocatico, ut apes monarchico regimine sunt spectatæ. (10) Labor illis & ordinatus, & distributus, & assiduus, nec noctu quidem plenâ lunâ intermissus. (11) Interlunio feriantur. (12) *In æstate,* ait sap. Prov. 6. *cibum sibi parat, & congregat in messe, quod comedat.* (13) Majora corporibus ferunt onera, & cùm deficiunt aversæ postremis attrahunt pedibus, (14) Et iis reip. ratio, memoria, cura est. Semina arrosa prius sub terra condunt, ne in fruges excrescant. Majora ad introitum dividunt. Madefacta imbribus, producunt, exsiccantque, (15) Myrmicoleon inter eas tan-

C

1] *Loquendum in loco.*

2] *Indigenæ.* Złoty

XVII.

3) *Eminens inter obscuros.*

4] *In adversis elucescere.* Komor

5] *Mordax sophista.*

6] *Crudelis.*

7) *Audax.*

8] *Levis.* jednozigny

E

XVIII.

9] *Vitæ brevitas.*

F

10] *Aristocratia.* mrowka

1] *Labor sedulus.*

12] *Feriæ.*

13] *Providus.*

14] *Conatus.*

15] *Annonæ curæ.*

L XIX.

fucus inter apes, fruges tantum consumit. (1) ut *Vinet.* l. 20 c. 125. Cum divisim laborent, ad recognitionem mutuam certo tempore velut ad nundinas concurrant, ac veluti colloquuntur. Viam pro itu redituque communem sternunt, etiam per lapides tempore attritam, (2) *Plin.* l. 11 c. 30. Mirum quod de formicis idem c. 31. & Strabo explicatius l. 15. apud Dardas Indorum gentem auri fodinas esse, unde formicæ æquales corpore vulpibus (3) aurum eruant, comportentque, ad quod rapiendum gentes, post objectas formicis carnes, occultè se accingunt, & jumenta raptim onerant, (4) sed formicis nonnunquam insectantibus, hominesque cum jumentis lacerantibus.

1] *Inanis via prodiga.*

2] *Tempus atterit.*

3) *Gigantes metuendi.*

4] *Avaritia solers, & audax.*

LOCVSTÆ in locis rimosis nascuntur, ovis sub terris autumni tempore conditis, post quod moriuntur. Verè, nisi madidum sit, ex ovis primùm vermes, sine alis pedibusque emergunt, ac sensim ad saltum mox & volatum adolescunt, (5) Ternum apud Indos pedum esse feruntur, Parthis etiam in cibo gratæ. (6) Vox eorum proficisci ab occipitio videtur, ubi in commissura scapularum veluti dentes inter se colliduntur. (7) Turmatim grassantur & evolant, sæpè etiam trans maria, ut ex Africa in Italiam translatæ sunt. Regionum multis in locis pestes, eum viridia omnia depascantur. (8) Crebris illud in historia exemplis compertum. Vide *Plin.* l. 11. c. 29. & *Majol.* coll 5

5] *Malitia sensim proficit.*

XX.

6] *Cibus insolens.*

7] *Pervesi*

8] *Vitia omnem gratiam & virtutem tollunt*

M

MVSCA notum & impudens insectum, quod decies repulsum redit. (9) Plutarchus jure 8. Sympos. dicit animalia duo esse nullius disciplinæ capacia, muscam & hirundinem, (10) quæ in eadem cum homine domo nihil humanitatis contrahant. Manichæis persuasum fuit muscas aliasque creaturas noxias à Dæmone factas. Et Augustinus quidem *Tract. 1. in Iohan.* ait, quod cum Catholicus nonnemo à muscis vexatus concessisset, has à Diabolo conditas, Manichæus ad apem, avem, bovem, elephantem gradatim progressus denique persuasit, nec hominem à Deo conditum (11) Muscas in aquis submersa, si in cinere exanimata condantur, revi-

9] *Impudentia.*

10] *Disciplinæ incapax.*

11] *Ex ab surdo uno plura.*

eviviscet, ut *Plin.* l. 11. c. 36. Exile hoc animalculum, non solùm Ægyptios olim Exod. 8. vexavit, sed ut *Ælian.* l. 11. c. 28. Megarenses suis sedibus expulit. (1) Ita quando Rex Franc. Philippus eum Carolo Siciliæ Rege Gerundiâ apud Hispanos occupatâ S. Narcissi sepulchrum spoliaret, exortus repentè muscarum exercitus milites omnes in fugam compulit, ut & Trajano Imper. victis Parthis Agarenos obsidenti evenisse *Dio Cassius* memorat. (2) Montis igitur Carinæ incolæ felices in qua nulla penitus musca. Et Hercules, Myadem (nos Beelzebub dicimus) Deum muscarum invocans suo illos sacello Romæ proscripsisse fertur (3) Ita in Olympiis, Tauro eidem Deo immolato, tota regione velut nubes coactæ cedebant, redituræ finitis olympiis. (4) *Pier.* l. 25. c. 37.

PVLEX animalculum homini bestiisque aliis infestum, vivacis naturæ, saltu agile, sanguinis appetens. (5) Celebris illius memoria, qui ab aurifabro in Memphide aureâ catenâ vinctus est. (6) ut *Leonius* de rebus Afric. Hos etiam in partes divisos. Vinc. l. 20. c. 152. notavit reviviscere.

PYRAVSTA vel *Pyralis* ut *Plin.* l. 11. c. 36. magnitudine muscæ animalculum quadrupes pennatum est, quod in igneis vivit fornacibus, his evolans, sensim moritur. (7) *Ælianus* tamen lib. 12. c. 8. pyraustam vocat alatum vermem, qui ignis fulgore deceptus, propius ad flammam advolans consumitur. (8) Pyrales verò appellat l. 2. c. 2. *Pyrigonos* in igne genitos.

SCARABEVS non nisi masculini sexus ex stercore nascitur, & in rosis collocatus moritur. (9) Sub terra sex mensibus totidemque super illam vivit. Utque suum genus propaget, semen fimo infundit, confectamque hinc pilam octo & viginti diebus volvit & calefacit, atque hinc fœtum educit. (10) Inter hos cervus volans abscisso vivit capite. (11) Quin & caput ipso diutius vitam retinet. *Majolus* coll. 5. ex *Ælian.* l. 4. c. 8. *Clem. Alex.* l. 5. Strom. & aliis. Addit Plin. l. 11. c. 28. Rutilos & prægrandes Scarabæos, terram aridam suffode-

P

XXI.

1] *Minima ob multitudinem metuendo.*

2] *Hostis nullus contemnendus.*

3] *Impudentia omnibus ingrata.*

4] *Deo omnia subsunt.*

5] *Charitas Dei.*

6] *Ambitio honoris.*

XXII.

7] *Fugæ idoneus.*

8] *Opes indignos gravantes.*

9] *Educatio sordida.*

Impurus Copronymus.

10] *Homo de terra formatus.*

11] *Martyres.*

re, favosque parvæ ac fistulosæ spongiæ instar medicato melle fingere. (1)

VESPÆ inquit *Plin.* lib. 11. c. 21. in sublimi è luto nidos faciunt, & in iis ceras. (2) *Crabrones* in cavernis terræ (3) & silvestres in cavis arboribus. Cellæ omnium sexangulæ. Fætus inæqualis. alius enim evolat, alius in nympha, alius in vermiculo est. (4) Veris tempore nidos faciunt quadrifons ut opifices generentur, (5) iis eductis, alios deinde nidos majores fingunt, in quibus matres futuras producant, quæ corpore latiores, aculeis carere putantur. (6) Ad has alendas, jam primo in exortu, opifices expediti sunt. Et in his fuci sunt, (7) Quidam opinantur, omnibus circa hiemem aculeos decidere. (8) His ut Reges desunt, ita & examina. Democratia regi videntur (9) *Pierius* l. 26. c. 31. addit fabricam Vesparum ex silvis mirifici operis, septenis fornicibus, ac velut tabulatis, divisam in cellas ambulationesque diversas, columellis pilisque innixam sibi fuisse exhibitam, admirationique spectantibus omnibus, arte atque ingenio, extitisse. (10) Idem hoc loco *Asilum* sive *œstrum* (quem Plinius malè Tabanum dicat) maximè aculeo metuendum esse asserit, qui in locis aquosis icta jumenta in furorem adigat (11) Unde illud in furentem manarit proverbium *œstro percitus*: His *Vinc.* l. 24. hist. nat. c. 74. adjicit, Vespam, quæ oleo delibuta moritur, aceto infuso reviviscere. (12) Ut intelligas asperiora nonnunquam prodesse.



V

1] *Avarus thesaurum defodiens.*

XXIII.

2] *Impurus.*

3] *Avarus*

4] *Perfectionis gradus.*

5] *Labori providere.*

6] *Matres blandæ*

7] *Otiosi utique.*

8] *Arma abjicere.*

9] *Democratia.*

XXIV.

10] *Artifex rarus.*

11] *Furiosus.*

12] *Voluptas mortem, adversitas dat vitam*

CAP.

CAPUT LXXVII.

IMAGINES ARTEFACTORUM, usque ad Lit. O.

SIngularis in artefactis elucet quoque imaginum vis; quod hæc, ut ab hominis ingenio profecta sunt, atque illorum industriâ ad certos usus concinnata, ita magis perspecta suis proprietatibus effectibusque penetrentur. Unde illustrior plerumque ab his similitudo ducitur. Cùm in ceteris rebus naturalibus quarum vim solus conditor plenè intuetur, multa humanum ingenium oculosque subterfugiant, multa à vulgari hominum cognitione subducantur. Quocirca ordine quodam per alphabetum digesta, in medium pleraque olim usurpata adducam. I.

A

ANCHORA vetus *spei* hieroglyphicum ac symbolum est, cùm, ut illa navem, sic spes animum firmet. (1) Unde & D. Paulus Heb. 6. v. 18. *Confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ, tutam ac firmam.* Hinc & *quietem* designat, juxta illud Propertii. (2) *Anchora jacta mihi.* & *securitatem* si gemina sit, (3) *an adversis.* Unde proverbium. *duabus nititi anchoris.* Sicut in tempestate navis hinc atque illinc stabilitur. Ita *sacram anchoram solvere.* (4) Et extrema *periculà declinare.* quòd in his eam quæ maxima est projicere naurææ soleant: ne tempestate pereant. Est & anchora *possessionis* signum. (5) Tum quòd hominem certo loco firmet, tum quòd Seleuco Alexandri M. in orientis imperio successori, ipsiusque posteris, femori per natale signum impressa, regni possessionem portendetit. Cæsares olim, ut *Aul. Gellius* l. 10 Noct. c. 11. habet, in nummis anchoram cui Delphinus piscis celerrimus implexus esset, (6) ferebant. Quo paræmiale illud, *festinandum lentè* esse, inculcabant. Erecta anchora *imperiù* signat, quod Indi pro sceptro talem usurpaverint.

1] *Spes:*

2] *Quies:*

3) *Securitas.*

4] *Periculà declinare.*

5] *Possessio.*

6] *Festinatio cauta.*

II.

ANNVLVS quasi parvus annus, in circulum versus dictusque videtur. Unde Prometheo primo datum

A

1] *Æternitas. Fides.*

esse à Jove annulum fingunt, lapide ex rupe caucasi innexo, ut *æternam* vinculorum, quibus rupi alligatus erat à Jove solutorum *memoriam* non deponeret. (1) Ut Plin. l. 37. init. Hoc conjuges primo quidem ferreo, deinde & aureo mutuam *fidem* testati sunt. Polycrates Samiorum Tyrannus ut aliquod à fortuna perpetuo favente doloris vulnus acciperet, annulum sibi charissimum, oceano navigans mergi passus est, sardonyche gemma pretiosum. Verùm ubi illato in regiam culinâ, capto, postmodum qui sorberat pisce, annulum sibi restitui vidit: miratus est *fortunam* se *iniquam* sentire

2] *Fortuna prospera.*

non posse. (2) Sed Pyrrhi Epirotarum Regis annulus plus habuit in achate incluso raritatis, quem naturæ non artis beneficio *Mutas* novem cum *Apolline*, singulorum expressis insignibus. (3) repræsentasse memorat.

3] *Studiū lib. art.*

Augustus Cæsar in annulo sphingem quo literas obsignabat formatam arte gessit, sed cum falsè jocarentur,

4] *Occulta*

acceptis literis ænigmata hanc sphingem adferre. (4) Alexandri imagine uti maluit: Plin. ibid. c. 1. Annulis

5] *Frugalis vita.*

primum Romani *ferreis* usi sunt, (5) Legatis tamen ad exteros missis *aurei* dabantur, (6) quibus publicè

6] *Honoratus Nobilis.*

uterentur. Plin. l. 33. c. 1. Carthaginenses pro numero expeditionum militibus annulos dabant: Pers. Reges amicis intimis. Annulus Helenæ in Asterite lapide,

III.

7] *Silentium fidele.*

qui soli objectus accenditur, piscis expressam figuram (7) habuit. Deinde & philtrum amatorium, & veneficia ac venena annulis addita Jarcha in singulos dies, ut Alex. l. 2. c. 19. Apollonio annulos septem, totidem planetarum nominibus insignitos, reliquisse memoratur, quorum beneficio multa est assecutus. Est verò sol *gloria*, Luna *nobilitatis*, Mars *fortitudinis*, Mercurius *elo-*

8] *Virtutes diversæ.*

quentiæ, Juppiter *potentiæ*, Venus *pulchritudinis*, Saturnus *prudentiæ* symbolum. (8) Sic de Moyse refert autor hist. schol. quod cum Moyses Tharbim filiam Regis Æthiopum duxisset, & illa detinere virum cuperet: ex duobus Moysem annulis, quorum alter *memoriæ* (9) al-

9] *Memoria.*

ter *oblivionis* vim possideret, hunc uxori, ut patriæ oblivisceretur, illo sibi reversato, dedisse. Ita Pineda de rebus Salomonis hunc annulum Regem habuisse ex antiquis commentis refert, cui vis mirabilis *sapientiæ* tene-

retur

retur implicata? (1) quo ad Jordanem dum lavaret depositò, perque mulieres blandientes in profluentem abjecto simul pristinæ sapientiæ vigore abscesserit. Nec longè abest quod *Patriarcha de utraque fort.* tradit Carolum M. philtro cujusdam amasiæ ita detentum, ut nec à mortua avelli posset. (2) Quo animadverso cum annulum manu feminæ subtractum paludibus Aquensibus injecissent, hisce locis submoveri non potuisse. Heliagabulo singulis diebus variare annulos, nec eundem unquam resumere libido fuit. Alex l. 5 (3)

A

1] *Sapientia.*

2] *Amor mundi.*

3] *Luxus.*

IV.

ARA Deo cælitibusque ab omni retrò ætate *cultus divini* ac *pietatis causa excitata*, utrumque meritò, tanquam signum, refert (4) Hinc Vestales Virgines perpetuum in ara servabant apud Rom. ignem, ut significarent Deum *perpetuo colendum amandumque*. Ignis enim amoris, ara cordis est symbolum. (5) Fit solenne hoc signum Romanis Imperatoribus in nummis fuit, quo suum erga Deos affectum testarentur. Ita T. Ælius Antoninus, & Lucilla Imper. aram cum passis manibus Hadrianus Imp. aram corymbis ornatam. Faustina aram cum igne pro symbolo usurpavit. Inscriptum omnibus *PIETAS*. Domitianus eidem aræ cum igne inscripsit. PRINCEPS JUVENTUTIS. Habuit idem aram cum ansis, quod solenne olim esset aram apprehendere, tam in votis & juramentis, quàm etiam in salutis periculo (6) Erat enim ara *perfugium* etiam scelestis, ut sacrilegum judicarent, in hujus quenquam complexu occidere. Memorat & *Pausanias in Atticis* in Academia Promethei fuisse aram, ex qua succensis quotannis lampadibus certatim ad metam decurrerent, illo solum victore, qui ardentem, seu cursu non extinctam pertulisset. (7) Ita cujus pietas *amorque ad finem perstat*, victor coronabitur. Jano Deo, quem anno Romani præfecerant, duodecim pro mensium numero aras excitaverant, diebus etiam 365. in manuum gestu expressis, (8) ut ostenderent omni tempore Deum colendum esse.

4) *Cultus Dei. Pietas.*

5) *Amare Deum.*

6] *Perfugium ad Deum.*

7] *Amor perpetuus.*

8] *Colendus semper Deus.*

ARCA clausa *opulentia*. (9) aperta & vacua, si offeratur, gratiarum signum est (10) Juxta Simonidem, qui duas sibi arcas domi esse ferebat, alteram argenti,

9] *Opulentia.*

10) *Gratiarum actio.*

A

1) *Arcanum.*

2] *secretum proditum.*

3] *Ecclesia Christi.*

4] *Donum insidiosum*

VI.

5] *Otium.*

6] *Negotium.*

7] *Bellum.*

8] *Finis.*

9] *Pax.*

10] *Amor*

11] *Mors.*

VII.

12) *Agricultura.*

13] *Vrbis designatio.*

14] *Demolitio.*

15] *Imbecillis.*

16] *Pœna.*

17] *Potestas.*

alteram gratiarum, & hanc se semper reperire inanem, ut *Stobæus Injustitia.* Arca etiam clausa *arcanum.* (1) Contraque aperta *secretum revelatum* indicat (2) Huc facit, quod hoc anno 1663. quo Turca invasit Hungariam, ad tollendum quendam Cæsareæ militiæ Ducem, sub munerum, quibus illum sibi conciliatum vellet specie, arcam eidem, tanquam ingentis pretii arcanum donum complexam, misit, clave aurea seorsim transmissa. Verùm is, cùm cuidam Turcarum captivo eam traderet reserandam, hic aliquot jaculis, teseratâ arcâ, prosilientibus, arcanum prodidit, confixusque occubuit. Arca Israelitica, in qua virga, lex, & manna Christi *religionem* seu Ecclesiam denotat, quæ tribus potissimum, miraculis, lege gratiæ, & sacramentis, stabilitur. (3) Significat & *mortem* arca oblongior, qualem *Plutarch. in Osiride*, ait, quondam Typhonem ejus fratrem in convivio per elegantem proposuisse, illi donandam, cujus maximè quadraret corpori. Osiris eam sibi, ut erat, aptam ratus subiit, quæ mox à Typhone clausa est, atque in Nilum præcipitata (4) Unde & *dono insidioso* jure arca occlusa comparatur.

ARCVS nudus laxatusque *otium*, (5) ut tensus (6) *negotium*, armatus sagittâ *iram bellumque*, (7) collimatus *intentionem* ac *finem*, (18) fractus *pacem* (9) designat: *Amorem* dum cupidini tribuitur, (10) *mortem*, dum sceletus cum sagittâ est, repræsentat. (11) Hæc aliaque ex sacris profanisque literis notiora sunt, quàm ut persequi opus sit.

ARATRVM Vitam rusticam designat in terra fixum, (12) at verò in sceptri forma propositum, ut olim mos erat Regibus, *regna ex agricultura florere.* Ut circumductum aratrum *metationem*, seu inchoationem *urbis.* (13) (cujus planitiem ducto aratro circumscribere solebant) ita inductio aratri in urbem ejus *demolitionem* signat. Ut factum denique à Romanis sæpius victæ Carthagini est. (14)

BACVLVS, quo manus se fulciat. (15) Est signum *imbecillitatis*: quem effert (16) *signum vindictæ* seu *pœnæ*: quem medium complectitur (17) signum *potestatis.* Designat & viatorem. Ita Photius memorat apud

Tauro-

Tauromenienſes hominem in jus vocatum cavo baculo incluſiſſe aurum ſibi creditum, ac deinde cum juramento ſe purgare juberetur, adſtanti Creditori baculum tradidiſſe, & mox ſublatis manibus juraſſe, aurum ſe reſtituiſſe. (1) Sed hoc facto recepit cum baculo pecuniam. Verùm ſic jurare veritatem, pejerare eſt. 1) *Fallax reſtitutio.*

BVLLA cordis figura ante pectus puerorum olim, & triumphantium ſuſpenſa erat, ingenuorum hæc aurea, (2) libertinorum ſcortea fuit. Primò illam Herſiliæ filio, quòd prior ex raptis conjugibus natus eſſet, ferunt appenſam. Alii Tarquinii Priſci filio ob *virile ſacinus* editum, hac ante omnes donatum ferunt: (3) nobilitatumque eâdem Papyrium puerum; quod Matri ſciſcitanti quid in ſenatu actum eſſet (cui cum patre interfuerat) ingeniosè ad ſecretum ſervandum, illuſerit, fingens quæſitum, an plures viris ſingulis uxores concedendæ eſſent? Vide Pier. l. 41. Ceterùm non ineptè ἀπὸ τῆς θυλῆς, hoc eſt, conſilio (4) bullam dici augurantur, cum & cordi appenſa ſit, & illius figuram referat. Sed & *candoris* aut *veritatis* (5) illa de cauſa, tum deinde quod ingenuis præcipue detur, eſt argumentum. Porrò bullæ triumphantium (6) quæd. adverſ. invidiam remedia (7) inſerebant. Quo etiam nomine, tum quod inflatum quid bulla eſſet, *gloriæ & elationis* [8] ſignum manſit. Vide ſupr. c. 31. 2) *Ingenuus puer.* 3] *Cordatus.* 4) *Conſilium.* 5] *Veritas.* 6) *Triumphator.* 7] *Invidiæ remedium.* 8) *Elatus.*

CADVCEVS Sceptrum ſeu virga Mercurii [9] *vim poteſtatemque* decretorum Dei, quibus omnia ad nutum fiẽrit, deſignat, qua etiam diſſidentia facile conciliat. Unde fingunt Mercurium virga hac inter pugnantes angues poſita, utrumque amico nexu ſociaſſe. (10) Hinc caduceatores legati pro pace nancupati ſunt. 9) *Poteſtas Numinis.* 10) *Concordia.*

IX.

CALCEVS apud veteres ſpecie varius. *Nam* ut tradit *Alex.* l. 5. c. 18. *fol. mihi* 287. *in fine* & gallicæ, & ſoleæ, & cothurni, tum mullei albi (*qui ex corio ad medium crus uſque pertingebant*) hederacei, cerei, & lintei, calceorum ſpecies ſunt, à viris pleræque ad feminas translatæ. Mullei primò Regum Albanorum, deinde patriciorum, denique mulierum fuére, (11) ſicut crepidæ antea Senatorum, mox Equitum, denique Militum 11) *Degeneres.*

C

1] *Impensa inutiles.*

2) *Statura quæsita, & neglecta.*

3) *Cõtemptus mũdi.*

4) *Duris adsueſcere.*

5 & 7) *Vanitas.*

6) *Mollis.*

X.

8) *Continentia.*

6) *Minima non negligenda.*

10) *Profectio*

11) *Affectus terrẽ.*

12] *Res ſpreta.*

13) *Nobilitas.*

XI.

14 *Fundamentum rei.*

15) *Eminentia.*

16) *Eccleſia.*

17) *Vita religioſa.*

propriæ. Soleæ ſolis plantis adſtrictæ. Athenienſibus elaboratæ artis calcei (1) iphicratides dicti ſunt. Perſæ elatis utuntur, ut magni appareant, (2) Aſſyrii contra humilibus, Ægyptii papyraceis, Babylonii ſoleis, & Indi has ex corticibus arborum ſumebant. Phocion & Cato Uticenſis nudo inceſſere pede. (3) Quod Lycurgus Spartanis pueris pro lege eſſe voluit. Empedocle ferreo uſus calceo eſt. (4) Demetrius Antigon eò vanitatis proceſſit, ut aureo uteretur. (5) Auguſtus altiuſculo eſt uſus, ut proceriori videretur. Caligula ſocco muliebri. [6] Diocletianus & Heliogabalus gemmato. (7) Ægyptiis puellis nudo extra domum pede apparere nefas, quare calcei his vetiti, ut continerentur domi 8] *Hac Alexandi.* Cujus Strabo l. 17. forte originem tradit Ait n. quod cum Rhodopes Ægyptia puella formoſiſſima lavaretur, alter calceorum ab aquila ſublatus, in urbe Memphim in Regis ſinum demiſſus ſit, qui calcei, & rei novitate motus tota regione inquiri juſſit, dum Rhodaphan apud Maucratitas eſſe intelligeret, quam inventam uxorem duxit. (9) Calceus autem in S. literis nunc profectionẽ [10] ut Eph. 6. *calceati pedes in præparatione Evangelii*: nunc affectus terrenos, (11) ut cum Moyſi dictum ; *ſolve calceamentum de pedibus* Act. 7. nunc viliſſimum in homine denotat, (12) ſic de Chriſto Joannes: *non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamenti ejus.* Si tamen lunati ſint, apud Arcadas (qui ſe ante lunam fuiſſe jactabant) & Romanos (13) ſignum *nobilitatis* erat: ut *Roſin.* l. 3. c. 36.

CARDO eſt in quo oſtium vertitur, & pro rerum præcipuo fundamento (14) ſumitur. Unde uſitatum illud narravit: *In hoc cardo rerum eſt.* Ita ad res aut perſonas eminentes transfertur. (15) Hinc Cardinales dictæ virtutes quatuor, & ſummi Eccleſiæ ſub Pontifice proceres Cardinales appellantur.

CASTELLVM ad propugnationem contra hoſtes erectum, (16) vel *Eccleſiam orthodoxam*, vel *religioſæ vitæ clauſtrum* denotat, (17) contra mundum, carnem, ac Dæmonem pugnantibus Chriſtianis deſerviens. Memorabile eſt Caſtellum Tautinenſe, quod ut Sabel

Sabel.l.8. dec.1. refert Petrus Zianus Dux Venetorum anno Chr. 1214. media urbe ex purpureis stragulis, velut muris, pellibusque pretiosis, ceu tectis excitavit, in cujus defensionem ingenuas Virgines, pro galeis clypeisque aureis coronis armillisque cinctas, evocavit; ac subinde Adolescentes, mucatis nucibus pomis florumque fasciculis armatos oppugnare jussit. Aquis etiam rosaceis, aliisque odoramentorum generibus hinc inde sparsis (1) Prælio amantibus non ingrato.

C

1) *Vanitas: Amantiũ rixa.*

XII.

CATENA ad vinciendum reperta, & *vi* cohibet refractarios, (2) & *malam consuetudinem*, quâ multi adstringuntur vitiis, [3] designat. Sed & *servitutis*, in liberis, & *pœnæ* in malefactis signum est. *Conjugium* denique & *amorem conjunctionemque* (4) potest significare. Ita Alex. Gen. dier. l. 6. c. 4. Ait pluribus in more fuisse positum, ut Diis suis catenas injicerent, ne evocati ad hostes transirent. Ita Tyrii obsidione pressi Herculis simulacrum, quod magna religione colebant, ne urbem desereret, aureâ catenâ (5) devinxere. Sed rectius S. Amatus Episc. Senon. aliique SS. corpus suum ferrea catena strinxêre.

2) *Vis coactiva.*

3) *Consuetudo peccandi.*

4) *Conjunctio.*

5) *Vinculum gratum.*

CILICIVM indutus est primus Jacob. Gen. 37. lugens [6] filium Joseph. David frequenter, ponens vestimentum suum cilicium ps. 88. Achab. 3 Reg 21. per Eliam correptus, ut clementiam impetraret. (7) Judith Holofernis victrix c. 4. Machabæus pugnaturus 1. Mach. 2. &c. Baptista prædicans pœnitentiam Mat. 3. S. Theodorus confessor ab aspera cilicii veste quâ constanter utebatur Trichinas dictus est, (8) è cujus demortui corpore unguentum ægris salutiferum fluxit. In Menol. 20. April.

XIII.

6) *Luctus.*

7) *Exoratio.*

8) *Pœnitentia.*

CIRCVLVS apud Ægyptios Deum, (9) cujus neque principium nec finis est, indicabat. Unde & Persæ conscensa altissima specula, Jovem cæli circulum venerabantur, & Turcæ idẽ mane ex turri per acclamationes Deo, qui semper fuit erit que, factas imitari dicuntur. Et Pythagoras Dei adorationem circumactu corporis fieri, volebat, [10] idemque Numa statuit, in principio orationis faciendum. Romani autem in dexteram,

XIV.

9) *Deus.*

C ram, Galli sinistrorsum inflexisse se feruntur. Ita & vereres sacrificia concludere soliti, ut ex hostiæ sanguine circulum in ara ducerent, quod figurarum hæc esset perfectissima, (1) quâ censebant absolvendum. Quin & anni quandam imaginem circulus exhibet, (2) qui ad vernum tempus unde cœpit revolvitur. Talem Persæ aureum in Simandii & Cambysis sepulchro collocarant, qui 365. cubitos ambitu complexus, singulos anni dies cum ortu occasuque siderum eorumque significatione referebat. Sed & cœlum refert, tam Zodiaco, quam lacteo circulo insigne, [3] tum denique quam expectamus æternitatem, (4) quæ sine caret, ipsique est Deo durationc commensa.

1) *Perfectum sacrificium.*
2) *Annus.*
3) *Cœlum.*
4) *Æternitas.*

XV. *CLAVIS* claudendi & aperiendi vim habet. Talis à Priscis Jano & Portuno à Januis portisque, ut videtur, dictis est attributa. Deus enim est qui omnia claudit & aperit. (5) Unde & Janus Clusius & Patulcius appellatur. Quare & pudor Virginum sub hujus clavibus, [6] & partus nuptarum fuisse est creditus, (7) solebatque iccirco sponsus sponsæ clavem tradere. Sic & urbi vel domui, aut Ecclesiæ cum potestate præfecto (8) hodiedum claves traduntur. Estque hoc inter Apostolos Petri privilegium, cui soli seorsim promissæ claves, commissaque Ecclesia, & ovile. (9) Sic & cui modo Ecclesia quæpiam committitur, introducto in eam traduntur claves. Et Pontifices Romani tales olim Cæsaribus Regibusque cum indulgentiis (10) transmittebant. Ut S. Greg. l. 6. ep. 28. ad Theotistum & Regino in Chron. an. 1296. Observat verò Periphrastes Jerosol. in c. 3. Gen. quatuor sibi Deum claves nulli alteri communicatas reservasse, primam pluviæ & tempestatum Deut 28. secundam alimentationis ps. 145. tertiam sepulchrorum ac resurrectionis Ezech. 37. quartam sterilitatis ac fœcunditatis Gen. 30. & Job. 3.

5) *Aperta Deo omnia.*
6) *Pudor custoditus.*
7) *Partus causâ conjugium.*
8) *Potestatē habens.*
9) *Petrus princeps.*
10] *Indulgentia.*

XVI. *CLAVUS* ad firmandum repertus olim in sacris figebatur ædibus, cum exiguus esset literarum usus, quotannis. Ut ex eorum numero constarent anni. [11] Idem & religionis causa, in malo penè insanabili figi à summis Romæ Coss. aut Dictatore ad hoc figil-

11) *Annus*

figillatim creato, visus est profuisse. (1) Sic *Alexander* l. 1. c. 5. notat L. Manlium Dictatorem creatum, qui clavo fixo in dextero latere Capitolinæ ædis inscripto anno, gravem pestilentiam sedavit. (2) Sic Veneficis invalescentibus Cn. Quintilius clavum pangens malum compescuit. Necessitati etiam clavum adamantinum (3) tribuit antiquitas, quo quidquid figit immobile est. (4) Ita Horat. Ode 35. Unde & Tullius dixit in Ver. trabili clavo beneficium figere

1] *Salus.*

2) *Pestis sedata clavo Christi.*

3) *Necessitas.*

4) *Immobilitas.*

CLEPYDRA ab ὕδωρ aqua & κλέπτω furor quasi furans aquam (hâc enim olim, pro arena, fluebat) dicitur. (5) Fluxum vitæ nostræ statum signat, qui *quasi aqua dilabitur*. Ad hanc olim perorabat causam reus, cui novem principio horæ datæ sun, & accusatori sex. (6) Verum deinde tædii levandi gratia, illi tres, huic duæ. Hæc publicè; Nunc ferè privatim sine fine in in causis discepratur.

XVII.

5) *Vita labilis.*

6) *Iudicia.*

CLYPEVS, & scutum varii generis est. Breve scutũ instar lunæ erat Pilta, haud multum dissimilis, rhombi instar, Cetra erat. Unde peltati & Cetrati, qui ferrent, dicti sunt. Parma major erat, formâ orbiculari. Unde Menapii in alba parma, peltam lutei coloris, & sub ea canem exporrectis ad cursum pedibus (7) peltæ insistentem formabant; ita hostes in fugam se acturos professi. Velontes in parma, centrum quadrifariam sectum, gemmeoque colore, albo cæruleoque distinctum, pelis quatuor cæruleis sibi oppositis distinxerant: veluti quatuor se peltatis non impares profiterentur. (8) Clypei & anciliorum figura erat, ovi instar oblonga. Minervæ clypeum tribuere feruntur; quod armorum sapientia ferè orbis regatur. (9) Medusæ in scuto illius caput, indicat, terrore vulgus continet. (10) Marsis antiquissima fuere scuta, quæ decumana dicta sunt. Romani quoque breviores clypeos, cum Sabinorum scutis majoribus, illis devictis, commutarunt: & sæpe densatis inter se scutis hostium impetum sustinuerũ, [11] quandoque & per hæc capitibus dorsoque junctim imposita, ultimis sese in tetram sub scuta

7) *Fuga hostium.*

8) *Fortitudo militaris.*

XVIII.

9] *Sapientia regendi in armis.*

10) *Terrore continere.*

11) *Defensio.*

C

scuta abjicientibus, prioribusque sensim altius assur-
1) *Invasio.* gentibus, ad hostiles muros enitenti per scuta militi
fecere viam. (1) Cum verò clypeus defensionem ma-
gis quam pugnam spectet, ideoq; Scipio objectarit mi-
liti de clypei ornamentis sollicito : *plus illum præsidii collocare in clypeo quàm gladio*, ut Pier l. 42. hinc Sarma-
2) *Gens-* tæ, neglectis clypeis, pluribus telis instructi in pugnam
rosus. prodibant; (2) ut Alex. l. 6. c. 22. Porrò initium pugnæ
XIX. ad suos animandos terrendumque hostem, à collisis ha-
3) *Animo-* stis scutisque faciebant. (3) Ut ad oppugnandam ur-
sitas. bem, junctim scutis super capita collatis, progrediebantur, ne tela injecta nocerent, (4) ita cum sparsim scuta
4) *Cautela, impu-* capiti imponebant, deditionis signum dabant. (5) Quo
gnatio. plures res bello gesserant, pluribus etiam atque insi-
5) *Deditio.* gnioribus clypeos notis distinxerat. (6) Unde qui nil-
9) *Glorio-* dum gesserant, alba parma, quòd inglorium erat, incedebant. (7) Hinc *Virg.* l. 11. Æn. *palmaque inglorius alba.* Cum verò passim scutis ex vimine textis, corioque
7) *Inglo-* obductis uterentur : tamen & ærea aureaque nobilio-
rius. rum erant, præsertim equitum. Ita Herculis clypeus aureus, in quo geminos montes, velut terminos columnasque oceano frenando imponeret, celebratus est (8)
8) *Fortitu-* *apud Philost.* l. 11 Et Caligulæ, singularis honoris belli
do. gratiâ clypeus aureus in capitolio decretus est, celebr
quotannis die per sacerdotes, senatu inter laudum car-
mina prosequente, deferendus, *ut in Cajo Sueton.* Mor-
9) *Mor-* tuos è prælio solebant in scutis efferre. (9) Unde Laca-
tuus in na filio ad bellum ituro scutum porrigens : *aut*, ait, *cum*
bello. *hoc, aut in hos*, Victor vel mortuus redi.
XX.

10) *Ter-* *GOLVMNA* varia inter figuratas imagines signi
minus. ficatione pollet, nunc enim pro termino usurpatur, (10)
sic mons Abila Africæ, Calpe Europæ ad mare termi-
nus, Herculis, eo usque victoriis progresso, columnæ
dictæ sunt. Sic Liberi Patris colu[illegible]nnas in extremis A
siæ partibus Dionysius statuit, de quibus Curt. l. 7 D
septentrionalibus refert Olaus Mag. l. 1. c. 29. & 30 quo
ex durissimis montibus fulmine, aut terræ motu disje
ctis, columnas erigant, altitudine 20. aut 30. pedum la
titudine 4. aut 6. inusitatis, characteribus inscriptas, i
qui

quidem, ut recta, & linearis earum dispositio pugilum certamina, (1) quadrata bellatorum (2) orbicularis familiarium sepulturas, (3) clineata verò trophæa ex hoste erecta contineret. Gandavi in Flandriæ Metropoli visitur columna in honorem natalium Caroli V. istic nati anno Chr. M. DC. à senatu erecti, superpositâ auratâ ejusd. statuâ. Cunæ ejusd. religiosè illic asservantur. Sic Trajano & Adriano erectæ olim Romæ supra columnas statuæ celebrantur. (4) Apta fortitudinis & constantiæ laus est, quando Pindarus inexpugnabilem Hectorem immobilem columnam (5) vocat. Sed illa verior quando Paulus 1. Tim. 3. Ecclesiam Christi dicit *columnam & firmamentum veritatis*, (6) qualem olim in templo Jerosolymitano præfiguravit Salomon: cum duas in aditu columnas à dextris Jachin dictam, (7) hoc est directionem, à sinistris Booz, (8) hoc est, fortitudinem collocavit. Sic apud Græcos psalmi sextidecimi inscripto est εὐλογεφία, seu inscriptio columnæ tanquam Christo victori ex morte debitæ. (9) Telesillæ Argivæ heroidis, post viros in bello occisos, feminarum exercitum contra hostes educentis, urbemque hoste fugato propugnantis memorabilis ut audacia, sic columna fuit, quæ illi, cum galeatâ statuâ erecta est, (10) ut Pier. l. 49. c. 37. Dissimile est, quod Caryatarum feminis evenit, quæ ut 16. c. 41. ait Vetruvius, viris omnibus in bello cæsis, quòd Persis contra Græcos perfidè adhæsissent, in captivitatem omnes abductæ, & per statuas in columnis facti testes ignominiâ notatæ sunt. Cæterùm in nummis Veterum reperta muliebris persona, quæ sinistrâ columnæ innixa, caput fulciens, dextrâ palmæ surculum teneret, cum inscript. (11) SECURITAS AUG.

CORNUA in Moyse olim Exod. 34 *pietatis & sanctitatis decus* erant. (12) Armeniac Lydii, ut observat Gyraldus, cornibus olim ex capillitio flexis in publicu, magis ut rebantur spectandi & metuendi, prodibant, & Lysimachum Regem in numis coronatum (13) videre fuit. Unde proverbium; *fœnum habet in cornu*, ut de M. Crasso dicacissimus Sicinio solebat dicere, iccirco

C

1) *Pugiles fortes.*
2) *Bellatores.*
3] *Mortui gloriosè.*

XXI.

4) *Nominis gloria.*
5) *Constantia.*
6] *Firmamentum.*
7) *Directio*
8) *Fortitudo.*
9) *Victoria*

XXII.

10) *Audacia victrix*

11) *Securitas.*

12) *Sanctitas illustris*
13] *Formidandus.*

C

1) *Ferocia.*

circo illum nullo dicterio ausus tangere. Ita Indis & Arabibus quoque prodire in prælium solenne, (1) ut Camer in hor.cent.1.c.39. Et apud Rom. inter celebriores milites cornuti erant, qui sub Magistro militum

XXIII.

Præsentiali merebant. Sed & buccinæ, ex cornu bubulo primum usurpatæ, signum (2) tam *vigiliarum* noctu, quàm interdiu contra hostem (3) *pugnæ* dabant. Magnis item festivitatibus Judæorum usitatæ. (4) Ad hauriendum quoque in symposiis vinum translatæ: ut cratet Athenæo à κέρας cornu desumptus videatur. (5) Philippus etiam Rex juxta Pomp. Lætum l.11. c.8. siquem benignè tractaret hospitem, illi ex cornu præbibit. Et Germanis etiamnum utrorum cornua labris argento inductis, inter rariora sunt pocula. Et cornua nobilium multorum insignia aulasque exornant, (6) suntque tam *dignitatis*, ut Apoc.c.5 quàm *firmitatis & potentiæ* (7) argumentum, Psal.88. *Abundantiæ & liberalitatis* quoque illud est, quod impletum fructibus cornucopiæ (8) appellamus, ut variis figuris notissimum est.

2) *Vigilia.*
3) *Pugna.*
4) *Festivitas.*
5) *Symposium.*
6) *Nobilitas.*
7) *Potentia, Regnū.*
8) *Abundantia.*

XXIV.

CORONA antiquitus nulli, inquit *Plin.*l.16.c.4. nisi Deo dabatur. Liberum patrem primò eas ex hedera sumpsisse, postea honori Deorum sacrificantes, victimis simul coronatis. Novissimè in sacris certaminibus usurpatæ, ubi patriam in victore coronari pronuntiatum est. (9) Celebris Theagenes Thasius qui ex Olympicis Victor, juxta *Volat.*l.20. Antrop.140. coronas retulit. Postea coronæ in Regum Principumque inauguratione, (10) in nuptiis & conviviis, in victoriis & triumphis, in ipsis deniq; funeribus adhibitæ, de quarum diversitate supra c.32. egimus. Varii autem non ex materia solùm verum & modo formaque generis fuere. Nam aliæ pactiles, quæ pangebantur figebanturque insertis floribus, aliæ plexiles, quæ è surculis ramentisque ut lauro myrtove, plectebantur: aliæ sutiles, quæ ex rosarum foliis consuebantur. Graciliores ex his serta, corollæ aut corollaria dicebantur. pictæ quæ ex ramis cornium pictis erant, hibernæ nuncupatæ sunt. Imperatorum primo ex fasciis erant capiti illigatis, quæ jccirco diademata, à circumligando dicta sunt. (11) Deinde ex

9) *Victor.*
10) *Rex.*
11) *Imperator.*

olea,

olea, lauro, myrtove; præcipuè cum Romæ triumpharent aut ovarent, deinde etiam ex auro adhibitæ sunt, Joanni Ducæ Imperatori Constant. post victoriâ à Turcis obtentam corona ovalis, seu ovata, ab ovis sic dicta, fuit imposita; quod tantum auri, ex ovis Turcis in fame venditis collectum fuerit, ut pretiosa hinc corona confecta fuerit: ut *Niceph. Greg.* l. 2. Rarum illud quod *Scaliger* l. 3. Poet. c. 100. notavit, in Bœotia sponsas asparago hispido coronatas, ut scirent depositâ asperitate morum, velut asparagi cortice, se debere esse sponso tractabiles dulcesque. (1) Trasybulus cum triginta Tyrannos Athenis ejecisset, à populo oleaginâ ex duobus ramusculis coronâ donatus est. Velut manueti Imperii restitutor. (2) C. Julio Cæsari nihil gratius à senatu oblatum, quàm cum calvus esset, jus laureæ coronæ perpetuò gestandæ. (3) Et Demosthenes pro honore coronæ aureæ, (4) quem ex muris Urbis refectis curator meruerat, contra Æschinem publicè certavit. At laudabilius Godfridus Bullion. captis Hierosolymis Rex creatus, recusavit illa in urbe auream coronam suscipere, ubi Christus spineam tulisset. *Palmerius* an. sal. 1099. Cæsares Rom. tres coronas soliti accipere; regni Germanici argenteâ, (5) regni Longobardici in Italia ferreâ, & Rom. Imperii Romæ auream, ut Carol. V. an. Chr. 1530 admisit. *Iovius* l. 37. hist. In antiquissimis Ægypt. monumentis ait *Pier.* l. 41. c. 17. repetiri mulierem tribus regiis coronis insignem quod Regis filia, uxor, & mater fuerit, qualem nos Deiparam appellare possumus. Sed & formas Leonis Lupi ac Tauri; aut fetæ alterius, quandoque in Regiis Ægypt. capitibus invenias; (6) pro virtutum, quibus eminebant, varietate. Draconis etiam caput pro insigni principatus usurpatum. (7) Unde nonnulli illud de Proteo Ægyptii Rege in omnem se formam mutante figmentum manasse credunt. Vide plura c. 32. supra.

C

XXV.

1] *Sponsa viro pareat.*

2] *Manuetus.*

3) *Victor.*

4) *Urbes reparator.*

5) *Imper. Rom.*

XXVI.

6) *Rex Ægypti.*

7) *Principes.*

CRUX variâ olim formâ, vel decussata X. ut est S. Andreæ, vel T. litera commissa, vel transverso immissi ligni signo; ut † est, & Christi fuit, spectabilis erat; supplicii reorum apud Hebræos, Philistæos, Persas,

C Græcos, Scythas, Sarmatas & Romanos denique adhibita, donec per Christum patientem est consecrata. Figuræ hujus salutiferæ crucis fuêre arbor vitæ in paradiso; ligna quæ Isaac immolandus ferebat. Lignum in quo serpens pro salute pependit, quodque Isaac immolandus in humeris gessit, baculus quo Jacob Jordanem superavit. Virga Moysis & Aaron (1) Postquam Constantinus *in hoc signo victor* Maxentium Tyrannum profligasset, everso Romæ Veneris ac Cupidinis templo S. Crucis substituit, voluitque dies Veneris, huic inprimis colendæ factos esse. Sic & Hierosolymis in urbe media eidem S. Cruci templum magnificum consecravit. Mater verò illius S. Helena, Crucis quoque dominicæ inventrix, plurima ejus honori templa dedicavit. Crux hæc ara fuit, in qua Christus sacerdos & hostia immolatus est. Heb. 7. Hæc fuit reconciliationis instrumentum, quo Christus pacificavit omnia in cælis terrisque. Colos. 1. Hæc trophæum, quod spoliatis potestatibus erexit. Colos 2. hæc idolorum multorum ruina. Codex Theodos. l. 7. c. 15. tit. 10. de Paganis mandante Theodosio, ut crux pro idolo ubique statueretur. Hæc in viis, navibus, domibus, vexillis milit. numis, annulis, sepulcris, fronte & pectore hominis, omnia contra visibiles invisibilesque Christi hostes munit, (2) habetque illud Crux Caravensis singulare, quod fulmina etiam cœlestia averta[t]. Cunegundis S. Henrici Imp. conjux falsò delata probavit virginitatem suam cum signo S. Crucis facto, per candentes incessit vomeres, ut in SS. Bavariæ est.

1] *Crux Christi.*

XXVII.

2] *Munitio.*

CVNEVS rebus dividendis repertus divisionem & dissolutionem, (3) ut clavus (4) conjunctionem, designat: cuneus infringendi vim, ut clavus firmandi. Unde manat proverbium: *malo nodo malum quærendum esse cuneum.*

3] *Divisio.* 4. *Conjunctio.*

XXVIII.

CVRRVS equis aut bobus tracti, rustici ac civiles, bigæ & quadrigæ in veteri recentique sunt usu. His Persæ ita assueverant, ut iter vix pedibus conficerent. Soli etiam & Phaethonti Poetæ tanquam celerrimè provectis tribuerunt. (5) Hunc Neptuno in undis, veluti

5] *Celeritas.*

luti pro cymba, equis marinis vecto. (1) Cybeli, seu Matri Deum in terris curru leonibus tracto peragrandis, Baccho per frigides provecto, Matri per equos, Cereri per serpentes delatæ proprium esse voluerunt. Sed & Romanis in triumpho solenne erat curru nunc per equos, nunc etiam per elephantes leoneſve tractu urbem capitoliumque subire. (2) In Circensibus etiam ludis bigis juxta quadrigisque certatum est. Ipse Deus noster ab Ezechiele cap 1. describitur sedens in curru. (3) Et arca per Philistæos honoris causa currui imposita est, 3. Reg 6. Josepho etiam magnus accessit honor, quando currum Regium secundùm ascendere jussus est (4) *Gen.* 41. Falcati & olim currus in usu, quos per medias agebant hostium acies.

D

1] *Victoria Maritima, vel terrestris.*

2] *Triumphus.*

3) *Majestas divina.*

4] *Dignitas. Imperium.*

XXIX.

DOMVS, post ejectos paradiso parentes, ad injurias aeris hostiumque insidias, & ferarum incursus cavendos excitata est; sed rudi opere, aut in spelæis accommodis, aut arborum stipitibus junctisque congestis, ut regeret, non onaret hospitem. Indorum & septentrionalium adhuc pars magna in subterraneis agunt. Dardanii in Illyrico ut *Strabo* l. 7. speluncas defossas supernè simo ad frigus coloremque arcendum contegunt. Lappones hieme cum suis rangiferis transmigrantes ex nive condensata sibi tuguria instruunt, ac supernè ramis arborum & nive super instrata contegunt, adversus frigus durissimum satis munita, quando nec alia eorum est vestis, quam Rangiferorum pelis nudæ cuti aptata. (5) Hæc nuper ex his locis reversus, testis oculatus refert. Pœones, olim *Herod.* l. 5. in medis paludibus fixis palis habitasse tradit, ideoque à Megabyzo Darii præfecto expugnari non potuisse. Æthiopes Ichthyophagi in arboribus juxta litus nuci castaneæ similibus post ramos arte connexos sibi domicilia figunt, ut *Diod.* l. 3. c. 3. Alii juxta arcton ex costis cetorum incurvis inter se junctis constratisque algâ marinâ teguntur. *ib.* Scythæ Calvi juxta *Herod.* l. 4. sub arboribus hospitantur. Sed Nomades Scythæ carris pro domibus usi, quo lubet eum his transmigrant, perinde ut Japones, qui tabernaculis velut

5] *Natura paucis contenta.*

F

milites utuntur. [1] Rarum illud quod ib. *Herod.* refert de Africæ populis, in promontorio ad Herculis usque columnas extenso, quod incolæ ex sale illic effosso domicilia statuant, ab imbre, quo hæc dissolvantur, istic liberi. Arabes & Sabæos *Alex.* l. 5. c. 24. ex ebore auro argentoque ac lapidibus pretiosis domos augustissimas, ingenti luxu, excitare memorat; [2] secus quam Spartan, qui edicto Lycurgi ita ædificare jussi sunt, ut ædium culmina securi, januæ serrâ dividi possent. [3] Unde nec Agesilai quidem Principis domus à vulgari distabat. Phryges olim & Troglodytæ sub effossis tumulis, (4) Baleares in saxis concavis, Marodorum gens in effossis montium specubus. Massilienses in paleis, Ichthyophagi sub ostreis marinis, Spitamæi sub ovorum putaminibus, teste *ib. Alexandro* habitabant. (5) Qui addit Belgarum, & Galatarum ultra Rhenum (Gallorum reor) morem fuisse, ut cæsorum hostium capita, postibus domuum, ut Geloni detractas iisdem pelles, velut insigne, præfigerent. (6) Sic apud Ægyptios alæ vulturum, apud Phryges pardalis affixa fotibus (7) signum nobilitatis atque immunitatis erat.

1) *Peregrini sumus.*

XXX.

2) *Magnifici.*

3) *Parci.*

4) *Mortis memoria.*

5) *Ingenii varium.*

6) *Fortitudo*

7) *Nobilitat.*

FALX messoribus propria, tempus *æstatis* denotat (8) *fructumque* [9] laboris. In Saturni hæc olim manibus à Poetis collocata est, quo significarent *tempus edax rerum* consumere ac veluti demetere omnia. (10) Sed & custodi hortorum eandem contra fures præbere solebant. Qualem & Zachar. 4. *contra fures & perjuros exactum* (11) Deus prophetæ ostendit.

8) *Æstas.*

9) *Fructus laboris.*

10) *Tempore consumi.*

11) *Furis pœna.*

FAX tam innuptiis olim, quam hodiedum in funetibus usitata. Hanc pertextatus apud Romanos puer sponsæ ad limen sponsi prima aut altera hora noctis deduci solitæ, præferebat. [12] Quæ mox ab amicis rapta ablataque fuit, ne vel sub lectum viti acceptæ, vel sepulcrum aliquod deferretur, malo mortis alterutri imminentis omine. Eadem sponsa ad genialem lectum quinque facibus, ex pino arbore, quia in raptu Sabinarum auspicatò usi credebantur, ab ædilibus deducta est. Apud Græcos receptum fuit, ut matres pronubas nuben-

XXXI.

12) *Amore fociari.*

nubentium faces præferrent, suo simul exemplo præviæ (1) Vide *Alex* l. 2. c. 5. & *Pier* l. 46. c. 25. Ceres quoque raptam filiam facibus per tenebras inquisisse fertur. Nunc faces ad sepulcra morientium, testes lucis post hanc vitam alteræ, (2) & nuptiarum agni accenduntur.

FISTVLA pastoritium ad ludendum flatu instrumentum, ejusmodi quoque vitam figurat. (3) Gaudent ejus cantu pecora, sed inprimis cervi, ad fistulæ sonum usque ejus modulationi intenti, sese captivandos præbent, quales sunt in aulis Principes, qui blanditiis adulatorum captantur. (4) Eadem verò animos hominum otiosorum, ab aliis curis atque inprimis venereis affectibus transfert, & honesta voluptate demulcet. (5) Illa sic Gracchus rhetor delectatus fertur, ut per hanc modulante submisse à tergo famulo, & per tonos, ubi opus, inflectente, orationem affectumque regeret. (6) ut Plut. *de cohibenda ira*. Lydi verò, ut *Alex* l. 4. c. 2. hoc cantu animati cum fistulâ & fidicine procedebant ad prælia.

FLAGELLVM trituratorium apud veteres eo in honore fuit, ut imperium aut consulatum, (7) inter insignia, figuraret. Ita in numis Coss. excusum repetitur. & Cicero C. Cæsarem in Capitolium prosecutus, narrat sibi per somnium Jovem visum, qui flagellum ipsi obtulerit, *ut Plutarch. in vita Cic.* & hodiedum Colonia, urbs ad Rhenum nobilissima, eo insigni utitur, Consulibus etiam dum regunt prælato. Quòd felix regimen in agriculturæ fructibus potissimum niratur. (8) Cæterùm, uti flagellis frumentarii manipuli teruntur, ut fructum reddant; ita præcipuus hujus etiam vitæ fructus ex patientia est. (9) Hinc *Laconum flagellum*, inquit Tertul. *sub oculis hortantium*. erat, quod illo juventus per durissima quæque ad fortitudinem eruditetur. (10) Et David se ad hæc etiam sustinenda DEO offert: *Ego*, inquit, *in flagella paratus sum*.

FRENVM ad frenandum, seu cohibendum equorum impetum habenis adducitur, (11) uti laxatur cursu

F

1) *Exemplo præire.*

2) *Vita post mortem.*

XXXII.

3) *Vita pastoritia.*

4) *Adulatio noxia.*

5) *Venus cohibita.*

6) *Affectus & vox moderata.*

XXXIII.

7) *Imperium. Consulatus.*

8) *Agriculturæ fructus.*

9) *Patientia.*

10) *Educatio rigida juventutis.*

XXXIV.

11) *Regere jevere*

G

1) *Regere laxè.*

2) *Intemperans.*

3) *Temperans.*

4) *Princeps defendendus.*

5) *Terror hosti ingerendus*

XXXV.

6) *Dolus in hostes licet.*

7] *Miles luxuriosus & petulãs.*

8) *Gaudere pugnis.*

9) *Bellicosus.*

10) *Laborandum in bello.*

11) *Æstus militaris dubius.*

12) *Rex bellicosus sit.*

13] *Principia rerũ occulta.*

pleno (1) Unde arctatis, vel laxis habenis regere ad homines arctè & laxè regentes transfertur, idemque ad temperantiam, seu continentiam, aut intemperantiam in humanis affectibus usurpatum est (2] Notum illud de Carolo V. est, qui cum urbem Neapolitanam subiens vidisset effrenem, in porta equum illius insignibus additum: dixit, equum hunc indigere freno, (3) simulque dedit operam, ut excitatum castrum munitissimum, quo urbs sæpiùs rebellans contineretur, *freni* nomen acciperet. David pro dissolutis precatur: *In camo & freno maxillas illorum constringe.*

GALEA tegumentum in bello capitis, (4] primò ex feratum pellibus, deinde ex ære, ut cassis, fuit. quanquam & frequenter, si *Alexandro* l. 1. c. 20 f. 32. *mihi*, credimus, utrumq; junxerint. Romanæ, inquit, militiæ fuit, galeas ursinis pellibus tectas, quo truculentiores risu forent, in aciem deferre. sicut Græcorum veteres pelles fluviatilis canis, pro capitis tegumento, vice galeæ detulere, equinasque jubas & caudas in galeis, aut pennas struthiocameli. Nonnunquam leonis pellem pro conis apud Rom. fuisse constat, more Æthiopum, qui pelles equorum capitum, cum ipsis auribus & jubis deferentes, nonnunquam Pardorum pellibus leonumque amicti, acies subeunt & prœliantur. [5) Thracibus in more fuit, è pelle vulpina cassides ferre. [6) Pyrrho & Philippo hircina cornua, Hammonis arietis caput, (7) Achæis pennæ variis distinctæ coloribus. [8) Cimbri & Theutones horrentium hiatibus animalium contexêre galeas. Cares gallos gallinaceos pro conis habent. [9) Alexandri cassidem cristata juba & pennæ candidissimæ circumcingebant. Thraces super æneas galeas bovis aures & cornua apponunt. [10) Inter ceteros Covidus centurio contra Mysos fertur miraculo fuisse, quòd poculum supra cassidem modò suscitans flammam, modò remittens deferebat. Q[11) De his aliisque lege Alex. l. c. Qui addit. c. 28. f. 48. Regi Ægypt. Amasidum concionaretur, pro regali ornamento galeam datam esse. [12] Platonis caput galea tectum ferunt, quod principia generationis occulta sint. (13) Ita Romæ, tan-

tanquam bellatrici urbi, caput galeatum tribuerunt. XXXVI.

GLADIVS tum ad justitiam domi administrandum & ad vindicanda flagitiosorum scelera, tum ad defendendam ab ingruentibus hostibus vitam patriamque repertus est. (1) Non una tamen ubique forma, alii longi acutique, ad fodiendum magis, quàm secandum idonei: alii longâ, vel utrimque, vel altrinsecus acie secant, & in his Sarmatarum & Turcarum acinaces leniter incurvi medios quandoque homines dividunt. (2) Georgius Scanderbegus gladio validissimo usus plurimos Turcarum medios secuit, ut frequentibus ab eo mactatus cladibus Machometus, hunc tandem videre petierit. Cumque ille parum sibi Turcisque habilis videretur: neque hunc esse, quem ferret, crederent. Respondit per suos, illum quidem ipsum esse, sed transmittere unâ manum, cui habilis esset, non potuisse (3) *ut in vitæ est historia*. Romani plus in gladiis, quàm telis posuere virtutis, hinc Claudius Marcellus, homo acer ad præliandum, Gladii nomen sortitus est. (4) cum Fabium Cunctatorem Scuti cognomento appellarent (5) Caroli Magni gladius quoque celebratur, in cujus capulo insignia cælata gessit, quibus edicta obsignare solebat, dictitans, ut *Corrozetus* ait, ejusdem esse & defendere & confirmare leges. (6) In Gallia quoque celebris est Joannæ puellæ Lotharingicæ gladius, quo superatus, ipsâ Duce, Anglus, & Carolus VII. in Regnum Franciæ restitutus est. Gladius Heroum ornamentum est, quo hosti detracto victus censetur, & victor qui obtinet. (7) Unde Judas. *Mach.* 2. Apollonio cæso gladiũ tantùm detraxit. David item Goliathum gladio spoliat. Hic Imperatoribus Principibus tanquam signũ civilis belli eique præfertur imperii, Equites aurati non creantur, nisi percussi donatique gladio tanquam nobilitatis suæ insigni, ut meminerint, hoc fortitet pro patria, Rege & lege utendum. (8) Gladiatorum tamen olim in manibus crudeli facinore ensis est temeratus. Horum tale fuisse juramentum *Petronius* tradit. Sacramentum juramus: uri, vinciri, verberari, ferroque necari, & tanquam legitimi gladiatores Domino corpora animosque religiosis-

1) *Iustitiæ.*

2) *Crudelitas.*

3] *Fortitudo.*

4) *Offensio pugnare.*

5] *Defensio.*

6) *Imperator. Rex.*

XXXVII.

7) *Victoria.*

8) *Nobilitas.*

H

1] *Pugiles.*

2] *Martyres.*

XXXVIII.

3] *Potentiores non irritandi.*

4] *Maledicentia.*

5] *Eloquentiæ vis.*

6] *Supplicium publicum.*

7] *Supplicium privatum.*

8] *Rapacitas Dolus latens.*

XXXIX.

9 *Donis ambire.*

10] *Christi humanitas.*

11] *Fortitudo. Victoria.*

gioſiſſimè addicimus. (1) Quod ſacramentum, ſi Chriſto glorioſius dixiſſent, in Martyribus cadentes cenſeri poterant. (2) Sed & multi otioſè gladium portant. De his fortè Pythagoræ dictum eſt: ignem gladio ne fodito: ſive quod irritus hic labor ſit; ſive quod ignem magis concitet, monueritque iram potentiorum non facilè concitandam eſſe. (3) Ceterùm juſtitiam per exertum, cum libra, gladium: tum verò etiam, vim dicendi, ſive in maledicis, ſive in oratoribus, aut Principibus gladio acuto deſignarunt. Ita David pſal. 58. lingua eorum gladius acutus. Et Paulus Heb. 4. Vivus eſt ſermo Dei & efficax & omni gladio ancipiti penetrabilior. (5) Sed & Mortis apud Scythas ſymbolum erat: Unde per açinacem jurare, fuit idem quod devovere vitam. Et Caligula Rom. Tyrannus poſt multorum cædes, duos confeçit libellos occidendorum, uni inſcripſerat Gladius (6) alteri pugio, (7) & hoc quidem contentos privatè, illo publicè cædendos deſtinaverat, niſi morte ſua facinus præoccupaſſet. *Ita Sueton. in Calig.*

HAMVS aduncus capturæ piſcium deſtinatus (8) rapacitatem, & deceptionem ſive fallaciam jure deſignat. Hinc avari exactores, & ubique lucricupidi, tum etiam qui alios fraudulenter captant, qualis apud Plaut. in Bacch. quidam ait: *Meus eſt, hamum vorat*, hoc ſymbolo notantur. Sed & *aureo piſcari* (9) *hamo* dicitur, qui auro oblato beneficium ambit, aut tanquam explorator alios corrumpit. Diligentem quoque in ſtudiis, aut negotiatione ſignat, juxta illud, *ſemper tibi pendeat hamus.* Sed & Chriſti humanitas, quâ captâ Diabolus, tanquam hamo divinitatis in eſca oblata, deceptus eſt, hoc ſigno proponitur. (10) Unde illud Jobi 40. *Addduces Draconem in hamo*, Et Ezech. 32. *Extraham te in hamo meo.*

HASTA olim in bellis, ante ſcloporum uſum non ſolum longa & vibratilis, ſed & brevis aç jactilis erat, hæc pura dicebatur, cum ſine ferro erat, & hac forma donari in ſignum victoriæ ac rei fortiter geſtæ militibus ſolebat. (11) Ita glorioſum Sicinio dentato fuit

fuit hastis puris duo de viginti donatum esse, ut *Plin.* l.7.c.28. Hastam apud Macronos gentem Persicam dare ac vicissim accipere fœderis firmati pacisque loco erat. (1) Græci tamen lanceas in sanguine victimarum tingebant, quas feræ pugnaces mactabant: ut Clearchus Laced. taurum, lupum, aprum, & arietem Jovi mactasse legitur. At Romani jactâ in fines hostiles hastâ, bellum denuntiabant. (2) ut Alex.l.5.c.3. Sub hasta etiam triplici, paribuli in modum erectâ, vendebantur, & victi, & eorum spolia. (3) Gloriosius illud, quod centum viri Romæ, erectis duabus, hinc atque inde hastis, judicium in foro constituerunt, causasque populares irrevocabili sententia definirent. (4) Quæ iccirco centumvitales hastæ dictæ sunt. Erat & alia hasta salutis dicta, (5) quæ ingruente fame in foro defixa publicè frumentum vænire ostendit: Sicut contra, hasta cruenta in vallis occupatæ urbis erecta, designabat eandem prædæ & direptioni militum relictam esse. (6) ut *idem Alexand.* l.3.c.16. Constantinum Magnum laudabilius memorat Baron. post obtentam ab hoste victoriam, hastam suam in signum crucis erectam proposuisse. (7) Quod sibi suisque ex cruce partam victoriam salutemque meminisset. (8) Cetera magni semper honoris hasta fuit. Ut si militi adempta esset, ignaviæ & luxuriæ probro notatus censeretur, ut *Alexand.* l.2. c.13. Contra hastâ donari signum quoddam imperii Festus habuit, cum Proconsules causas Provincialium suprema autoritate definiturî, hastam juxta tribunal erigerent. (10) Prisci etiam Reges ante usum coronarum ac sceptrorum parva uterentur hasta, tanquam potestatis adeptæ signo: quam & illi & populus tanquam sacram venerabantur, (11) *ut Patric. de Rep.* lib.5.cap.18. Hinc & Lysippus sculptor Alexandri Magni statuæ hastam maluit, quàm, ut alii, fulmen porrigere, & Dii Penates a priscis armati hastatique singebantur. (11) Palladi etiam hasta tum in signum divinitatis data, tum quod militaris virtus sine sapientia nequeat consistere. (13)

H

1] *Fœdus. Pax.*

XL.

2] *Belli initium.*

3] *Venditio.*

4] *Judicium definitivum.*

5] *Salus.*

6] *Direptio urbis.*

7] *Crux salutis.*

8] *Ignominia.*

9] *Ignavia.*

XLI.

10] *Imperium.*

11] *Potestas honorata.*

12] *Divinitas.*

13] *Sapientia bellica.*

I Sed & solus inter Ægyptios erectus hastæ baculus pro Numine illis fuit. Unde Alexander Phereus hastam qua Polyphranem avunculum suum interemerat, corollis appensis consecravit, eique tanquam Deo rem divinam fecit. (1) Et Ceneus, quem ex femina in virum transisse memorant, per hastam suam comites jurare voluit. (2) Et fortasse iccirco etiam nova Nupta olim hasta cælibari; quæ cæsi hostis corpori immersa fuisset, comi debuit, ut sub Deorum tutelam & viri fortis imperium, pares ipsa datura liberos reciperetur. (3) *Vide Plut.* l. 42. c. 26. &c.

1) *Superstitio.*

2] *Fides jurata.*

3] *Fœmina Deo & viro subdita.*

XLII. *IANVA* priscis sacra, de qua ita Tertul. in lib. de Idololat. *Certi*, inquit, *esse debemus, etiam ostiorum Deos apud Rom. Cardeam à Cardinibus appellatam, & Forculum à foribus, & Limentinum à limine, & ipsum Ianum à janua* Hinc singularis honor & liminibus habitus, quibus sæpè pangebant oscula, (4) ad quæ offendere omninosum, non tangere præ veneratione religiosum: & januis intra quas Pythagoricis & Ægyptiis loqui nefas, quòd sentirent Deos silentio colendos esse. (5) Et postibus quos sæpè coronare, amplecti, osculari soliti. Unde novæ nuptæ postes domus maritalis ornare vittis laneis, & lupino, ut Plin. adipe inungere solitæ. Hinc Juno Unxia & ipsæ Uxores dictæ. (6) Nec limen tangebant, sed aliorum manibus transferebantur, ut limen templi Dagon, postquam ab arca prostrati manus Dei, in illo repertæ fuissent, ab Azotiis non calcabatur. 1. Reg. 5. Et jure domus aditus exitusque hominum tanta religione consecratus fuit. (7) Nobis tamen omnium loco Crux, aut nomen JESU placere visum. Et ipsum nunc anni ingressum Januarium scilicet Christus circumcisus primo die nomine ac sanguine suo consecravit. (8)

4) *Veneratio Deorum.*

5] *Silentio Deus colendus.*

6] *Nuptarum religio.*

7] *Memoria Dei perpetua.*

8] *Principium à Deo sit.*

XLIII. *IDOLVM* est imago Dei falsi, quæ erigi primùm magnæ virtutis hominibus honoris causa cœpit, ut Lactantius notavit, deinde in idololatriam deflexit. Ut denique in veri Dei ignorantiam deflectentibus hominibus, cùm ratio Deum aliquem doceret esse, quidlibet pro Deo penè esse cœperit, Dæmonibus suis oraculis respon-

I

responsisque seseper hæc signa pro Deo ingerentibus, ita (ut in plurimis quædam tantùm ex S. literis delibem) *Adramelech* idolum Sephatvaim, speciem Pavonis (1) aut Muli habuit. (2) 4. Reg 17. 31 *Anamelech* verò Equi, (3) aut Phasiani *ib. Asima* idolum Hemathæorum Hirci silvestris. (4) *ib. v.* 30. *Astharot* Sidoniorum effigiem ovis. 4. Reg. 23. 13. *Dagon* idolum Philistinorum piscis formam inferne, superne Virginis referebat. (5) Jud. 16. 23. 10. *Gad* idolum Martis, aut Fortunæ (6) Esa. 65. 11. Herculi sacrificatum à Tyriis est 2. Mach. 4. 19. *Nesroch.* idolum serpentis æneï, (7) comminutum ab Ezechia 4. Reg. 19. 18. *Nergel* Gallina silvestris (8) idolum Cuthæorum. 4. Reg. 17. v. 13. *Remphan* sidus erat, (9) cujus S. Stephanus meminit Act. 7. v. 47. Idolum Israelitarum vitulus aureus (10) in deserto Exod. 32. v. 4. Talis etiam in Bethel fuit 3 Reg. 12. 29. Egregia universè hæc idea hominum est diversis vitiis addictorum, cum Deus superborum Pavo sit, luxuriosorum Hircus, dissolutorum Vitulus &c.

1 [*Superbia*
2) *Stultitiæ*
3 (*Arrogantia.*
4] *Luxuria.*
5) *Stupiditas.*
6] *Inconstantia.*

XLIV.

7] *Fallacia.*
8] *Gula.*
9) *Vana gloria.*
10) *Petulantia.*

Præclaro olim edicto Miecislaus Rex Poloniæ recens Christo initiatus statuit, ut septima Martii die regnicolæ, confractis ubique idolis, sacro se baptismo hoc facinore dignos redderent. Unde etiamnum in majori Polonia quotannis pueri Dominica ante *Lætare* idoli imagine formata, perque vicos circumlata, tandem eam paludi, & aquis immergunt, repentè dilapsi. (11) ut *Theat urbium tom. 7. de Posnania.* Haud dissimile facinus Alphonsi Congi Regis hac ætate à Lusitanis conversi fuit, qui cum resistentem in idololatria fratrem bello profligasset, mandavit incolis, ut ad locum prælii Deorum suorum conferrent statuas, quibus deinde in cumulum congestis ignem subjecit. *Vt Lopez Ind. Orient.* p. 1. l. 2. c. 3. Theophylus Alex. Episcopus, Deorum ærea simulacra sub Theodosio Imp. in jebetes aliaque utensilia transfundi curavit, (12) largitusque eos pauperibus, Deos hos verè docuit benefacere, (13) *Socr. l. 5. hist. c. 17.*

11] *Idololatria proscripta,*
12) *Dii utiles facti.*
13] *Benefacere.*

XLV.

IMAGO ad Dei hominumque memoriam conservan-

servandam reperta, omni ævo frequens fuit. At Ægyptiis tum in Diis per ibidem, Crocodilum, Simiam, Vitulum ve repræsentandis stultè perversi, (1) quàm in templis ingeniosè magnificeque excitandis spectabiles fuere. Nulla verò Lycurgo Lacedæm. legislatori vel ficta, vel picta Deorum imago placuit; quòd Deo negaret hominum aut ferarum speciem tribuendam esse, ut *Alex.* l. 2. c. 22. Et, ut habet, l. 4. c. 17. Judæi mente sola unum Numen colunt, ideò nulla simulacra, non modò in templis, sed ne in urbibus insunt. Germani quoque nullam humani oris speciem Diis, præ eorum magnitudine dedecuit; nec templa dicarunt, sed lucos & nemora Deorum nominibus appellant. Hæc ille, sed ex historia Caroli M. Saxones debellantis constat Martis apud illos simulacrum in honore fuisse.

1] *Religio stulta.*

2] *Deum sibi devincere.*

Cæterum gentes pleræque variis suorum Deorum imagines symbolis exornarunt. ut *Alex. ib.* c. 12. Ita Romani Saturni effigiem laneo vinculo adstrictam toto anno tenebant, (2) quo tamen diebus saturnalium exolverent, ut tarditas illius in motu ac productione rerum ex semine signaretur (3) Ægyptii Soli, tanquam maximo Deorum & omnia videnti, sceptrum in apice oculatum dedêre. (4) Elei Venerem hirco insidentem, & pede altero testudinem premente effinxêre, quòd tardè à semel occupatis animis cedat. (5) Pygalienses habitu mulieris in petra jacentis capite & juba equina: quod animosa & crebrior Venus hærè tanquam petra, sit sterilis. (6) Hercules apud Celtas decrepiti senis specie capite incompto, pelle rugosâ, dextra clavum, sinistra arcum tenens, multos catenis vinctos trahebat, quod virili fortitudine & sapientia senili plerosque mortales vicerit. (7) In Cypro Venus barbata virili specie & habitu muliebri: quòd etiam viros in feminas degenerare faciat. (8) Apud Tussas in Ægypto eadem cornibus bubulis effingebatur: quòd ferox illius esset impetus, (9) Olympii Jovis in Attica os ex ebore auroque constat, reliquum corpus ex luto & gypso, supra cujus caput Horæ & Parcæ visuntur, quæ est quædam Dei & hominis imago, cui vitæ mortisque judicium est creditum. (10) Matris Deum simulacrum, sua materia ac

3] *Profice-re senesim.*

4) *Deus omnia videns.*

5] *Libido tenax.*

6] *Venus indomita, sapè sterilis est.*

XLVI.

7] *Fortitudo juncta sapientiæ vincit*

8) *Libido degeneres facit.*

9] *Venus ferox.*

10] *Deus homo judicabit.*

ac specie dignosci non poterat, velut quædam Deiparæ præfiguratio. (1) Boni eventus species erat pauperis habitu, dextrâ pateram, sinistrâ spicam tenens; quod felicitas maximè inter homines miseros beet. (2) Divitiarum Deus Spartæ & cæci, & jacentis facie colebatur. (3) Justitia apud Ægyptios sine capite fuit; quòd sine respectu personatum esse debeat. (4) Dionysii seu Bacchi forma una barbari, altera cornuti, tertia adolescentis visebatur; quod alii ex vino sapiant, ut viri; alii sæviant, alii denique læti ac lepidi reddantur. (5) Mirumque quod de Memnonis statua proditur, hanc ut primum matutinis solis radiis illustratur, æris tinnitu speciem præbere loquentis. (6) Serapidis in Ægypto templum ita extructum erat, ut sol oriens os & labia illustraret, an quod aurora Musis & eloquentiæ amica? aut quod Deus per ortum solis nos alloqui & provocare ad laborandum videatur. (7) Ægyptii & Phœnices Diis singulas alas dedere singulis, ut & celeres esse significarent, & tamen à se nunquam, unà scilicet alâ, discedere. (8) Saturno temporibus quatuor præfecto, alæ datæ quatuor, sed remissæ binæ, oculique totidem, duo apetti, clausi duo: ut signarent, & in vigilia connivere, & in somno vigilare. (9) Illud mirum quod Rhodi supra 73 mil. signorum, nec pauciora Athenis Delphis atque Olympiæ fuerint: Romæ verò tantum statuarum, ut alter populus lapideus videretur.

Domi quoque, ut *tradit Ael. l. 3. c. 7. ante fin.* & in loco celebri defunctorum imagines in memoriam posteritatis, plerumque cereæ, aut marmoreæ, aut æneæ, publico decreto erectæ sunt. Quod & apud Lacedæmonios usurparum, statuis aut columnis res gestas insculptas præferentibus. (10) Et has ut *lib. 5. c. 14. memorat*, per atria domorum dispositas, summo honore festis præsertim diebus venerabantur, laureis sertis floribusque adhibitis, in exequialibus etiam pompis præferebant, ut luctum hoc familiæ decore solarentur, alioque exemplis rectè factorum provocarent. (11) Sed, & in his ad vivum repræsentandis laboratum est, fuêre-

I

1] *Deiparæ*
2) *Felix inops.*
3] *Avarus cæcutit.*
XLVII.
4) *Iustitia sine respectu est.*
5) *Vini in ebriis effectus aversi.*
6) *Mane Deus venerandus.*
7) *Aurora labori favet.*
8] *Deus semper præsens.*
XLVIII.
9) *Deus ubique vigil adest.*
10) *Memoria posteritatis.*
11) *Exemplaria virtutum.*

fuêreque & olim & nunc magno in pretio, quoquot propius ad vitam quâ pingendo, quâ sculpendo accederent. Vide infra *de statuis*.

1 XLIX.

INCVS in fabrili officina res nota est, figura illius quadra firmitatem, (1) & sub crebris ictibus malleorum vis resistendi durationem & constantiam (2) in malis incumbentibus designat. Unde & proverbium illud in undique pressos est, *malleum inter & incudem versari*. Fabula autem Homeri, quâ Jovem suspensæ ex aureo funè Junoni duas ex pedibus incudes appendisse memorat, aliud nihil est, quàm quod aerem igni proximum infernè terra & aqua docet coarctari. (3) Vide *Pier.* l. 48. c. 3.

1) *Patientia.*

2] *Constantia.*

3] *Aer inter ignem & aquam pressus.*

IVGVM, inter vinculotum genera, illud est, quod bobus imponi solet, in aratro aut curru copulandis. Unde conjugali conjunctioni symbolicè, (4) aut etiam servituti alteri, seu corporeæ sub Principe, Domino, vel legibus, (5) seu spirituali sub carne, mundo, Dæmone, vel Deo in religione aptati solet. Leoni X. Pont. Max. hoc symbolum placuit cum Vigiliano hemistichio Æneid. l. 5. *Superanda omnis fortuna ferendo est*. quo seculare hujus vitæ jugum respexit, alterum deinde Christi jugum respiciens, inscripsit, ex sacro textu, *suave*, ex ipsius dicto: *jugum meum suave est*.

4] *Conjugium.*

5) *Servitus.*

L.

LAQVEVS ad captandum stringendumque factus, non hominibus tantùm; sed & Diis olim varia significatione adhibitus est. (6) quos Cupido explicat amorem, (7) quos Plutus avaritiam, (8) quos Diana venationem, (9) quos Minerva eloquentiæ vim designat. (10) Sed & ipsi Dii vincti Mars, ut Pausanias, à Lacedæmoniis, vel quod illum sibi poscerent adjutorem perpetuò devinctum: (11) vel quod etiam ipso constricto, pacem. (12) Sic & Venerem Tyndarus ob seductas ab ea filias in vincula conjecisse fertur, (13) ut continentius illâ constrictâ viverent. Quòd casto dictum sit: *Compedibus Venerem, vinclis constringe Lycum*. Idque à Laconibus etiam factitatum est, quod conjugum venerem intra unum torum adstringendam, (14) ut vult Pausanias, censerent. Arcades suos etiam

6] *Captivitas.*

7] *Amor.*

8] *Avaritia.*

9] *Venatio.*

10) *Eloquentia.*

11] *Bellicosus.*

12] *Pax.*

13] *Continentia.*

LI.

14] *Castitas conjugalis.*

Deos

Deos vinxerant. Minervam pede obligaverant: tanquam quæ à Teuthi Deo suo læsa fuisset, dum hunc ad Græcos in bello Trojano studuisset abducere. (1) Nunquam igitur huic populo amica fuit. Dianam quoque offendetunt, cum pueri Arcadum juxta simulacrum ludentes repertum funem ejus collo injecerint, joco dictantes, se Deam suspendisse, (2) quos Caphyatæ, ubi id factum parratum, lapidibus obruerunt, institutis quotannis sacrificiis, cum uxores eorum abortirent. Et Dædali statuis, ob artificium operis, tanquam abituris nisi adstringerentur, vincula injici solebant. (3) Cetera laquei occultati dolorem indicant, (4) querente David. *laqueum paraverunt pedibus meis.* Sed & laqueo supplices ad misericordiam obtinendam usos legimus, (5) ut cives Gandavenses Carolo V, supplices accidere, venia defectionis impetratâ.

1] *Minerva invita.*

2] *Numen irrisum.*

3] *Artificiosum opus.*

4] *Dolus.*

5] *Confessio supplex.*

LVCERNA in conviviis cubiculisque ad servandum lumen adhiberi consuevit. in qua candela, vel cera corporis, ignis vitæ, sensim corpus consumentis, symbolum est. (6) Ex hac aliam succendere, vitam, vel corporalem in prole, vel spiritualem in aliorum animis propagare est. (7) Lumen quoque alterius honori, ut Deo Sanctisque in templo ad aram succendere, est veluti suam illis vitâ dedicare. (8) Sic Græcis Φῶς tam vitam nostram, quàm lumen significat. Unde Hercules in Italiam veniens Saturni & Ditis sacra humanis fieri victimis solita mutavit, Deosque, ex oraculo quod ferebatur, non vitam, sed lumina poscere monuit. Hinc & Saturnalia lampadibus succensis instituta sunt. Eandem immanitatem humanis victimis sacrificandi, Lycurgus apud Lacones alio invento subvertit, jussitque ephebos flagris ad sanguinis profusionem usque ante aram Dianæ cædi: monens, aliud Deæ oraculo non postulatum, quàm ut ara humano tingeretur sanguine. (9) Stultè huic sacrificio addicti Carthaginenses ab Agathocle Siciliæ Tyranno pressi ducentos ex nobilissimis adolescentibus publicè immolarunt. (10) Ceterum ignis, ut inter elementa clarissimus, ita heroes nominis gloria illustres qualis S. Baptista, lucerna dictus, &

LII.

6] *Homo vivendo consumitur.*

7] *Propagare vitam.*

8) *Vitam suam dedicare.*

9) *Sacrificium factole lutare & pium.*

10] *Sacrificium impium.*

Docto-

L LIII.

Doctores doctrina & sapientia eximii, Apostoli gentium instructores, aliique familiam suam luce virtutum factorumque illustrantes. (1) Est & laboris insigne lucerna. hinc Cleanthis, Demosthenis, & Epicteti lucernæ, etiam proverbio, celebratæ sunt. (2) Nec minus pietati, quin & majestati, divinitati atque æternitati designandæ servit. Nam cum sursum feratur, velut in pietate animus, Deum spectat. & Persarum Regibus prælatus, majestatem designabat, (3) & in ara perpetuo alimento à Vestalibus enutritus, tam divinitatem (4) quàm æternitatem, quod crederent cum igne nunquam extincto perpetuum quoque fore Rom. imperium. Augures Sacerdotes, si in medio tranquilloque aere inconcusso starent lumine, boni ominis loco erat. Talis est, qui à suis affectibus non concutitur animus. (5) Vide Pier. l. 46. c. 5. &c. Memorat Strabo l. 9. Tægæ in Arcadia templum Veneris esse, atque in illo sub dio, parenti expositam æteri lucernam, quæ nullis ventorum flatibus pluviisque extingui potuerit; unde lychnus asbestus, seu lucerna inextinguibilis sit appellata, signum animi fortis atque inter adversitates inconcussi. (6)

1] *Doctrina aut virtute illustris.*

2] *Labor. Studium.*

3] *Majestas.*

4] *Divinitas.*

5] *Tranquillus animus.*

6] *Constans in adversis.*

LIV

LYDI'S, & Lusoria instrumenta, ex arte varia sunt. A Lydis Herod l. 1. Ludos ducit, quos, ait, ut sub Atys Rege asperrimam famem fallerent, diem unum ludendo traducere solitos, (7) altero verò comedisse ac laborasse. Latrunculis primùm Penelopes procos lusisse Athen l. 1. refert, calculos inter se oppositos; velut in pugnam educendo, uno Penelopes nomine dicto, quem qui caperet, victor haberetur. Ostracorum, seu testæ mittendæ ad lineam certam lusus, veteribus; præcipuè pueris placuit ex quibus victi fugiebant, primusque ex victis captus Asinus dicebatur, qui projiciebat testam, ut Plato l. 7. de rep. hæc testa altera parte nigra referebat noctem: altera candida diem. Unde projiciens dicebat: *nox* vel *dies* (8) Sphæræ lusus apud Græcos etiam frequens, quâ, qui vicisset, Rex, victus, Asinus dictus, alterius mandata exequebatur. Pilæ seu folliculo, tam Romani, quàm Græci assuevêre. hac juventus

7] *Otiosi cibo indigni.*

8] *Adversa prosperis juncta.*

venrus in campo Martio, & ipſe Auguſtus Cæſar frequenter exercitatus eſt, ut *Suet in vita*. Baliſta & arcu hodiedum exercete ſeſe etiam Græcis Turciſque uſitatum; non tam ut ſcopum tangant, quàm ut integros parietes telo penetrent. ( ) Ludebant & pila æneâ, quâ vicit, qui maximum jaciendo ſpatium emenſus eſt. Diſci quoque jactu certam ferire propius metam, vincere erat. (2) In teſſerarum luſu, quæ ſexangulares erant, & ternæ olim jaciebantur, ter ſex jacere, fœliciſſimus erat jactus, qui venus dicebatur; tres verò ſolùm, infœliciſſimus, canis nomine. Talus, ſeu aſtragalus Græcis, differebat, quod duo latera rotundiora haberet, quibus non incumberet. Unde quaternario talorum numero hoc damnum penſabant. Eratque in his Venus, ſi ſinguli diverſam jacentes faciem oſtenderent. (3) Sed hi luſus, tanquam fortuiti ſolùm, ſub aleæ nomine vetiti fuêre. Cererùm Claudium Imp his addictum luſibus refert *Alex* l.3.c.21. etiam luſorium opus conſcripſiſſe. Aliter tamen Scipio Africanus, conchas maris legendo remiſit curas. Attalus Rex hortum pro deliciis coluit, nonnunquam fundendis ſtatuis ocium occupavit. (4) Memoratur Alexander Severus per dies feſtos perdicum & catulorum pugnâ ſe oblectaſſe: & Amaſis Ægypti Rex, poſt ſeria, morionem egiſſe; & magnus ille Ageſilaus cum infante filio arundinem aſcendiſſe. (5) Eutropus Macedoniæ Rex in ocio lucernas fabricavit, & Dionyſius junior cura belli ſolutus plauſtella, menſas, & ſedes, mirâ arte compinxit. (6) Plura ejus generis lege apud Alex. l.c.

1] *Exercitium militare.*

2] *Ludo victor.*

LV.

3) *Luſus fortunatus.*

4) *Otium honeſtum. Remiſſio in agendo.*

5 *Inſanire in loco.*

6] *Otium in labore.*

LYRA cui Chelys cithara aliaque chordis tenſa inſtrumenta ſymbolico ſignificatu poſſunt ſociari. De his aliiſque muſicis inſtrumentis ita Alex. l.2.c.25. in fine. *Iones pſallendi normam, & molles ſaltus primi invenisse traduntur. Itaque ingenuos pueros etiam Senatorum filios, ſchola greſſos ad ludum ſaltatorium frequentes commeare, & cum crotalis, nervorumque ac tibiarum cantibus, ad numerum certo motu, pſallere antiqua diſciplina fuit* (7) *Quod apud Græcos, Perſas, atque Indos exquiſita artis fuiſſe, Homero teſte probatur. Quare Epa-*

LVI.

7] *Educatio levis.*

minondas, & saltasse, & cantasse dicitur probè. Quæ etiam per genera & modos distinxere. Vt podismus & siphismus modus, comus & tetracomus in hostium compressu fierent. (1) Ascoliasmus verò Baccho dicatus erat, ubi in theatro super utres obunctos uno pede saltant. Cantus & saltatio, Homero teste, convivii appendices sunt. Appius quoque Claudius vir triumphalis, & Gabinius, M. Cæcilius, & Licinius Crassus optimè saltare gloriæ duxerunt, sicut & fidibus sonare. (2) In tantumque honoris culmen apud Veteres Musica processit, ut illam sacru & publicis cæremoniis adhiberent, cùm in Deorum pulvinaribus & epulis, magistratuum fides præcinerent. Et apud Græcos iidem Musici Vates & Sapientes erant: apud quos posita canam circumferebatur Lyra, quam cum recusasset Themistocles, ut indoctior habitus, Cimonque & Epaminundas quod fidibus scirent, antelati fuere. Canebant etiam veteres ad tibiam clarorum virorum laudes & virtutes, tametsi principibus hoc fuerit probro datum. (3) Quare verbum Philippi fertur in Alexandrum, debere ipsum pudere, quod tam pulchrè caneret: Scipio Æmilianus Rom. juventuti, quòd in ludum histrionum ingenui pueri venirent, & cum sambuco & psalterio canerent & psallerent: & Cicero Gabinio consuli studium saltandi, ut probrum, objectavit. Id quod Ægyptiis severa fuit lege inhibitum, apud quos pueri, nec palæstra vacant, nec musica. Quod de Alcibiade proditur, qui musicam tanquam ingenuo indignam odio prosecutus fuit. (4) Contra Pythagorei: nam tanti musicam fecere, ut excitarentur ad lyram, & quietem capturi sono invitarentur. Græci inventorem lyræ & musicæ faciunt Mercurium, Hebræi Tubalem. Illi primùm in tres solum tonos acutum, medium, & gravem: uti annum in tres partes respondentes, æstatem, ver, & hiemem, distribuerant. quod ut medius tonus ab utroque, sic ver quoque ex calore & frigore participet. quibus nos, ut in anno autumnum, ita in tonis adjecimus tenorem. (5) Ceterum septem vocum discrimina, jam olim celebrata sunt, ternatio numero. (6) (qui in hominis anima tres ejus facultates repræsentat) cum quaternario (7) (qui corporis elementis respondet) sociato

1] Pugnare per saltum. Affectuum incitatio.

2] Remissio opportuna.

LVII.

3) Non omnia conveniunt omnibus.

4] Affectus diversi.

5] Annus.

6] Animus.

7] Corpus.

sociato. Quare Phrynis cum novenis Chordis in lyra, (1) quasi totidem Musis ornate musicam statuisset, Timerepis Ephorus Lacedæm. duas bipenni chordas excindens, inquit, *musicam ne depraves.* Habet autem illa chordarum hebdomas magnam cum hominis natura, & varietate congruentiam, (2) siquidem ille ut Piet. l. 48. de Lyra c. 11. notavit, septima in utero hebdomade mas aut femina formatur: septima post partum hora manifestum vitæ aut mortis argumentum adfert. post bis septem dies manifestum habet luminis indicium. Septimo mense dentes pullulant, post bis septem tutò sedet, post ter septem articulatè verba format, post quater septem incessum. post annos septem novis dentibus os vocemque firmat. post alterum septenarium pubescit, post tertium finem crescendi facit, & lanuginem spargit, quarto solidum robur assequitur. Quinto jam nuptiis à Platone habetur idoneus. Sextus rebus prudenter administrandis. Septimo intellectus judiciumque proficit, deficit corpus: quare olim hoc tempore à militia ad temp. donati rude, transire solebant. Est igitur humanæ vitæ septichordis lyra symbolum. Unde & Amphion, qui lyræ cantu (3) homines agrestes socians, ad Thebarum muros portasque excitandas commovit, septem has esse voluit. Sic & Orpheo feros homines cantu demulcentis adhæsit fabula, quasi feras arboresque, ut Amphion lapides, cantu movisset. (4) Meritò igitur, disciplinæ civili, concordiæque paci amorisque sive in matrimonio & familia, sive in urbe aut regno, sive in uno eodemque homine affectibus inter se compositis subordinatisque, sicut in lyræ aut citharæ fidibus convenit, hæc ludendi instrumenta symbolicè adhibentur. Sed Alexandrum *Plutarchus* ait oblatam sibi Paridis lyram recusasse, quod illecebras has esse amatorios & forti viro indignas censeret. (5)

M

1) *Musa novem.*

2] *Homo: Vita humana.*

LVIII.

3] *Affectuum moderatio.*

4] *Disciplina. Concordia. Pax. Amor.*

5] *Amatoria illecebra.*

LIX.

MENSÆ primum ex acere, fraxino, aut quercu, denique ex citro, ebore, ac testudinum corticibus vestitæ fuêre. Tori etiam, seu reclinatoria mensis ap

M

1] *Luxus.*

posita strammei vimineque primùm, postea ex ærè auro gemmisque fulsêre. (1) Heliogabalus præter hæc argenteas esse mensas voluit. Sic & in apparatu ciborum, à summa tenuitate ad supremum luxum Romani processêre. Primò apparatus totus puls erat, quæ etiam panis vicem implebat. In solemni epulo mensæ duæ, altera carnium sine omni condimento, altera pomorum, & hic apparatus finitus. (2) Prandium & cæna in propatulo erant, quæ in secreto agere ignominiæ deputatum est (3) quod apud Lacones Lycurgus etiam lege caverat: nisi hiems foeum requireret. Ovum cum melle initium mensæ erat, mel cum pomis claudebat. (4) Græcis in fine linguas igne tostas, velut autoramentum colloquii subsequentis dare usitatum. (5) Platonis bellaria fuere ficus, cicer, faba, myrti baccæ, & ex fago glans prunis tosta. Epicurus, ut *Alex.* l. 3. c. 11. voluptatis assertor, hanc in tenui magis victu, aqua polentâ & pane hordeaceo victitans, quàm lautitiis censuit occupandam. (6) Philinus non nisi lacte. Moschus Antimolus solis caseis vesci solitus est. Idem lib 5. c. 22. tradit, quod, ut gulam falleret, Heliogabulus parasitis in secunda mensa quandoque cereas dapes, lignea vel eburna, sæpè fictilia, aut marmorea exhibens illuserit. (7) Ad convivia non pauciores olim tribus, nec plures, quàm novem, intra Charitum & Musarum numerum, adhibeti vulgò consueverant. L. Verus Imper. primus cum 12. accubuisse fertur. In symposio Platonis octo conveniunt & 20. Carmani convivæ seorsim suis in mensis erant singuli, ut cum hodie Imperator & Electores solemni epulo considerent. Cretensibus accubantes vesci instar magni criminis erat, itaque stantes epulabantur. (8) De Terentio Varrone & Hannibale legitur, post afflictas res, stantes cænasse. Spartanis communia erant divitum pauperumque convivia, festisque diebus, quos phiditia dicebant, nigrum jus & panem igne duratum apponunt, Regique plus tantum obsoniorum est præbitum, non satietatis gratia, sed ut collato obsonio honoraret,

2] *Frugalitas.*

3] *Lucem amant ingenui.*

4] *Initium & finis.*

5] *Colloquium à mensis.*

LX.

6] *Adulatorum cibi.*

7] *Voluptas in frugalitate.*

8] *Gula non vacandum.*

LXI.

ret, quem voluisset. (1) solebantque excellentium virorum laudes, & ignavorum scelera ad lyram inter epulas has canere, quæ dicebant scolia. Par ferè ratio apud Athenienses in celebri epulo, quod syssitiam vocabant. Cretenses ejusmodi comessationes andria, Persæ titthenidia, Græci τελίαν, Syri grammatias dixêre. Ceterùm primò, ut Ælianus notat, Atheniensium communis cibus ficus: Arcadum glans: Indorum calami: Carmanorum palmæ: Mæotiorum Sautomatamque milium: Persarum cardamum ac Terebinthus. Inter epulas & pocula primùm libare Diis dapes, & benè precari convivis, prisci moris erat (2) Romani & Græci ciborum particulis, & vino in ignem conjectis libabant. Laribus sal cum pane & caseo, pro pulmentario cessit. Primum quoque calicem Jovi olympio, alterum heroibus, tertium servatori Jovi miscebant. Cum purum biberent, Jovem sospitem, ne temulentos redderet, advocabant, cum dilutum vinum Jovem Servatorem. (3) Persarum Reges ante cibum de modestia disputabant, ante sacrificium de justitia, ante bellum de fortitudine. Sed hæc instituta luxus denique corrupuit in abundantia. Festis diebus cœpere epulari coronati, corollis ipsa redimita sunt pocula, & mensarum ministri, ferculis etiam cum tibicine & cantu illatis. (4) Heliogabulus viginti duo fercula ingentium obsoniorum una cœna admisisse fertur. Caligula centies sestertiûm uno die cœnavit; nonnunquam ad ostentationem aureos panes, & obsonia apposuit, amicis velut ad Midæ cœnam invitatis. (5) Vitellius ipse helluo incomparabilis, unâ quondam à fratre cœna exceptus est, in qua duo millia lectissimorum piscium, & septem avium apposita. (6) Ipse contra patinam unam, quàm Clypeum Minervæ dixit, immenso sumptu instruxit, cui proxima Æsopi patina sexcentis sestertiis æstimata, in qua aves vocales apposuit. Sed de his aliisque vide Alex. l. 5.

M

1] *Temperantia.*

2] *Gratia Deo ubique debita.*

3] *Deus ad omnem actionem invocandus.*

4] *Luxus.*

LXII.

5] *Illusio in fame.*

6] *Gulæ servire.*

M c.22. & l.6.c.6. ubi in epulo triumphali à Jul. Cæsare uno die 22. millia triclinioru instructa fuisse regifico apparatu memorat : Tiberium etiam quandoque mille mensis cœnasse. Vide & Palæstram meam Styli lib.4 cap.37. Quibus ex Philost l.3.cap.8. adde, quod Jarchas Brachmanum Antistes mensas confecerit αὐτομάτας seipsis mobiles, ut hospitibus admissis hæ ultro jam dapibus refertæ occurrerent, in quibus pueri à Cyathis ex ære nigro fabricati adstarent, qui convivis aquam vinumque miscerent. (1) Turcæ contra mensas habent coriaceas, quæ rotundæ ansatæque, tanquam marsupia contrahi, & quovis facilè transferri possunt.

1] *Obsequium inexspectatum.*

LXIII. *MODIVS* mensuræ genus est quod quatuor Chœnices complectitur, duo & viginti sestertia, medimnum facit apud Athenienses septuplex. (1) Medimnus autem duas amphoras & 90. Sextarios parit, amphoræ dimidium urna, sextarii hemina est, vel cotyla, hæc decem unciarum erat, ut *Alex.* lib.2. cap.20. Hic plenus abundantiæ, (3) vacuus inopiæ signum est, terebratus profusionis. Lepidum hoc, quod *Philostr.* memorat, Indos modium aureum in mare demersisse, quo illud dono pacarent, modumque ponerent, ne terras devastaret (4) Sed quis est, qui *ponat mari terminos suos* præterquam Deus ? & quis mari immenso, quod modio stringi nequit, quam Deus simplicior. (5)

2] *Modus rebus adhibendus.*

3] *Abundantia.*

4] *Inopia.*

5] *Donum irritum.*

LXIV. *MONETA* sic dicta videtur, quod signo publicè impresso moneat fidem subesse metallo. (6) hujus cudendæ jus ad Principem spectat, & cui is concesserit. Abraham jam Gen.23. argentum probatæ monetæ publicæ pro sepulchro obtulit. Corrumpi potest, vel in materia impura, vel in pondere detracta, vel in forma aliena, quod facere capitale crimen est. (7) Eleganter Chrysost. Numisma Cæsaris aurum est ; numisma Dei homo. Olim apud mul-

6] *Deum homo non sapit.*

7) *Fides publica.*

multas gentes moneta, vel incognita, vel proscripta. Ita Lycurgus sua lege à Lacedæmone aurum argentumque cusum proscripsit, ferri rudis massa sufficit. (1) Massyli pecora pecuniæ loco habuêre. Britanni permutatione negotiabantur, donec nummi variis imaginum insignibus, de quibus supra lib. 3. cap. 30 usurpati sunt. In nummis *as* medium æquabat stuferum, decem asses faciebant *denarium*, vel *drachmam*, quarta pars denarii erat *sestertius* (sed mille sestertios æquabat unum *sestertium*) quatuor drachmæ unum faciebant *siclum*, sive *staterem*, aut *tetradachmum*, æquabat autem siclus agenti, quatuor regales Hispanicos: auri (quod duodecies valore majus) siclus quatuor coronatus, sive aureos francicos, qui singuli unius drachmæ censentur. Duo sicli unam faciunt *unciam*: viginti quinque sicli *minam* Atticam, seu Romanam, sexaginta Hebraicam. Sexaginta vero minæ Atticæ faciunt *talentum* Atticum, quod est dimidium Hebraici. Talentum itaque apud Hebræos continet 300. siclorum, uncias 1500. drachmarum 12. mil. minas Hebr. 60. Atticas 120, libras Rom. 125. Quare apparet qualis à Davide pro templo 1. Par. 22. 14. relictus sit thesaurus, quando centum mil. talenta auri, hoc est mille ducentos milliones aureorum Francicorum reliquit. Quæ ex *Villalpando* paucis juverit observasse. M

1] *Avaritia obniti.*

MOLA seu Molendinum, duplici lapide, velut animæ corporisque in hac vita commercia in operando exprimit. (2) Quædam autem molendina ventus, quædam aqua impellit; ut alii hominum timore, alii spe ac favore ad agendum impelluntur. Uti rursum molendina, vel nimium otium, vel nimium consumit negotium. (3) ita & hominem Durant utrobique mediocria, LXV.

2] *Corporis & animæ in operando sortietas.*

3] *Moderata durant.*

NAVES in mari (1) aliæ biremes, aliæ triremes &c. à remorum dicuntur numero & ordine, quæ & actuariæ sunt, aliæ rostratæ, seu æratæ à rostris æreis, Hippagines quibus equi feruntur. Celoces à celeritate. Prætoria dicitur præcipua, quod Prætorem excipere solita Lembi piscatorii sunt. Anacharsis percontanti, quæ naves rutissimæ essent? Respondit, quæ in sicco adhuc sunt collocatæ. Navis una Lusitana Victoria dicta est, quæ totum orbem circumeundo emensa fuerat. (2) Celebrata est navis Veneta Bucentaurus, quam ajunt per Sebastianum Zianum ducem Venet. an. 1177. ut pro pace facienda Pontificem & Fridericum Barbaross. Imper. exciperet, tanta magnitudine & elegantia fabrefactam, ut cum his Principibus universum Senatum superiori possit tabulato excipere, interque columellas à prora ad puppim auro præfulgida collocare. (3) Ad proram justitiæ simulacrum ense & bilance conspicuum eminet, purpureo opertorio funibus illagato vestitur, variis hinc inde scutis exornata de qua *Iustin* l. 14. *hist. Ven.* Sed ut hæc, ita maximæ quæque naves parum navigationi, pugnisque etiam maritimis idoneæ sunt. (4) Expetiti iidem id Veneti fuerunt, in nave maxima ac sumptuosissima, quam, Galeonem dictam, incredibili tormentorum apparatu, sex passuum millibus ab urbe contra piratas maritimos collocarunt, sed & vi ventorum & aquarum mole denique obruta undis hausta. Talem & Franciscus Rex Gall. & Angl. Henricus VIII æmulatione quadam & contentione de magnitudine, excitarunt; sed quarum utraque in undis esset intractabilis. Philippi Regis contra Elisabetham Angliæ Reginam educta classis mole sua inter tempestatem potissimum succubit. Veteres turritas in prælium naves educebant, (5) quales Antonius contra Cæsarem in Actiaca pugna, sed Cæsar coronatas, ut solebant, post victoriam naves habuit. (6) Memorabilis illa navis fuit Æotæ Regis ex Ægypto Trojam perentis, quam insulæ in modum, horris etiam ad voluptatem consitis, præter aulam triclinia & lavacra, instruxerat; sed quæ aliis minoribus, facile eluctantibus, maris ventorumque denique ludibrium & rapina fuit. (7) ut

1) *Homines in mundo jactantur.*

2) *Victor mundi.*

3) *Salus resp.*

4) *Corpus animam gravans.*

LXVI.

5) *Pugna navalis.*

6) *Victoria*

7) *Fortuna splendida sed vitrea.*

Max. Tyrius latè describit diss. 31. Ceterùm apud symbolicos velum Navis pandere, est vel laborem aggredi: (1) vel favorem ceu ventum occupare: vel pericula adire. Clavum tenere, est moderari ac regere. [2] Est & navis in portu salutis ac felicitatis signum. Et illud quidem singulari Athenis causa, quod ob Thesei, felici navigatione Colchica perfuncti, memoriam, quotannis navem Delon Apollini munera votiva deferentem destinarent, quo tempore non licebat quenquam publicè interficere. Jam quod Ecclesia Apostolica, à naviculariis primum regi cœpta, navi comparetur, (3) longa usurpatione & vulgari constat versu:

Fluctuat, aſt nunquam mergitur iſta ratis.

1] *Laborē aggredi.*
Periclitari
2) *Regere.*
3. *Eccleſia.*

CAPUT LXXVIII.

IMAGINES ARTEFACTORUM, usque ad finem.

ORGANUM Græcis instrumentum in genere significat, sed jam usus obtinet, ut pro musico usu trepetur. Jubal autem organi & citharæ repertor dicitur Genes. 4. hoc singulariter Deo jam olim in Concilio Senonensi ut constat *tit. de decret mor. c.* 17. dedicatum fuit, ideoque profanæ ab illo cantiones proscriptæ, tibiis autem inter se minoribus majoribusque aptè congruentibus, quales diversos in Ecclesia Christi ordines hominum esse convenit. (4) est concinnatum, ita ut mutuò consonent, & servitium simul præstent atque accipiant. (5) Plerumque vento impletum, non nunquam tamen simul aqua (ut hydraulicum) resonat, ut noverimus tam in adversis, quam prosperis Deum esse laudandum (6)

4) *Diverſi in Eccleſia hominum ordines.*
5) *Concordia. Auxilium mutuum.*
6) *Deus in omni ſorte laudandus.*

OBELISCUS quadrata unius lapidis mole sen-

P

1) *Recta intentio ad Deum.*

sim in acumen desinente, ad magnam altitudinem surgebat, (1) qualis etiamnum in Circo Maximo Romæ spectatur qui 88. pedum est, à Sixto V. Pontif. Max. erutus alter erectusque in area Apostolorum an. 1587. Præter quem alii duo, alter Constantii Imper. qui fuit pedum 132. & alter pedum 82. Augusti Cæsaris, ut inscriptiones docebant, ab eodem eruti, ille in Laterano foro, hic in agro Sessoriano ante basilicam S. Crucis, utrique cruce superne insignes excitati rursum fuere. Notis hieroglyphicis ferè solent insculpi, quibus Regū vota memoriamque exprimebant, qualis ille quem superioribus annis Innocentius X Pont. ex Pamphiliis in circo agonali erexit, rarissimo notatum ejus interprete P. Athanasio Kirchero. Fuerunt hi olim obelisci digiti solis dicti, quod radiorum instar in solis honorem excitarentur. (2) Unde Augustus subacta jam Ægypto obeliscum primum in campum Martium transtulit, qui loco indicis per umbram horas in vastissima area lineis æreis per Manilium Mathem. in strato lapide distinctas, cum dierum incrementis decrementisque, designaret. (3) ut Plin. l. 36. c. 10.

2) *Honor Deo soli.*

3) *Temporis ratio habenda.*

II.

PAPYRVS in Ægypto planta est, quæ instar salicis, in locis palustribus & margine fluviorum nascitur, ex cujus foliis acu diductis membranæ scriptioni idoneæ eruebantur. Unde & nostra charta papyri nomen trahit. (4) Ex ligno, quod decem cubitorum mole excrescebat, parabantur naves. Ex cortice verò interiore, vela, stragula, funesque ac vestes: crudum quoque decoctumque ejus succum mandere (5) *Plin.* l. 13. c. 11. tradidit. Sacerdotibus etiam hinc calceos sumere usitatum. Quare hac specie arboris papyrus proposita, & antiquitatis symbolum est: (6) & victus parci, sed tamen sufficientis. Si illa quæ hodiedum in usu est charta, sine notis literarum explicetur, vel candidi & innocentis animi, rudis tamen: (8) vel indifferentis capacisque ad omnem ductum, est argumentum. Si notis signetur, (9) memoriam denotat permansuram. *M. Varro* tamen apud *Plin.* ib. testatur, ante conditam ab Alexandro Mag. Alexandriam, in palmarum foliis incogni-

4) *Fragilitas hominis.*

5) *Arte & industria proficere.*

6) *Antiquitas.*

7) *Victus.*

8) *Rudis sed docilis.*

9) *Memoria perpetua.*

ta ad

ta adhuc charta scriptitatum, deinde in quarundam arborum libris seu corticibus, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis consici cœpta, aut ceris. Pugillarium verò usum apud Homerum etiam inveniri constat.

PECTEN sive pro illo qui hominibus servit, & corrigendi errores, (1) seu turbata ordinandi, (1) comendique muliebriter est symbolum. (2) Unde parum cultis, & mollibus tribuitur. Quare viro offerre pectinem est alterutrum exprobrare. III. 1] *Errores corrigere. Ordinare turbata* 2) *Mollis educatio*

PERPENDICVLVM rectitudinem ex suo instituto designat. Quare ad amussim seu perpendiculum est rectè perfecteque fieri. (3) Si operi perfecto adhibeatur, examen denotat. 3) *Perfectio operis.*

PHARETRA apud Adamantium cor est, sagittæ consilia & cogitationes, arcus os & labia. (4) sic David Psl. 10. *paraverunt sagittas suas in pharetra* &c. *Exhaustit pharetram*, de illo dicitur, qui deficientibus argumentis & verbis hæret, ut *pharetram implere*, est argumenta confutatione colligere. (5) 4] *Cor, cogitatio & verba.* 5] *Confutare argumentis.*

PICTVRA & PICTORES olim in pretio fuêre. Hæc *tanti* ait Alex l 2. c 25. *per Graciam studii fuit, ut pueros ingenuos picturam, tanquam præcipuam libertalium artium inprimis edocerent Magistri, perpetuo interdicto, ne ad illam mancipia admitterentur: indoctusque, & omnium postremus habebatur, quisquis hujus artis nescius, aut expers foret.* (6) Apelles Cous hac arte excelluit, diligentiam jungens operi, ut illi *nulla dies* abiret *sine linea* (7) ut Plin. l. 35. c. 10. Alexandrum Mag. fulminigerum in templo Ephesinæ, pretio 20. talent. pinxit, cujus è tabula cum fulmine manus eminere viderentur, *ut diceretur, duorum Alexandrorum, alterum Philippi nullis viribus vincibilem, alterum Apellis nullo artificio imitabilē esse.* (8) Porrò Alexander ipse vetuit, ne ab alio pingeretur. Idem Apelles cum ad Regem Ptolomæum Alexandri in Asia successorem sibi alienum, per aulicum impostorem, tanquam invitatus venisset, indignanti Regi & autorem inquirenti, eum titione ex foco arrepto, ita repentè depinxit, ut Rex agnoscceret (9) Antigo- IV. 6] *Doctus.* 7] *Diligentia.* 8] *Excellētia operis.* 9] *Imitatio felix.*

1) *Vitia obtegere.*

tigonum Regem monoculum obliqua talem pictura finxit: ut & vitium lateret, & scitè expressus esset (1) Venerem Cois morienti imperfectam ex parte reliquit, sed quam nemo artificum supplere posset: ut ipsa imperfectio verteretur in gloriam. (2) Certamen illi cum aliis pictoribus, de equo aptissimè exprimendo susceptum erat: quando propositis denique palam tabulis, soli equo Apellis adhinnire equi visi sunt. (3) Protogenem celebrem in Rhodo pictorem invisens, cum domi non reperisset, arrepto in officina penicillo lineam in tabula duxit subtilissimam, reversus Protogenes Apellis manum agnovit, subjicitque lineam illâ subtiliorem, Apelles rediens seque vinci erubescens, tertio colore lineas secuit, nec reliquit subtilitati majori locum. (4) Ita digressum consecutus Protogenes omni humanitate domi excepit victus victorem, mansitque huic tabulæ inter peritos existimatio summa, inter imperitos artis nulla, quod à nuda tabula non discernerent. (5) asservata Romæ in domo Cæsaris, simul cum illa incendio correcta periit. Alexandrum Magnum Apelles in officina de coloribus picturisq; differentem monuit, ut taceret, ne pueris risui esset. (6) Protogenem casus juvit, cum spumam canis (quem Jasylo seu Baccho suo, septem annis elaborato addiderat) frustra diu conatus esset penicillo exprimere, tandem indignans impacta in os spongia, ceu deletutus laborem, scitissimè expressit. (7) Similis & Neoclem successus in spuma equi spongiâ impactâ secutus dicitur. Propter hunc Jasylum Rhodo, quam occupare vi poterat, Demetrius Rex pepercit, (8) quando & ipsum Protogenem ante muros in suburbano Rex pingentem deprehendens, quæsivit: Quâ fiduciâ veniente hoste subsitisset? ipso respondente: Scire se Regi bellum cum Rhodiis, non cum his artibus susceptum esse. Hæc *Plin.* l. c; quibus *Strabo* l. 14. addit, Satyrum à Protogene juxta columnam stantem omni arte studioque elaboratum, cui παρέργως perdicem in columna adjecerat, (9) quàm cùm potissimum admirarentur homines, perdices etiam aliæ occurrerent accinerentque,

2) *Defectus laudabiles.*

3) *Iudex incorruptus.*

4) *Subtilitate vinci.*

5) *Iudex imperitus.*

6) *Audere supra vires.*

7) *Fortuna sæpe juvat.*

8) *Artes venerari.*

9) *Ornatus nimius perdit.*

V.

VI.

nerentque, sustulit: ne gratiam potissimo operi minus adimeret. Idem penè Zeuxidi evenisse *Ælian.* l. 4. memorat. Puerum enim uvas portantem adumbravit, cumque in eo laborasset præcipuè, uvæ plausum tulere, quod aves, despecto quem vereri debuissent puero, ad uvas carpendas adhæresceret, (1) Helenam tantâ expresserat elegantia, ut cum omnes ad videndum properarent, nullos nisi certo persoluto pretio admitteret. Hinc picta hæc Helena Græciæ 5 cortum appellata est. (1) Sed Plin. l. 35 c. 9. tradit, eò denique opulentiæ perveniſſe, ut aureis intextum pallis literis nomen ostentarit, picturasque suas tanquam pretio inæst mabiles gratuitò tantùm munere offeret. (3) Ita Alemenam Agrigentinis, Pana Archelao obtulit. Penelopæ suæ gloriabundus subscribit: *Facilius invidere, quàm imitari est.* (4) Aliam Agrigentinis pro Junonis Laciniæ templo facturus tabulam, formosissimas tota Græcia puellas legit, ut arte naturam exprimeret. (5) Parrhasius Zeuxidis æmulus ex Epheso cum in certamen venisset, illo proferente uvas, quas aves decepræ peterent: tabulam cortinam præ se ferentem pictam obtulit, jubetigitur Zeuxis cortinam submoveri, tatus picturam latere, cumque se deceptum rei verisimilitudine videret, cessit palmam: quòd ipse aves; Parrhasius fefellisset homines. (6) Floruit & Timanthes Zeuxidis tempore, qui sphigeniam ad aras stantem, cum amicis exhibens, cum in his mœstis omnem tristitiæ imaginem consumpsisset, patris, cui excellens mœror debebatur, vultum texit, quod scitius non posset, quam tegendo exprimere. (7) Sic & Cyclopis magnitudinem in minore propositurus tabula Satyros addidit thyrso polliem ejus metientes. (8) Hæc *Plin.* cap. 10. Addit *Plutarchus in Pericle* Agatharchum id ætatis pictorem certasse cum Zeuxide, cumque is morosè tabulis perficiendis inhæreret, (9) culpanti id Agatharcho respondisse: *se pingere æternitati.*

Theon egregius quoque pingendi artifex, cùm armatum hostes invadentem expressissset pathetice exposcræ ad æstimationem picturæ tubicinem addidit, militari

p

1) *Cura minimorum.*

2] *Forma illecebrosa.*

3) *Operis boni pretium.*

4) *Inimitabile.*

5) *Exempla diversorum juvant.*

VII.

6] *Astutiâ fallere difficile.*

7 *Mœror ingens.*

8] *Christus. S. Biblia*

9) *Laborare æternitati.*

P

tari prælio aptum carmen præludente. (1) Timomachi Byzantini tabulas Ajacem & Medeam complexas Cæsar Dictator 80. talentis redemit, (2) & in templo Veneris genitricis collocavit. *Plin.* c. 11. L. Manlii musca in pariete depicta commendatur, ut quæ etiam araneos insidiantes falleret. (3) Apud hunc cum Servilius fortè cœnans animadverteret deformes filios; non similiter, inquit, Manli fingis, & pingis. (4) Non mirum, respondit ille: *nam pingo in luce, non fingo.* Macrob. in *Saturn.* Turpilius Rom. eques læva pinxit: minutis tamen tabellis excelluit *Plin.* l. 35. c. 4. Amulius Minervâ pinxit, quacunque aspiceretur aspectantem c. 10. Constantinus Imper. honori duxit, quod picturis à se laboratis victum sibi parasse posset (5) *Sigeb. in Chron.* Cteſilochi Apellis discipuli opus, petulans fuit Jupiter Bacchum inter manus obstetricum ex femore patiens. (6) *Plin.* 35. c. 11. Sic Galaton pictor Homerum finxit evomentem, reliquos verò Poetas juxta haurientes vomitum. (7) Ælian. l. 13. Cum Archelaus Rex Macedoniæ variis à Zeuxide picturis domum exornasset, variique ideirco ad has videndas proficiscerentur. Multi, inquit Socrates, domus Archelai causa Macedoniam petunt, Archelai ipsius videndi nemo, (8) *Ælian.* l. 14. Hæc ut symbolis potissimum idonea huc retuli. Plura *Plin.* l. c. daturus est.

1] *Laus propria.*
2) *Hominis pretiū.*
VIII.
3) *Fraus laudatus.*
4) *Dissimilis sui.*
5] *Labore suo vivere laudabile.*
6) *Labor indignus.*
7) *Imitari turpia.*
8) *Opus Domino melius.*

IX.

PILEVM Libertatis symbolum esse novimus. (9) Hinc apud Rom. olim donati pileo, erat libertatem accipere Græci etiamnum hoc signo nobilitatem profitentur. (10) Et fortè hinc mos fluxit, ut Magistri Doctoresque pileo ornentur. Olim tamen in sacris, ludis, saturnalibus, & militia moris fuit plerisque pileatos incedere, quod illa non nisi ingenuos liberosque decerent. Unde & Sacerdotes pileati erant. Peregrinis ægris, senibusque id commodi gratia indultum fuit. Servi dum pileum sumerent, pilus capitis emancipandi, radendus erat. In labaris Theodosianis semivir eminens, dextrâ lorum, velut ad captivitatem, sinistrâ pileum, tanquam ad libertatem provocans, ostentabat. Brutus cum Cassio occiso Jul. Cæsare pugiones duos, medio

9) *Libertas*
10] *Nobilitas.*

cum

cum pileo in numis proponebant.(1) unius cædem libertatem partam statuentes. Apud Garamantas ut *Pier.* l. 40. c. 12. sine margine pilei, ex struthionum ovis dissectis, ideoque ex singulis bini conficiuntur, quo tegumento exultant. (2) Janizari Turcarum, pro galea tegumento capitis utuntur laneo, ita densis arctatisque filis stricto, ut acinaci sit impervium.

POCVLA ad potum reperta, pro quibus nuda manus sufficit Diogeni abjecto vasculo, quando sic vidit puerum bibentem, (3) sufficit & Regibus militibusque sæpè in necessitate, ut & Neroni in fuga turbidam hautiente. (4) Cornibus multos pro poculis usos supra docui. Philostratus in Apoll. l. 3. c. 1. memorat juxta Phasidem fluvium reperiri asinos, qui unum in fronte cornu gerant quo cum elephantis audeant congredi, ex hoc pocula confici adversus venena, ceteroſque morbos, eo, quo quis hinc biberit, die valitura (5) Struthionum quoque ova teste *Plin.* l. 10. c. 1. apta poculis eboris speciem referunt. Ex variis deinde lignis usitata, in quibus illud hederaceis est proprium, quod hydropolas vino aquam miscentes prodant, cum, ut Cato de re rust. c. 10. observat, vinum aquæ consortium fugiens per poros, aquâ densiore remanente, expiret. (6) Ceterum in usu pretioque olim habita, quod ebrietati suo frigore resisterent. Confecta ex taxo pocula, vinum quantumvis suave & salubre inficiunt. (7) ut Plin. l. 35. c. 2. notavit. Posthæc ad figlina, murrhina (nos Porcellana dicimus) vitrea, crystallina, per omnem formam, & sæpe obscenam, ducta, postremò & argentea aureaque & ingentis sæpè capacitatis pocula deventum est, quæ Germani nonnulli in sanitatem cujusquam propinata, nefas ducunt, etiam cum propriæ sanitatis periculo, resipuere. Quæ lex est podagrâ chiragrâque dignissima. Lutherus, ut non illepidus ita strenuus compotator, vitrum decumanum ac celebre habuit, quod triplici corona distinctum Catechismum suum convivali joco, in orationem dominicam, symbolum fidei & decem præcepta distinctum, nuncupabat. Hoc fidelibus omnibus hospitibus hauriendum esse dicebat, ipse exemplo ante-

P

1] *Vi libertatem quærere.*

2] *Tegendum magis caput, quàm ornandũ.*

X.

3) *Natura pauca sufficiunt.*

4) *Sitis condimentum.*

5) *Calix Eucharisticus.*

6] *Conscientia bona Syncerum judicium.*

7] *Societas infecta inficit.*

XI.

8] *Pro & contra sanitatem.*

1] *Fides Lutheri.*

antegressus. (1) Quod si quib. ad primum alterumque annulum hærere contingeret, hos symbolum aut præcepta capere posse negabat. Magni me hospitalisque quondam viri mensam peregrinum accedere memini, quando pro salute argenteus crater allatus est, quem cum mensa non posset capere, juxta me in solo constitutus humeros propemodum sedentis æquabat. Capacitatem tamen tenuiori scypho inserto arctabat. Vix utroque annisus brachio sine ministri ope ad os levabam. Humanitas hæc erat offerentis præcipua, quod pro libertate hauritem. (2) Numerus bibendi ternarius olim celebris pro numero Gratiarum quem Augusto Cæsari usitatum scribit *Sueton.* ubi largius se invitarent, ter tria, pro numero Musarum, placebant. Erat enim impar numerus bene ominatus. Unde Ausonius.

2 *Hospitalitas Germani.*

Ter bibe, vel toties ternos sic mystica lex est. (3)

3) *Religio potantium* XII.

Solebant & Veteres Græcorum tres in mensa crateres statuere, Mercurio primum, alterum Gratiis, tertium Jovi servatori sacrum. (4) Rati exempli mos Scytharum fuit, quibus inter pocula craniis humanis uti placuit (5) Ruthenorum Princeps Svatoslaus *ut Sigism. Baro de rebus Mosc.* memorat, Curetis Piczenigorum Principis ab se interfecti cranium, auro circumdatum, pro cratere habuit, cum inscriptione: *quærendo aliena, amisit propria.* (6) Elisabetha Angliæ Regina seculo proximo Essexiæ Comitis à se interfecti cranium exhibu Bironio legato Henrici IV. Gall. Regis, cum admonitione, caveret exemplum. (7) Non cavit: nam haud multò post proditionis suspectus pari sorte occubuit. Uterque aulicorum facilè princeps. Juvat & inter pocula regalesque dapes mortis venturæ memoriam non deponere. Et Athenienses in populo reis cicutam offerebant. (8) Talis calix patientis Christi.

4) *Pitas potantium*

5] *Mors in epulis quoque.*

6) *Memoria vindicta.*

7] *Exemplum pœna.*

8) *Calix fatalis.* XIII.

PYRAMIS à græco πῦρ, hoc est, igni sic dicta, quod in modum ignis sensim in acumen ascendendo desinat, argumentum rerum creatarum unum Deum

tanquam

tanquam finem principiumque rerum spectantium. (1) Est & durationi sua quoddam immortalitatis symbolum. Quare Ægyptiorum Reges his, immensa lapidum mole surgentibus, quales etiamnum tres præcipuæ magnitudinis juxta Cayrum metropolim visuntur, post mortem se condi voluêre. (2) Bellonius ipse oculatus testis l. 2. observ. c. 42. unam illic tantæ molis esse asserit, ut si quis sagittarius per extrinsecos ejus gradus in apicem (aliquot hominum capacem) enixus, sagittam omni contentione vibret, hæc extra pedum ejus non concidat. Singula illius latera, quæ sunt quatuor, in basi 324. passus continent. Ducentos & 50. in altum gradus, quorum singuli quinque pedum essent, numerabat. In hujus medio, quod per angustum patebat aditum, quadratum aliquod cubile, pro recipiendo defuncti cadavere repertum, vacabat, in quo, licet cedriâ & nitro condita essent mortuorum corpora, sensim tamen evanuerunt, in cineres dissoluta. (3) ut jam nil nisi moles inanis sit.

QVADRATVM stabilem, quocunque vertas ex figura, locum occupat. (4) Unde qui fortunam olim volubili in globo, Sapientiam in quadrato locabant; quod illam mobilem, hanc inconcussam sentirent. Quin Mercurium Sapientiæ magistrum quadrati lapidis figura expressum Hermetem vocabant. Apud Arcadas ipse Jupiter Deorum supremus hac formâ expressus; ob constantem sententiam placuit. (5) Virum rectum probumque Arist. l. 1. Eth τετράγωνον quadratum appellavit. (6) Placuisse hanc formam Alexandro VII, Pont. Max. legato quondam ad pacem Monasterii generalem scio, qui cubo quadrato inscripserat: *qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter*, quo fucum à se omnem abesse est protestatus. (7) Et ipsa olim Roma hac specie primum excitata fertur. Unde Ennius: *Roma regnare quadrata*, quæ circa Palatinum montem excitata, tribus constitit portis Carmentali, Mugonia, & Pandana: hâc, ut ex ipso patet nomine, semper apertâ. Alexand. l. 4. c. 16. Sed & aras Deorum quadratas fuisse idem c. 17.

Q

1] *Deus finis omnium.*

2] *Ad Deum post mortem tendimus.*

3) *Interiit sub sole omnia.*

XIV.

4] *Sapientia constans.*

5) *Sententia invariabilis.*

6) *Justus & tenax propositi.*

7) *Sinceritas.*

R

observavit, quod existimarent Deos syncero constantique cultu delectari.

XV.

RETE piscibus capiendis aptatum, ante omnia captivitatem signat, (1) vel insidias si explicatum nudumque sit. (2) *Fuit* autem inter luctatores in arena retiarius olim admissus, qui injecto reti captabat adversarium, quo facilè inclusum ad arbitrium subigebat. (3) Unde ludus à Pittaco insticutus dicitur, quo retiarius provocabat Mirmillonem gallicæ & levis armaturæ hominem, qui tamen in galea figuram piscis ferret. Unde versus Scazonticus. *Piscem peto, non te peto, quid me fugis Galle?* Sed & Phrynoni Athenienſium Ducti singulari certamine dimicaturo, pro controversia finium, quæ illis cum Mytilenis erat, sic illusum est, quando contra illum progressus est Pittacus, è Græciæ sapientibus, rete sub clypeo abdens, quo hominem jam olympionicem & pancratiasten impeditum tenuit; novus David Goliathum. Vide *Pier.* l. 45. c 28. Timotheum quoque felicissimum Athenienſium Ducem cum rete pingere solebant in quod, ab illo explicatum, fortuna urbes cum incolis ageret. (4) *Plut*

1) *Captivitas.*
2) *Insidiæ.*
3) *Captivus.*
4) *Fortunâ uti.*

XVI.

ROTA axe radiis, ac circulo conflata, quandam universi in se speciem continet, si in fixo polo tanquam centro volvatur, axisque & radiis pro elementis, cœlum pro circulo sit. (5) Roram octo radiis fultam, ut Pier. 39. c. 22. &c. observat Diis tributam, tanquam ad 8. Sphæram omnia moventibus. (6) Homini ad sex motus, ante & retro ad *lævam* dextramque, supra infraque nato, sex quoq; radiorum roram assignant. (7) Supplicijs verò destinato, ut Ixioni quatuor radiorum manibus pedibusque stringendis destinatur. (8) Apud Græcos, teste *Alex* l. 3. c. 5. *mihi* p. 124. novissima fuere supplicio rum exempla ignis & rota Leges etiam Draconis apud Lacedæm. adeò severæ erant: ut Demades sanguine illas non atramento scriptas diceret. Quare & invidiâ populari per tumultum, injectis vestibus suffocatus est. (9) Apud Druidas olim & Cercetes Galliarum populos, interhiscere sacrificio, gravissima pœna notabatur. (10) Apud Æthiopes ophiusam sacrilegi herbam potare co-

5) *Orbis universus.*
6) *Deus.*
7) *Homo.*
8) *Damnatus.*
9) *Severitatis damnatus.*
10) *Sacrorum reverentia.*

re cogebantur, quâ terroribus insanis agitati sibi violentas manus inferebant. (1) Nec minus insolens supplicii genus quod Persarum Rex quidam convitio populi jactatus, circumventos natibus omnes præputatis multarit. (2) Repertus verò Æthiopum Rex est, qui aliud nullum supplicii genus pro scelere admitteret: ut & exemplo hoc plures terreret, & vitam quam dare non posset, auferret nemini. Apud Indos maximi etiam criminis pœna erat, à Rege tonderi. (3) Apud Athenienses aliquando lege sancitum fuit, ut fatentes crimen impunitate donarentur. (4) Hæc *Alex.* Nos rotam fulminatam Catharinæ Martyri tribuimus: integram volubili fortunæ præsertim ad deteriora vergenti. (5) Quod & Sesostrem Ægypti Regem devictos abs se Reges quatuor protervè cuttui jungentem, (dum quidam eorum perpetuo in rotam obtutu caput reflecteret, quæ situsque causam, responderet: in illa se volubilem Regum fortunam contemplari) suæ sortis fragilitatisque admonuit, & vectores Reges jugo solvit. (6) ut *Niceph. Call. in hist. Eccl.* l. 18. c. 29. Nec dispar illud quod Cedren. part. 4. hist. de Sultano Agareno à Ludovico XI. Gall. Rege capto refert, biennio integro nunquam ridere visum, donec ex rotæ contemplatione humanæ sortis volubilitas risum ipsi excuteret.

SAGITTÆ olim ante pulverem pyrium repertum pletisque gentibus in bello communes, quare belli signum ubique arcu exceptæ intentæque habentur. (7) Si pectus cujusque infixæ tangant, aut amorem vehementem, aut dolorem signant. *Sagitta tua*, ait ad Deum David ps. 37 *infixa sunt mihi.* (8) Nonnunquam pœnæ ac pestilentiæ vim mortalibus à Deo immissæ denotant, cùm cælitus intenduntur. (9) Sed & velocitatem sagitta in fulmine, (10) & contraria, si sagitta sagittæ opponatur, & expugnationem per pecuniam factam, si in numo præferatur, designat. (11) Unde cum in numis Artaxerxis Persarum Regis Sagittarius expressus esset, iisque corrupti Athenienses per Timocratem Lacedæmonius bellum inferrent. Agesilaus cedere coactus ex Asia: Non mirum est, inquit, quod triginta millibus Sagitta-

S

1) *Sacrilegii horror.*

2) *Convitii pœna.*

XVII.

3] *Ignominiæ nota.*

4] *Confessio utilis.*

5] *Fortunæ*

6] *Arrogationi inflexa.*

7) *Bellum hostians.*

8] *Dolor præsens.*

XVIII.

9] *Ira Dei.*

10] *Subita vindicta Dei.*

11) *Corruptela.*

S

tiorum pulsus sim. Fracta sagitta, vel ferociæ bellicæ fractæ, vel etiam imbecillitatis signum, (1) ut plures sagittæ integræ collectim sumptæ, fortitudinis & concordiæ sunt argumentum. (2) Ita Scilurus Rex moriens, cum filios adesse jussisset, porrecto jaculorum fasciculo jussit frangere, quod cum frustra conati essent, ipse deinde seorsum singula facilè infregit, dicens. ita junctos vos animis viribusque nemo superabit, divisos facilè subiget. (3) Estote igitur concordes, ut invicti sitis. *Plut* in Apopht. Persæ olim iturі ad bellum suam quisq; in cistam regiam sagittam conferebat, ut *Alex* l. 1. c. 20. repetituri ubi redissent, quâ concordibus se pro Rege armis pugnaturi profitebantur, constabatque occubentium numerus. Æthiopes sese telis coronatos cum saltu in hostem intulisse (4) *Cutianus* refert.

1) *Ferocia domita.*
2] *Concordia.*
3) *Discordiâ frangit*

XIX.

4] *Bellator animosus.*
5] *Levitas.*

SALTATIO, agilis & inermis (5) levitatem gravis & armata, qualis à Pyrrho Achilis filio Pyrriche dicta est, fortitudinem denotat, aut victoriam, post quam instituі solebat, (6) fuit tamen & tragicorum gravis, quæ mœrorem, ut in mortualibus hodie saltibus, præ se ferret, quam ἐμμέλειαν dicebant, (7) ut κόρδακα Comicorum, & σικιννίδα satyricorum leviculas. (8) quanquam & hanc aliqui sacris adhibeant Pyrriche apud Thraces talis cum gladiis instituta erat, ut se mutuò, fictis tamen vulneribus, ferirent & occumberent: ut *Athen.* l. 1. Lacones ad Tyrtæi ducis poëmata saltantes bellum ingressi, cum Messenios sic vicissent, morem illum bellandi tenuere (9) ut *Athen.* l. 14. c. 12. Lacedæmonii trichoria ex Lycurgi instituto habuere. Chorus senum prior canebat saltans: *nos fuimus olim juvenes strenui:* alter puerorum subjungebat: *nos erimus olim præstantiores*: denique juvenes: *At nos sumus, licet experiri* (10) Plut. in Lycur. Ceterum in pyrrichia pueri panoplia graves corpus saltu ad agilitatē exercere jussi, (11) quod & Romani inter bella punica imitati, postea exploserunt. Sybaritæ cum ipsos equos ad saltum instituissent in bello iis ad tibiam hostium saltantibus sunt profligati. (12) ut *Eras.* in Adag. Indos suos quondam elephantos ad saltum erudiisse (13) *Arrianus* testatur, &

5) *Plausus*
7] *Mœror.*
8] *Exultatio.*

XX.

9) *Pugnare cum saltu.*
10) *Exemplo virtutem excitari.*
11] *Exercitatio roborat.*
12] *Militia enervata.*
13) *Institutionis vis.*

Strabo

Strabo l.13. Simias in festo Dianæ saltare doctas introductasque memorat.

XXI.

SCALA profectus ad altiora, (1) tum fortunæ nunc elevantis, nunc deprimentis est symbolum, aut certè inconstantiæ, (2) ut Philo ait, seu, ut Basil. in Ps. 1. de scala Jacob perfectionis, sive charitatis, quâ Deus cum homine conjungitur. Latera hujus scalæ sunt fides & operæ, gradus præcepta. (3) Rupertus per illam incarnationem Christi, quæ hominem cum Deo jungit, intelligi asserit, quam misericordia & veritas tanquam scalæ latera sociarunt. Gradus hujus scalæ variæ Christi virtutes sunt. D. Bernardus hanc scalam facit esse disciplinam vitæ, quæ in religione maximè eminent, &c. Scala ad palmam, juxta Cant. 7, 8 ostendit nobis fructum ex morte Christi: ad crucem seu martyrium, ad patibulum, ignominiosam mortem (4)

1] *Profectus.*

2] *Fortuna:*

3] *Observatio legis.*

4) *In Cruce Victoria.*

SCEPTRVM regibus usurpatum potestatis declarandæ loco (5) ipsumque etiam regnum denotat: dicente propheta, non auferetur sceptrum de Juda, donec Christus veniet. *Memoria*, inquit, *Al* x. l. 1. c. 28. in fine, *proditum est, exteraorũ regum sceptra in summo ciconiã, in imo hippopotamum habere affectum, quo argumento, regem justitiæ obsequi oportere, atque feritatem & indomitas libidines, ne ira desæviat, emollire significabant: quòd ciconia summæ pietatis, hippopotamus violentissimum animal foret.* (6) Lydia verò reges sceptri loco securim habuisse feruntur: sicut Labadreus Iupiter, in Caria, pro sceptro & fulmine securim ferebat. (7) Romanis verò regibus lituus cuspide incurva, qui etiam virga auguralis erat (religionis causa) *sceptri loco est habitus.* (8) *Tarquinio Prisco sceptrum fuit eburneum, in summo aquilæ figuram habens.* (9) *In iis nisi ex ebeno sceptra sumere non licebat. Quorũ reges cum jura dabant, aut exteros legatos admittebant tunicæ capillum pectere atque ornare solebant eximiè.* (10) *Babylonii tanto studio sceptra prosecuti sunt, ut extra domum sine sceptro prodire, aut consp ci nefas ducerent, in quibus diversas affectas species figurasque habebant, mali, rosæ vel lilii, aut aquilæ.* (11)

XXII.

5) *Regnum Regia potestas.*

6) *Rex justius, & temperans sit.*

7) *Rex fontes populos elicit.*

8) *Rex pius & religiosus.*

9) *Rex super omnes eminet.*

10) *Rex cultus.*

11] *Rex sua autoritatis memor sit.*

SECVRIS olim quoque Regib. usurpatâ, quâ ostendebant penes se jus vitæ necisque esse. Quare & Tene-

S

diorũ Rex cũ adulteros securi feriẽdos esse decrevisset, filium proprium in crimine deprehensum securi quoq; subjecit, ejusque memoriam in nummis extare voluit, quæ altera parte securim, altera duo capita maris & feminæ præferrent, (1) Unde *Tenedia securis* (2) in proverbio, de animadversionis severitate mansit. *Pier.* l. 42. c. 72. Apud Romanos quoque supremo magistratui lictores cum fascibus 12. & totidẽ securibus tribuere placuit, sive id Romulus, sive Rex Tullus Hostilius primùm ad terrorem majestatemque cœperit. (3) Certè post abdicatos reges Brutus secures voluit amotas, (4) quæ deinde Dictatori ac Decemviris cum summo, sed temporali tamen imperio, (5) concessæ sunt, quod plebs ju[illegible] in vitam civium non penes solos Coss. verum, seipsam quoque in foro publico esse vellet causæque dicendæ habere arbitrium Alex. l. 1. c. 27. Ascia tamen violentiam etiam signat. Unde in monumentis veterum securis c[illegible] ascia, (6) cum elogio *sub asciam dedi vetuit*, significat defunctum omnem vim à sepulchro semotam velle, neque eradi à quoquam memoriam. Hinc & illud psal. 7[illegible] vim denotat. *In securi & ascia defecerunt eam.* Talis [illegible] securis illa, quâ ante paucos annos Cromvellus, cum Senatu Anglicano rebelli [illegible], Carolo Regi ad judicium postulato condemnatoque, cervices secuit.

1) *Rex sine personarũ respectu sit.*
2) *Severitas.*
3) *Magistratus honoratus sit.*
4) *Clemẽtia.*
5 *Imperiũ breve.*
6] *Imperiũ violentum*

XXIV.

SEDES universè quietem à labore designat. (7) C[illegible] ergo Deos, cetera moventes, quietos immutabilesq[illegible] atq; æternos prisci significare volebant, hos in sella co[illegible] locabãt. Sic Vesta in numo Caligulæ sedens, dextrâ m[illegible] nu paterã, sinistrâ centrum tenebat terræ innixũ. Hi[illegible] & Macrinus Imper. Antoninũ inter Deos relaturus, [illegible] dentem ipsi statuam decrevit (8) Et *Pier.* l. 43. in prin[illegible] ubi hæc memorat, addit: Veteres Deum sub loto arbo[illegible] re, juvenili in ætate, in sede quiescentem statuisse, qu[illegible] perennitatem quietis ipsius nunquam deficientem e[illegible] primerent (9) Sic, ut Romæ æternitatem signarent, [illegible] lam in sede positam in numis cum ancili expressêre, [illegible] subscriptione *Vomæ æternitas.* Sed & in Antonini num[illegible] Dea sedens, dexterâ ramum cõplexa, lævâ fulcit cap[illegible] (10) inscriptum *securitati perpetuæ.* Thronus verò M[illegible] jestatem regiam denotat. (11) Et thronus quidem regi[illegible]

7] *Quies.*
8] *Deus imperturbatus quiescit.*
9) *Deus indeficiens.*
10) *Securitas.*
11) *Majestas.*

Sal om[illegible]

Salomonis Desiparam Christumque in ea susoeptum. (1) Leones hinc atque inde seni, (2) totidem Apostolos cõmuni Patrum sensu designant. Persarum Regis throno aurea ambiebat platanus (3) smaragdines racemis distincta, ut *Athen.* lib. 7. qui & Cypriorum Reges throno habuisse spectabilem memorat, quem columbæ quatuor unguentis deliburæ ad odoratus lenocinium (4) circum volarint. Leucophrynes, *ut Paus. in Lacon.* thronum, hinc binæ Horæ, illinc Gratiæ sustinebant, optimè jungendo tẽpus cum gratia. (5) Sella curulis sublimior consulatẽ, humilior propinquã illi dignitatẽ arguit. Cathedra, doctorũ ac doctrinæ notũ est argumẽtũ.

S

1] *Deipara & Christus.*
2) *Apostoli.*
3] *Rex suos tuetur.*
4) *Regibus obsequium*
5) *Rex benevolus.*

SEPVLCRVM & sepultura magna apud plerosq; in observatione fuit. Sic ut violatores sepulchrorum gravi supplicio affecti sint. Unde & superstitiosè corpora, & magnificè olim in Mausoleis etiam & Pyramidib. ab Ægyptiis condita. (6) Romani olim domi in Lario Sacello Larib. sacro condidêre, dum magnificentiæ causa etiam foras produxêre. Heraclitus in igne, quem principium rerum faciebat, deponi volebat, ut ad suum rediret principium & Romæ illud diu observatum, pyra excitatã, (7) de qua etiam in funeribus primorum emittebant aquilam, tanquã animam in cœlum deducturam, plerique tamen in terra, unde corpus ortum, deponendum illud censuere. (8) Quare & Cyrus in *Xenoph* terrã auro argento, aut lapide præoptat. Quid enim inquit beatius, quàm terræ commisceri, quæ tot pulchra nutrit & parturit. Plerisq; nefas visũ non sepeliri. Unde ut *Alex.* l. 6. c. 14. ait. *Cimõ Miltiadis filius ut pater, qui obierat, in carcere humaretur, captivum se præstitit & servituti mancipavit.* (9) *Apud Ægyptios siquem pravis moribus vixisse contingeret, ejectum cadaver in vastis solitudinibus exponunt. Persæ damnatorum corpora feris & canibus abjiciunt.* (10) *In quo illud traditur mirum, quod cum Clearchi cadaver, ob crimen insimulati canib. expositum foret, magna vi venti exoriens illud pulvere texit. tanquam Diis significantib. immeritũ pœnas dedisse* (11) *Apud Grac. capitis pœna digaus; qui insepultum cadaver reliquisse: adeo, ut equos & canes parentis affectu, Cimonem & Xantippum*

6) *Honor mortuorũ.*
7) *Calum à morte petere.*
8) *Corpus terra debitum.*
9] *Honor parentis.*

XXV.

XXVI.

10] *Scelerati à morte spreti.*
11] *Mortuorum cura Deos*

1] Lacrymaridicula.

tippum luxisse, & tumulo indidisse legamus. (1) Anser quoque Lacydi philosopho ita adhæsisse fertur, ut nec domi, neque foris ab eo discederet: quem elatum funere effusis lacrymis sepelivit. Alexander quoque Bucephalo duxit exequias; sicut Agrigentini equis sepulchra & pyramides erexere. (2) Inter quos Augustus Octavius & postea Hadrianus Cæsar equo tumulum fecisse traduntur maximè sumptus, & carmen inscripsisse. Commodus quoque Prasino equo mortuo sepulcrum in Vati ano fecit. (3) Et Romani corvo (Salvatori populi & Senatus) dedere exequias præcedente tibicine, duorum Æthiopum humeris elato. Ægyptii verò cum feles, aut aliquod animal moritur, cujus superstitioni addicti sunt, sindone contectum & sale atque aromatibus delibutum sepeliunt. Quare circa Myridis paludem Cornicis atque Ibidis sepulcra sumptuosò lapide visebantur. (4)

2] Gratitudo.

3] Memoria beneficiorum.

4) Superstitio stulta.

XXVII. Sed & epulas sepulcrales, pacandis, ut volebant, Manibus, instituere soliti fuêre. Hæc si senibus simul epulaturis in silentio daretur juxta Nonium silicernium, dicta quoque est feralis à ferendo, parentalis quod parentibus, pollinctus vel pollinctura, quod cum unctione cadaverum fieret. Quidam hanc cœnam quotannis innovari volebant. Hinc Romæ talis in sepulcro reperta inscriptio. *P. Cornelia Ania, ne in desolata orbitate te superviveret misera: vivam se ultro in hanc arcam cum viro desincomparabili amore dilecto damnat Deodo. cum quo vixi annis XX. sine ulla do Liberis Libertabusque nostris, ut quotannis super arcam nostram Plotoni & Oxori Proserpinæ, omnibusque Man. sacrificent, rosi que exornent, de reliquiis ibi epulentur* (5) Turcæ quoque super mortuorum monumenta cibos constituunt, & Novendialē cœnam pro anima defuncti sternunt pauperibus, avibus cœli, & formicis. Dicunt enim gratum esse Deo offerre eleemosynam tam hominibus, quàm brutis (6) *ut Georgevirius de moribus Turc.*

5) Veneratio mortuorum.

6) Liberalitas grata.

XXVIII. Apud quosdam & sepulcra & sepultura neglecta. *Massagetæ & Derbices* ait D. Hieron. contra Jov. c. 36. *miserrimos putant, qui ægrotatione moriuntur, & parentes, cognatos, propinquos, cum ad senectam venerint, jugulatos*

latos devorant, rectius esse dicentes, ut à se potius, quàm vermibus comedantur. (1) *Tibareni quos dilexerint senes suspendunt: impatibilis. Hircani volucrib. & canib. semivivos projiciunt. Caspii bestiis mortuos. Scythæ eos, qui à defunctis amati sunt, vivos infodiunt, cum ossibus mortuorum.* (2) *Bactriani canibus ad hoc ipsum nutritis objiciunt senes: quod cum Alexandri præfectus Nicanor emendare voluisset, tenè am sit provinciam.* (3) Diogenes quoque sepulturæ curam aspernatus est, cum enim solitarius in dolio viveret, quærenti, quisnam mortuum sepulturus esset? qui inquit, hanc domum habere voluerit. Interrogante Xeniade, quo situ sepeliri cupeteret? respondit, pronus brevi, enim cuncta everterentur, tunc supinus, jacebo. Malle se tamen inhumatum jacere, dixit Ita enim, si canes devorarent Hircanam sepulturam fore, si vultures Iberam. Si animalia parcerent, cœlo soleæ tempore, pulchertimâ sepulturâ, se tegendũ. *Stob. Serm.* 10. Socrati cicutam bibituro, cum Apollodorus pro sepultura honestius offerret pallium. Quid? inquit, hoc meum pallium, quod viventi convenit, mortuo non conveniet? *Eras. l. 3. Apoph.* Demonax amicis de sepultura ipsius solicitis, Removete hanc curam, inquit, *fœtor me sepeliet.* At, inquiunt, indignum si vir talis laceretur à canibus. *Quid, ait, incommodi, si mortuus alicui sim usui?* (5) *Eras. l. 8. Apoph.* Cum Alexander proceribus de regno disceptantibus in sepulcro maneret, Olympias mater dixisse fertur. *O fili, qui vivus cælum ambiebas, mortuus terra etiam cares:* Plut. Zisca Hussitarum in Bohemia Dux de sepultura interrogatus, cadaver, inquit, feris relinquatur, pellis detracta tympano contra hostes serviat, ut hos & mortuos terream. (6) *Æn. Sylvius l. 1 de gest. Alph.* In sepulcro Virg. Maronis prope Neapolim in monte Pausilippo lautus è petra subnata fuit. (7) In quam Scipio Mattella

Vt viret hæc laurus, tumulum, & super ossa Maronis:
Sic vireat illius gloria fama, decus.

De tumulo Torquati Episcopi in urbe Accidana Hispaniæ scribit *Marul l. 6. de revel. cœl.* quod die ejus natali

1] *Pietas crudelis.*

2] *Amore perdere.*

3] *Sinii contemptus.*

4) *Contemptus honoris.*

5] *Mortui utilitas.*

XXIX.

6) *Atrocitas.*

7) *Mors celebris.*

S

qui est idibus Maii olea florem mittat, fructum faciat, maturetque, atque expressum inde oleum cuivis ægritudini sanandæ profit. (1) Uti sepulchrum S. Walburgis in Bavaria hodiedum liquore stillat medico, qui tamen apud blasphemos etiam collectus evanescit. (2)

1) *Amor e prodesse.*

2) *Pietas, morte non extincta.*

SERRA cùm dentata sit, (3) mordacitatis ac maledicentiæ symbolum est. Serram verò trahere alternis, est, vel reciprocato labore subvenire mutuo, vel se invicē convitiando incessere. (4) Est & ancipitis pugnæ, quæ reciprocato incursu petagitur, argumentū. (5) Acies tamen militatis per serræ formam constituta, & plures recipit, & fortior in invadendo ac sustinendo est, quamvis facilius turbetur. (6) Unde fortasse Germanico apud *Tacitum* in nummis placuit, quo & ipsi serrati nomen hæsit. Et hinc squatina piscis serra quoque dictus est, quòd aspertimis durissimisque ejus squamis etiam ebur & ligna poliantur. Ajuntque fabrilia instrumentum in hujus piscis capite formata reperiri. (7)

3) *Maledicus.*

4) *Convitium mutuum.*

5) *Pugna anceps.*

XXX.

6) *Acies militaris.*

7) *Faber.*

SPECVLVM, cum referat objecta vultusque, seu formosos, seu deformes, si planum sit, similiter; (8) si cōcavum aut convexum dissimiliter; si angulare sæpius multiplicatos; (9) tam pro simplici & candido, quam doloso usurpari potest, prout forma illius exhibetur. Ex hac ergo distinguuntur ita, ut concava specula excepturn solis cum luce calorem, atq; in se collectū summa vi evibrent, valeantq; ad flammam in apta materia excitandam, quâ Archimedes arte obsidentes syracusanam urbem naves succendit. (11) Plana lucem tantùm reflectunt, sine calore; (12) convexa nec lucem, nec calorē, difformesque vultus reddunt (13) Tales multorum erga Deum animi quidā cum scientia virtute invalescunt, qua & se & proximum accendunt; alii ut Doctores solam aliis scientiam communicant, alii neutrum præstāt. Socrates ad speculum suos ducere discipulos solitus: & formosos quidem monebat, ne quid illa pulchritudine otiis indignum in moribus admitterent; deformes, ut virtutis decore formæ defectum supplerent. Et hoc potissi-

8) *Simplex.*

9) *Dolosus.*

11) *Zelus. Virtus scientia juncta.*

12) *Exemplum. Scientia.*

13) *Mendax*

S
XXXI.

1) *Veritas odium parit.*

1) *Convitiator.*
2] *Adulator.*
3) *Deceptus specie veri.*
4] *Amor sui fallit.*
5] *Deus in creaturis elucet.*

XXXII.

6] *Conscientia.*
7) *Finis considerandus.*
8] *Conscientia mille testes.*
9] *Occulta pandere.*

XXXIII.

10) *Vincula honorata.*
11) *Virtus vitam tribuit.*

cissimũ fine *Seneca l. 1. nat. quæst. c. ult.* juventa esse speculа ait: *formosus, ut vitaret infamiam: deformis, ut redimendum sciret esse virtute. quidquid corpori deesset.* Simiæ specula detestari solent, deformitatem suam avertatæ (1) qualis esset pecatoris, si animi sui deformitatem contemplari posset. Sunt tamen specula, quæ corruptè multiplicitер ac præposterè, ut plura unius capita, oblongos nasos, os diductum, inversos homines repræsentant. (1) Nonnulla etiam quæ deformes formosâ ornant facie (2) Tigris, in objecto specula ad suam hæret imaginem, tanquam ad repertum ad se catulum. (3) Narcissusse in undis speculatus insano sui amore correptus est. (4) *Pausanias in Arcad. l. 8* speculum in templi pariete inclusum fuisse asserit, in quo nemo seipsum, sed Deorum tantum circumpositas videret imagines. (5) idem *in Achaicis l. 7.* ait celebre in Achaja delubrum fuisse Ceteris, in quo ex speculo (6) futuri eventus discebantur: hoc enim ad superficiem fontis illic surgentis demisso, & reverita thure ac prece Dea, ex speculo, victurus an moriturus æger esse patebat. (7) Mathematici quaslibet figuras per terram infra speculum paulò elatius, spartas, extraque non obsetvatas, facilè collectim in speculo proponunt. (8) Ita sceletum, vel mortuale cranium stupentibus artisque ignaris objiciunt, (9) figuraſque has mutare pro arbitrio possunt. Notandum autem est, olim specula ex diversis etiam metallis certo temperamento confici solita, & ejusmodi ab Archimede usurpata videntur.

§ *TATVA* ex ligno aut eboreter Tomicen formatur, ex argilla per Plasticen, ex gypso per Paradigmatiцen, ex lapide per Colapticen, ex metallis per Glyphicen. Dædalus in his artibus ita olim excelluit, ut Plato dixerit, ejus statuas, nisi ligentur, discedere. (10) *Diod. l. 5.* Ligneam Venerem fabricasse dicitur, quæ argento vivo infuso moveretur. (11) *Pausan* in Bœot. Phidias inter statuarios celeberrimus, cum Minervæ simulacrum incomparabile fecisset, nec ei licuisset, ut moris erat nomen suum inscribere, inclusit in

clypeo

1] *Homo imaginem Dei continet.*

2] *Deus in minimis magnus.*

3] *Christus Deipara exemplar vitæ.*

XXXIV.

4] *Vitii deformitas spectata displicet.*

5] *Censor rigidus fui.*

6] *Labor perversus.*

7] *Cura minorum.*

8] *Laborare in scelere.*

XXXV.

9] *Honor tributus.*

10] *Silentium honoratum.*

11] *Avidus alienæ laudis.*

elypeo suam ipsius effigiem tanta solertia, ut sine operis dissolutione tolli non posset. (1) Plin. l. 34. Apud Græcos magnus fuit, ob apis & cicadæ sepulturam. (2) Fuit enim & in minimis maximus. *Gregoras.* l. 8. Lysippus post hos celebratus, à quo solo Alexander fingi voluit, ut ab Apelle pingi. Hic effecit statuam, cui Canonis nomē imposuit, quòd ei tanquam absolutæ normæ, omnia dedisset lineamenta, quæ naturæ legibus corpori tribuere poterat. (3) Hanc itaque sibi posteri reliqui ut regulam operis proposuere. *Fulg.* l. 8. c. 11. Polycletus vix arte dispar à vulgi tamen judicio alienus, duas aliquando statuas ejusdem argumenti fecit; alteram ex vulgi, alteram ex suâ sententiâ. (4) Utrisque tamen propositis, cùm & hanc vulgus præferreti atqui, inquit, hanc quam negligitis ex vestro formavi judicio, quam præfertis ex meo. *Ælian.* l. 14. hist. c. 8. Callimachus statuarius & pictor egregius, sed qui sibi displiceus, nunquam manum ab opere removeret, adeoque gratiam perderet diligentia, (5) *Plin.* l. 34. c. 8. ubi Sillanionem eodem morbo laborantem crebrò signa sua fregisse memorat. (6) Theodorum verò, Labyrinthi in Samo repertorem, magna subtilitate elaborasse refert opera, & statuæ propriæ ex ære abs se fuso in læva quadrigam dedisse, tantæ exilitatis, ut & currum & aurigam musca unicâ alâ obtegeret. Quo titulo & Myrmecidis quadrigæ, & Callicratis formicæ celebrantur. (7) ut Plin. l. 56. c. 5. Praxiteles & nuda apud Guidios Venete, & Parios Cupidine, quantum ab arte glotiæ, tantùm ignominiæ à turpitudine habuit. (8) *Plin.* l. 36. c. 5. Pius honoris ab Harmodii & Aristogitonis statuis habuit, quos illis Athenienses ob Tyrannos oppressos decreverant. (9) Quibus ab Iphicrate addita Leæna, sed absque lingua fuit ad memoriam scorti, quod nullis tormentis adigi poterat, ut tyrannicidas proderet. (10) *Id.* l. 34. c. 8. Non illepidum L Actii Poetæ Tragici factum est, qui in æde Camænarum, licet esset statura brevis, grandem sibi statuam fieri voluit. (11) *ut c. 5. ib.* Proæresium rhetorem & professorem Athen. à Constante Imper. Romam venientem,

tem, egregias ob dotes Romani statua honoraruntadjectâ inscriptione: *Regina rerum Roma Regi eloquentiæ.* (1) Eunapius in ejus vita. Non sint futurorum præsagio Romani Julio Cæsari victori triumphanti juxta Brutum, Regum expulsorem, statuam collocaverant, cum subscriptione,

Brutus, quia Reges ejecit, Consul primus factus est.
Hic quia Consules ejecit, Rex postremus factus est.

Fuit etiam qui Bruti statuæ subscriberet. *Vtinam viveres!* At vixit alter è sanguine Brutorum Brutus, qui Cassio aliisque sociis Cæsarem in curia multis vulneribus interemit. *ut Sueton.* His verò Athenienses juxta statuas Harmodii & Aristogitonis, tanquam glorioſis tyrannicidis statuas collocarunt *ut Xiphilinus* in Augusto. Diogenes irrisor statuarum, hominem dicebat esse optimam Dei statuam. [3] Adire tamen eas solitus Ripemque poscere; ut inquit, rogatus causam, disceret repulsam à nil donantibus sustinere. (4) *Laerti* l. 6. Cato senior statuam quoque aspernatus; dicebat, malle se homines de Catone scisciatari, cur illi inter tot alios statua posita non sit, quam cur sit collocata? *Plut. in Apophth.* Et certè Romæ tantum statuarum denique erat, ut quod *Alex* l. 4. c. 12. notavit alter populus lapideus videretur. (5) Sed & Rhodi 73. millia signorum, nec pauciora Athenis, Delphis, & Olympiæ reperta sunt: ut demum statuas aliis dicatas, erasis priorum nominibus, ad alios adulatorie transferrent. (6) Athenienses primò Phocionem magnæ apud se integritatis, virum, cum ab æmulis decepti crudeliter necassent, mortuo, ob insignia in remp. merita, compertamque innocentiam, statuam erexere. (7) ut *Plut.* in Phoc. Vide plura supra, *De idolo & imagine.*

1] *Orationis honor.*

2] *Memoria heroü.* XXXVI.

3] *Homo Dei imago*

4] *Vsu pati discimus.*

5] *Honor frequentiâ vilescit.*

6] *Honor alienus.*

7] *Iudicia de aliis à morte syncerius.* XXXVII.

TABERNACVLVM usitatiori significato tentorium est, quo veteres, cum Hebræi, tum gentes, pro domibus frequenter usi, quas ex opportunitate transferrent. Israelitæ in deserto per 40. annos sub illis habitarunt. (8) Hodieque principes viri quandoque migraturi, in castris verò communiter adhibent. Imo Deus ipse pro cultu divino tabernaculum in deserto fieri voluit,

8] *Anima in corpore.*

T

1] *Ecclesia inter gentes.*

2] *Charitate sola meremur.*

3] *Mortificatio cum amore Dei.*

XXXVIII

4) *Charitas Dei.*

5) *Victoria mundi.*

6] *Studium virtutum.*

7) *Resignatio in manus Dei*

8) *Prædicatio Evangelii,*

9] *Pœnitentia.*

XXXIX.

10] *Lex integra*

11) *Lex violata.*

12) *Vota supplicum.*

13 *Pœnitens.*

14] *Damnatio.*

15) *Consilia occulta.*

XL.

16] *Ignorans. Indifferens.*

luit,(1) quod dissolubile facili opera trãsferri potetat, ille hoc quidẽ tabuiis ligni Setim inauratis,(2) velo superne contectis,illa ex velis ẽ pilis caprarum, aut camelorum vel pellibus contecta erant. (3) Voluit autem Deus Hebræos perpetua festivitate tabernaculorum recolere priscam illam Patrum habitationem; post congregatos terræ fructus in septembri per dies septem, à sabbatho ad sabbathum, sumentes *fructus arboris pulcherrimæ* (4) (citri ut Chald. quæ malus persica à Josepho dicitur) *spathulasque*, seu ramos, *palmarum*, (5) *& ramos ligni densarum frondium* (6) (myrti, ut Chald. & Joseph) *& salices de torrente.* (7) ut est Lev. 23. v. 40. His saltabant coram Domino, & tabernacula incolebant. In eodem mense septimo festum tubarum, (8) ac deinde alterum expiationis (9) præcedebat. sicut plenam hominis cum Deo conjunctionem præcedit prædicatio Apostolorum, quorum in omnem terram exivit sonus & pœnitentia, quam omnibus peccatoribus annuntiarunt. ibi Lev. 23.

TABVLÆ Duæ Decalogum complexæ, utramque Vet. & Novi Testamenti legem, ut inviolatam signant integræ (10) sic fractæ (11) neglectam. Ad aras suspendi olim tabulæ cum votis inscriptis solebant, exaratæ in cera, quas & Deorum genibus affixas legimus. (12) Naufragi tabulas etiam pendulas ex collo ferebant, in quibus depicto naufragio, tacitis votis subsidium potentiorum implorabant. (13) Tabulæ ad columnas publicas affixæ quondam proscriptionem reorum, aut capitales etiam pœnas continebant. (14) Tabulis xii. æreis suas leges Romani, Athenienses ligneis incisas Solonis leges complectebantur. Tabula peregrinis conscripta notis, (15) occulta consilia indicat: nullis vero signata, sed nuda planaque penicillo addito, animi vel rudis ignorantiam (16) vel indifferentis ad omnia resignationem. Tabula signata τ & α absolutionis erat, (17) θ & χ condemnationis. (18) λ & γ prolationis (19) In nomenclatura militum per τ superstites, (20) per θ defunctos (21) signabant. Z inauspicatæ sortis nota erat. *Alex.* l. 3. c. 5.

TEM-

17) *Absolutio* 18) *Condemnatio.* 19) *Prolatatio* 20) *Superstes* 21) *Defuncti.*

T

TEMPLVM ad Dei cultum institutum, tam apud gentiles, quam orthodoxos fuit, quòd ratio non minus, quam fides Deum aliquem, in cujus potestate sumus, colendum ostendat. Templum Salomonis celeberrimum suis egregiè partibus apud Villalp. describitur. Gentiles soliti Minervæ, Marti, & Herculi ex Dorico, hoc est, magnifico quidem, sed rudi atque hispido opere, ornamentis mollioribus remotis, extruere ædes; sed Veneri, Proserpinæ, Floræ, ac Nymphis ex Corinthiaco, omnique florum foliorumque genere ac deliciis exculto opere Dianæ verò & Baccho ex Dorico Corinthiacoque labore mixto templa excitabant. (1) Veneri tamen & Marti extra urbem, quod libidinem, & bella intra urbem grassari nollent. (2) Solis Vestæ & omnium Deorum ædem Pantheon, totundam esse voluêre, quod tam cœlum, quàm terra orbiculari forma esset. (3) Hinc voluerunt & templa Jovis supernè aperta, ut meminissent, mentem ad cœlum extollendam. (4) unde omne in mortales bonum deflueret. Dianæ templum apud Ephesios multorum testimoniis extollitur. In solo illud excitatum palustri, ne tertæ motus quateret, tritis solum carbonibus lanæque velleribus fundamento aptatum, 425. ped. longum 220 latū, columnis 127. regibus totidem sumptum conferentibus, quæ singulæ 60. pedes altæ, in spectabilem prorsus formam eductum est, (5) quod Herostratus Ephesius ad nominis sui cum tanto facinore propagandam memoriam, illo quo Alexander Mag. natus est die, ut *Plut.* in hujus vita notat, succendit (6) Addit Strabo l. 14. Alexandrum, cum intellexisset Ephesios novum rursus templum idque præstantius moliri, collatis in hanc rem omnibus mulierum ornamentis, se ad impensas præstandas obtulisse, modò illius excitati titulum sibi adscriberent. (7) Sed nonnemo ex Ephesiis respondit: non decere Deum Diis quicquam dedicare, quo Regis ambitioni adulando illusit, & suis Ephesiis hunc vendicavit honorem. Vide *Plin.* l. 10. c. 40. & l. 36. c. 14. Nero ex phengite lapide in Cappadocia reperto, duritie marmoris, candido ac trælucente, ædem Fortu-

XL.

1] *Deus vario cultu honorandus.*

2) *Venus & Mars invisi.*

3) *Deus infinitus.*

4] *Mens ad cœlum elevanda.*

5) *Deus supremo homore dignus.*

6] *Sceleris turpis memoria.*

7] *Ambitio.*

XLII.

næ

næ in aurea sua domo excitaret, in quâ clausis ostiis diurna claritas, velut inclusa non transmissa luce radiaret. (1) *Id.* l. 36. c. 22. Sed *Diod.* l. 1. c. 4. rem admirandam memorat. Semiramidem videlicet excitasse stupendæ altitudinis templum, in cujus apice Chaldæi cœlo propiores astra observarint. In summo templi Jovis, Junonis, Opisque ex auro statuas mille talentorum ponderis, longas pedes 40. excitarat, Juno dextrâ caput serpentis, sinistrâ sceptrum tenebat. (2) His communis erat mensa aurea, pedes 40 longa, lata 12. ponderis talentorum 50. Duo præterea chatchesia talentorum 30. totidem & numero & pondere thuribula. Crateres ex auro tres, quorum Jovi dicatus talenta mille & 200. aliorum quisque 600. continebat. (3) Opis adhæc sellæ insidentis simulacrum talentorum mille, ad cujus genua duo Leones, juxtaque serpentes totidem, talentorum quisque triginta. Et hoc idem videtur Jovis Beli templum, de quo *Herod.* l. 1. air, στεις illud in Babylone portis munitum, figura esse quadrata, duorum undequaque stadiorum amplitudine. In medio vero turrim surgere, unius tam in crassitie, quàm altitudine stadii, cui alia rursus superimposita turris sit, & huic subinde alia usque ad octavam in cujus postremâ turri sit sacellum, ac mensa aurea. In Epidauro Æsculapii templum nobile, ægrotum plenum multitudine, qui sanitate potiti votivis ædem tabulis compleverant, (4) ut *Strabo* l. 8 Romæ in foro Bojario ædes Herculis celebrata fuit, quam nec canes unquam, *nec* muscæ ingredi vitæ, (5) ut Alex. l. 2. c. 14. Contra in Daulia Minervæ templum est, in quo canes aluntur, qui Græcis advertantibus blanditi, Barbatos allatrare consueverunt. (6) *Cæl.* l. 23. cap. 30. Apollonius l. 6. c. 7. dicit apes & aves Apollini sacellum excitasse, illæ ceram, hæ plumas conferendo (7) ut *Pausan.* in Phociacis.

Cn. Pompejus cum templum Hierosol. in equile convertisset, tota urbe excisa, ex victore felicissimo, ut qui de Regibus 22. triumpharat, infelix deinceps & præliis omnibus victus fuit. (8) Joseph. l. 14. antiq. c. 5.

1] *Innocentia.*

2] *Deiparæ imago.*

3) *Opes Deo oblata.*

4] *SS. Cosma & Damiani figura.*

XLII.

5] *Impudentes à sacris submovendi.*

6) *Discretio.*

7) *Irrationabilia Deo serviunt.*

8) *Qui spernit Deum spernitur.*

c. 5. Balthasar Rex Babylonis ex vasis sacris bibens, hac sententia damnatus periit, Mane, Thecel, Phares, *Dan.* 5. Eutropius cubicularius Arcadii Imp. omnia administrans, cum legem de immunitate eorum, qui ad aras templorum confugissent, lege contraria abrogasset, ipse multorum scelerum compertum, frustra deinde ad aram confugiens, extractus obtruncatusque periit. (1) *Niceph. Call.* l. 15. c. 4.

T

XLIII.

1) *Scelus autorem repetit.*

TERMINVS agrorum, & regionum olim lapis, aut truncus magna religione collocari, & quotannis ut Deus honorari solitus. Hic cum ceteris Deis olim è capitolio à Romanis transferri, ac evelli non potuit, (2) quod boni omnis, de imperio scilicet non transferendo, visum est. Ceterùm in Termini loco apud Christianos succedere cruces, etiam in sepulchro, vitæ termino constitutæ. (3) Optimè suum etiam veretur Terminum, qui in omni actione sua spectat Deum.

2] *Mors omnium*

3] *Crucis Christi merito mors nostra felix est.*

THEATRVM θεᾶς θαι à spectando, quod in eo spectacula varia, hoc est, Comœdiæ, Tragœdiæ, alii ludi exhiberentur, dictum. Semicycli forma erat, cùm amphitheatrum, in quo gladiatores, luctæ, feræque pugnantes proponi solebant in arena media orbiculati forma compositum esset. Hæc cuivis homini Paulus applicat: dum, ait, *spectaculum facti sumus*. Est enim vita nostra hisce ludis simillima, in qua nunc luctamur, & pugnamus, nunc comicè ridemus: nunc tragicè sævimus, alius aliam personam sustinet brevi in morte deponendam. (4) Proscenium erat agentium, scena latitantium, dum prodirent, orchestra infra proscenium pro choris, saltu, & musica. Ita in hac vita alii latent: alii publicè vel seriò, vel ridiculè agunt. (5) Epigenes Sicyonius, cùm de Baccho daturus spectaculum, quædam illo indigna produceret. (6) Fuit qui exclamaret: οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, nihil ad Bacchum. Unde proverbii loco usurpatum est. Chærephon tragicus adeò huic labori intentus fuit, ut noctu etiam tragœdiis elaborandis intenderet. Unde noctuæ cognomẽ sulit, (7) & à pallore πυξίνος, buxeus dictus est. Sed &

4) *Vita hominum spectaculum.*

5) *Vita munia diversa.*

6) *Imitator dispar.*

7) *Labor improbus.*

XLV.

Chærephontis lucerna, in proverbium, uti illa Cleanthis, abiit. Quia verò theatrales ludi, præsertim comici, amoris plerique levitatesque, quibus ad flagitia spectator eruditetur, continebant, hinc apud Romanos sæpè abrogati, actoresque urbe pulsi sunt; vicissim tamen ab aliis reproducti, prout vitiis virtutibusque faventes regerent. (1) Pompejus itaque in nobilissimo, quod excitavit, theatro Veneris ædem superextruxit; ut posteri religione præpediti, non auderent illi demoliendo manus injicere. Quod aliud nihil erat, quam religionis prætextu libertatem peccandi fovere. (2) ut l. de spectaculis *Tertul.*

1] *Affectus diversi.*

2) *Religione vitia palliare.*

THVRIBVLVM quo thus Deo adoletur igne adhibito, pietatis, adorationis, charitatis religionisque est symbolum, (3) quandoque & vanitatis seu adulationis, si Regum potius throno, quam aræ admoveatur. (4) Si cum aquæ vase jungatur, discordiæ signum est (5) Quod utrique non conveniat Sponsis tamen olim in ostii limine apponi solitum (6) Ut intelligerent ex utroque fecunditatem, (quod, Venus sit ignis in aqua) sperari, simul tamen, tam jucunda, quam tristia sustinenda esse.

3] Religio. Pietas.

4] *Adulatio.*

5] *Discordia.*

6] *Fecunditas.*

XLVI.

TRIVMPHVS olim à Romanis post devictos hostes, ac debellatos Tarquinio Prisco, vel Romulo etiam, *ut Sabel. lib. 3. Enn. 2. ex Dionysio*, autore, egregio cultu, ad virtutem excitandam, & honorandam, est institutus. (7)

7] *Honor virtutis.*

Triumphantes unà cum Jove minio faciem illiti, ut *Plin.* l. 33. c. 7. primo quidem lauro, deinde & auro coronari solebant, (8) pro qua corona certum Italiæ tributum, quod aurum coronarium vocabant, imperatum est. (9) Sic principio ingressi pedites, deinde in equo, denique in curru quadrijugo sunt. (10) ut *Alex.* l. 1. c. 22. Et hic currus inaurari solitus, in quo plerique albis equis fuere vecti. Sed Pompejus de Domitio Mariano triumphans elephantos adhibuisset, nisi portarum angustiæ obstitissent, ut Fulg. l. 2, c. 3. Cæsar Gallico triumpho eis usus est. Cn. tamen Domitius Ænobardus uno elephanto ferri maluit. M. Antonius Leoni-

8] *Honor pretiosus.*

9) *Ambitio semper crescit.*

10) *Prudentia bellum gerit.*

Leonibus vectus triumphavit. (1) Aurelianus Imp. quatuor cervis currui junctis (2) quos Olaus Mag. l. 17. c. 28. rangiferos fuisse meritò censet) post Gothorum Regem debellatum invectus est. Alex. Severus Imp. quatuor elephantos in curru duxit, ipse tamen pedes consecutus. Heliogabalus semel Canibus, & iterum tigribus, Nero hermaphroditis equis (3) triumphavit, ne deesset insolentia, ut *Alex.* l. 6. c. 6. qui addit ultimum triumphantium, à quibusdam Probum Imp. ab aliis Bellisarium ducem constitui sub Justiniano Imp. qui tamen postea aulâ & gratiâ excidens, orbatusque lumine obolum etiam à transeuntibus mendicare coactus est. (4) Majori laude Eulvius & Flaccus M. Fabius decretum sibi triumphum recusarunt. Trajanũ Imper. cum morte obita triumphare non posset, in imagine Hadrianus successor triumphare voluit. (5) Qui & coronarium aurum Italiæ remisit, ceteris tamen devictis gentibus pro vita concessa pendendum fuit, quod victori cessit. Porrò corona aurea, ne caput triumphantis premeret, servus adsistens sustinebat, qui, ut Cœl. l. 2. c. 6. subinde conditionis humanæ admonens, ingerebat: *respice post te: hominem te memento* (6) Habebat & bullam auream in pectore inclusis adversus invidiam remediis. (7) Indutus palmata tunica, supra quam toga picta, dextrâ scipionem eburneum, sinistrâ auream complexus pateram, digitis gemmarum nitore fulgentibus. (8) Coronam exacto triumpho in Jovis capitolini gremio deponens Deorum beneficio victoriam tribuebat. (9) Cetertim hunc pompæ ordinem *Alex.* l. c. instituit. Magistratus Rom. & Tribus omnes suo in cultu obviæ, Flamines in purpura, Sacerdotes ac Pontifices insulari, nobilitas & senatus in prætexta & laticlavis gratantes laudantesque occurrebant, (Athenienses Deorum etiam suorum imagines præferebant.) Quibus triumphans obviabat, devictarum urbium, regionum, ducum, fluviorum imagines in tabulis, vel effecta etiam simulacra præmittens, inscriptionibus titulisque adjectis. Domesticorum Cæsar imagines, ut victi Scipionis, & Catonis, cum adhibuisset, Pompeii tamen devicti ferri passus non est.

1] *Fortitudo bellica.*
2) *Celeritate bellũ geritur.* XLVII.
3] *Impudentia Venus & ferocia, in bello dominantur.*
4) *Fortuna cœca.*
5) *Honor alienus.*
6) *Honoris vanitas.*
7] *Invidia petit summa.*
8) *Honoratus.*
9] *Victoria Deo autori tribuenda.* XLVIII.

1] *Victi.*

His spolia hostium succedebant, & erepta hostibus signa, sed inversa (1) Tum belli apparatus & tormentorum genus omne, quin etiam rostratæ naves, quarum ultra centum Lucullus duxit: falcati currus clypeique insignes, quibus Papyrius forum ornavit, ænea atque argentea signa, quorum, præter marmoria, 180. M. Fulvius in triumpho vexit. Vasa aurea argenteaque & coronæ aureæ, quibus socii ornatunt, & nonnullos supra 82000. detulisse compertum est, quidquid denique signati, & non signati auri argentiq, ex præda collectum, quale in vasis Scipio Africanus victa Carthagine 200. mil. pondo in cuso ære 400. detulisse fertur. (2) Quem etiam Paulus Æmilius victa Macedonia superbos, populum Rom. à tributo liberavit. Subjunctæ illis rariores bestiæ. Sic L. Cæcil. Metellus punico bello victor. 120. elephantos Aurelianus Cæsar tigrides, alces, camelopardales. Scipio Asiaticus 1200. eburneos dentes. Post hos tubicines multiplici sono classicum canentes, quos sequebantur candidi boves tantique auratis cornibus immolandi, adolescentibus juxta aureas argenteasque pateras deferentibus. Subinde tribuni militares equitesque ac pedites ob spectatam bello virtutem dona promeriti, qui civiles, murales, aut castrenses coronas aliaque munera deferebant.

2) *Victoria emolumentum Reip. debetur.*

XLIX.

Captivi postea Reges, nobilissimique Duces, cum necessariis aut obsidibus; vel si ipsi occubuissent, illorum imagines in triumpho ductæ. Ita Hasdrubalem vivum Scipio, Æmilius Perseum, Marius Jugurtham traxit; at Cleopatræ Ægyptiacæ, ne duceretur sibi mortem consciscentis, Augustus imaginem. Lucullus aureum Mithridatis simulacrum 6. pedum, & Pompejus argenteam Pharnacis statuam, suam verò ex margaritis, & signa aurea tria, alia myrrhina, coronasque ex gemmis & margaritis 33. adduxit.

Mox adolescentes oleagineis sertis vincti coronas aureas deferebant, his qui triumphum meritum procurassent dandas. tum senatus in albis præcexit juxta currum magnum triumphi spectaculum præbebant, citharœdis ac fibicinibus coronatis scite intercinentibus. (3)

3] *Plausus virtuti debitus.*

In

In quorum medio delitus quispiam, in talari veste simbriis aureis armillisque ornatus, gesticulatione ridicula jocisque nugabatur, Nonnunquam & arguta Ciceriæ effigiem, aut Manduci magnis malis & hianti ore, aut Petreiæ ebriam exprimentis anum adhibuere. His sæpe cum dies unus non sufficeret, triduum integrum triumphale datum est. Sic Æmil. Paulus de Rege Persa. Q. Flaminius de Macedonia, & Augustus ter integro triduo triumphavit. T

Interea circum plebs omnis flores spargere, Diis libare: mensis invitare stratis, applaudere triumphanti. Pone currum sequebantur redempti & libertate donati, tasis capitibus pileati, quales Tit. Flaminius super 2000. duxit. Aurelianus Cæsar etiam Zenobiam aureis catenis vinctam post se duxit. Legiones subinde vectrices sequebantur, quorum laus sæpe cum jocis liberisque in triumphantem convitiis mixta (1) ut elationem triumphantium infringerẽt. Hæc omnia triumphale ac sumptuosissimum epulum populo datum excepit, in quo Jul. Cæsar Africano triumpho 22. millia triclinio rum mensis regali magnificentia instructis occupasse fertur. (2) Opes verò tantæ in ærarium deferri solebant, nisi quæ inde dona in victorem militem partirentur. Solus Julius Cæsar 65. millia talentum intulit. (3) Captivi vel libertate donati, vel subjecti securi, quorum tamen præcipui, antequam triumphans in capitolio Jovi immolaret, cædendi erant. Vide plura apud *Alex.* l. c.

1) *Reprehensio laudi mixta.*

2] *Malè parta dilabuntur.*

3] *Ex alieno liberales.*

Quatio minor triumpho erat, tunc decreta, cum sine sanguine pacem hostibus amicitiamque extorsissent. Et in hac pedes urbem subibat victor, sine ferculorum pompa, tibia solum non tuba clangente, myrto Veneri sacra, unà cum militibus coronatus. (4) Talis primò Publ. Posthumio de Sabinis concessa fertur. L.

4] *Honor juxta meritum.*

TROPHÆVM victores erigere plerumque in loco victoriæ solebant, quod Lacedæmonii illis potius qui incruentâ, quàm qui cruentâ victissent pugnâ indulgebant. (5) Et hi quidem gallum Diis, illi bovem immolabant. Græci ceteri illis, qui hostes fugarant trophæum, qui verò occiderat, triumphum, vel encomion aut peplum, quod erat in expanso velo exaratum victoriæ

5] *Victoria sine sanguine pulchrior.*

ctoriæ elogium) decernebant. Fuêre autem trophæa omnino varia, nunc lapidea, marmorea, aut ænea, cum inscriptione & titulo: nunc in truncis arborum ramis suspensa arma, spoliaque hosti erepta. (1) Sylla contra Archelaum potitus victoria, stemma fixit, in quo Victoriam, Martem, & Venerem seque ipsum inscripsit. Metellus devicto Sertorio aureum sibi poni voluit. Claudius devictis Boiis ex torquibus Gallorum aureum in capitolio statuit alii alia statuere, de quibus apud *Alex.* l. 1. c. 22. videre licebit.

1] *Victoria gloria durat.*

LI. *TVBA* instrumentum incurvum fuit, cornibus simile, ex ære argentove, ultimo hiatu latiore: tibia minor erat, & phrygia quidem, uti & Romana pluribus ex latere foraminibus quibus variari sonus poterat. Cum ducendus in hostem miles esset tubas inflabant, (2) & cornua. Ad movenda castra soli cornicines signum dabant, ad convocandam concionem tibicines. (3) ad distinguendas horas buccinatores (4) Lacedæmonii & Phryges ex diversis tibiarum modulis distinguere facienda in bello noverant, quod & hodiedum in tubis observatur. Olim etiam in funeribus nobilium tubis, (5) plebeiorum verò tibiis (6) mæstum carmẽ cecinere, quas & in sacris, ludis, convivisque usurparunt. *Alex.* l. 4. c. 2. & l. 3 c. 7. Suut etiam, qui in puerorum funebribus tibiis ipsos ferant. Unde Stat. l. 6. Theb. *Tibia cui teneros juvetum deducere Manes.* Judæi habuerunt quoque celebre festum cornu, sive Tubarum, in primo die septembris, qui erat novilunii (nam ab hoc menses inchoabant) Quod in memoriam liberati Isaac, & arietis à Deo substituti, qui hærebat cornu in vepribus, existimant celebratum. (7) Tuba quoque universalis judicii signum futurum est, (8) ut in *Apocalypsi* docemur.

2) *Pugna.*
3) *Concio militaris*
4) *Temporis ratio.*
5) *Funus nobile.*
6) *Funus ignobile.*
7) *Sacrificium.*
8) *Judicii universale*

LII. *TYMPANVM* apud Persas & Indos, nunc etiam Europæos, in bello usurpatum. (9) Placuit & Judæis, sicut & modò catholicis inter sacra adhibere. Unde David. *laudate Dominũ in tympano & choro* (10) ps. 149. Quod si ex tympanis unum lupina, alterum ovilla pelle inducatur, hoc ferunt illo pulsato obmutescere ac rumpi. (11) Hinc Ziscæ Hussita moriens sua pelle voluit fieri tympanum, ita etiam Catholicos terrere cupiens, lupus agnos. *Vide sepulchrum.*

9] *Bellum.*
10] *Sacra antica.*
11) *Discordia fatalis.*

TY-

T

TYPVS & Typographia primùm Moguntiæ sub Frider III. Imp. & Theodorico de Erbach Electore Mog. reperta est per Joannem Gudenberger, cujus deinde conatum juvit Joannis Fust & Medinbach. Ex quibus Fust in opus denique usumque, Petro Schöffer administro, deduxit an. Christi 1452. quæ post decennium latius vulgari, & in Galliam Italiamq; transferri cœpit. quanquam Sinarum gentes, ut *Osor* l. 11. de rebus Emm. jam multo ante hanc artem repererint. In hac verò arte, & exemplar, & typus, & tinctura, & prælum & expressio symbolorum vim sustinent, uti exemplar (1) eg. Christus; typotheta (2) enunciator; veritas & verbum typi; (3) tinctura (4) exornatio; prælum (5) affectus; imitatio expressio (6) esse poterit.

1] *Christus*
2] *Conciovator.*
3) *Verbum Dei.*
4] *Exornatio.*
5] *Affectus*
6] *Imitatio*

LIII.

VENATIO, ut variis instrumentis, artibus modisque peragitur, ita & symbolis diversis locum facit. Venabulo enim plagis, canibus, equis, arcu, sclopis utuntur homines; at Mundo, pro Venabulo ex ære aurum argentumque est, (7) pro plagis (8) voluptates, pro canibus (9) homines, pro equis, (10) honores, pro arcu & sclopis (11) illecebræ, sive impulsus & consilia. Nec quodvis animal, quovis venandi genere tenetur. Alexander, ut magni erat animi, cum leone pugnans vicit. Crateto acclamante. Macte Alexander, cum leone pro regno pugnat. (12) *Plut. in Alex* Cetetum sub Claudio Imp. ait *Plin.* l. 8. c. 16, casus docuit rem, aliàs creditur difficillimam, facilè leonem sago in caput projecto capi posse, torpescente repentè velatis oculis tantâ feritate, (13) ita, ut non repugnans vinciri posset: ut mirum non sit, à Sysimacho Alexandri jussu, incluso leonem fuisse strangulatum. Maximilianus I. Imp. venator egregius ursam fœram confecit. Hoc verò animal, ut mellis amantissimum est, (14) facilè infidis fovearum, aut loqueorũ intercipitur. Elephantus fortissimus, & prudentissimus animalium tamen astu hominum tenetur. (15) De illo enim *Diod.* l. 3. c. 3. bibl. tradit, Æthiopes, vel in transeuntium ex arborib. desilire corpora, secuti mox nervos dexti poplitis succidentes: vel observare, quibus arboribus quieturi se inclinent, & has succidere, ut labentes sequantur,

7] *Opes.*
8) *Voluptas*
9] *Lenones*
10] *Honores.*
11] *Illecebræ.*
12) *Rex.*
13] *Excæcati facilè tenentur.*
14) *Voluptas.*

LIV.

15] *Vis arte capta.*

1] *Casus magnorum.*

ex quo casu se erigere nequeant, (1) vel per cicures femellas in locum conclusum mares abstrahunt, (2) ut *Strabo* l. 55. eosque, ut *Ioan. Metellus* notat, tamdiu in locis conclusis sagittis impetunt, & dolore fameque subigunt; ut deinde unctionem vulnerum, & cibum porrectum pro beneficio habeant, & blanditiis teneantur. (3) Bisontium venatio, ut *Paus. in Atticis* perquam ardua est, cum omnes plagas objectas perfringant, quare, præcipitem in clivum compelli solent, cujus latus madidis ideoque lubricis instratum coriis incurrentem lapsantemque feram in præceps devolvat, ubi jam infractis viribus conficiatur. (4) Capreatum quoque venatio difficilis, quoniam in altissimas evadunt rupes, quò non rarò consecuti, vix reditum ad ima reperêre, ut Maximiliano I. eveniisse legimus. (5) Hunni juxta Mœotidis paludes, quas impenetrabiles rati sunt, cervam secuti, viam ex Asia primùm in Europam reperêre. (6) ut *Bonf.* l. 2. dec. 1. Memorabile est, quod Carol. VII. Francor. Rex in saltu Sylvanecto cervum æneo circa cervicẽ torque cœperit, (7) hac epigraphe: *Hoc me Cæsar docuit.* Unde colligas, quanam cervi ætatem ferant. Regi autem subinde placuit inter sua insignia cervum cum torque aureo inter lilia ferre. (8) *Ricius* l. 3. *de reg. Franc. & Guagninus* l. 9. c. 3. Simiæ apud Indos magis dolo, quàm vi capiuntur. Cùm enim illa quæ ab hominibus fieri videtint, imitentur, venatores sub arboribus oculos melle illinunt, calceosque sibi aptant, moxque pro melle, liquidum viscus, & in calceis relinquunt compedes, quibus utrisque imitatrix simia tenetur. (9) *Diod.* l. 17. Crocodilos Ægyptii captant suillo tergore in undas projecto, cui hamum implicant, moxque porcellum in litore vivum grunire faciunt, advolat crocodilus & obvium in aqua tergus cum hamo devorat, ex quo deinde attractus cœno in oculos ingesto excæcatur, (10) ut *Herod.* l. 2. Phocas, seu vitulos marinos ita septentrionales occupant. Captator pelle nigra aliquam vituli similitudinem mentitur, itaque super glacie curvatus recumbit, aditu Phocæ patefacto: tum mugitu ficto Vitulum accersit (qui priorem conjugem spe novæ pleruinque

2] *Libidine capi.*

3] *Pœna præmio capi.*

4] *Per honores præcipitari.*

5) *Nimiâ elatus.*

LV.

6] *Fortuitum.*

7) *Senectus summa.*

8] *Antiquum Galliæ Regnũ.*

9] *Imitatio stolida.*

10) *Gula capi & excæcari.*

LVI.

rumque interimit, dum ipse ab aliqua demum victus succumbat) occurrentem belluam hastâ, quam penes se habet, configit. (1) *Olaus* lib. 5. c. 5. *sept.*

Venatio, licet Principes laudabili studio ad quædam militiæ rudimenta per dura & aspera exerceat, tamen nimia in vitio est. Hanc iccirco Bajaceti Turcarum Imp capto Tamberlanes Scytha, missis falconibus, canibus, & retiis exprobavit. Cumque is responderet, ignobilem latronem hæc aspernari: non verò illustri secum genere natum. (2) Offensus hoc dicto Tambernales ignominiosissimè subinde tractavit. C. *Iehoud*, lib. 3. Mulcasses Tunetanus Leones plusquam ducentos in silvis confecerat, (3) ut *Sabel.* l. 17. ex Jov. sed regno deinde exutus ad Carolum V. confugit, cujus beneficio restitutus est. Laudabilius Amadeus Sabaudiæ Dux pauperibus domi suæ indies panem ministrans, hos suos dicebat esse canes venaticos.

1) *Libido multos perdit.*

2) *Amore quisque suo excæcatur.*

3) *Vis arte victa.*

LVII.

VESTIS Adamo & Evæ primum, non ornatus, sed pudoris, ex peccato contracti, velandi causa, tum arcendi frigoris, tanquam pœnitentiæ, & pœnæ signum concessa est. (4) S. Paulus in etemo se toga ex foliis arborum consuta tegebat (5) Multæ gentes ferarum pellib. vestiuntur, quæ versæ tam æstate, quàm hieme serviunt. (6) Brasilienses olim pleriq; nudi, nobiliores psittacorum, vel aliarum avium plumis perizomata a lumbis ad genua contexebant. (7) Nonnulli Indorum pellibus piscium; alii pictum corpus præsertim faciem, coloribus, nonnunquam & gemmis insertis, gerunt: ut *Alex.* l. 5. c. 18. Carthaginienses longis tunicis & discinctis incedebant, (8) quod Romanis probro fuit, ut in Verre notatum est Germani in sago cum fibula; strictâ veste locupletes, quæ singulos artus exprimeret. *lb* c. 12. Toga apud Rom. virorum erat in pace, (9) sagum in bello: (10) prætexta (11 (adolescentum nobilium, & Magistratus: laticlavus, & purpurea tunica (12) senatorum: paludamentum (13) imperatorum in bello: flammeum & stola (14) mulierum quæ in luctu erant candida: pallium & penula utrisque viris ac mulieribus communia. Vestis ingenuorum, manicis utrimq; pendulis, (15) sed

4) *Pœna.*

5) *Pœnitentia.*

6) *Nec esse tam est facile satis.*

7 *Superbia.*

8) *Mollities.*

LVIII.

9) *Pax.*

10) *Bellum*

11) *Nobilis.*

12) *Senator*

13) *Imperator.*

14) *Mulier.*

15) *Ingenuus.*

1) *Servus.*
2] *Prophetæ.*
3] *Sacerdos*
4] *Latus.*
5) *Mœstus.*
6] *Apostoli*
7] *Simplicitas commendata.*
8] *Femineus.*
10] *Sacris indignus.*
11) *Mollities.*
12] *Generosa femina.*

vorum altera tantum manica demissa (1) erat, ut Cæl. l. 4. c. 3. antiq. lect. Prophetæ veteres pellibus (2) vestiti erant, ut Elias 4. Reg. 1. Sacerdotes veste talari superhumerali feminalibus cingulo, & tiara, lineis utebantur, (3) ut *D. Hier. ad Fabiol.* quod hæc puriori materiæ conferent. Et Pythagoras non nisi candida veste (4) amiciti voluit. Menedemus tunica pulli coloris uti maluit, pileoque arcadico duodecim literas intexuit, tragico incedens cothurno, (5) & virgâ in manu fraxineâ, ut *Sabel* l. 2. c. 8. Vestibus albis etiam Judæi in conviviis accumbebant, argumento lætitiæ. Apud plerosque cænatoriæ vestes illustres fuere. Augustus Cæsar duodecim secum in Deorum (6) & Dearum habitu accumbere voluit, ut *Sueton.* Judæis vetita erat vestis ex lana & lino contexta. (7) Deut. 22. Pontificis tamen superior habitus variegatus erat, illic simplicitatem, hic varietatem doctrinæ indicans. Etat & Judæis vetitum mutare vestes, sexu mentito. Deut. 12. Turpe Herculi fuit, sub Omphale regina femineo in veste pensa ducere. (8) cui tamen apud Coos muliebri in habitu iccirco sacerdos immolabat: turpius quod in Attide viri ornatu muliebri: mulieres virili sacra facerent, (10) ut *Alex.* l. 2. c. 8. At Sardanapalum Regē Assyr. muliebris vestis & animus Regno deturbavit. (11) ut *Diod. Sic.* Clisthenem hæc quoque infamia in proverbiis notavit. Glorioſius Euphrosyna Alexandrina nuptias fugiens, & Pelagia meretrix Antiochena pœnitentiam actura, tum Marina virgo Græca & Eugenia Rom. virili sese habitu monasteriis Deo servituræ inclusere. (12) Theodora etiam in lupanari cum milite conversō mutavit vestem, quâ salva evaderet: rediens tamen ubi illum secuti subjectum cerneret, ejusdem martyrii fit socia, ut *Ambr.* l. 2. *de virg.* Glorioſa & Semiramis Babyloniorum Regina in virili habitu bellicosa mulier aliquamdiu pro filio Nilo rexit. *Diod l* 3. & Hypsicratea *ut Plut in Mithr.* Mithridatis uxor vitum per adversa quæque hoc cultu est secuta, & Germanicæ mulieres, quæ virorum instar pro recuperanda Hierosolyma in Palæstinam profectæ, an. 1147. quatū una, ut refert *Nicetas in hist.* Sub Con-

LIX.

LX.

rado

V

rado Imp. ac duce insigni cultu merens, auripes dicta est, Penthesilea altera. (1) Ita & *Iovius* cum Persis contra Selimum sub Campsone Rege profectas occubuisse memorat. Quibus Metensis femina accenseri potest, quæ virum Alexandrum, à Mahomete captum Monachi in habitu transfretans, arte sua liberavit. (2) ut *Beyer. in Theat.* de Veste p. 97. Glorioſum quoq; olim heroib. in iis quas occidissent ferarum vestibus incedere. Sic Herculi post occisum Nemæum Leonem hæc solum pellis texit. (3) At parum decorum Ecclesiasticis est militari in habitu comparere. (4) Talem à se juvenem Everhardus Sueviæ Princeps Sacerdotium petentem rejecit: quid, inquit, militi cum sacerdotio? Lepidius est, quod Petrus Sabaudiæ Comes ab Othone IV. Imp. investituram suarum regionum petens, veste auteâ, parte dexterâ, sinistrâ verò armis indutus accesserit, novitatemque Othoni mitanti dixerit: alterâ ornor beneficio tuo; alterâ defendar contra hostes. (5) *Corcx de Memorab.* Turpe ceteroquin est peregrinis vestib. patriũ cultum inquinari. Hinc Lud. Bavar. Rex Germ. hoc facto laudandus, quod externos omnes habitus edicto ex Germ. proscripserit, (6) ut *Annas. Boior.* l. 4. Apud Helvetos publici honoris hæc insolentia incapaces facit. (7) Isabella & Ferdinandus Hispan. Reges adolescentibus & sericas oblongas vestes & promissum capillitium interdicto sustulerant ut *Mar. l. 19 rerum Hisp.* Joannes Duca Orientis Imp. peregrinum habitum affectantes in ordinem, aut servitutem redegit, (8) ut *Bonifid. us l. 1. juris Orient.* Et Deus *Sophon 1* inquit. *Visitaba super omnes, qui induti sunt veste peregrina.* Augustus Cæsar, teste *Suet on.* Romanos voluit suo more togatos esse: dicens *vestitum mollem superbia vexillum esse, nidumque luxuriæ.* (9) Syracusis lex fuit *teste Athen.* l. 12. c. 6. ut auro, aut supervacuis ornatus, pro mœcho, aut cinædo haberetur.

1] *Heroides.*

2] *Amor ingeniosus.*

3] *Fortitudo.*

4) *Indecorum.*

LXI.

3] *Pace & bello prompeus.*

6] *Novitas / erculea.*

7] *Antiqua probantur.*

8) *Peregrini ne dominentur.*

9] *Luxuria.*

LXII.

VEXILLVM signum est, quo cohors, aut turma una militum ab altera discernitur, (10) pro quo seculares & regiosi suo ferè quisque habitu distinguitur. De hoc varia *lib. 3. init.* supra disserui. Hoc quandoque præter insertum symbolum, etiam lemmate suum propositum

10] *Milites sub duce.*

positum exponebat, ut Halbetstadii Princeps superioribus annis contra Ferdin. II. Cæsarem pro Bohemis pugnans, manum cum pugione, cum inscriptione posuit: *Deo amicus, Sacerdotum hostis.* (1) Verum sinistrâ sclopo amissâ, alteri vexillo inscripsit: *manet altera.* (2) Sed hæc illi ad victoriam parum audacia profuit: ubique turpiter profligato, ac denique occumbente.

1] *Contradictio fluxa.*
2) *Audacia supra vires.*

LXIII.

VIGILIÆ militem, operarium, studiosum & religiosum imprimis decent, ne pretiosum vitæ tempus inertia pereat. Brenno Gallorum Dux Capitolio Romano potitus, canibus & excubiis dormientibus, esset, nisi anseres plus utrisque vigilantes, suo excitassent Romanos strepitu. (3) ut *Livius* Aristoteles ne prolixiore somno studia intterumperet, sphæram super pelvim æneam manu complexus ad sonitum labentis evigilabat. (4) ut *Laert.* in Vita. Ferunt Reges Persarum præ foribus habuisse cubicularium, qui manè inclamaret: *Surge Rex, atque ea cura quæ te curare vult Mesoromasdes, Deus tuus* (5) Plut. l. de doctr. princip. Draco vigilante hortos Hesperidum poma aurea custodisse memoracur, (6) qui à Medea soporandus fuit, ut pateret Jasoni aditus. Vigilandum Christianis ad orationem, monent præ foribus templorum positi leones, atque in ipso apice galli. (7) Janus, temporis præses, bina facie, quaternisque oculis, (8) ut advigilaret, fictus est.

3) *Vigilantia custodit.*
4] *Studiū pernox.*
5] *Homo ad laborem creatus.*
6] *Opes cura servantur.*
7] *Vigilandum in oratione.*
8] *Vigilandum semper.*

VIRGA potestatis aliquod signum est, quæ tenuior in manu magistri disciplinam indicat scholarem, (9) grandior pro baculo militarem aut civilem. (10) Romanus magistratus fasces virgarum cum securi prælatos à lictoribus habuit. Et virga belli duces ad regendum feriendūq; utebantur, pro qua Centuriones apud Rom. vitem ferebant, quâ milites feritent. (11) Pastoribus ovium eadem quoque ad regendum, usurpata. Unde nescio an baculus pastoralis in ecclesia sumptus sit, certè dignitatis Episcopalis signum est, adjunctæque potestatis. (12) Quare & scriptura S. modò pro castigatione virgam sumit. Ut *Virga tua & baculus tuus me consolata sunt,*

LXIV.

9 & 10] *Correctio.*
11) *Potestas.*

V

ta *sunt*, psal. 22. modo pro potestate: *Virga directionis, virga Regni tui.* psal. 44. modo pro vi & virtute: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* (1) psal. 109. Attalis virga Moysis coram Pharaone fuit, quæ in colubrum versa aliorum serpentes devoravit, (2) in cœlum extensa, obducto sole, produxit tenebras, (3) aquam vertit in sanguinem, (4) è terra ranas, cyniphes, muscas, locustas, procreavit, (5) aerem peste & tempestate complevit, (6) & mare & Jordanem fluvium divisit, (7) petras eductis aquis emollivit. (8) Eadem virga & Ægyptios punivit, & Hebræos rexit. Talis modo inter Christianos virga est Crux Christi per illam figurata. Virga quoque amygdalina, quam Aaron cum aliis 12. tribulus Israelis imposuit tabernaculo, quæque sola florens reperta, ei summum sacerdotium adjudicabat, singulares boni Pastoris virtutes exprimit. (9) flos ex arida Virga repentinus collatam humanæ naturæ ex se sterili gratiam designat. (10) Deinde fructum bonorum operum gratiæ respondentem; cum repentè post baccas in amygdalis flos, post florem fructus erumpat. (11) Ad hæc patientiam utilem, cum inter ipsa adhuc frigora floreat, & fructificet, (12) Constantiam, quia folia virtutemque tardè deponit. (13) denique robur fortitudinemque, cum duro cortice fructum claudat. (14)

VNCTIO olim in conviviis præcipuè ad capita unguento refrigeranda, ne vino incalescerent, est usurpata: à Magdalena quoque Christo adhibita. (15) Ceterùm & odori, gratia placuit. Sacerdotibus deinde ac Regibus prophetisque inaugurandis admota (16) *Exod.* 29. & 1. *Reg.* 10. & 3. *Reg.* 19. Infirmis quoque *Iac.* 5. & mortuis *Gen.* 50. & *Matt.* 26 applicata. (17) Quidam tamē hoc unguentū pro mortuis ex sola cedria, seu pice ex cedro fluente: alii ex melle, vel cera, alii ex myrrha vel balsamo conficere solebant, quæ omnia vim habent conservandi. (18) Sale nonnulli corpora exsiccarunt, vel asphalto maris sodomorum bitumine perfuderunt. (19) Quod Ægyptios fociisse memorant. De cedria refert *Plin.* l. 24. c. 5. quod corpora viventia corrumpat,

1] *Vis ac virtus.*
2] *Deus homo factus.*
3) *Deus avertens vultum.*
4] *Iræ Dei concitare.* LXV.
5] *Cupiditates laxare.*
6 *Flagella Dei.*
7] *Mundo educere.*
8) *Impœnitentes flectere.*
9] *Pastoris boni dotes.*
10] *Deipara Gratia.*
11) *Fructus bonioperis.*
12) *Patientia.*
13] *Constantia.*
14] *Fortitudo.* LXVI.
15) *Mansuetudo.*
16) *Rex, Sacerdos.*
17] *Conservatio.*

18] *Conservatio.* 19] *Concupiscentiam siccare.*

V

servet mortua. (1) Alexandrum Magnum infuso melle
1] *Honor Laus.* servatum ferunt. *Stat.* l. 3. *Syl.* Ungi quoque gymnastæ
LXVII. solebant, ne corpora facilè nuda apprehendi possent, &
2] *Mortificatio.* solerent uncta indurari. (2) Anacharsis tamen insanos
dicebat, qui se ungerent ad sustinenda verbera, ut *Laert.*
l. 1. c. 9. Diogenes unguentum, quod alii capitibus, ipse
3) *Mollicies explosa.* infundebat pedibus: hinc inquit, facilius ad nares ejus
odor evolat. (3) ut *Laert.* l. 6. & cuidam bene olenti:
4) *Affectatio ingrata.* εὐωδια, inquit, δισωδία est, ut *Mart. Non bene semper olet, qui bene semper olet.* Ita Flav. Vespasianus adolescenti
pro beneficio accepto gratias acturo, cum ex unguento
fragraret. *Mallem* inquit, *allium oluisset.* (4) & beneficium retractavit. *Suet.* in Vita. C. Plotinus Plancus ad
5] *Voluptas prodit.* supplicium quæsitus solo unguenti odore in latebris
proditus repertusque est (5) *Val. Max.* l. 6 c. 8.

LXVIII. *VRNA* non tantum significat vas œnophorum, sed
6] *Fragilitas hominis.* & sarcophagum, quo cineres mortuorum condebantur;
& vitreum sæpe erat, quo fragilitatis mortales admoneret. (6) Ita Ælian. l. 13. c. 3. Xerxem Pers. Regem, ait,
ad Beli monumentum venisse, idque (cupiditate auri,
quod recõdi quandoq; in sepulchris solebat) aperuisse;
sed vitream tantum reperisse urnam, non tamen oleo, in
7] *Cupiditas inexplebilis.* quo cadaver jacebat, plenam. Juxta in columna, scriptum erat, pessimè habiturum, qui aperto sepulchro, urnam oleo non expleret (7) Rex ad lectionem expavit,
jussitque quamprimum oleum deferri affundique. Verùm expleri nulla affusione potuit: ut humanæ cupiditatis abyssum præ se ferret. Sunt qui urnam seu loculum
mortualem perpetuò secum deferri, ad memoriam
fragilitatis humanæ voluerint, ita Maximilianus I. Imp.
fecisse legitur, & Carolus V. nepos hunc sibi ante mor-
8] *Mortis memoria.* tem instrui voluit. (8) Modernus etiam Pontifex Alexander VII. cum vidisset Innocentium antecessorem
suum, aulicis post mortem omnia dilapidantibus, vix loculum pro sepultura habere reliquum; hunc sibi, quamprimum pontificatum ingressus est, jussit præparari,
ne illius in vita deesset memoria, in morte usus.

ZONA cingulum est, quo corpus præcingitur, hæc

alia

alia olim sacerdotalis, alia militaris, alia virginalis, alia muliebris, aut etiam virilis fuit. In Sacerdotibus hæc olim atque etiamnum moderationem, modò etiam continentiam designat. (1) Unde *Greg. hom* 13. *in Evang. Lumbos*, inquit, *præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus*. Pontifices olim duplici Zona utebantur, una lineam, (2) altera hyacinthinam tunicam (3) adstringebant Ut scirent, tam adstringendos corporis sensus, quàm internos animi affectus, præterea expeditos esse debere, tam ad obsequium proximi, quàm Dei. Est enim cinctura hæc quoque celeritatis expeditæ symbolum, ut stabant, accincti renibus olim, cum baculis in esu paschalis agni. (4) *Exod.* 12. Est quoque fidelitatis, & obligationis per sacramentum contractæ symbolum, (5) ut in militibus, sicut fortitudinis quoque in iisdem. Hinc & initiatis baltheus, vel Zona cum gladio injicitur, (6) & detrahitur exautoratis. Et iccirco latera Marti olim consecrata fuêre, (7) ut frons Genio, brachia Junoni pectus Neptuno, renes Veneri, pedes Mercurio, digiti Minervæ: ut *Alex.* l. 2. c. 19. Est & Zona in conviviis olim adhibita, (8) ut temperantiæ admoneret: quas si helluones biboneſque solverent, *discincti* potes dicti sunt. Unde proverbium mansit. Memorat *Sigism. Baro de Mosch.* Russiæ Principi inaugurato super mensam honoris loco cingulum auro gemmisque pretiosum offerri, ut se vito forti & temperanti dignum præstet Nec illud omittendum, quod *Pier.* l. 40. notat: Virginitatem atque integritatem Zona designari, (9) quòd hac præcinctæ Virgines ex lana olim apud Rom. à Sponso in lecto geniali solvebãtur. Trezeniorum Virgines nupturæ hanc Pallidi Aptutiæ, uti crines Hippolyto dedicabant, utrique castitatis amanti Herculano autem nodo Zona vincta solvebatur, (10) ut sicut Hercul. felix 70. filior. pater fuisset, ita hoc illis connubiũ fertile existeret. Quare & solvisse Zonã dicebantur, cũ parerent. Deas a. his semper propitias adhibebant, Junonis nomine se cingentes: unde Juno Cinctia Romæ celebrata, Minervæ, aut Dianæ aut etiam Veneris, si leves essent se discingentes, fuitq, co-

Z

1] *Moderatio, Continentia.*

2] *Sensus corporis cohibendi.*

3] *Animi affectus stringendi.*

4] *Expeditio.*

5] *Obligatio.*

6] *Autoratus.*

7] *Fortitudo.*

LXX.

8] *Temperantia.*

9] *Continentia.*

10] *Fecunditas.*

nomi-

nomine culta Athenis Diani Solvizonia. Ut Babyloniæ Virgines, juxta *Herod.* ante tẽplũ Veneris prius violatæ, acceptũ pretium offerebant Veneri, sicq; nefando more, se conjugio inaugurabant. Quarum similes Chaldæas, ante templum Veneris discincta, idem l. 1. fuisse memorat. Hebræas Zona quoque usas ex *Isaia* c. 3. v. 24. patet, cum de his in captivitate plectendis ait: *erit pro Zona funiculus, & pro fascia pectorali cilicium.*

CAPUT LXXIX.

DE ARBORUM ET FRUCTICUM Imaginibus.

DE arboribus plantisque nonnulla quoque hoc loco inserenda videntur, ne fertilem hunc iconographiæ campum videar neglexisse, quanquam omnino negligi non potuerit, ex quo locis diversis symbola deprompsi.

I.

1] *Voluptas noxia.*

2) *Crux salutifera.*

3) *Crucis memoria adversa lenit.*

4] *Martyrum exustio.*

5] *Reliquiæ.*

6] *Voluptatis gustus suavis sed vitabilis.*

Quantum arboribus tribuendum ejusque fructibus vel solius paradisi memoria ostendit, in quo & arbor fructibus suis mortifera, ex qua Adam comedit, & vitæ quæ mortem arceret: illa voluptatis noxiæ, (1) hæc Cruci: & doloris salutiferi argumẽtum. (2) Hoc lignum est, quo Moyses in deserto Maria aquas potabiles *Exod.* 15. reddidit, hoc est, adversitates hujus vitæ temperavit. (3) Ita *Petrus Martyr.* in orbe arbores esse tradit, quæ adustæ pro fumo, gratũm spirent odorem (4) & *Iosephus Acosta* alias quæ mersæ, guttis distillent balsami odorem referentibus: cujus virtute vulnera quæcunque persanentur. (5) In Hispaniola quoque arborem reperiri memorant, cujus fructus pyris muscatis similis, non odore minus, quàm gustu delectet gratissimo; succis tamen adeò exitialibus polleat, ut Indi venenatas hoc sagittas, cum tingunt, reddant. (6) Quin ab eadem

eadem arbore juxta Malaeam mors & salus est. Illis enim radicibus quædam pollet, ut quæ ad occasum vergant venenum affricent, quæ ad orientem, contra quodvis venenum antidotum præbeant, febresq; pellant. (1) *Autor hist. Sinens. part. 4. c. 17.* qui addit apud *Majol.* col. 21. in Mexico reperiri arborem *Magveis* dictam, quæ una plurib. usibus sufficiat. Ex caudice enim terebrato liquor bibentibus gratus promanat: nimio tamen potu ebrietatem adfert. (1) Cortex ejus velleta texendis filis ac funibus sufficit: lignum in acus idoneas extenuari potest. Frondes & pro tegulis domibus contegendis serviunt, & salubres ægritudinem pellunt. (2) Et *P. in.* l. 12. c. 8. tradit in Hyrcaniæ convallibus ficis similes arbores esse, *Orchi* dictas, ex quibus mel defluat horis matutinis duabus. (3) Et *Strabo* in Arboribus quibusdam Hispaniæ exciso ramo lac dulcissimum fluere. (4) *Curtius* l. 6. hist. frequentes Indiæ quercus, ait, repleta melle folia habere; sed hoc mel ante ortum colligendum, cum sole enim exsiccari. (5) Arbores Sodomæ, ut Solin. c. 36. refert, egregia specie poma ferunt, sed intus plena fuligine, ut admorsa & pressa fumum exhalent. (6) Magis illatum arborum juxta Jericho fructus laudandi, qui sub duro cortice, specie cucurbitæ, tenuissimam recondunt lanam, ex qua tela egregiæ subtilitatis & candoris præparatur. (7) ut *Gregor. Turon.* l. 4. hist. plant. c. 9. oculatus testis memorat. Sed ordine literario præcipua expendere juvebit.

A

II.

1) *Intentio bona vel mala.*

1] *Moderatio.*

2] *Utilis ad multa.*

3] *Oratio matutina.*

4] *Martyrum vulnera.*

5] *Labor matutinus*

III.

6] *Mundi vanitas.*

7] *Dura pervincenda.*

8) *Religiosus homo, ad Deum conversus.*

9] *Dei jactura gravis.*

10] *Consortia prava nocent.*

11] *Pii veteri Ecclesiæ sustinent.*

IV.

ABIES pulcherrima & rectissima; arborum, infestiori parte, quam sapinum dicunt, enodis, foliis pectinum forma perpetuo virentibus, ramis ad cœlum vergentibus, & imposito obnitentibus ponderi. (8) verticibus ramorum recisis moritur, rotis obtruncatis durat. (9) Umbra parum salubri est. (10) Cortex illius obarmatus squamis. Fluit resina. Navigiis trabibusque domuum imprimis idonea; præsertim quæ Alpium montibus (quos amat) nascitur. (11) Pluta diversis locis *Plin.*

ACER in Istria & Rhetia crispis maculatum notis insignis, juxta padum ligno candoris præcipui: ratione tamen

A

1] *Innocēs.*
2] *Humilitas.*

tamen arbor, sed amplitudinis egregiæ, variis & rarīs operibus expedita. (1) Radix contusa impositaque corpori jecinoris doloribus medetur. (2) *Plin.* l. 16. c. 15. & l. 24. c. 8.

olsza

3] *Nauta vix nisi in aquis utilis.*

ALNVS sterilis arbor nec fructum, nec semen profert, locis humentibus provenit, crassissimis foliis & densa umbra; navigiis tamen idonea est (1) & ripis contra impetum aquarum muniendis. In quibus cæsa copiosius provenit. (4) *Plin*

4] *Castigatio utilis.*
5] *Iuventus.*
6) *Virtus per dura obtinetur.*

AMOMVM vide *Cinnamomum.*

AMYGDALVS ante ceteras floret arbores Januario mense, quodam fertilis anni ex copioso flore præsagio; sed ante maturitatem facilè amittit fructum. (5) Hic amato, duroque incluſus cortice, pellicula etiam gemina, & superiori quidem acerba vestitur. (6) Theodotio *virgam vigilantem*, quam Jeremias vidit c. 1. amygdalinam in versione ponit Hominis ad virtutem tendentis quoddam symbolum exhibet, cui ante vigilandum & durus frangendus disciplinæ Christi cortex, quam fructum percipiat. Salomon quoque in fine Ecclesiastæ c. 12. hoc ænigma ponit: *florebit amygdalus*, (7) *& pinguescet locusta, & dissipabitur capparis, atq; hæ incæptabunt, homine jam in domum æternitatis suæ profecturo.* quod sic exponit *Eucherius*. canescet homo (ut florens amygdalus) tumebunt pedes, & concupiscentia frigesce in senio.

7] *Senectus*

ostrzew V.

AQVIFOLIA Græcè *Smilax* arbor ex Ilicum genere est, baccis sine succo foliis aculeatis quæ illi non decidunt. (8) Veneficia à villis ubi crescit arcere *Plinio* creditur. (9) qui etiam ex Pythagora tradidit aquam ejus flore glaciari.

8) *Iracundus.*
9] *Affectio corporis.*
10) *Levis & inconstans.*
11) *Confirmatus.*
12] *Iuventus fulcienda.*
13] *Opes occultæ.*

ARVNDO inter minores plantas nostro cœlo contemptibiles quia parvæ inanes, ac debiles, (10) in India & Arabia grandiores arborum instar, atque hic etiam firmæ, ut pro lanceis serviant. (11) Jam teneræ dum adolescunt aliarum arborum adminiculo indigent, (12) adultæ siccæque pro fulcro aliis serviunt. Per internodia serpentesque ductu vario colores eleganter distinctæ. Aquas dulces potabilesque suis internodiis, tanquam scyphis, complectuntur. (13) In Maluccis quoque

Insulis

Insulis pro vasis serviunt, tanta earum est vastitas. Quin ad Gangis ripam memorant repertas, quæ piscatoribus pro cymba essent. Ita *Majol.* col. 21. ex diversis.

BALSAMVM arbuscula est aromatica, perpetuò virens, in Judæa celebris, quæ malleolis, ut vitis plantatur, sed absque fuleris, in montibus fertilior. (1) Succum incisa vitro (nam ferro emoritur) lapide, aut osseis cultellis fundit, quē opobalsamum vocant, odoris præstantissimi. (2) In Arabia viperæ, quæ balsami umbra delectantur, ex contracta virtute redduntur innoxiæ, (3) ut Pausanias in Bœotp. 303. ut proinde erret Plin. l. 12. c. 25. dum soli Judææ tribuit. In medicamentis præcipua succo facultas, altera semini, tertia cortici, postrema ligno. (4) Omnia enim pretiosa. Et Judæi invadentibus Romanis hanc plantam invidebant, conati frustra exscindere (5) funeribus quoque adhibitum, quòd corruptioni arcendæ serviat: (6) Quo quæque est planta hortidior, tanto succus ab ea manat præstantior, (7) quique ultro ante sectionem fluit, plus habet virtutis. (8) Vide *Plin.* l. c & alibi.

EDELLIVM arbor nigra est, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu naturaque caprifici. Gumnii habet simile ceræ, odoratum & tralucens, cumque fricatur, pingue & gustu amarum, citra tamen acorem est. (9) Cum vino in factis perfunditur, fit odoratius. (10) Probatur colore, odore, gustu, pondere, igne: quibus syncerum ab adulterato distinguitur. Plin. l. 12. c. 9. Valet contra apostemata, tam interiora, quàm exteriora, si eo peruncta fuerint (11) habet enim vim attractivam, simul & constrictivam, quâ dysenteriam sistit. *Id.*

BETVLA arbor pellicula candida, locis frigidis humidisque gaudet, (12) ramis admodum flexilibus, quibus pueris reisque plectendis adhibetur. (13) Mediocris vincula pro vasis constringendis suppeditat. Tenuiora etiam vimina sportulis, crassiora ligna cistis conficiendis idonea sunt. (14)

BVXVS ligni durabilis non minus, quam duri gravisque, quod aquis non innatat, viriditatis perpetuæ, cariem vetustatemque non sentiens, (15) ad tibias, py-

VI.

1] *Religio ad virtutem prodest.*
2] *Mortificatio. Passio Christi.*
3] *Societas proborum.*
4] *Persolutionis gradus.*
5) *Invidere bona.*
6) *Virtus durat.*
7] *Duris gaudere.*
8) *Virtus spontanea.*

VII.

9] *Pietas erga Deū.*
10) *Exsacris proficit.*
11] *Pietas peccata & pœnas tollit.*
12) *Aquilonares candidi pectoris.*
13] *Disciplina.*
14] *Capax disciplina.*

VIII.

13] *Constans. Patiens.*

G

xides, pectinesque conficiendos solitum adhiberi, tonsili comâ, præsertim silvestris, in varias aptari figuras in hortis potest (1) *Plin.* l.16.c.40.

1) *Obediēs.*

CALAMVS ODORATVS juncis similis, melior tamen qui minus fragilis, odore grato atque ex longinquo se etiam prodens. (2) Nigrum alii magis probant, alii repudiant. Indicus à Syriaco satis differt. *Plin.* l.12. cap.22.

2] *Humilitas proditur.*

LX.

CAPRIFICVS ficus est silvestris, cujus cum nunquam maturescant fructus, in his tamen culices nascuntur, qui veras aggressæ ficus, dum corticem tenebrant fructuum, hos ad maturitatem promovent (3) Ejus ramis, ut *Plut.* lib.2. sympos. ferociens taurus circa collum vinctus mansuescit. (4) Sub hac olim ficu Romanæ mulieres Junoni sacrificabant, (5) postquam ab hostibus obsessæ Philotis ancillæ consilio & audacia liberatæ sunt. Illis enim mulieres & Virgines Rom. pro obsidibus postulantibus, Philotis se cum aliis in habitu Matronarum & Virginum Rom. obtulit, egressaque cum liberali & meraco haustu, postquam hostes sese inebriassent, ex Caprifico Romanis invadendi signum dedit, (6) qui egressi, castrisque ac victoria potiti, hujus diei memoriam celebrem esse suis matronis voluêre, quem nonas caprotinas dixêre. *Macrob.* Satur l.1.c.11.

3) *Obtrectator ignavus.*

4] *Temperantia.*

5) *Memoria beneficiorum.*

6) *Intemperantia possundat.*

CASIA frutex tricubitalis montes amans, cortice amaro, sed maximè odorifero, & vi medica excellente, (7) Triplici colore, inferius candido, deinde rubescente, superius nigro & maximè probato *Plin.* l.12.c.19.

7] *Perfectio Christiana*

8] *Gradus triplex.*

CASTANEA arbor frondibus foliisque densa, (9) fructus ex nucum parit genere, hirsuto spinosoque integumento supra corticem munitos, qui dulci siccoque nucleo, post triplex velum subtractum, nutrit, atque inprimis igne assatus placet. (10) Mutat tamen pro locorum diversitate ingenium.

9] *Ecclesia.*

10) *Martyr.*

X.

CEDRVS arbor excelsa, folia, quæ non amittit, capillata efferens, ligno incomputribili, cujus resina & olrum illitum quoq; res alias à putredine & carie conservat, sed nec rimas quidem, ut ligna cetera, exsiccata agit, tineis impervia, jucundi odoris, ideoque simulachris

ehris Deorum & præstantissimis quibusque rebus ædificandis olim adhibita: Ut egregium quodvis opus ex proverbiis *Cedro dignum feratur.* (1) Duo cedri majotis (nam & minor magisque nodosa, ideoque & vilior habetur) sunt genera; unum floriferum, sed absque fructu: (2) alterum frugiferum, sed absque flore (3) Et in hoc antecedentem fructum, novus statim occupat, *Plin.* l. 13. c. 5 & alibi.

CERASVS in Europa arbor nota, & nigris & rubris abundans fructibus, post victum Mithridatem in Italiam primum allata, nucleum in corde durum fructus abdit mollis. (4) succum fere sanguineum condimentis idoneum, ipse condituris in longum tempus reponendus (5)

CEREVS SPINOSVS apud *Ruell.* Plant. lib. 18. c. 48. portentosæ elegantiæ fertur esse, ut raro spectaculo oculos animumque spectantis teneat ad 19. aut 20. cubitos hastas veluti quaternas quinasve tollens, striis rectissimis ad normam cavatas: in quarum angulis stellæ, corneis stylis radiatæ decore eminent. Interea spinis ipse in cortice horret succoque aloes amaneseit; flores tamen in summo expromit gratissimos, hilariqueque in purpura erubescit. (6)

CINNAMVM seu *CINNAMOMVM* frutex aromaticus bicubitalis est, statim à terra surculosus, sole & arido planoque gaudens campo, succo ad multa remedia utili, gratissimi & salubris odoris, quo tamen vitens non spirat, sed exsiccatum. (7) Ante ortum & post solem occumbentem nefas censet in tenebris colligere. (8) Memoratque Plinius separatam in messe portionem Deo, quæ sub sole relicta sponte flammam concipieret, igneque odorato conflagraret (9) l. 12. c. 19. Cortex præfertur ligno. Unde in apice, placet, ubi cortex densior lignumque tenuius. Candidus quibusdam, aliis frutex ater, & hic præfertur, durus etiam præ molli diligitur. (10) *Plin.* ib.

CITRVS Græcis Medica arbor dicta à patria est, amat montes, Romanis olim in mensis citreis lectorumque elegantiis expetita, folia lauro non dissimilia profert,

C

1) *Charitas. Pietas.*
2) *Dignitas humana.*
3] *Humilitas à Deo honorata.*
Vitis
4] *Adulator fictus.*
5) *Auxilium mutuum.*
XI.
6] *Vita Christiana aspera, sed speciosa.*
7) *Castitas incorpore mortificato est.*
8] *Castus non amat tenebras*
9) *Cast. Deo grata.*
10] *Cast. (ita) formam negligit.*
XII.

fert, ac fructus pomorũ odore & sapore gratissimos. Succus quem stillat citreus contra venena valet, ardetque ut facula, dentium medetur doloribus, elephantiasi, & pulmonis ulceribus. (1) Lacedæmonii Deos suos pomis citreis, gratitudinis causa coronare solebant. (2) *Plin.* locis div. & *Dioscor.* l. 1. c. 98.

1] *Eucharistia multis medetur.*

2] *Cruta Deo hostia.*

COCCVS arbor Indica est quæ fructum peponibus similem profert, in quo succus butyro similis, qui deinde in oleum vertitur, superfusus aquæ præ se speciem fert Zacchari, (3) soli expositus fit acetum. (4) Ex stipite arboris aqueus humor distillat ad potum suavis, qui in vasis asservatus magno in pretio est. (5) Fila etiam ex arboris germine percommoda ducuntur. Ita ad multa utilis arbor hæc una est. Ita *Petrus Hispal.* in Silva p. 5. c. 17.

XIII.

3] *Pœnitentia jam peracta dulcis est.*

4) *Pœnitentia olim publica.*

CORALLIVM frutex est in medio natus mari, ut in Ligustico, reperitur, qui suas profert baccas, sub aqua molles, at ut primum exemptæ sunt in lapidem purpurei coloris obdurescentes (6) ut Sol. c. 7. *Plin.* lib. 32. c. 2.

5] *Lacrymæ pœnitentis.*

6 *Virtus in adversis probatur.*

CORNVS arbor duro rigidoque ligno sine medulla, unde & bellicis hastis jaculisque dicata. Succus illi sanguineus. (7) flos ejus apibus exitialis est (8) *Plin.*

7] *Bellicosus.*

CORYLVS gracili multoque & flexili exsurgens stipite nuces profert, duro munientes nucleum cortice. Ex ligno olim faces fieri solitæ pro nuptiis. (9) *Plin.*

8] *Bellum rei rusticæ exitiale.*

COSTVS arbustum aromaticum, cujus radix odore præstantissimo fragrat: gustu fervens, frutice alias inutili (10) Nigrum candido melius est.

9] *Iuvenus ante nuptias flectenda.*

CYPRVS arbor est, coriandri semine, quod in oleo coctum æstimatur, & in flore candido gratum odorem spirat, (11) quo in Cypro Insula pollet. Plin. l. 12. c. 24

XIV.

CYPRESSVS seu *Cupressus*, aut *Cyparissus* arbor fatalis in funeribus olim adhibita, succisa non repullulat, odore gravis, quo tamen funerum odorem premebat, picem fundit sapore acerrimam, loca humida aversatur, fructu super vacua, baccis torva, ac ne umbra quidem gratiosa (12) quâ tamen viret perpetua, cariemque ac vetustatẽ ignorat. [13] ut Plin. l. 16. c. 33. Dii hæc sacra,

10] *Humilitas Pœnitentis.*

11] *Candor animi.*

12] *Mors.*

13] *Mors nunquam deficit.*

sacra, Jovisque ex ea simulachrum confectum Romæ erat in arce. (1) Plato etiam leges publicas his tabulis censuit inferendas. (2)

ELATE à *Plinio* quoque Abies dicta, in locis sitientibus maximè odorata, pingui lacryma, quæ ad oleum infringendum unguentis additur. (3) lib. 12 cap. 28.

ESCVLVS sic dicta, quòd primi mortales hac pro esca usi dicantur. (4) ut Servius in 2. Georg. est enim ex glandiferis, fago minor. Gallam fert duplicem alteram nigram tingendis utilem vestibus. Tanta altitudine radices in terram demittit, quantâ ramos extollit in altum. (5) Vide Plin. loc. diversis de ea.

FAGVS arbor excelsa glandifera, cujus glans triangulari cute clauditur, esu dulcis, folium tenuissimum & fragile, cortex densus, & pluribus usibus rustecorum serviens, lignum fissile ac flexile vasis, capsis, scriniisque idoneum. A vermibus immunis est. Ciniscque ipsius vitro conficiendo aprus. (6) Vide *Plin.* loc. pluribus. In Aquilonari plaga fagi magneticis cautibus propinquæ, earum quoque naturam induunt. (7) Olaus l. 12. cap. 1.

FERVLA in calidis locis subnascitur, genicularis scaphis nodosa, nulli fructicum major levitas, ideoque senum baculis idonea, (8) foliis in majoribus quæ terræ propiora sunt. Ejus radix candida, de qua incisa lac manat. Ignis in illa optimè fovetur. (9) Plin. l. 13. c. 22. Est aliud ferulæ genus de quo in herbis.

FICVS, non magna per Europam, apud Indos, si fides *Solino* est, tam ingens, ut ramorũ umbræ bina stadia ex arbore una contegant. (10) Illud majori dignum fide quod *Plin.* l. 12. c. 5. refert Alexandrum Indicas miratum ficus, quæ imis in terram ramis curvatæ intra annum propaginem rursus faciant, & in orbem opere quodam topiario circa parentem surgentes, procul formicato ambitu pastoribus aliisque diverticulum præbeant sub umbra. (11) Quorum exigua quidem poma, sed folia amplissima scuti formam præstent. (12) Sine flore hæc

F

1) *Mors Deo jungit.*
2] *Lex usque ad mortem servanda.*
3] *Temperatius animum pinguefacit.*
4] *Abstinentia.*
5) *Humilitas extollit.*
6] *Scriptura utilis ad multa.*
7] *Simile à simili est.*
8) *Abstinentia.*
9] *Vitam & charitatem Dei fovet.*

XVI.

10] *Protectio S. Crucis.*
11] *Religionis propagatio à Patribus.*
12] *Majestas inutilis.*

1] *Res major promissis.*

1) *Humilitas prodest.*

2] *Vita brevis.*

3) *Mediocritas bona*

4] *Correctio prudēs.*

5] *Vilis res.*

6] *Homo inutilis.*

XVII.

7] *Pœnitentia seria peccatoris.*

8] *Gratitudo in beneficos.*

9) *Verbera.*

10] *Veritas delectat.*

11) *Fidei Jesion sine operibus.*

XVIII.

12] *Bellicosus.*

13] *Bellum aliis noxiū aliis utile.*

13] *Crucem Dæmon horret.*

15] *Pœnitentia.*

hæc arbor fructus profert & ante folia. (1) Maturi dulci lactis succo abundant, qui in excoctis fit melleus. Inferna magis parte, quam superna arbor fertilis est. (1) Ob brevitatem radicum citò senescens. (2) Tam abundantia humorum sterilem reddit, quam defectus. (3) & huic quidem per simum & aquam dulcem: illi per inflicta clavis vulnera, quibus copia exspiret, subvenitur. (4) Lignum siculnum in proverbiis asperna bile est, (5) vermibus etiam obnoxium, ideoque nullis fere operibus adhibetur, (6) Ægyptia ficus præ ceteris tam in fructu, quàm ligno laudem obtinet, de qua Plin. l. 13. c. 7 quod ejus cæsæ lignum mergatur aquis, in quibus cum primùm gravirate subsidat, sensim deinde sub aquis exsiccatum emergit & innatat, utilissima postea materies. (7) Porrò Cyrenenses tantum ficui tribuere, ut Deos Deasque agris præpositas ficis duxerint coronandas. (8) Et jure, si quod apud Ægyptios fieri *Solinus* c. 34. tradit, septies uno anno fructum dare videantur. (9) Mercurio olim etiam Ægyptii primò mense ficu & melle sacrificabant clamantes *Dulcis est veritas*: ab hoc Deorum nuntio Veritatem exspectantes, (10) ut Pier. l. 53. c. 41. Et Christus cum ficui in qua fructum non reperit, maledixerit, videtur omni tempore ab ea fructum exegisse non sola folia, quibus Adam se peccator contexit. (11)

FRAXINVS procera & teres arbor, pennata folio, ligno ad multa utili & inprimis hastis ex quibus & celebris illa Achillis fuit. (12) Campestris fere crispa, montana spissa, folia ejus jumentis mortifera esse prodidere Græci, sed & his, ut ceteris animantibus, innocua per Italiam sunt. (13) Solis serpentibus. Adeò hæc arbor infesta est, ut nec umbram quidem sustineant, & si ignis ac serpens fraxini cingantur fronde, citius in ignem, quàm fraxinum adiges. 14) Succus fraxini in poru venena quoque serpentum pellit, & ulceribus impositus medetur (15) *Plin.* l. 19. c. 13.

HEBENVS vel *Ebenus* ponderoso, enodique (quæ grandior est) ligno, quod splendodans nigrore, hieme virens

virens, cariem vetustatemque non sentit (1) Cæsa dutescit in lapidem, aquis mergitur, igne, nisi sensim & odore grato, non consumitur, rationibus operibus pro ornatu adhibetur. (2) Scobem oculis mederi ferunt, & caliginem abstergere. *Plin.* l. 12. c. 4. & alibi.

HEDERA frutex semper virens, sed cum damno se fulcientis, cujus succum exhaurit, amplexu firmo. (3) Vivacissima semper colore, flos sine odore est satu non egeus, cum seipsam propaget. (4) Baccho ob similitudinem vitis sucrare Poetæ eâdem, ut & Bacchi amantes, coronari solebant, quod caput leniter restigeret (5)

ILEX glandifera est femina, mas sive fructu, utroque enim sexu esse feruntur. (6) Folia illi aculeata ægrè defluunt, nullo flore gaudet. Civica olim corona ex illice plectebatur. (7) *Plin.* l. 16.

IVGLANS averſatur consortium quercuũ, (8) nuces gemino operimento vallat, tanquam fœtum in utero. Unde probabile apud veteres in nuptiis sparsas nuces. (9) Extremo cortice fuscantur lanæ. Cariem tarde sentit, umbra satis, & humano gravis est capiti. (10) Plin. l. 15. c. 22.

IVNIPERVS locis gaudet sterilibus, & arena. Viret coma perpetua, nunquam floret, vetustatem non sentit. Ligno apprimè duro solidoque, quodque conceptum ignem sub cineribus, integro anno fovere compertum est. (11) Baccas habet salutares, & media hieme, aliquas fere semper maturas, in Hispania grandes. Lignum illi tortuosum & asperum, spinæ pro foliis sunt. adustum odore ac fumo infectum purgat aërem. (12)

LARIX feminam habet, montium amans, incorrupta illi vis, & tenax humoris, non ardet, nec carbonem facit, sed tanquam lapis durat inter ignes. Folia ei pungentia, quæ non defluunt, sed florem ignorat. (13) Radicibus adustum, non repullular. (14) *Plin.* locis divers.

LAVRVS inter arbores non mole, sed virtute celebris,

H
1] *Virtus.*
2] *Charitas.*
XIX.
3) *Amor impurus. Proles adhærens parenti.*
4] *Cupiditas.*
5) *Vates.*
6) *Conjuges.*
7) *Miles defensor.*
8) *Dissimilia segreganda.*
9] *Fœtus in utero.*
10] *Protectio infida.*
XX.
11] *Eremicola pius.*
12] *Mors sanctorum.*
13] *Patientia.*
14) *Deo nitendum in adversis.*

L

lebris, tredecim omnino generum à Plinio l.15. c.30. esse traditur. Parnassi olim montis celebrata fuit, & Augustorum Romæ, quæ Liviæ cum Gallina in sinum delapsa est, ut nos supra, & hic Plin. (1) Unde mos fluxit, ut triumphantes Romæ lauro illa coronatentur. (2) Perpetuò vivens arbor est, medicisque foliis prædita, quibus venena dissipantur (3) quæque fulmine de cœlo non feriantur. Unde Imp. Tiberius fulminante cœlo lauro vinctus caput incedebat (4) Credita etiam pulvillis subjecta, veritatem conciliare somniis, unde ad futurorum præsagia utebantur. (5) & Vates Divinatoresque iisdem coronabantur, eratque hæc arbor Apollini saera. Frigus aversatur, sed non minus ignem, cui crebro oblu&atur crepitu, excutitque dum potest. (6) Quare & in maleficiis amatoriis incendi solebat, velut amantium lu&am repræsentans. Mali ominis erat conje&am in ignes non crepuisse. Cæterùm tutelam Numinis & defensionem ante fores plantatam signabat, aut etiam furculis in coronæ modum coeuntibus. (7) Plin. l.50.c.15. ut & Victoriam Alexandro Severo tecens nato de Persis portendit, quando in paterna domo subnata eodem tempore, intra annum perficam arborem mirabili incremento superavit. (8) *Ib.* c.19. Aliis persuasum fuit, locum, ubi laurus sata esset, à morbis & dæmone non infestari. (9) Solitusque est populus, salutaris ominis gratiâ, calendis Januarii Magistratui lauri folia cum canticis offerre. (10) c.21. Aves quoque, ut palumbes graculæ, merulæ, perdices annuum fastidium lauri foliis, tanquam medicis, purgant. (11) Vide Plin loc cit.

1] *Genus & stirps nobilis.*
2) *Triumphans.*
XXI.
3] *Remedium.*
4] *Tutela.*
5) *Præsagius futuri.*
6) *Aversari malũ.*
7] *Protectio Dei.*
8) *Victoria*
9] *Dæmonem propellere.*
10] *Ominis boni.*
11) *Expurgare malum kowe*
XXII.
12] *Paupertatis voluntaria fructus.*
13] *Paupertas malorum remedium.*

LENTISCVS trifera arbor perpetuoque virens est, semen, baccas, & resinam fundit, omnibus ad medicinam, ipsis adeò foliis lignoque utilibus. Urinam cient, & alvum sistunt. Ulceribus & igni sacro ejus decoctum prodest gingivam firmat. Dentium dolorem forlia attrita sedant, & oculis affectis salubriter illinuntur. (12) *Plin.* l.24. c.7.

LOTOS arbor pyro similis, folium quercinum, sed crebrioribus incisuris, habet fructus fabæ instar, colo-

colore croci, sed dulcedine & sapore singulari, ut quæ in Africa est, advenas inescare feratur. [1] Ventris morbos proscribit, in nucleo interiore melior. (2) Vinum hinc simile mulso exprimitur, sed quod ultra dies decem non duret. (3) Lignum tibiis idoneum, colore est nigro, semper virens, humidis gaudens locis Est & in Ægypto *lotus*, caulis qui in irriguis Nili campis nascitur, foliis densus, fructibus papaveri similibus, in quibus semen est milii instar, quod contritum panis loco est, (4) florem illius, qui candidus est, ad solis occasum claudi, ad exortum rursus pandi ferunt. (5) *Plin.* lib. 13. c. 17.

MALOBATHROS arbor Syriæ est, convolutis foliis, atridoque colore. Similem nardo saporem habet, sed & pressa salubre præbet unguentum. (6) Odoresin vino fervefacta excellit, crocum vincens. (7) Oculorum epiphoris vino expressa medetur, somnum fronti adhibita conciliat præsertim si & nares illinantur. Fossum linguæ subditum halitus suavitatem conciliat, (8) ut & vestibus interpositum gratum afficiat odorem. *Plin.* l. 12. c. 26 & l. 23. c. 4.

MALVS arbor est facilè omnium princeps si fructum spectes, sed varietatis maximè, seu formam, seu fructum spectes. Mala seu poma, quæ profert, amoris symbola sunt. (9) Ea parte, quâ solem spectanti, ferè erubescunt, quod in luce amor ad multa erubescat. (10) Bacchus malis coronari olim visus, quod amori vinum faveat, ut Theocr in carm. Veneri idem sacrum, quod apud Sicyonios manu unâ, alterâ papaver, fecunditatis symbolum gerens, tenebat. (11) Apollini & mala placuisse, eaque in Pythiis Victorum coronis inserta *Lucianus* refert. (12) Sic & Herculè devicto Dracone, hoc est, concupiscentia, tribus pomis aureis potitū. (13 hoc est, fortitudini suæ adjunxisse prudentiam, justitiam, & temperantiam, haud malè intelligas. Quanquam & his tribus quibus Romana ejus statua ornabatur, fides, spes, & charitas rectè signetur.

MALVM Cotoneum sine Cydonium, odore non quidem ingratum, sed capiti tamen grave, colore interi velle-

M

1) *Voluptas carnis.*
2) *Licita prodest.*
3) *Voluptas brevis.*
4] *Voluptas cibis alitur.*
5] *Sine gratia Dei nil sumus.* XXIII.
6) *Spes in we adversis.*
7) *Spes charitate nixa*
8) *Adspiratio ad Deum*
9] *Amor.*
10) *Amor petit occulta.*
11] *Amor fœcundus.*
12] *Deus vult amari.*
13) *Virtute Theol. vel mor.*

XXIV.

M

1) *Zelus moderatus.*

2] *Ingeniũ cum cœlo mutatum.*

3) *Veritas.*

4] *Arma occulta.*

5] *Voluptas brevis.*

6] *Ecclesiæ malos cum bonis habet*

7) *Mitigata severitas.*

XXV.

8] *Senes magis sapiunt.*

9) *Juvenes fere insipida.*

10] *Prudens.*

11) *Festinatio cauta.*

12] *Senes magis sapiunt.*

13) *Mollis victus.*

XXVI.

14] *Mortificatio carnis.*

15] *Innocentis Deo placent opera.*

vellera cingentia aureo. Coctum conditumque ad esum salubre (1) *Perficum* ut quidem in Perside venenatum. Italiæque primò, ut noceret transmissum, cum cœlo mutavit ingenium, & salutare est. (2) Si maturum sumatur alvum lenit, si crudum sistit. Cordis figuram hoc pomum gerit ut folium liguæ, ideoque veritatis signum voluêre. (3) Nux ipsa ex pomo erutæ, cum in diversa tela punctim cæsimque ferientia solvatur, funesta est. (4) Ceterum brevis decerpti gloria est, cum intra biduum marcescat. (5) *Punicum* malum sive *granatum* sub splendido cortice multa inter se grana suis septis conclusa colligit, ex quibus ferè nonnulla vitium trahunt, Ecclesiæ malos bonis sociantis typus. (6) Perunt ejus acrimoniam mitigari si cuneus ex pino per arboris truncum ejusque medullam terebratam adigatur. (7) ut ex Basilio *Pierius* l. 54. c. 31. Præter quem vide *Plin.* l. 15.

MESPILVS humilis arbor multis nixa radicibus, ligno duro, ut & fructu, quem mespilum dicunt, qui nisi putredine emollitus non sapit. (8) Crudus fauces constringit & exasperat. Coronaque, qua cinctus est hispida, suo cortice se tuetur. (9)

MORVS ultima penè arborum, transacto jam frigore, in flores erumpit. (10) sed tarditatem hanc prudentem celeritate germinis ac fructuum compensat; (11) ne ab æstu tardentur. Mora (qui fructus sunt) succum primo candidum acidumque, deinde purpureum & vinosum, postea, jam plenè matura & decidua, nigrum suavemque complectuntur. (12) Salubris fructus, moderatè refrigerat, foliis serici vermes pascuntur. (13)

MYRRHA arbor aromatica cubitorum in Arabia quinque, sativa silvestri potior est. Caudice duro intortoque, nec sine spinis. (14) Folium olivæ est, verum crispium & acuminatum. Stacte sudant præstantissimi odoris virumque, priusquam incidantur; (15) Sed plus dant incisæ. *Plin.* l. 12. c. 15, Addit c. 16. quod Troglodytica, aspectu horridior, actiorque sit cæteris, (16) Sembracena, ut mollior, sic viribus sit tenuior, adulteratur lentisci glebis & gummi substituto, aut etiam vili

16] *Vita religiosorum.*

vili myrrha Indica. (1) Cibos Sabæi etiam alii thuris, alii myrrhæ ligno excoquunt Ad nidorem tamen gravem hinc emergentem mitigandum, urunt styracem. Ita nulla hic voluptas quæ non assiduitate fastidium patiat. (2) *Idem* l.14.c.13. lautissima apud priscos vina myrrhæ odore condita fuisse asserit, quod murrhinum dictum est. (3) Ex oriente quoque allata murrhina pocula, ut l.37.c.2. habet, fuere in pretio, quæ ex humore sub terris, ut putant, densato fieri asserunt, quæque suis maculis varietate colorum pictis, quales in Iride, tum suo etiam odore commendantur. (4) Singula 80. & 300. quandoque sestertiis Romæ empta, postquam Pompejus in triumpho primùm illata Jovi Capitolino dedicasset.

M

1) *Simulatio pietatis.*

2) *Voluptas mundi vilis.*

3) *Amaritiei virtutis grata.*

4] *Gnaritas.*

MYRTVS arbuscula venusta perpetuò virens, angustis tamen foliculis, suavissimi odoris in Ægypto, litoris amans. Veneri olim ob gratiam frondium consecrata. (5) Baccas optimi saporis habet, ejusque oleo quidam inest vini sapor. Ovantibus ex ipsius frondibus corona texi solita. In convivis Myrti, ramo per manus ordine accepto singuli carmen aliquod jucundum modulari solebant. (6) Duratio tamen gratiosæ arbusculæ brevis est, & fortè ideo corona illius in funeribus quoque exhibita est. (7) Romæ ante ædem Quirini una fuit Myrtus Patricia & altera Plebeia dicta, quod prout Patres, aut plebs dominarentur, altera semper magis vigeret, languente altera. Plin. l.15.c.29.

XXVII.

Myrt

5] *Venustas. Voluptas.*

6] *Gaudiū mundi breve.*

7] *Luctus gaudium occupat.*

NARDVS frutex est, ut *Plin.* l.12.c.12. gravi & crassa radice, sed brevi & nigra fragilique quamvis pingui, aspero densoque folio. (8) Cacumina in aristas spargunt, ideoque geminâ dote nardi spicas ac folia celebrant, odore suavi, & gustu os jucundo sapore siccante. (9) Pseudonardus crassiore ac latiore folio, tū colore pallidiore proditur, ac demum & pondere graviori. (10) Nardus rustica Bacchatis vocatur, & censetur inter herbas, quæ diversis locis diversa. Cum Gallica nascitur herba alia odoris ingrati, iccirco hirculus dictus, (11) non omnino specie externa dissimilis, quamvis minoribus foliis & sine caule. Unde facile nardus adulteratur.

8] *Humilitas.*

9] *Humilitas Deo grata.*

10] *Simulata demissio.*

11] *Occulta superbia*

QLEA

O XXVIII.

1) *Misericordia.*

2] *Odium compositū.*

3] *Perpetuitas.*

4] *Ebrietatis fuga.*

5] *Libido perdit.*

6] *Virginitas.*

7] *Mitis Tranquillus*

8] *Victoria*

9] *Eucharistia vita bonis, mors malis.*

XXIX.

10) *S. scriptura.*

11] *Meditatio divinorum.*

12] *Paupertas fructuosa.*

13) *Opes steriles ad bonum.*

14] *Victus tenuis.*

15) *Finis ultimus Deus.*

16] *Conjugiū felix.*

OLEA sive *OLIVA* in præsul. Speculi à nobis expensa multis symbolis est, ab oleo mitis arbor, (1) à quercu ita dissidens, ut altera in alterius scrobe depacta moriatur. Unde odii compositi symbolum sunt quercus & oleæ rami complicati. (2) Tardè succrescit arbor, semper fronde virens, ligno imputribilis annis ducentis persistens. (3) Gaudet cinere & calcariis fornacibus: Pluviam in vergiliis aversatur, (4) & morsu captæ sterilescit. (5) Minervæ dedicatur, quod Virgines amet, à quibus & utilius plantatur. (6) fructus, carne, oleo, & amurca pinguis est, ajunt mare hoc infuso, & utribus olei injectis placari. (7) In pace ramus illius à legatis solitus præferri, & victores in Græcia his frondibus coronati, ut Olympronicæ oleastri coma. (8) Membra oleum roborat, nutritque, penè omnibus artibus utile, vespæ tamen muscæque in illo moriuntur. (9) Vide *Plin.* l. 15. c. 3. & seq. *Pier.* l. 53. c. 1.

PALA, inquit Plin. l. 12. cap. 6. arbor est apud Indos pomo major, fructu præcellentior, quo Indorum Sapientes potissimum vivunt. (10) Hic ex ipso cortice promitur admirabili succi dulcedine, & quantitate tanta, ut uno quaterni satientur. (11) foliis alas avium imitatur, frequens apud fluvium Acesinem.

PALMA in Judæa frequens, quod ferventibus regionibus gaudeat, in quibus etiam fructus non interfolia, sed ad nudos arborum ramos profert. (12) In Italia sterilis, in maritimis Hispaniæ fertilis est, sed magis in Africa, quia fabulosa. fervida loca ac falsa quærit, a limo aliena. (13) Orientales ex fructibus vina etiam inebriantia conficiunt, & nonnullæ gentes panem. (14) Coma cultri in modum acuminatur, bifidis ramen lateribus. (15) In aliis quidem arboribus uterque sexus maris & feminæ est, sed in his præcipuè eminet. Mas floret, femina tantum spinæ modo germinat, gaudet illius flore ac pulvere conspergi, inclinante sese ad propinquum marem femina: (16) Quandoque ad fertilitatem sufficit aspectu solo recreari. Ita *Pier.* l. 50. c. 10. ex Pontano narrat. marem palmam Brundusii feminam palmam Hydrunti existentem fecundasse, ante sterilē, priusquam ad illam crevisset altitudinem, ut matrem, tanto

tanto liceat intervallo, posset intueri. (1) A trimatu ferax est, fructu obtongo, duicique succo: Coma à fulmine immuni, & nunquam decidua, succedente, ut solet, altera. (2) Plinius de illa ejusque varietate multa l. 13. cap. 4. & Babylonii trecentos sexaginta unius arboris utilitates censere soliti, anno eam comparabant, ut ex Plutarcho *Pier.* jusc. 2. refert, quanquam & per singulos lunæ ortus novo pullulare ramo ad 12 usque feratur, mensium numero insignis, singulisq; in altum surgere, (3) & in summo vertice frondibus ornari, adeò pertinaci situ, ut si pondera graviora imponas, contra nitens assurgat, neque à recto deflectatur. (4) ut Gell. l. 3. c. 6. ex Arist notavit. Romæ in Capitolio omen victoriæ fuit, quando in capite Jovis (5) bis bello Persei subnata est; sed à quo tempore pudicitia illic prostrata est, illius subversæ loco ficus successit, (6) ut *Plin.* l. 17. cap 25.

P

XXX.

1) *De præsentia animam secundam facit.*

2) *Æternitas.*

3) *Annus & menses.*

4) *Constantia.*

5) *Victoria.*

6) *Pudicitia eversa.*

PICEA, more abietis, resina fluit, thuri simillima, montes amat ac frigora: arbor feralis, tonsilis tamen, sed umbra noxia; (7) folia pectinum instar fundit, cortice ad vasa & corbes idoneo, ligno ad fissiles scandulas. (8) *Plin.* l. 16. c. 10.

XXXI.

7] *Politicus homo.*

PINVS arbor sine flore, foliis capillatis nunquam deciduis, cariem tineasque non sentit. Umbra enecantur germina, cacumine ablato sterilescit. (9) Excisa repullulare nunquam fertur. (10) ut iccirco Cræsus Lampsacenis, nisi Miltiadem è vinculis restituerent, excidium Pini minatus sit, ut *Herod.* in Erato. Pinu tamen in Isthmiacis coronabantur, quod in Melicertæ submersi honorem essent instituta, ad cujus per Delphinum ad litus elati, sepulchrum pinus successerat. (11) Pier. l. 52. c. 13. Pinaster silvestris pinus est mira altitudine, ut *Plin.* l. c. Nux pinea suis clausa involucris naturæ occulta designat. (12)

8] *Utilis parum.*

9] *Potentes.*

10] *Mors impii.*

11] *Præmia post mortē.*

12) *Natura secreta.*

PLATANVS arbor ampla & speciosa laris foliis frondibusque comptis ac densis, sed infrugifera, sola umbra tantùm cōmendationis apud Græcos Latinosq; olim habuit, (13) ut mero quidam affuso eandē nutrirēt, radicesq; vegetarēt. Tāti fuit, ut & vectigal pro umbra illi pēsitatū sit. Memorabilis illa Xerxis in Lydia, sub quâ

XXXII.

13] *Hospitalitas.*

cum

P

1] *Munificentia hospitis.*

cum suaviter divertisset, monili illam ornavit aureo, appositque militem ex immortalibus custodem (1) ut refert *Herodot.* Et illa Lyciæ apud *Plin* l.12.c 1. celebris est, quæ ingentia ramis complectens spatia, ad pedes 80. domicilii in modum cava suscipiebat hospites, sub qua Lic. Mutianus ter Cos. cum sociis 18. diversatic.(2)

2] *Ædificare in aere.*

3) *Tempus diei & noctis*

4] *sterilis.*

POPVLVS alia alba à foliis candidioribus, alia nigra à fuscis, amat fluvios, & vitibus placet, umbra pene nulla est, foliis bicoloribus trepidat (3) Inter ferales habetur arbores, quod nec semen, nec fructum ferat.(4) ideoque Rhodios adolescentes inter ludos funebres hac coronâ cingebant. Herculi eandem consecrant, vel quod eâ coronatum Inferos adiisse crederent, vel quod suis regionibus intulisse *Plin.* l.16. ejus folia post solstitium refert circumagi,(5) ut eo argumento solstitium exactum intelligatur.

5] *Solstitii finis.*

XXXIII.

6) *Actiones hominis variæ.*

7] *Finis omnium Deus.*

PRVNVS arbor est genere admodum diversa, nigra, flava, purpurea, mitia, silvestra, aut acida pruna ferens, (6) Laudatissima ferè Damascena habentur, sapore juxta & salubritate. *Plin.* l.15.c.15.

8] *Conjugum labor.*

PYRVS sic dicta, quod velut ignis tam arbor, quam fructus plerumq; ex lato in angustu, ignis instar tendat, (7) Est tanquam femina *Pomorum* respectu, quanquam utraque fructifera. Molliot illis, quam pomorum, fructus, sed minus durabilis. (8) Succus utrorumque suavis, quandoque ita vini refert similitudinem, ut distingui, nisi duratione fluxa, nequeant *Plin.* l.15 c.15.

9) *Gratia fluxa.*

XXXIV.

10] *Virtus*

11] *Victus tenuis.*

QVERCVS à soliditate ligni *Robur* dicta, (9) glandifera arbor est, porcisque alendis perutilis, quanquam & hanc olim hominibus pascendis natam scribant, ut hodiedum quoque panem ex illis quotundam locorum necessitas extorsit. (10) Belli omen, quod oleam juxta se positam extinguat, (11) & fortitudinis: Unde & Herculis inde clava confecta dicitur, & in aquis depacta solidatur (12) Corona ex quernis frondibus in honore fuit, hæc enim civica erat, cum ob cives servatos daretur (13)

12] *Bellum*

13] *Fortitudo.*

14) *Amor.*

RHAMNVS ignobilis & spinosus frutex, nec ni-

nisi in S. literis sua arrogantia celebratus est, quâ ceteris in Apologo arboribus voluit dominari. (1) Jnd. 9.

RODHODAPHNE sive *Rhododendron* frutex est perpetuò virescens, rosæ similitudine caulibus succrescens, jumentis, capris ovibusque venenum, sed homini contra serpentum venena remedium. (2) *Plin.* l. 16. cap. 20.

SALIX lento vimine multisque petticis vestita arbor (quanquam & in fructibus sit) amaro lentoque est cortice, ligno ad multa flexili, habilique, aquas locaque humiliora sectatur, & copiosè provenit, (3) semen ante maturitatem amittit, fructusque in araneam degenerat, & illud quoque sterilitatem adferre memorant, ut folia contrita ac pota intemperantem libidinem frangere. (4) Fructus ante degenerationem collectus sanguinem ejicientibus prodest, folia cocta cum cera trita imponuntur podagricis. Cortice & foliis in vino coctis sanantur nervi. (5) Flos tritus cum foliis fursures purgat in facie. Plin. l. 16. c. 26. & 37. & l. 24. c. 9.

SAMBVCVS inter arbores ac frutices ocyssimè floret, & odore grato est, habetque tam in foliis, quàm flore lenem expurgandi vim. (6) grandi lignum medulla est, sed jam adultius, tam solidum, ut in venabulis præferatur reliquis. (7)

SMILAX frutex hederæ similis, celeriori incremento per muros ad altissima ædium, densa foliorum silva, & flore nunc candido, nunc puniceo violarum instar, lilii tamen odore, exsurgens, (8) funestæ tamen illius coronæ habitæ olim, quòd Smilacem ex Virgine amante Crocum juvenem in hanc formatam dicerent. Magis tamen iccirco opinor quod arbores amplexu consumat. Fructum, racemorum instar, colore rubro gemmarum instar reddit, qui disclusus à truncis, & aqua coctus, lautis etiam cœnis adhibetur. (9) ut *Pier.* l. 51. c. 22. cetera *Plin.* l. 16. c. 35.

SICOMORVS ficus fatua, & *Marisca* dicitur, fructus quidem grandiores, sed magis acerbos communi ficu profert, qui non maturescunt, nisi instrumento quondam ferreo radantur. (10) Apertum cre-

R

1) *Ignobilis superbient. Tyrannus.*

2] *Eucharistia mors malis, vita bonis.*

XXXV.

3] *Humilis religiosus.*

4) *Continentia.*

5) *Proximis prodesse.*

6] *Humilitas grata & à scelere purgans*

7] *Humilitatis Virtus solida.*

XXXVI.

8] *Spes nixa petentibus.*

9) *Ambitio Amor impurus.*

10] *Mortificatio grandes sed acerbos fructus facit.*

tosumque locum amat, ut *Pl n.* l. 5. c 18.

SVBER inter arbores glandiferas minores ligno admodum poroso est, præcipuè densi corticis: quo non tantum aquis non mergitur, sed & alia connexa, ne mergantur, sustinet. (1) detracto cortice, cum ceteræ tardentur arbores, hæc juvatur. Sola potissimum levitate commendabilis est, ædificiis fere inutilis. *Plin.* l. 16. c. 8.

1] *Paupertatis amor*

XXXVII. *TAXVS* abieti similis, arbor exsucca, his locis innoxia, in Arcadia adeò venenata, ut qui sub ea dormit, aut cibum capit, moriatur. (2) Baccis etiam (quas sola profert) in Hispania venenatis. (3) Sunt qui toxica hinc quasi taxica derivent. Innoxia censetur, si in arborem clavus æreus adigatur. (4) *Plin.* l. 16. c. 10. in fine.

2] *Hæresis. Desperatio*

3] *Doctrina hæreticorum.*

TEDA arbor ex pinorum genere pinguiori succo abundans, ideoque flammis alendis idonea, (5) & in sacris olim luminibus, ut *Plin* l. 16. c. 10. usurpata. Unde Tedæ nomen facibus hæsit.

4] *Pœnitentia.*

5) *Concupiscentia.*

TEREBINTHVS ligno solida, ut buxus, semperque iisdem foliis virens, unde & *semper viva* nomen accepit. (6) Talem Majol. col. 21. ex Ægesippi libro 4. c. 23. refert in Memphi repertam, cujus origo ignorata ad ipsum mundi principium referretur. Mas in illis sine fructu est, (7) feminarum aliæ rubentem, instar lentis, dant fructum, aliæ pallentem, & utrumque odoratum. (8) Densis est foliis, ulmi paulò longioribus & pilosis, flos olivæ modo, rubet. In Macedonia fruticis instar, in Syria arbor, eximii ac nigri splendoris. resinaque odoratâ fluens Animalia etiam viva culicum instar ex folliculis enascentibus profert. (9) l 13. c. 6.

6] *Fiducia in Deum.*

7) *Otiosus*

8] *Opus acceptum.*

9) *Mala opera.*

XXXVIII. *TILIA* mas sine fructu, femina florem semenque profert, quæ nullum animalium attingit. (10) Cortex crassus & detractus se flecti non sinit. (11) lignum in Mare durius, in femina candidius, cariem non facilè patitur, scutis olim adhibitum. Inter corticem lignumque membranæ sunt variæ, quarum tenuissima philyra dicitur, in lemniscis coronarum celebrata. (12) Densioribus passim umbris arbor quæsita. *Plin.* l. 16. cap. 14.

10) *Pura intentio.*

11) *Ab Ecclesia divisus.*

12) *Vilitas honorata.*

VEPRES

VEPRES inter frutices sibi locum poscunt, spinis suis aculeati (1) & asperi Hæ in rubis molliores, duriores in sentibus, (2) utrobique suis vestiti flosculis, in his etiam odoratis (3) Illis Christus coronatus, Moyses olim ad Deum in flagrante rubo vocatus. Terra post lapsum Ad æ damnata.

VLMVS amica vitibus, in montibus amplior, (4) in campestribus fruticosa, citò germinat, constanti ligno rigida, ideoque cardinibus portarum idonea.

VITIS quàm fertili, tam spreto horridoque ligno surgens frutex, truncato humilique caudice suavior copiosiorque in palmites racemoque excrescens, (5) sed ubi sine amputatione adolescit, latissima implet per aerem spatia, modò fulcris non destituatur, loris sese connatis arctissimè devinciens. (6) Una vitis Romæ in Liviæ porticibus subdialem inambulationem umbrosa pergula constituit, duodenis musti amphoris, ut Plin. l. 14. c. 1. habet fecunda. (7) Altitudinem mitarum ferunt Cineam Pyrrhi legatum, cumque austerior ex illa potus oblatus esset, jure, ait matrem ejus, tam alta ex cruce suspensam esse. In Campano agro populis in summam altitudinem usque, sine noxa sua adhærescunt. (8) Alibi in formas tonsiles ducuntur, simulacrum Jovis in urbe Populonio multis ævis ex vite incorruptum stetit. Metaponti templum Junonis vitigineis innixum columnis fuit. Per vitem formati ad tastigium Ephesini templi gradus, ligno ut tractabili, sic durabili. (9) In Africa vites per humum serpentes uvas infantium magnitudine proferunt. (10) Rubellæ in humidis frigidisque magis locis, quàm siccis æstuque torridis proficiunt. (11) Vix ulla tam denso uvarum partu, ait idem Plin. cap. 2. quàm Biturica, sed variantis cœli impatiens, constante seu frigido, seu calido gaudens. (12) Quæ minor ex eo est genere, melior est, sterili tamen solo non provenit, & nimium pingui putrescit. Cocolibus quò dulcior, hoc melior; sed austera vetustate in dulcedinem, dulcis in austeritatem

1) *Mordax*
2] *Durus. Contentiosus. Curis immersus.*
3] *Gratia in asperis crescit.*
XXXIX.
4) *Honorat bonus amicis. Et à loco.*
5] *Humilitas radix multarum virtutum.*
6) *Gratia & arbitrio proficimus*
7] *Vbertas*
8) *Fiducia in Deo.*
9) *Creaturæ ad Dei obsequium utendum.*
XL.
10] *Humilitas prodest.*
11] *Adversitate proficere.*
12) *Inconstantia hostis.*

1[*Variabilis.*

fit.(1) Albuelis summis arboribus fertiliot, Visula imis. Mœrica contra omne sidus firmissima, nigro acino, vinis vetustate rubentibus ætatem amat.(2) Et c.3. addit Eteſiaca fallax, quò plus tulit, eò fundit laudabilius. (3) Gauranæ è falerno agro translatæ, celerrimè ubiq; degenerant. Prusinia nigro acino, intra quadriennium vino exalbescit; mirumque cum sole ubique uvam circumagi, quæ ob id streptos vocatur. (4) c.4. ait, durant adhuc vina sub L. Opinio Coss nata jam annis fere ducentis, in speciem mellis redacta. Et c.5. vino natura est, quod haustum calore intus accendat viscera, foris infrigeret. (5) Ut viribus corporis nihil eo utilius, ita si modus absit nihil pernicioſius. (6) Cicuta homini venenum est, cicutæ vinum. Et c.6 Julia Augusta 82. vitæ annos Pucino retulit acceptos. Augustus Setinum prætulit, secunda nobilitas falerno agro, post hunc Albano ac deinde Massicis, at Calenis. (7) Plura de vite ac vino vide l.14. apud Plin. tum quæ infra de Vite trademus.

2) *Senium honorabile*

3) *Profectus.*

4] *Præsentia Dei.*

XLI.

5) *Amor Dei.*

6) *Moderatio.*

7) *Origine nobili.*

Alia quoque apud Majolum Coll.21. reperies, ut quod ait de vite Memphitica, nec hanc, nec aliam istic arborem folia amittere. (8) Rursum in provincia Malabay arborem Cachi unicum quotannis ex stipite proferre pomum, adeò vastum, ut robustissimum gravet hominem, in quo 300. alii fructus suis pelliculis distincti, intra quos & alii minores, tanquam in echino latent castaneæ. (9) Similia ib. nonnulla reperies.

8] *Gloria permanens*

9] *Charitas Dei virtutum compendium.*

CAPUT LXXX.

HERBARUM, LEGUMINUM ac Florum Imagines.

ABROTONUM aliud campestre Germanicè *Stab-Wurtz* minori caule & folio; semine copioso, ut absinthium; alterum montanum arbusculo specie foliis candidius, flore aureo & odorato, German. *Wildcypresz*. Illud maris, hoc feminæ loco habent (1) Amaritudo illi absinthii, & effectus non dissimiles Serpentes fugat, & contra eorum ictus ac venena remedium est (2) Fertur pulvillo subjectus veneficia, quibus conjugii usus prohibetur, dissolvere (3) *Plin.* l. 21. cap. 21.

A I.

1] *Fecunditas.*

2) *Pœnitentia.*

3] *Coniugio favere*

ABSINTHIVM German. *Wermuth*, amara sed salubris herba. Armenta quæ illo pascuntur in Ponto sine felle sunt (4) Bilem enim & vitiosos stomachi humores expurgat, hunc corroborat, & nauseam tollit. Ut enim dulcia bilem & nauseam creant, ita tollit sua amaricie absinthium: (5) Adversus inflationes calidum paulatim sorbetur. Oculorum claritati multum confert. (6) Somnium allicit olfactum, & sub pulvinari locatum, tineas arcet à vestibus. Atramento mixtum mures à libris arcet. Cinis illius unguento mistus rosaceo, capillos denigrat. Inferiis Latinarum quadrigis in Capitolio certatum est victorque bibit absinthium. (7) quod Marini scriphium vocant ramum Isidis in Ægypto Sacerdotes præferre solebant. *Plin.* l. 27. c. 7. Absinthii de favo mellis enati *Pier.* l. 28. c. 28. meminit.

4] *Educatio severa prodest.*

5] *Adversa prosunt.*

6] *Aversa multis oculos aperiunt.*

7] *Victoria labore constat.*

ACANTVS THA Branca Ursina in officinis, à Pedibus ursorum dicta, Germ. *Beerenklavv*, elato longoque herba folio, in cujus florem Achantum puerum versum fingunt. (8) Duplex est, crispis aculeatisque foliis,

II.

8] *Adolescentia.*

A

liis, quam & pæderota aut Melamphyllon vocant, cujus radices ustis luxatisque mirè prosunt, rupis item convulsis & phthisim metuentibus in cibo coctæ. Podagris quoque illinuntur tritæ, & calefactæ. Alterum genus læve est, minusque efficax. *Plin.* l. 22. c. 22.

ACONITVM Germ. *Wolfswurz* sic dictum ab ἀκονὴ, caute è qua sine terra nascitur venenum præsentissimum homini, nisi contra venenū, quod expugnet, sumatur. Ita enim homine innoxio se invicem venena consumunt. (1) Feminei sexus animalia, solo genitalium hujus herbæ contactu extinguuntur. Scorpio attactus stupet, helleboro tamen sanandus. Carnes ejus tactæ pantheras etiam enecant, nisi humanum stercus pro remedio detur. (2) *Plin.* l. 27. c. 2.

ADIANTVM, quod & *Calitrichum* ac *Capillus Veneris* dicitur, Germ *Frawenhaer* foliis filicis, ramusculi nigro colore nitent, radix nulla, umbrosas petras, ac fontium specus amat in aquis licet mergatur, siccum. (3) Duo ejus genera, candidius majus, nigrum brevius & efficacius. Illud *pollytrichon*, hoc *trichomanes* vocant. Calculos a corpore mirè pellit, è vino quantum terni decerpsere digiti potum, utinamque promovet, alvum sistit in vino decoctum. Capillum firmat, tingit crispatque, in vino item cum semine apii oleoque coctum. Contraque scolopendræ morsus illinitur, serpentumq; & aranearum venenis resistit. (4) Renibus quoq; cum absinthio contra stranguriam prodest, ut & exulceratis cum rosaceo illitum pueris. Capitis dolores corona ex his sedat, sanguinem sistit cum aceto. *Plin* l. 22. c. 21. Addit *Pier.* l. 58. c. 55. upupam postquam uvis immodicè repleta & ebria facta est hac sibi herba efficacissimè mederi (5)

AGNVS herba est, ad agni formam lanigeræ pellis specie in agris subnascens, qua in aquilone, pro capitis tegmine utuntur. Caro illi veluti cancrorum est, quæ vulnerata fundit sanguinem. Radici ad umbelicum nititur, pedumque atque ungularum speciem pilis refert. Herbas juxta se positas in alimentum depascitur, ore, oculis, auribus prædita, (6) atque his consumptis radice exsue-

1) *Peccato Iudæorum Christum occidentium peccatum nostrum destruitur.*

2) *Nouissima hominis considerandæ.*

3) *Abstinentia in cibo potuque.*

4) *Dæmones abstinentia fugantur.*

5) *Gulosis pro remedio est.*

III.

6) *Simulatio veritatis.*

exsuccida deficit. (1) Ita ex *Odorico* l. 1. & *Surii* Comm. 1504. *Majolus* Ille in Monte Caspio, hic apud Tartaros Cazaneus nasci tradit. Plura vide infra de *Vitice* quæ etiam *Agnus* dicitur.

ALCEA malvæ silvestris genus, foliis Verbenacæ Germ. *Sigmarswurtz*. Hæc sub solstitio collecta, folio trito, vel radice tusa cum axungia, tumores quacunque in parte sub suo folio imposita sanat (2) Plin. l. 25. c. 6.

ALOE semper vivum marinum à quibusdam dicta, amarissimi sed salubris ad medelam succi herba est. (3) Vermibus putredinique resistit visui exacuendo utilis. Vulneta recentibus cogit. f. liis. Calefacit stomachum, alvum solvit, efficacior si ea pota cibus sumatur. Capillum fluentem detinet, si in vino austero ea caput in sole illinatur. Fronti & temporibus in aceto & rosaceo impositæ dolores capitis mitigat. Oculorum sanat vitia & pruriginem scabiemque genarum. Tonsillas, gingivæ & oris purgat ulcera, uti & genitalium. Hæmorrhoidum & dysenteriæ fluxum sistit, sanguinis quoque excreationes. (4) Et si modico à cœna intervallo sumatur, cibis prodest ditigendis *Plinius* l. 27. cap. 4.

ALLIVM Germ. *Knoplauch* Serpentes & Scorpiones solo odore fugat, & bestiarum omnium, ut aliqui tradunt, ictibus, vel sumptum, vel illitum medetur. (5) Copiosius sumptum lædit stomachum, inflationes, & Venerem sitimque promovet; moderatè esum suspiriosis, morbo regio laborantibus, sanguinem excreantibus & tussientibus prodest (6) Dentium lenit dolores, vel insertum cavis, vel aqua decocti abluendis adhibita. Auribus cum anserino adipe ejus succus instillatur. Allium cæpasque tanti fecit Ægyptus, ut inter Deos Jurejurando acceperit. (7) ut Plin. l. 19. c. 6. sed priora habet l. 20 cap. 6.

AMARACVS sive *Samsuchus* Germ. *Meyran*. herba est mollis & odorata, (8) in quam Cynaræ Regis Cyprii puer, ob fractum alabastrum unguenti ex dolore versus fingitur. Ictibus scorpionum & menstruis

A

1] *Simulatio nulla diuturna.*

2] *Contemptus.*

3] *Mortificatio carnis.*

4] *Mortificatio tollit vitia.*

IV.

5] *Pœnitentia.*

6] *Temperantia.*

7) *Creaturas Dei prafert homini peccatori.*

8] *Oratio.*

A

cum aceto & sale illitum medetur, (1) epiphoras cum polenta cohibet Succus potus tormina discutit, hydropicis & urinis conveniens Oleum nervos & vulvas emollit (2) Folia sugillatis cum melle, luxatis cum aceto prosunt, *Plin.* l. 21 c. 22.

1] *Mortificatio.*
2] *Devotio.*

V.

AMARANTHVS German. *Sametblum*, *Tausentschen* Spicam purpuream verius, quam florem profert, decerptus non penitus emarcescit, sed perfusus aquâ reviviscit, & hibernas etiam coronas facit. (3) Unde ab ἀμαραίνεσθας non marcescere dictus est. Ideoque & Thessali ad Achillis tumulum quotannis coronati illo sacrificarunt. (4)

3] *Resuscitatio.*
4] *Immortalis gloria.*

ANAGYRIS herba fruticosa est, flore oleris, semen in oblongis ferens corniculis, simile tenibus, gravissimi odoris, quo & manus tangentium imbuit (5) Suspitiosis tamen in vino vetere prodest, fœtumque mortuum, secundasque & menses folia pota promovent, ut & partum si matribus adligetur, *Plin.* l. 27. cap. 4.

5] *Libido.*

ANEMOMA seu flos *Adonidis* Germ. *Kuchenschell.* aut silvestris, aut agrestris est, ilji amplitudo major, latiora folia, & flos phœniceus: huic etiam purpureus aut lacteus, sed nunquam apertus nisi vento aspirante, unde & nomen trahit. (6) Semipedem altitudine non excedit, cacumine asparagi. Prodest capitis doloribus & inflammationibus: vulvis, lacti, menstruis ciendis mulierum. (7) Radix manducata pituitam trahit, dentes sanat, & decocta oculorum epiphoras *Plin.* l. 21. c. 23.

6) *Gratia Dei movet Favor Regis.*
7) *Gratia Dei vita superantur.*

VI.

ANETHVM Ger. *Dillen.* Fœniculo simile, semen copiosum in umbellis profert. viride juxta ac siccum esu & condimento gratum, fœtorem oris tollit, vinoque collatum appetentiam ciborum præstat, exhilaratque animum ac vultum, (8) tormina sedat, alvum sistit, sumptum ex aqua sedat cruditates. Venerem infrigit, sed & oculos hebetat. Succus auribus & capiti instillatus prodest Dysenteriæ & tenesino semen rostum medetur. Radices epiphoris illitæ prosunt. *Plinius* l. 22. c. 18. & alibi.

8] *Continentia Castitas.*

ANI-

ANISVM Ger. *Anysz* cibis ad appetentiam excitandam miscetur, contra inflationes, tormina, cœliacũ malum, singultus & ructus cruditates, calculos, vomitiones, pectoris tumores aliaque vitia utile; (1) aliàs stomacho inutile. Fœtorem oris cum apio & melle, vino mox collutum tollit. Insomnia in pulvillo suspensum, ut dormientes olfaciant, levat, ut & capitis dolores tollit, partusque facilitat. In polenta tritum fluxiones oculorum extrahit siccarque. Polypum in naribus illitum consumit. Anginas cum melle & hyssopo ex aceto gargatizatum. Auribus cum rosacea infunditur. (2) Thoracis pituitas tostum & cum melle sumptum purgat. Pythagoras negat comitiali morbo corripi in manu gerentes. Sosimenus poto semine lassitudinem tolli asserit. (3) Tlepolemus ad quartanas ternis digitis semen anisi & fœniculi, in aceto & melle, cyatho uno sumendum tradidit. Articulares morbos levat cum amaris nucibus illitum, vestes quoque à tineis defendit. Urinam ciet & sitim sedat, cum vino sudorem leniter præstat. *Plin* l. 20. c. 17.

1] *Consideratio vilitatis nostra.*

2] *Sensuũ mortificatio.*

3 *Renovatio spiritus.*

VII.

ANTHRISCVM quod alii *Charephyllum* Ger *Kerbelkraut* vocant, cum, Scandice, ut specie sic virtute convenit, de qua infra. Sistit profluvia alba feminarum, conjugibusque ad faciliorem conceptum appetitur, viresque instaurat. (4) *Plin.* l. 22. c. in med.

4) *Bonum propositũ.*

APIVM horrensis herba *Petroselinum* dicitur ab Italis, ut & Germani appellant, in ciborum condimentis, ut salubre, sic gratum. Oculis aliorumque membrorum epiphoris, vel cum melle illitum, vel cum pane aut polenta tritum prodest. (5) Succus radicis cum vino lumborum dolores mitigat, cum ovi albumine illitum, aut aqua coctum potumque renibus medetur. Semen vel radix cum vino vesicæ calculos frangit. Marem & feminam in hac herba agnoscunt, & hanc crispiori folio, & breviori radice vermiculos generante, quos qui ederint, sterilescant. (6) Coronari in Nemeæs certaminibus victores apio solebant, sed & in epulis mortuorum exhiberi. Unde nefas aliqui credere adhiberi in a

5) *Mansuetudo.*

6] *Conjugium sterile.*

A

1] *Gaudiũ in luctu.*

liis conviviis.(1) Pisces si ægrotent apio vitidi recreari feruntur. *Plin.* l. 20 c. 11. de API*ASTRO* idem tradit l. 21. c. 12 si illius succo alvearia perungantur, non fugere Apes, tantus amor herbæ.(2)

2) *Illecebra*

VIII.

ARTEMISIA herba sic à Regina Mausoli uxore dicta, Germani *Beyfuß* dicunt, absinthio haud dissimilis, nisi quod majoribus & pinguioribus foliis sit, quanquam & species illius repetiatur simplici caule & foliis minoribus copioso flore, cum uva maturescens, odore grato. (3) Feminarum autem malis mederi censent, ut Plin. l. 5. c. 7. Addit c. 10. artemisiam ferentibus nulla medicamenta, aut malam bestiam nocere. (4) & l. 26. c. 5. strumis tumoribusque impositam mederi, & c. 8. calculis in vino dulci potam, & c. 15. ferentes in via non fatigari.

3) *Lenocinium.*

4] *Crux mala avertit.*

ARVM è bulhorum genere herba est ab aliis *Jarum*, aut *Pervituli*, vel *Serpentaria* minor dicta, German. *Paffenpint*, *Kalbsfuß*. Scillæ amplitudine, foliis Lapathi, caule recto duorum cubitorum radice molli quæ & cruda editur, & folia in aceto manducantur. (5) Mitis hæc laudibus extollitur, pectoris pulmonisque curat vitia. Partus omnium animalium facilitat naturæ circumlita. Succus cum melle oculorum caligines ac stomachi vitia discutit. Ulcera omnium generum & polypos in naribus, & luxationes, cum sale articularem morbum curat. In pestilentia salutaris est, Ebrietatem discutit. Serpentes & aspides cremata nidore fugat. *Plin.* l. 24. c. 16.

5] *Temperantia.*

ASARVM herba est foliis hederâ majoribus & mollioribus flore purpureo, radice nardi Gallici semine acinoso calidoque. Germ. *Haßelwurtz*. Iecoris vitiis salutare est cum mulso sumptum. Alvum, hellebori modo, purgat. (6) Hydropicis, morbo regio, afflictis præcordiisque vulvisque prodest, mustoque si addatur, vinum ciendis magnopere utinis facit. Cum folia emittit effoditur, & siccatur in umbra. Alio nomine *Baccar*, sine aspiratione, dicitur. *Plin.* l. 21. c. 19.

6] *Timor Dei.*

ASPARGVS German. *Spargen* caule & baccis, prius

priusquam indutuerint, edulis, stomacho utilis, colliique inflationes & renum dolores cumino addito, ventre leniter emolito, discutiens. (1) Est & silvestris minus in cibum gratus, sed vi ad prædicta omnia efficaciori, quem alii corrudam vocant. Hujus semen apiique accumini potum medetur sanguinem mejentibus. Succus radicis in vino decoctæ, si ore contineatur, medetur dentibus, (2) Plin. l. 22. c. 10.

ASPHODELVS inter herbas clarissimas, quam & *Antericon* dicunt: Germ. *Goltvvurtz*. Ejus duæ species. Marem *Albucum*, feminam *hastulam regiam* vocant, quod dum floret regii sceptri effigiem habeat. (3) Bulbi cum prisana decocti phthisicis salubertimi sunt, panisque ex his cum farina subactus. (4) Prodest & urinæ, lateris doloribus, ruptis & convulsis, hydropicis, ac plerisque morbis interioribus. Illitus autem succus dolores, ulcera, strumas, lichenas perniones, podagras curare fertur, corporique gratum odorem conciliare. Mures in cavernam trusa aut fugat, aut interimit. Plin. l. 22. c. 22.

ASPLENVM seu *Splenium* aut *Scolopendrion lingua cervina* vulgo dicitur Ger. *Hirtzzung* Quadruplex invenitur, quodlibet spleni curando idoneum. (5) Illud tamen minus quod juxta muros & petras natum secturis per latera divisum, linguæ instar folia porrigit, cui majus aliud silvestre, diversis foliis scolopendræ serpentis instar emicans proximum est: ac denique tertium, quod foliis infernè latis bipennis instar est, & *Hemionitis* à Dioscoride dicitur: quarum maximè hircinæ linguæ forma simile quod *phyllitin* appellat, dysenteriam in vino potum arcet (6) Nulli eorum caulis, flos, aut semen est. *Plinius* l. 27. c. 5. feminis asplenum illud dandum negat, quod sterilitatem adferat.

ASTER Atticus Stellaria German. *Sternkraut* dictus, hunc & Amellum alii vocant, in hunc florem ut fingunt mutatum, noctu flores ejus flavi, stellæ modo crinibus mirè fulgent, (7) folia velut salviæ in oblongo & ramoso caule emicant, rupturis sanandis perquam idonea, unde & *Inguinaria* dicitur, adversus venena potens.

A

1] *Innocentia.*

2] *Victus moderatus*

3] *Mulier imperans.*

4] *Mensa tenuis, at salubris.*

5] *Lingua usus bonus*

6] *Lingua custodita bona*

7] *Intentio pura charitas Dei.*

tens Ideo & bubones petras ubi nascitur sectantur, eaque se adversus alia, venenata, præsertim araneos tuentur, ideoque & nonnulli *bubonium* vocant *Plinius* l. 27. cap. 5.

X.

ASTRAGALVS latinè *Glandula* Ger. *Erdmor* ex radice velut caule brassicæ, tenues ceu hederæ frondes, at humiles spargit, purpureis floribus emicans. (1) Radix in rubro vino dysenteriæ medetur, alvumque sistit, gingivas puttefactas etiam corrigit, in autumno colligenda & siccanda in umbra. *Plin.* l. 26 c. 8.

1) *Humilitas.*

ATRIPLEX beræ genus est German. *Milte* Sativa & silvestris, & utraque suis etiam speciebus distincta. Utraque refrigerat: illa pro olere inprimis cholericis mitigandis servit, & tusæ succus pro accensis corporis locis refrigerandis. (2) Cruenta etiam phlegmata corrigit. Silvestris cũ melle impositra podagras restringit. Sanat spinis, aut clavis læsa, extractis etiam spiculis. Semen cum melle potum morbum regium curat. *Plinius* l. 20. c. 20. & *Linoc.* part 2. cap. 240. Vide infra de Blito.

2) *Cognitio jus.*

AVRICVLA MVRIS Ger *Mensohr* quòd folia juxta terram his similia spargat. (3) caule deinde nudo hispidoque in flores assurgat. Vulnera sanat in vino, vel impositum, vel potum Gingivas purulentas succus corrigit, in nares adductus caput purgat. Phthisin sumptus & inflammationes interiores, ac vertiginem tollit *Linocerus* part 2. c. 75.

3) *Vigilantia.*

XI.

BAAR herba in valle Judææ sibi cognomine nascitur dicitur, quæ vesperi colore flammeo jubar emittit, sed lethalis est eam attingentibus, quare circumfossam laxant, atque injecto fune canem ei alligant, qui, cum illam extrahit moritur. (4) Deinde verò herba innoxia tangentibus adversus Dæmones in obsessis valere fertur, Ita *Zonaras* tom 1. de excid. Hieros. ex Josepho. Quæ si fabula non sit Dæmonis illusio esse videtur.

4] *Sacrilegio subdata.*

BACCHAR RIS, herba inter violam & verbascum media, foliis asperis, anguloso caule, radice o- dorat

dorata, quæ odore somnum conciliat, decocta spasticis convulsis, suspitiosis salutaris est. Capitis dolores, fervores, & epiphoras sedat. (1) Laterum dolores & calculos tollit. Mammis tumentibus, & ignibus factis imponitur. *Plin.* l. 21. c. 19. 1) *Conscientia bona.*

BELLIS seu *Consolida Minor* Germ. *Maszleben* vel *maszlieben* humilis herba, flore pulchrè densèque crinito, in pratis albo, in hortis etiam purpureo, laxat in acetario, in vino spasmum tollit: tumores & ulcera corporis aufert simul & maculas illita *Lmoc.* part. 2, cap 125.

BETA hortensium herbarum leviſſima, (2) alia nigra, alia candida, quæ præfertur. Semine raro, sed quæ transplantari etiam queat. Ut brassica corrumpitur vini sapor, ita betæ injectis foliis fertur restitui. (3) Candida alvum modicè solvi, nigra adstringi tradunt. *Plin.* l. 19. c. 8. In molles juvenes à Diogene dictum: Canis betas non edit. (4) Radicis nigræ succus per nares attractus pituitam è capite vi magna educit, vertigines & dolores tollit, etiam dentibus illitus. &c. *Plinius* l. 20. c. 8. 2] *Frugalitas.* 3] *Auxilium inſperatum.* 4] *Mollities.*

BETONICA vel *Vetonica*, Serratula, aut Cestron herba ut nominibus, sic virtute ampla angulosò caule, à radice serrata spargens folia, flore purpureo. Siccata folia, vinumque ex eis, multis malis medetur, quæ diversis locis Plinius exponit. Semen potum expurgat à plerisque corpus vitiis, &, siquæ medicamenta sint noxia, submovet. (5) Venenatis adeò inimica herba est, ut serpentes hac circumsepti se mutuò conficiant. (6) Vide *Plin.* l. 25 c. 8. 10. & alibi. XII. 5] *Charitas Dei.* 6) *Charitas delet peccata.*

BLITUM minores betæ genus, rubenti caula, Germ. *Miſtmili* herba vilis, citissimè nascens, sine sapore & acrimonia, tantum vilis plebeculæ cibus. (7) Unde nullius pretii res *blitum* dicitur. Et Plautus spretam mulierculam *bliteram* appellat. Dysenteriæ tamen mederi efficaciter dicitur. 7] *Contemptus.*

BRASSICA varia est, cripsa levi præfertur, & quæ tenuiori solo, quàm pinguiori prodit, efficacior. (8) 8] *Educatio rigida.*

Cum

B

XIII.

Cum vite, illi capitale est odium, an fortè quia huic succum aufert? Certè ista velut indignans, cùm juxta satæ cedere nequeat, aliò ab ipsis quoque fulcris palmites deflectit. (1) Unde brassica ante vinum sumpta, crudè præsertim cum aceto, ebrietatem arcet, vino enervato: post sumpta utcunque dissipat. (2) Varias illius Cato apud *Plin.* l. 20. c. 9. virtutes recenset; prodesse capitis doloribus, oculorum caligini, stomacho, præcordiis crudam mane ex aceto & melle, cum coriandro, ruta, mentha, & laseris radice sumptam, quæ simul trita singulari vi hominem confirment. (3) Sic articularem morbum, cum rutæ, coriandri, salis mica, & hordei farina illita curat. Plura hoc loco vide. *Pierius* lib. 58. c. 57. addit, quod in hieroglyphicis olim cum lætitiam perturbatam significare vellent, brasicam ob connatum odium, inter duas vites collocarint. (4)

1] *Inimici capitales.*

2] *Dissensio utilis.*

3] *Salus medica.*

4] *Lætitia perturbata.*

BRITANICA illa apud Plin. 25. c. 3. esse videtur, quam nos *Cochleariam Loffelkraut* vocamus, quòd folia cavitate sua quandam cochlearis similitudinem referant. (5) Hæc in cibo sumpta scarbuticum purgat sanguinem, nervis, & gingivis putrescentibus succo illito salutaris, contra anginas quoque & serpentes facit. Ridiculum quod Plinius adjicit, florem ante tonitrua devoratum securos reddere.

5) *Temperantia.*

XIV.

BRYONIA vulgo *vitis alba*, Germ *Stickvvurtz oder Hundtkurbis*, lupuli modo adhæret, (6) radice crassa serpentibus & bufonibus adeò inimica, ut ex tostæ odore moriantur. Odorem illius dentium homines esâ rutâ avertunt. Radix ex collo suspensa morbo caduco adversatur. Succus foliorum sanguinis, infra supraque, ejectionem sistit. In vino gargarizatus oris collique malis medetur Radix tosta maculas in cute quasvis tollit. In hydromelite sæpius pota epilepsiam corrigit. *Lenoc.* part. 2. c. 267.

6) *Luxuria. Gula.*

BVGLOSSVM-VS vel *Borago* Ger *Ochsenzung*, herba linguæ boum similis, unde & nomen trahit, hæc, cùm in vinum projecta animum exhilaret, Euphrosinum quoque dicta est, (7) ut Plin. 25. c. 8. cui jungit *CYNOGLOSSIM* quæ linguam caninam imitatur, ajuntque

7] *Lætitia.*

que hanc, si tres thyrsos seminis emittar, febri tertianæ, si quatuor quartanæ mederi cum radix decocta bibitur. (1) *Ib.*

BVLBVS universè quidem dicuntur radices herbarum rotundæ & corticatæ, singulatim *Allium hortense seu marinum*, German. *Knoplauch*, quod cum aceto & sulphure vulneribus in facie medetur, (2) tritum nervorum contractioni subvenit, & paralyticis prodest. Venerem esum exstimulat. (3) Flos bulbi tritus vel cinis in melle maculas emendat, Vide plura apud *Plin.* l.20.c.9. in fine. *Pierius* addit primo olim nuptiarum die viros bulbis vesci solitos, ad fecundandas nuptias l.58 c.40.

CÆPE-A hortensis herba est, radice ferè capitosa, seritur, at semen non profert, nisi anno altero lictus bulbus transplantetur acri odore, succo lacrymas tractata elicit, sic tamen purgat oculos caliginemque abstergit, præsertim cum succus illinitur. (4) Somnum conciliat, orisque sanat ulcera, cum pane manducata. Cocta in cinere cum farina hordeacea, aut melle, aliis quoque ulceribus medetur. Succus cum melle instillatus auribus prodest, & dentium dolori, cum succo fœniculi hydropisi obstat. In cibo dyssentericos quoque & lumborum dolores aufert. *Plin.* lib. 20.c.5 Addit Pierius lib.58.cap.2. quosdam olim cœpe detestatos esse quod cum luna crescente deficiant, deficiente crescant, præpostero cursu. (5) Sed & oris graveolentiâ displicent. Prosunt rosis juxta se natis ad exacuendum odorem. (6)

CALTHA German. *Ringelbum* sesquipede longa, flore stellato & aureo, simplici alboque caule. (7) Pulvis florum dentium sistit dolores. Pulmonum vitia cortex in vino potus sanat. Succus manè & vesperi instillatus oculis calorem roboremque tollit. Linoc. part. 2. c.67.

CHAMÆLEON Germ. *Ebertvvurtz* ex carduorum genere, sic dictus, quod pro loci diversitate colorem induat: alibi candidus niger alibi, aut viridis, cyaneus, croceus, (8) Candidus humi serpit echini modo

B

1) *Discretio rerum.*

2) *Forma nuptias conciliat.*

3] *Fecunditas.*

4) *Pœnitentia. Contritio.*

5] *Contrariari.*

6] *Virtutē adversarius excitat.*

7) *Intentio bona.*

8) *Variabilis cum loco.*

C

do spinas erigens, odore gravi, sed dulci radice. (1) Quibusdam locis sub foliorum alis viscum æstate abdit, quo mulietes ut mastiche utuntur. Unde & Ixia dicitur. (1) Succus radicis decoctæ canes fueſque in polenta occidit, in qua & oleo mures necat, nisi repente aquam sorbeant, hydropicis tamen hominibus remedio est. (2) Ex nigris purpureus mas, violaceus femina censetur, caule cubitali assurgunt, succo scabiem omnem, etiam quadtupedum sanant. (3) Manducati, aut in aceto decocti, vacillantes dentes stabiliunt. (4) *Plin.* l. 22. c. 18.

1] *Tyrannus Marsyribus prodest.*

1] *Blanditiæ Tyranni.*

2] *Mors hominis prodest.*

3] *Errores corrigere.*

4) *Vacillantes firmare.*

5] *Oratio*

CHAMÆLEON. Græcè etiam ἀνθεμὶς Germ. Camillen. Unde herba quæ flore odorato est (5) (nam alia *Cotula fœtida*, paucis utilis, vocatur) vi singulari in re medica pollet, nonnulla Parthenium appellant, de quo alibi. Sive enim in lotione, sive in vini potu adhibeatur, plerisque tam internis, quam externis corporis malis prosunt. Sumpta interiora stomachi lumborum, renum, vesicæ, calculi, phthisis sedat vitia. Epilepsiæ quoque & muliorum morbis medetur. Exterius ulcera emollit ac sanat, læsa & convulsa solidat, præsertim oleo, capitis dolores sedat, memoriam & ingenium vegetat & c. *Linoc.* part. 2 c. 68.

powoy XVII.

CAMPANVLA vel *Cervicaria* Germ. *Halskraut*, caule oblongo, foliis minoribus hinc inde vestito, campanulæ instar flores habet, ad gutturis orisque ulcera tollenda vi pollet singulari, (6) vulnera quoque exsiccat, & purgando sanat. *Linoc. lib.* 2. c. 12.

6) *Jejunium.*

konop

CANNABIS herba est recto assurgens, sed tenui, & dissolubili in filamina caule, ex quo funes, & validissima ligamenta. (7) Succus ex illo vim habet, sed non sine dolore, necandi vermes aurium. Radix podagricis prodest, & contractos emollit articulos, cocta in aqua. Ambustis cruda imponitur, sed acescens mutatur. Semen genituram virorum fertur extinguere. *Plin.* l. 20. c. 23.

7] *Constantia.*

kapary

CAPPARIS herba fruticibus propior firmiori & senticoso caule, flore roseo, candido, odoratoque, qui ex pro-

baccis emicat, quo deciduo acinosum in thecis semen prodit: Baccæ in cibis laudantur, modicè refrigerant, alvum laxant, appetentiam excitant & lienem purgant. (1) ideoque splenèticis suadentur, ferunt crebrò edentes paralysi nunquam opprimendos. Dentium dolores tritum atque in aceto decoctum semen, tum & radix manducata mitigat, quæ & strumas aliaq; ulcera cum melle fertur discutere. (2) Jecori quoque in aqua cocta mederi, in aceto oris exulcerationes tollere, quamvis stomacho sit inutilis. *Plin.* l. 20. c. 15.

1) *Desiderium cœlestium.*

2] *Meditatio cælestium.*

CARDVVS caule & folio spinosa lanugine tegitur, non solum Asinorum pabulum, sed Romanis etiam, molli hortorum cultu nutritus inter ciborum delicias. (3) Ita placet in mensis insolentia. Silvestris geminus est, unus à terra statim spinosis foliis diffunditur: alter caule emergens florem purpureum, sed repentè canum, evanidum inter medios spargit aculeos, (4) quem *scolymon* Græci vocant. Hic priusquam floreat contusus, succo suo illitus alopecias sanat. Radix ex aqua decocta stomachum firmare, potoribus conciliare sitim, feminis robur, ut mares facilius procreent, dicitur. Manducatus carduus odorem oris commendat. (5) *Plin.* l. 20. c. 23. Carduus hortensis mollior spinis, capite grandior foliisque acutis munito, suavi intus medulla in deliciis est, Venerem (6] tamen fugientibus parcè appetendus.

3) *Delicia ciborum.*

4) *Formæ humanæ fragilitas.*

5] *Et contempta prosunt.*

6) *Luxuria.*

CHELIDONIA [Germ. *Schelvvurtz* duplex: major fruticosa caule folio pastinacæ erratic æ ampliore, ipsa altitudine duum cubitorum, colore albicante, flore luteo: Minor ederæ foliis est rotundis, succus croci, mordax semen papaveris. Florent advertu hirundinum, discessu marcescunt. (7) Succus florentibus expressus & in æreo vase cum melle decoctus, singulari remedio oculorum caliginem detergit. (8) Herba illa ab hirundinibus sic dicta, quod pullis hac adhibita visum exacuant, aut reddant amissum (9) *Plin.* l. 25. c. 8.

7] *Amoris affectio.*

8) *Mentis illustratio.*

9) *Naturæ*

CENTAVREVM herbia quæ & Chironium dicitur, quod propter efficaciam sanandi vulnera Chiron, postquam Herculis armis imperitè tractatis læsus esset,

C

dem convaluisset. (1) Duplex genus est, aliud foliis latioribus serrato ambitu caule triticubitali, radice bicubitali, sed tenera, erubescente, succulenta, & cum dulcedine quadam amara: aliud lepton dictum, longiori folio, radice tenuiori, amariore succo, ut fel terra nonnulli dixerint, virtute tamen efficaciore. Adeò vulnera cogit, ut carnes in olla quicuscum coquitur coalescere faciat. Ceterum ab omnibus noxiis etiam medicamentis corpus expurgat. Addunt tertium genus triorchis dictum, quod vix quisquam secare memoratur, qui se non vulneret. (2) An, ut ita vim suam probet, sanetque cum læsit? Vide Plin. lib. 25. c. 6.

1] *Charitatis præceptũ duplex.*

2] *Charitatem lædere.*

XIX.

CICER genus leguminis pisa minora proferens, tam sativum, quam silvestre reperitur, hoc odore gravius. Farina utriusque manantia sanat ulcera, & gangrænas cum melle, lichenas, hydropem, & morbum regium. (3) Vide Plin. l. 22. cap. 25.

3] *Pœnitentia.*

CICHORIVM sive *Intybus-um* hortensis herba inter olera (quanquam & silvestre reperiatur) leniter refrigerat, Succus decocti ventrem solvit, cruda tamen herba fluentem sistit. Cum lente dyssentericis prodest. in cibo renibus jecori & stomacho. (4) In aceto sumptum urinæ tormina discutit. In mulso regium morbum impedit. In aqua decoctum, mulierum partus facilitat. (5) Græcorum aliqui chreston, alii pancration ob singularem ad multa virtutem appellant. Erraticam vel Ambugiam quidam Latini. Vide *Plin.* l. 20. c. 8.

4] *Temperantia.*

5) *Paupertas.*

CICVTA herba frequens est apioque hortensi similitudine permista, (6) caule & foliculo tenui, sed subnigro, venenata, suo inprimis semine, & suppliciis Atheniensium infamis, ubi rei cicutam bibebant, & cum illa mortem. (7) Ajunt priusquam vitalia attingat, vini haustu calefactivo posse reprimi. In vino tamen pota irremediabilis creditur. (8) Folia & semen magis noxium, caulis innoxiè in patinis nonnunquam sumitur, radix cava & inutilis est. Ad refrigerandum stomachum malagma tamẽ ex cicuta conficitur. (9) Epiphoras & dolores oculorum succus circumlitus prohibet. Lac puerperarum mammis illitum extinguit, &c. *Plin.* l. 25. c. 13.

6] *Mali bonis misti.*

7) *Reus supplicii.*

8] *Vini usus anceps.*

9) *Mala Deus in bonum convertit.*

COLO-

C XX.

COLOCYNTHVS est *silvestris cucurbita*. Germ. *Coloquint, oder Wildkurbis*. fructus seu poma fert minora quam hortensis, purè sumpta non acerba tantum, sed & venenata est, (1) cum masticha tamen mixta minus nocet, (2) In vino etiam mitigata, stomachum & interiora à vitiosis humoribus purgat, capiris & epilepsiæ malum aufert. In aceto quoque scabiem capitis illita sanat, Linoc. part. 2. c. 272.

1) *Correptio inconsulta.*

2) *Correptio moderata.*

CORONA Imperialis, Germ. *Konigskrone* non ita pridem in Europam allata, ut singulari in herbas floresque pulchritudine eminet, foliis tanquam gladiis ad radicem & in apice comata, suspensis velut in coronam floribus; ita singulari nulla virtute innotuit (3) Odore, quam lilia, graviori.

3) *Ambitio. Vana gloriatic.*

CORCHORVS olus Ægypti vilissimum est, sed & herba est quæ *Anagallis* Græcis dicitur, Germ. *Gauchheil*. sexu duplici, in quo mas flore phœnicio, femina cæruleo polleat (4) non altiores palmo, frutice tenero, foliis pusillis, & rotundis in terra jacentibus, (5) Nascuntur in hortis & aquosis, utriusque succus cum melle oculorum caliginem discutit. Succus per nares infusus capur purgat. Pecora feminam vitant, & si fortè gustarint, repentè herbam aliam quæ asyla vocatur, seu ferus oculus, pro remedio quærunt. *Plin.* lib. 25. c. 13.

4) *Conjuges.*

5) *Humilis contemptus.*

CVMINVM vel CYMINVM Germ *Kümmel* Anisso simile, confortat stomachum in cibis. (6) Tussim inveteratam cum ficis siccis, in vino coctum sumptumque tollit, ventos pellit & vermes, urinam corrigit. Semen masticatum oculos aspiratione purgat. Defluxionem pituitæ ex frigore contritum semen cum lauri foliis, impositumque capiti, siccat. Si ventri calefactum imponatur, sedat tormina, & vesicæ defectus. In albumine ovi oculorum rubedinem corrigit. Aqua in qua coctum, cutem emendat. Concretum sanguinem ceræ mixtum impositumque dissipat. *Linoc.* part. 2. cap. 309.

6) *Dolor de peccatis. Contritio.*

XXI.

CVCVMER IS. minor cucurbita, ramis foliisque instar vitis per terram serpit, (7) fructumque tapæ instar oblongum, viridem, maculosumque profert. Re-

7) *Home terra adherent.*

frigerat, digestionis tardæ, suavior, cum ante sationem semen in lacte biduò est macerarum, ut ad vas aquæ propinquum mira crescendi agilitate festinant, (1) ita ad oleum retorquentur & horrent (2) flore per fistulam immisso in longitudinem excrescunt. Decoctum ex his in aceto, arthriticis doloribus præsentaneo remedio illinitur. (3) Lumborum doloti siccum tritumque & in aqua coctum semen prodest. tumores quoque cum lacte mulierum illitum sanat. Suspirios, tussientes & phreneticos juvat, sed gravidæ abortiunt. Maculas & lentigines è facie tollit. Hæc autem in errarico quam sativo cucumere sunt efficaciora. *Plin.* lib. 19. cap. 5. & l. 20. c. 2.

1] *Ebrietatis amans.*

2] *Tranquillitatis fugiens.*

3] *Victus asper morbos submovet.*

CVCVRBITA German. *Kurbis* quoque tam silvestris, quàm sativa est, illa vel Colocynthis de qua supra, vel *Somphos* à Græcis tanquam inanis dicta, digitali magnitudine in saxosis subnascens: cujus stomacho succus prodest, reliquæ sativæ ingenti ventre tumescunt. (4) Herbacea ex hisinfusa clysteribus, intestinorum vitiis medetur, tenum, lumborum, & paralysi. Ejecto semine, aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidium, & tussienti prodest. In morbo tamen regio, ante sumantur semina. Carnes illius, cum sale & absinthio, dentium tollunt dolores (2) &c. *Plin.* l. 20. c. 3.

4) *Superbia.*

5) *Jejunii.*

XXII.

CYCLAMINVS-VM Ger. *Erdscheib*, herba est, quæ in vepribus nascitur (6) porcinus panis ab esu illis grato dictus, caule exiguo, floribus purpureis, foliis hederâ minoribus & maculosis, radice cralla, ut rapum videri queat, cortice nigro. Ajunt mala illic medicamenta non nocere, ubi sata est, (7) in vino radix inebriat. Alias ejus species vide apud *Plin.* l. 25. c. 9.

6) *Humili loco natus.*

7] *Humilitas.*

DAVCOS lat. Pimpinella Germ. *Pimpernel*, in quibus silvestris magis hirsuta est, Gallica magis denso semine, cum aliæ sparsum in umbellis ferant. In re medica præstans. Venena, febres, calculos renum & vesicæ, præsertim aqua in fine Maji distillata tollit, præservat à febre & morb. aliis manè sumpta (8) succus instillatus efficaciter curat vulnera, maculas corporis tollit. Gallica etiam dysenteriam curat. *Linoc.* part. 2. c. 305. *Plin.* l. 25. c. 9.

8] *Propositum non porcandi.*

DI-

DICTAMNVS-VM Germ *Wilden poley* herba pulegio similis, sed majoribus foliis lanugine vestitis, sine flore ac semine, in asperis locis felicius proveniens, crebrior efficaciorque in Creta, singulari vi extractiva ad quam cervæ, capræque vulneratæ confugiunt, sagittis ex esu liberandæ (1) *Plin.* l. 25. c. 8.

DRACONTION, seu serpentina, foliis betæ, non sine caule, Aro simile, sed flore purpureo, contra serpentum ictus sumpta remedium est, (2) *Plin* l. 24. c. 16.

DRACVNCVLVS radicem subrutilam Draconis convoluti modò habet. Semen ejus tam fervens mordaxque, ut gravidis abortum inferat. (3) *Plinius* lib. 24. c 16.

EQVISETVM Græcè *hippuris*, quod caudæ æquinæ similis sit, exedra etiam & anabasis, quod arbores scandat. (4) Germ *Schaffhevv*. ad vasa tergenda idoneum. Decocta ad tertiam partem lienem cursorum fertur pota extingere. Alii sanguinis profluvia solo etiam tactu ferunt sistere, illam quæ arbores scandit cotiandri semine, geniculatis ramulis, paucis foliis: & dysentericis mederi, in vino dulci, (5) tribus cyathis haustam: tussim & rupta quoque sanare. Plin. l. 26. c. 13.

ERVCA Germ *Rokel* calidæ virtutis præsertim ea quæ silvestris est, ad concitandam libidinem si cum aqua mulsa bibatur. (6) Veneri etiam adversatur, & bestiolas corpori innascentes arcet, vitia cutis emenda, cicatrices obducit & purgat. Ajunt cum vino potam adversus verbera hominem indurare. (7) In condiendis obsoniis magna inest suavitas. Oculis si trita adhibeatur claritatem restituit. Radix in aqua decocta stacta educit ossa. Plin l. 20. c. 13.

ERVVM leguminis genus quod siliquas profert, equorum & boum pabulũ, *Rosvvicke*. Hujus farina toto corpore maculas emendat, serpere ulcera non patitur, in mammis efficacissimum Carbunculos rumpit ex vino. Utinæ difficultates, inflationes, vitia jecinoris, tenesmum, tostum & in nucis avellanæ magnitudine melle collectum, esumque corrigit. (8) Aquam decocti jejunis prodesse ferunt. Sed ut jumentis utile, it-

Dictan

1) *Eucharistia à cupidine liberat.* wezownik XXIII.

2) *Pœnitentiæ jacram.*

3) *Desperatio.*

4) *Arrogans.*

5) *Mitigatus.* gorczyca

6) *Sociesus improborum.*

7) *Societas proborum.*

XXIV. gęsia wyka

8) *Humilitas multa mala avertit.*

à cibis hominum alienum, ut si jejunus quotidie ederet lienem amissurus dicatur (1) *Plin.* l.22 c.25.

ERYNGION vel *Erynge* Germ. *Brachdistel der Manst evv* ex genere aculeatarum, radice nunc marc nunc feminam referente, penè universim omnibus interioribus malis radix ejus in vino cocta medetur, candidæ præsertim, quæ & centum capita, à tot capitellis nominatur (2) Alvum sistit, quamvis hydropisi prodest, & crapulam præsumpta arcet. (3) Cum melle corpori illita strumas, parotidas, & panos seu terrores subitos arcet, recedentes ab ossibus carnes & fracturas cum axungia salsa solidat. Contra toxica & venena etiam serpentum morsus pota valet. *Plinius* lib.22, cap 7. & 8.

XXV.

FABA inter legumina principatum obtinet, in quibus Turcica laudatior. Multis usibus idonea, Pythagoræ tamen sententia damnata, sive quod flos ejus literis quasi funestis inscriptus, ideoque in funeribus fabacium epulum paratum fuerit; sive quod in thecis humani speciem præ se membri ferrent, à quo manus abstinendas (ut ex Gellio Pierius l.57. c 8.) monebat, (4) sive quod fabæ sumptæ ventositatem veneremque crearent, somnumque inquietum redderent, ingenium etiam sensusque hebetarent; (5) sive denique quod crederet mortuorum animas in fabis habitare, ut ab inimicis ad mortem quæsitus maluerit occidi, quam eas vicinas, quibus poterat occultari, tangere. (6) ut ib. *Pier.* cap.7. His addit coll.20. ex Theophrasto Majol.9. quod gallinæ fabarum esu sterilescant, & ex Clem. Alex. l 3. strom. quod idem mulieribus eisdem crebrò vescentibus eveniat. (7) Quin & siliquæ fabarum ad radices plantarum projectæ easdem steriles reddunt, ut Theophrastus notavit, Sed *Plin.* l.22 cap. 25. magis ubique virtutibus, quàm vitiis herbarum intentus, magnas fabarũ vires deprædicat. Nam solida inquit fricta, fervensque in acre acetum projecta, torminibus medetur. In cibo fresa & cum allio cocta, contra deploratas tusses suppurationesque pectorum quotidie sumitur. (8) Lomento quoque, seu farinâ ejus in aceto deco-

cta

1] *Humilitas inconsulta nocet*

2] *Consilium bonũ est pluriũ.*

3] *Temperantia.*

4) *Impuritatis fuga.*

5) *Libido noxia.*

6] *Defunctorum veneratio.*

7] *Immoderata Venus sterilis est.*

8] *Mansuetudo.*

F

&a tumores maturantur, & aperiuntur. Siliquarum cinis ad coxendicum & nervorum dolores in adipe suillo vetustiori prodest. Vide hic & alibi apud eundem plura. Illud ex Majolo l.c. adjicio, quod fabæ Ægyptiacæ ad arborum altitudinem excrescant, foliisque ex natura concavis durisque patellarum & scyphorum loco cibis adhibeantur. (1)

1] *Obsequium inoperatum.*

FERVLA ad frutices accedit, cum lignum corticis loco habeat, & fæniculo etiam altius excrescat, fungosa medulla plenior. Vix alibi quam in calidis Africæ locis reperitur, gratum in foliis Asinis pabulum, cum aliis jumentis venenum sit. (2). Ligno levissimo, & senibus pro scipione ad pueros castigandos idoneo. (3) Unde ferulæ nomen ad scholas traductum. Ignibus quoque ob medullam concipiendis fovendisque opportuno. Succus illius fabæ magnitudine sumptus alvum solvit. Seminis grana decem in vino trita haustaque sistunt sanguinem. Radicis succum oculorum claritati prodesse ferunt. Mutænis exitialis est, cum ferula tactæ moriantur. (4) Plin. l.20.c.23, & alibi.

2) *Salus & mors conjuncta.*

3) *Correctio juventutis.*

4] *Ictus fatalis.*

Caprae *FILIX* herba est sine caule, flore, ac semine, *Farnkraut* Germanis, duplex mas & femina est, ille longa & velut pennata folia ex uno pede singula; hæc ex eodem pedunculo plura fundit, radix illi nigra, oblonga per superficiem terræ cum appendiculis spatsa; huic brevior subflava magis, aut etiam rubescens, locis saxosis gaudent, silvestribusque. (5). Radix quatuor drachmarum pondere sumpta lumbricos enecat, sues in pastu pinguefacit. Mulieribus non danda, quod abortire faciat, aut sterilescere. Folia cimices enecant & serpentes fugant, ideò lectis substerni utile. (6) Plin. l.27.c.9. & alibi. Addunt *Pterius* ex Dioscoride l.4.c.78. quòd ab arundine fatali odio dissideat, ita ut altera alteram admota enecet. (7) Vulnera tamen ab alterutra homini inflicta, altera rursum sanat. Quod fingunt, hanc herbam in nocte S. Joannis semen parere, subitò nisi colligatur, evanescens; collectum verò in circumscripto circulo à tacentibus, omnia claustra admotum pandere; aut fabulosum, aut Diabolicum ludibrium est.

XXVI.

5] *Educatio austera prodest.*

6] *Discretio bona.*

7] *Odium capitale.*

FILICVLA seu *polypodium*, similis ac minor filice, tam foliis, quàm radice pilosa, quæ perquam suavis est. Unde Germani *Engelsüss* appellant. Oleribus concisa inspergitur, vel cum pulticula coquitur, ad laxandam leniter alvum, bilem ac pituitam detrahit. Stomachum tamen, ut & filix offendit. (1) Floret, & sine semine. Sub vetustis arboribus & in petris frequens. Plin. l. 26 c. 8.

1) *Beneficium unius, alterius quandoque offensio est.*

FOENICVLVM herba nota est salutari, quo abundat, semine, quod esum oculorum caliginem absterget: à serpentibus dilectum, qui hoc sumpto contractum senium exuunt. (2) Stomachum dissolutum astringit, nauseam sedat: pulmonem & jecur reficit: urinam & tormina decoctum mitigat, lactisque defectus potum supplet. Hydropicis convulsisque radix ex vino sumpta prodest. Folia ex aceto tumoribus ardentibus adhibentur, calculos vesicæ pellunt. Succus etiam è radice canis morsum curat. (3) Silvestre, quod Hippomarathron appellant, & grandius est, ad omnia est efficacius, suo præsertim semine Plin. l. 20. c. 23.

2] *Innovatio spiritus,*

3] *Benefacere in re tenui multis.*

XXVII.

FOENVMGRÆCVM siliquas habet cornibus parvis similes, unde & buceras vel ægroceras dicta, in re medica præstans, (4) quæ si cum malva, mulso deinde addito, coquatur, pota interaneis exulceratis medetur. Ira & carcinomata exteriora ex vino purgat, melle addito sanat. Lieni etiam in aceto decocta illinitur, Chiragræ & podagræ doloribus in hydromelite. Decocta dum amarities desinat, & melle subinde addito, tussim exulcerati pectoris tollit. Plin. l. 24. c. 19.

4] *Severitas grata.*

FRAGI mollis instar ceraſi rubentis fructus est, in humili natus herba, sapore & digestione facilis, vim lenem, ut refrigerandi, sic purgandi habet, ægris atque inprimis calculosis salutaris. (5)

5] *Humanitas gratia.*

FVNGVS vix in herbis plantisve nomen meretur, his tamen cum subitò nascens, nocte quandoque una adhæreat, repente orientium ideam refert; (6) sed & inutilium ac fatuorum, quod licet in mensis olim rara quæque confectantibus adhibitus sit, vix tamen ad quicquam sint utiles, nisi quod fluxionibus alvi, & rheuma-

6] *Repenti exaltatus.*

rheumatismis adhibeantur. (1) Sordidis tamen ulceribus, maculis, oculisque affectis tutius illinuntur, cùm pluribus pro veneno, illi præsertim qui coctu duriores, & suilli dicti sunt, aliquando integras familias extinxerint. (2) *Plin.* l. 22. c. 23.

GARYOPHYLATA vulgo *herba Benedicta* Germ. *Benedictwurr zel*, cujus radix grati odoris, flos est flavus (3) Radix in vino cocta parvos stomachi humores tollit, calefacit & exhilarat, phlegmaticis, hydropicis & ictericis prodest. Venenum aufert radix concisa & sumpta à corpore. Capitis defluxiones herba minuit, sed & hominem vi sua calefactiva extenuat *Linos.* part. 2. cap. 122.

GENTIANA Kreutzwurtz præstans in Illyrico herba magnitudine lactucæ, folio fraxini, caule tenero & inani, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra sine odore, calefactoria. In qua ejusque succo potissima vis, ad tussim & intranea exulcerata sanandum. (4) Prægnantibus tamen ab illa abstinendum. Illinitur & ulceribus, quæ serpunt, radice tusa, & ad mellis crassitiem excocta. *Plin.* l. 25. c. 7. & alibi.

GERANION à gruibus dictum, quanquam alii pedem columbinum Ger. *Storekenf knabel oder Taubenfus*, appellent. Hæc duplicis est generis, alia foliis malvâ candidioribus, caulibus tenuibus, sed pilosis, duorum palmorum, & in his cacumen velut collum gruis eminet. (5) alia foliis Anemones, radice mali rotunda ac dulci, quæ imbecilles confirmat, contra phthisin in vino bibitur, inflationes cutar, auribus instillata medetur (6) Plin. l. 26 c. 11,

GLYCYRRHIZA herba eryngio similis, foliis spinosis, pinguibus, tactuque gummosis, fructicosa binum cubitorum altitudine, flore hyacinthi, radice dulci oblongaque, & tantùm in usu. (7) Melior nigra & lenta, quàm quæ fragilis, tusa & decocta, spissò deinde succo vulneribus, raucedini & pectoris vitiis prodest, ulcera oris, tenuum dolores condylomata, & ut quidam, calculos tollit, famem sitimque sedat, adeò & hydropicis, ne fitirent data. (8) Plin. l. 22. c. 9.

G

1] *Fatuus. Sordidus.*

2) *Pestifer* XXVIII.

3] *Benedictio parentum, vel sacerdotii.*

goryczka

4] *Fiducia in Deum.*

Zorawie nozki

5] *Vigilantia.*

6] *Attētio.* XXIX.

Lakrycia

7] *Fides in Christo radicata.*

8] *Vita & gratia per Christum.*

H

GRANADILLA herba & flos Indicus, qui sub Paulo V. Romam allatus admirationem movit. Is rosa major, & odore melior, ab Indis circumfertur. Christi patientis instrumenta & signa in se exprimens Purpurei quinque radii coronam faciunt, quinque corallia tanquam vulnera ostentat. In medio columna cum basi & capitello, ex ea quinque virgulæ spinosæ, velut in coronam coeunt. Eminent clavorum instar, tria ferrei coloris germina. (1) Gracilis, instar hederæ, vicinæ arbori crescendo nititur. (2) Foliis musronem lanceæ præferentibus incumbens. Fructus ovi anserini coloris aurei, insulis aliquot maculis inspersus est. Semina nigra & rotunda, succus melleus ventriculo roborando prodest plurimum. Simul in eadem planta flores fructusque toto anno videas, (3) flos ad solem orientem apertus, occidente panditur. (4) *Nieremb.* Nat. hist. l. 14. cap. 10.

1] *Passio Christi.*
2) *Auxilium.*
3] *Perseverantia in bono.*
4] *Præsentia Dei.*

HELENIVM Ænula campana, *Alantkraut* solio serpelli humi repens, quam ab Helena sic dictam volunt, quod pota gratiam hilaritatemque animi formæque conciliet. (5) uti & Nepenthes ab Homero celebrata herba. Succu prædulci est, & radice intus candida, contra venenum quoque bibitur, & mures contrita enecat. Plin. l. 21. c. 21.

5] *Gratio sus.*

HELITROPIVM à sole, cum quo ab ortu ad occasum vertitur, sic dictum, quo discedente calycem contrahit. (6) Duplicis generis est Aliud majus heliosco-pium dictū, quod pinguiori solo gaudet. Hujus succus æstate pressus, vinoque mistus, veneno resistit. In rosacea aqua capitis dolores frangit, arenas renum tollit, & si cuminum adjiciatur, calculos solvit, prodest contractis. (7) Radix cum foliis decocta, & hircino sevo podagris illinitur. Aliud genus tricoccon vel scorpiuron dictum, etiam sterili in solo minoribus & propendulis foliis provenit, semen caudæ scorpionis simile, adversus omnia venenata illitum valet. (8) Scorpius ne quidem gestantes ferit: & circumscriptus illius herbæ circulo non egreditur. Vertucas utrumque heliotropium radicitus educit. Spinæ quoque & lumborum sanguinem

6] *Præsentia Dei. Bona intentio.*
7] *Animū erigere.*
8] *Remedium peccatorum.*

nem corruptum trahit, si semen cum beta & lente coctum illinatur. *Plin.* l.22.c.21.

H

XXXI.

Radostka

HELIOCHRYSVM seu *Chrysanthemon* folia Abrotani in ramusculis fert candidis, quæ in orbem, velut corymbi, dependentia solis repercussu fulgent, & nunquam marescunt. (1) Unde & his Deos olim coronabant. Ciet urinam e vino, menseque: duritias & inflammationes discutit. Ambustis cum melle imponitur. Profluvia mulierum in vino albo sistit. Vestes odore grato tuetur. Ger. *Gensblum*. *Plin.* l 21 c.25.

1] *Gloria cœlestis.*

HELLEBORVS VM quod Latini *Veratrum* appellant Germ. *Nie ſvvurtz* herba est temperati veneni, quæ insignem purgandi vim habet. Duplex est, candida quæ vomitione corpus à morbis maligniſque humoribus liberat: nigra quæ & *melampodion* dicta, per alvum quidquid noxium est, dejicit. (2) In Anticyra Insula præstans est. Nigrum medetur paralyticis, insanientibus, (3) hydropicis, si febri careant, articulari morbo. Drachma ex aqua sufficit, sale tamen aspersa potius, quàm dulci, in qua periculo non caret. Imponitur & hydropicorum ventri cum farina hordeacea & vino. Album optimum, sed per vomitiones terribilius nigro, primò tamen commotis interioribus ejicitur. Datur melius in dulcibus, ut lacte & pulte, serenoque die ac calido. (4) Nam aliàs gravissimos creare dolores fertur. Medetur & Comitiali morbo, elephantiasi aloæ, ischiadicis, tympanicis, melancholicis, lymphaticis, aliisque quibus nigrum malis. Verùm senibus puerisque ac feminis mollioris complexionis parum convenire asserunt. Muscæ mures que trito emoriuntur. (5) *Plin.* l. 25.c.5.

Ciemierzyca

2] *Pœnitentia.*

3] *Stultitiæ medela.*

4) *Opportunitas.*

5] *Mors improborum.*

HERACLIVM diversi generis est, unum Samsucho non dissimile, aliud Origano simile, silvestre Heracleoticum dicitur, quod decoctum percussis datur, nepris convulsisq; cum panacis radice, hydropicis cum fico aut hysopo, contra morbū regiū, tritum cum oleo. narib. infunditur. (6) Lassi eo perunguntur, ita ne vexet tangatur. *Plin.* l.20.c.17.& 25.c.5. Est & Heraclīū sideriē caule

mak lesny

XXXII.

6] *Fortitudo animi.*

caule tenui digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, juxta amnes & lacus nascens, quod omnia vulnera ferro inflicta efficacissimè sanat. (7) ut idem l.25.c.5

1] *Patientia in adversis.*

grapla

HIPPOPHÆSTON nascitur in maritimis, sine cauliculo, flore, capitulis inanibus, foliis parvis, at spinosis, radiculis albis & mollibus, (2) quarum succus æstate pressus, ad solvendam alvum valet, in morbis comitialibus tremulis, hydropicis, contra vertigines & paralyses. Plin. l.27.c.10.

2] *Vita privata & tenuis.*

Koscienic XXXIII.

HOLOSTEON herba quasi tota ossea per antiphrasin dicta, cum mollis sit, ideoque molle gramen dicta ab Herbariis. Nam foliis gramini similis, & humi repens. (3) radice alba & prætenui, specie capillamenti, quatuor digitorum. In vino pota, convulsa & rupta sanat. Vulnera quoque conglutinat, cum & carnes cum ea coctæ cohærescant Plin. l.27.c.10.

3] *Humilitas alios conciliat.*

igez mien

HORDEVM tritico simile, sed acutioribus spinis capillatum, ejus farina variis morborum generibus medetur. (4) Decocta collectiones, humoresque disjicit. In vino jecoris dolores imposita sedat, ulcera suppurantia in resina & galla, duritias ingmo columbarum, aut fico sicca: nervorum, lateris intestinorum naturæ dolores cum papavere aut meliloto, strumas cum pice & pueri urina. Polenta quæ est hordei tosti, alvum sistit, oculis & capitis dolori illinitur cum menta, aut alia herba refrigerante; pernionibus etiam, ambustis & pustulis, callo clavisque pedum in sapa. Condylomata & sedis vitia in oleo sedat, &c. Vide Plin. l.22 c.25.

4) *Eucharistia.*

marcowy kwiat

HYACINTHVS violæ purpureæ genus est, in Gallia eximiè provenit, flos ejus quasi Græcis inscriptus literis A I. Unde Ajacem Ulyssi postpositum, ideoque ex dolore sese interimentem, in hunc florem conversum fingunt. (5) Radix illi bulbosa est, quæ ex vino illita crines nasci prohibet. Torminibus sumpta resistit, urinam impellit, suoque semine cum Abrotano data regio morbo medetur Plin. l.21. c. 26.

5) *Tristitia deficere.*

XXXIV.

bielun, Tabaka

HYOSCYAMVS Latinis Apollinaris, *Bilsamkraut*, diversi est generis, unus nigro semine, flore purpureo

pureo spinosus: alter candidior & fructicosus papavere altior. Tertius quoque, sed omnes noxii vertiginemque & insaniam creantes. (1) Quartum genus molle, lanuginosum, candido aut rufo semine, in maritimis nascens, succo mentem caputque infestans, etiam auribus infusum (2) adversus venena tamen præstans remedium. Plin. l. 25. c. 4.

1] *Adulatores.*

2] *Concionator.*

HYPOGLOSSA folia habet, figurâ silvestris myrti, concava, spinosa, & in his, ceu linguas, folio parvo exeunte de foliis. (3) Capitis dolorem corona ex his imposita minuit. *Plin.* 27. c. 11.

3] *Oratio.*

HYSSOPVS-VM herba humilis in petris ex ipsis etiam subnascens lapidibus, vim imprimis curandi pulmones habet, inveteratasque tusses in aqua decocta. (4) Stomacho tamen inimica. Purgat inferne cum ficu sumpta, supernè vomitionibus cum melle. In oleo contritum phthisi asi & prurigini capitis medetur. Unde forte David Psal. 50. *Asperges me hyssopo, & mundabor.* (5) Vide Plin. l. 25. c. 11. &c.

4] *Fides Christi.*

5] *Pœnitentia.*

INTYBVS Endyve oder Cicherie vide Cichorium supra, quæ tamen herba inter sativas etiam duplex est; alia honoris; alia angustiori, sed amariori folio simul & efficaciori. (6)

6] *Paupertas Christiana.*

IRIS, Germ. *Swertel*, cæruleo lilio varioque colore surgit, foliis gladioli, radice odorata & sternusamenta movente, rufa candidæ præfertur. Ulcera & suppurationes capitis purgat. (7) Alvum solvit cum melle drachmis binis, tussim, tormina, inflationes. Liemes ex aceto purgat. Contra canum morsus & nervorum dolores ex oleo imponitur: Lumbis & coxendicibus ex resina. Capiti dolenti eum malis cotoneis. Ossa fracta extrahit imposita cum melle. Clavis & verrucis farina ejus cum vino per triduum imposita medetur. Halitus oris manducata abolet. Duritias omnes emollit, rimas & condylomata omnia in corpore excrescentia sanat, (8) genituram ultro fluentem exsiccat, somnumque etiam conciliat. Plin. l. 21. c. 20. & alibi. cap. 7. addit. In Pisidia magna religione effodi, trimestri prius aqua mulsa circumfusam, (9) effossam protinus in cœlum

7] *Pacis studium. Concordia diversorum.*

8] *Conciliare odia.*

9] *Præcupare beneficiis.*

lum attolli, præcipique ut casti legant. Pustulas etiam contrectantibus infligere. (1)

1] *Castitatis amor.*

IVNCVS omnino vatius, præsertim qui marinus est, cujus usus ad massas plectendas est, medulla etiam lucernis pro elychnio servit. (2) Qui in medicinis laudatur, duplex aut triplex à Plinio recensetur. Cyperus in Creta laudatissimus, candore & odore nardo vicinus, in cacumine tamen niger, minoribus foliis (quæ potracets in imo similia) semen tegit radix nigræ similis olivæ, ulceribus hæc corporis orisque illinitur, urinam ciet & calculos, hydropicis utilissima, tussi medetur. (1) Semen tostum & in aqua potum sistit alvum, sed dolet capiti. Aliud junci genus teuchiten dicunt, quod contritum odorem dat rosæ, discutit inflationes, ideò stomacho utile, & vesicæ, bilemque ac sanguinem ejicientibus, vulvæ ac dysenthericis. *Plin.* l. 21. c. 18.

2] *Intentio bona.*

3] *Intentio multa sanat.*

LACTVCA herba pro acetariis, alia nigtior copiam lactis habet sopotiferi, ideo & Meconis dicta, sollitaque mensas olim claudere, ut frigiditate ebrietatem arceret. (4) Rotunda latis foliis, & radice parva refrigatur veneri. Æstate omnes ob refrigerationem stomacho gratiores ejus fastidium leniunt Augustus in ægritudine per eam servatus creditur. Lactucarum crispæ, Cappadoces dictæ, reliquis præferuntur. Vide *Plin.* l. 19. c. 8.

4) *Virginitas.*

LADA herba, foliis est nigricantibus, quæ verno tempore pingue quid & roscidum contrahunt, quod capratum pascentium barbis hæret, ac *Ladanum* dicitur, cum depexum (ut in Cypto frequens est) in offas cogitur. Grave illud odore, tactuque durum. (5) Natura illi molliendi, siccandi, concoquendi, somnum alliciendi. Capillum fluentem cohibet. Furfures cutis, & manantia vulnera sale addito sanat. Tussim cum styrace sumptum tollit. *Plin.* l. 26. c. 8.

5] *S. Scriptura sententia.*

LAPATHVM, varium est præsertim silvestre. Aliud est oxylapathum, quod Latini *rumicem* vocant, colore betæ candidæ, foliis acutis radice minima ad strumas cum axungia efficax. Aliud in paluſtribus locis tubentibus & acutioribus foliis, quod hydrolapathum dicunt.

dicunt. Aliud hyppolapathum, quod ceteris majus candidius, & spissius. (1) Radix acero decocta dentibus prodest, & si bibatur morbo regio Semen stomachi gravissima sanat vitia, dysentericos liberat. Sativi radix manducata firmat dentes, in vino decocta curat lepras, strumas, parotidas, calculos: lienes, enim, cœliacos, & dysentericos pota juvat, & sistit alvum, cum folia solvant. *Plin* l 20 c 21.

1] *Positu loco & tempore servit.*

LATHYRIS folia habet crebra lactucæ similia, & germina minora, in tunicilis semen complexa, quod exsiccatum piperis instar, sed candidum & dulce eximitur. (2) Ex hoc grana vicena, in aqua pura, vel mulsa hydropicos sanant, & bilem purgant, quia tamen stomachum lædunt, cum jure gallinacei aut piscium tutius sumuntur. Ger. *Springkraut. Pl n.* l.27.c.11.

2) *Castitas* xxxviii.

LENS optima est inter legumina, quæ facilè coquitur, cibus pauperum (3) Contra suppurantia omnia & exulcerationes decoctæ succus, aut farina cum melle, gangrænis etiam cum punici tegmine imponitur. Strumis ex aceto, podagris cum polenta. Stomacho, oculis, capiti parum prodest. Vide *Plin.* l.22.cap.25. in med.

3) *Pauperta-tas.*

LEVCOION Caryophyllon, non album solum (unde Græcè dictum est) sed coloris cujuslibet, grato potissimum odore, tum & colorum sæpe varietate flos spectabilis, (4) radice bulbosa est. Qui hujus seculi principio summi in Germania, ob colorum in flore mixturam, pretii, ita ut Antverpiæ mercator unum florem, mille florenis æstimatum, cum nollet cedere; altero die bulbum à mure consumptum viderit. (5) *Beyerling* in Theat.

4] *Virtus multiplex:*

5] *Avaritia perdit bona.*

LILIVM flos notus & ceteris excelsior, candido ferè aut croceo colore, odore gravi. Apes tamen illo delectantur. Inter fruteta aliud lilii majoris sine odore genus est, quod convolvulum dicunt, nilque præter candorem refert, (6) sed minoris lilii genus, quod *lilium convallium* dicitur, ut odore, sic virtute calefactiva & exsiccativa præstans. (7) Est & aliud rubens lilium, quod Crinon vocant, sed & purpureum in Italia,

6] *Virginitas.*

7] *Innocentia.*

L

lia, quo colore tingi solent, semine in vino rubro ante macerato. (1) Radix liliorum ex vino potu venenis adversatur, clavos pedum decocta triduoque circumligata solvit. Cum oleo decocta ambustis locis pilos restituit. Cum mulso pota inutilem alvum sanguinemque trahit, lienique & ruptis vulsisque prodest. Cum melle imposita nervis præcisis medetur. Lichenas, lepras, fursures, rugas è facie abstergit. Folia in aceto cocta vulneribus imponuntur. Semen igni sacro illinitur, flos & folia ulceribus. Plin. l. 21. c. 5. & 19. Addit l. 23. c. 4. Oleum ex eo, quod lirinum appellant, renibus, & sudoribus evocandis utilissimum esse.

1) Virgo & Martyr.

XXXIX. *LINVM* herba est minor cannabe, quæ pingui semine oleum continet, ipsa siccata & contusa in lanæ modum, filis, & hæc velis vestibusque aptantur, ad plurima utilis. (2) In desertis Indiæ reperitur, quod igne non absumitur, sed purgatur. Unde Regum olim corpora in hisce linteis combusta ad cineres secernendos intelligimus. (3) Plin. l. 19. c. 1. Semen ad multa utile. Tortetur ut alvum sistat. Cœliacis & dysentericis imponitur ex aceto. Ad jecoris dolores estur cum uva passa. Ad phthisin utilissimè è semine fiunt ecligmata. Cum radice cucumeris silvestris extrahit quæcunque inhærent corpori. Sic & fracta ossa solidat, & serpere ulcus in vino coctum prohiber. Parotidas cum melle, adipe, aut cera, anginas in aqua, & oleo decoctum, & cum aniso illitum curat. (4) Plin. l. 20. c. 22.

2] Exercitatus in multis.

3] Ignis purgatorii emendat.

4) Multis utilis.

LITHOSPERMVM hodie *Milium Solis* dictum, herba quincuncialis, surculosa, crassitie junci, foliis duplo majoribus ruta, juxta quæ barbulæ sunt, supra quas magnitudine ciceris semina rotunda duraq; margaritarum candore spectata emergunt. (5) iis drachmæ pondere in vino albo potis, calculos frangi pellique constat. Plin. l. 27. c. 11.

5] Perseverantibus præmium datur.

XI. *LVPINVS-VM*, leguminis genus amarum *Wolfschotten*, quod solem sequendo etiam nubilo die rusticis horas distinguit. (6) Sine cultura projectum, semen non opertum terræ germinat, arenosis saccisque locis inter sentes vepresque. Et ter quidem floret. (7) in

6] Horologium rusticum.

(6) Eerti iras.

In silvis satisque provenit. Illud acrius. *Macerati in aqua mitescunt*, frequentesque in cibo colorem exhilarant. Farina cum aceto subacta siccat ulcera, livores cicatrices, strumas, scabiem emendat & lentigines, lepras etiam ad mellis crassitiem decocta corrigit. (1) Plin. l. 22. c. 25. post med. 1) *Mortificatio.*

MALVA, Germanis *Papelen*, tam silvestris, quàm sativa, singularis in re medica virtutis est, alia major foliis, minor alia. E silvestribus illa eminet, cui grande folium & radix alba est, althæa ob id dicta. omne solum in quo seruntur, pingvius reddunt. (2) Contra venenatos morsus & ictus, non tantum prosunt, sed qui illa in oleo trita illitus est, aut circumfert, ab ictu noxio immunis est. (3) Ferunt illum qui ex succo indies biberit cyathum dimidium, morbis omnibus carituru. (4) Convulsa rupta, tusses, ulcerosa intus, pota, exteriusque illita curat. Parturientes facilitat, calculos solvit, inflatis, dysentericis, asthmaticis melancholicis, insanientibus, comitialibus prodest. Sementritum brachio alligant, eis quibus genitura profluit. *Plin.* l. 20. c. 21. Addit l. 19. c. 4. In Mauritania herbam hanc in arborem adolescere pedũ 20. quæq; complexum hominis crassitie implet (5) 2) *Exempli bonorum.* 3) *Armatura fortis.* 4) *Prodesse omnibus.* 5) *Ingenium cum cœlo mutatum.*

MANDRAGORA vel Circeium Ger. *Alraun*, foliis, quàm lactuca angustioribus, hirsutis caulibus, radicibus binis ternisve, rufulis & intus albis, nunc maris, nunc feminæ genus referentibus. (6) Semen in parvis malis, ceu nucibus, ferunt. Odore, & magis succo sunt soporifero, qui si recentibus exprimatur, in scyphi majoris quantitate sumptus, venenatus est (7) Succus radicis exsiccatæ tusæque, & in vino decoctæ somnum conciliat, quo in sectionibus ne sentiantur, uti solent. (8) Olim tamen earum usus vulgatior & innoxius fuisse videtur, *Plin.* l. 25. c. 13. cum Lia & Rachel pro mandragoris certarint. *Gen.* 30. 6) *Sexus discrimen.* 7) *Immoderatio noxia.* 8) *Stupor.*

MARRVBIVM Græci Prasion, alii Linostrophon Ger. *Weisser Andorn* appellant, salutaris omnino usus est. (9) Dolores pectoris & lateris, tussim, excreationes sanguinis, convulsa rupta efficaciter sanat, præsertim si in melle succus bene excoctus sit. Venenis etiã, 9) *Puritas conscientiæ.*

& morbo regio, bilique expurgandæ cum melle servit; cum aceto & sale solvit alvum. Arida ejus cum melle farina tussim ficcam efficacissimè tollit. *Plinius* lib. 20. cap. 22.

Czamucha

MELANTHION, sine *Gith*, aut, ut Herbarii *Nigella*, parva, nigri seminis herba est, distillationem narium solo olfactu cohibet. (1) Dolores capitis cum aceto naribus infusa, & dentibus post coctionem affricta tollit, ut & ulcera oris manducata. Difficultates spiranèdi pota juvat, urinam & menses ciet. nimium tamen pro veneno est. (2) Semen panes gratè condit, oculosque purgat. *Plin.* l. 20. c. 17.

1) *facile auxilium.*

2) *Immoderatio nexia.*

XLII. Mrzta G

MENTHA Muntzkraut, pulegio non dissimilis, grati odoris & salubris condimenti, lacti injecta acescere & densari prohibet, generationique, pari vi, sumpta obstare creditur. (3) Jecoris vitia in mulso, pituitamque & sanguinem expurgat, sistitque in pectore, Tonsillas & pulmonis sanat ulcera, singultus & vomitiones tollit. Temporibus illita vel auribus cum musto instillata, capitis dolores mitigat. *Mentastrum* silvestris mentha est, quæ elephantiasin sanare comperta est. (4) adversus venena potens torminibus, cholericis, strumis, podagrisque illitum prodest, & in regio morbo salubriter bibitur. *Plin.* l. 20. c. 14.

3) *Virginitas.*

4) *Eremicolarum contumacia.*

proso

MILIUM frugis genus, à mille, quæ unum granum profert, seminibus dictum, nihil enim illo in locis humidis fertilius (5) Ex India grandius & nigrum in Italiam translatum *Plinius* meminit l. 18 c 7 pani magis quàm panicum servit. Sumptum incolumes à veneno præstare fertur, ut *Pier.* l 56. c. 17. Torrefactum sistit alvum & tormina Dolores quoque nervorum calefactum in sacco impositumque egregiè medetur *Plin.* l. 22. cap. 25.

5) *Refignatio in adversis.*

ruta agrina

MOLY herba scillæ foliis, & radice nigra cœpæ flore candido (6) (alii tamen luteum faceunt,) ab Homero celebrata est, quæ à Mercurio reperta adversus venena pugnet. Vide *Plin.* l. 25 c. 4.

6) *Synecritus.*

Kohlp rabi

XLIII. *MYRIOPHYLLON* Millefolium à numerosa coma dicitur, tenero caule, fœniculo similis est, in palustribus

stribus nascitur, egregii adversus vulnera usus. (1) & efficacissima ad dolores dentium. Præcipitatis & suspiriosis utilis. *Plin.* l. 24. c. 16. 1) *Charitas tollit peccatum.*

MYRRHIS, Vide in fine.

NAPVS duplex est, alius angulosis caulibus, folio apii, flore anethi, quem bunion vocant, feminis purgandis idoneum. Semen tostum tritumq; in aqua calida dysentericis prodest. (2) Sed urinam cohibet, nisi unà lini semen bibatur. Alius rapo persimilis, adversus venena præclari est seminis, ideóque in antidotis usurpari *Plin.* l. 20. c. 4. 2) *Pertinacia infracta.*

NARCISSVS geminus laudatur, alter flore purpureo, in fabulis notus, (3) alter herbaceus, & hic vomitorius alvum solvit, caput affligit. Utriusque radix mulsei saporis est. Ambustis cum melle prodest. In polenta oleoque tritus contusis, luxatis, vulneratisque utilis. (4) Nigras vitiligines emaculat, oleumque ad dura emollienda, ex flore sufficit. *Plin.* l. 21. c. 19. 3) *Amor sui.* 4) *Passus dura compatitur.*

NARDVS-VM frutex, ut alibi vidimus, & herba est, folio crasso, carnoso angusto & albicante, quæ frequentibus spicis floseulisque purpureis surgit. (5) Unde & Spica nardi, odoris gratissimi; illud tamen inprimis, quod procerius est. Nam alterum *Lavendulæ* genus, quod in balneis expetitur, Nardo quoque à multis accensetur. Ex priori unguenta nardina grata & pretiosa fieri solent. (6) Præter has alia Nardus Gallica est, quæ folia longiora & flavescentia, cum luteo flore habet, quam alii *Saliuncam* vocant, hæc inflammationibus coli, tenum, jecoris adhibetur, fel & hydropem purgat. *Plin.* l. 21 c 20 & alibi. XLIV. 5) *Humilitas.* 6) *Humilitas cetera opera grata facit.*

NASTVRCIVM ger *Kreff.* κάρδαμον, quòd cor confortet, dictum, duplici in genere est: nigrum albo efficacius, & silvestre sativo. (7) Egregiè exsiccat sputum, urinamque, ac Venerem cohibet. (8). Quare Persæ, quibus turpissimum est in aliorum conspectu mejere, spuere, mungi, frequenter utuntur, ut Rhodig. c 24. 26. Unde & illorum à morte ob victus parsimoniam duriora, corpora, à morte sine tabe diu persistunt, (9) ut *Ammianus Marc.* notavit. Universè capitis, pectoris, lienis intestinorum purgat & sanat vitia, Dentium dolores 7) *Animositas.* 8) *Temperantia.* 9) *Constantia.*

dolores succo in aures infuso, & aurium gravitatem, si tritum cum fico, imponas. *Plin.* l. 20. c. 13.

NEPENTHES sic dicta, quasi à νὴ & πένθος non luctus, quod singulari lætitia exhilarare hominem 1) *Gaudium.* sumpta, homero teste, prædicetur. (1) Unde eandem cum buglosso censent esse. aut forte Helenium ab Helena inventrice, de quo alibi. Vide *Plin.* l. 21. c. 21.

NYCTEGRETVM coloris ignei, foliis spinæ, humi repens, erui radicitus æquinoctio verno, atque ad lunam siccari solitum 30. diebus, lucere in tenebris 2) *Virtute præditus inter sceleste emunct.* solet. (2) Unde & Nyctilops appellatur, uti & Chenomychon ab anseribus, qui primo ejus conspectu expavescunt. Parthorum Reges Magique in votis suscipiendis hac usi herba feruntur *Plin.* 21. c. 11.

NYMPHÆA, aliter *Heracleon* dicta, *Wasserblum*, quod Nympha Herculis amore frustrata in hanc palustrem, aut stagnantis aquæ herbam floremque versa fingatur. Singularis illæ potæ, aut radicis etiam succo naturæ illitæ vis esse adfringendam libidinem fertur. (3) 3) *Virginitas. Continentia.* *Plin.* l. 26. c. 10. Trita plagis utiliter imponitur. c. 13. & manantia radix sanat ulcera. c. 14

OCIMVM aliis Basilica *Basilienkraut*, hortense pedali altitudine, surculis diversis ramis teretibus surgens, odore fragranti, putaturque ab ὀκὺς celer (unde & aliqui ocymum scribunt) deduci, quòd tertio die post sationem erumpat, & succrescat celerrimè. 4) *Celeritas laudata* (4) Nonnulli illud serpentibus & scorpionibus gratum stomacho & rationi noxium censuere. Sed compertum lethargicis & inflammatis refrigerationi esse ex aceto. Dolori capitis & oculorum ex rosaceo illitum. In mammis tamen lac extinguere. Sternutamenta movere semen, si tritum hauriatur naribus. Venerem incitare. (5) Contra bestiarum morsus ex vino mederi, maximè tamen ocimum silvestre, cui ad omnia vis major. 5) *Indifferens ad bonum & malum.* Verrucas misto atramento sutorio tollit. *Plin.* l. 20. c. 12. & 13. *Ocymum* censent alii esse plurium herbarum commistionem, quale pro bubus & equis ex vicus, fabis, 6) *Mistura vilis.* cryo, &c. seritur. (6)

OENAN-

O

XLVI.

OENANTHE est flos labruscæ, seu, ut nos, lilii convallium. Quanquam Plinius uvam esse sentiat vitis silvestris, quæ & ampelos agria Græcis dicta est, spissis & candicantibus foliis, timoso cortice, fertque uvas rubentes cocci modò, (1) quæ cutem purgant, & variis coxendicum & lumborum vitiis, tusæ cum foliis & succo, prosunt. *Plin.* l. 23. c. 1. *OEnanthe* etiam herba est in petris, folio pastinacæ, quæ varias radices, tanquam nuces in terra spargit, (2) quibus vesice medetur. Folia cum melle, aut vino nigro pota facilitant partum, tussim tollunt, cient urinam. *Plin.* l. 21. c. 24.

1) *Adolescens frugi.*

2) *Adolescens in virtute aut scientia bene radicatus.*

ORIGANVM, quod Germanis est *Wolgemuth*, varium est: nam aliud prasion, seu *Onitis* ab Asinis illud appetentibus dictum, hyssopo est simile, quod stomachi torsionibus decoctum medetur: (3) Aliud *Tragoriganum* ab hircis illius cupidis appellatum, serpyllo silvestri par, contra viperæ ictum efficax, stomacho quoque & præcordiis prodest, tussientibus, pleuriticis, & peripneumonicis. Tertium *Heraclium* aut *Heracleoticum*, quod aliqui ab Onite non distinguunt.

3) *Audacia.*

PALIVRVS spinæ potius, quam herbæ genus, in Cyrene frequens est, baccas ferens, quæ à vino saporem habent & reddunt. (4) Alvum sistunt dysentericis & cholericis calculosis & tussientibus salutares. Folia adstrictoriam quoque vim habent, & articulari morbo cum sale tusa adhibentur. Radix decocta luxatis & tumoribus utilis, collectiones & vomicas dissipat. *Plin.* l. 25 c 13.

4) *Mortificatio ex amore Dei grata est.*

PÆONIA vide in fine.

XLVII.

PANACES Panax vel Panacæa herba ipso nomine morborum omnium medicinam pollicetur. (5) Varii generis est, unum *Asclepion* dicitur, quod est radice crassi & salsi corticis, quâ evulsâ veteres scrobem vario genere frugum, tanquam muneraturi terram parentem replebant. (6) Alterum genus *Heraclion* de quo ante in lit. H. sed radice, ut ferunt inutili. (7) Tertium *Chironion* à Chirone inventore dictum, Lapatho simile, majus tamen & Hirsutius, flos aureus, radix parva. Locis nascitur pinguibus, cujus flos efficacissimus. (8) Quartum genus *Centaurion* quod & *Pharnaceon* à Phar-

5) *Amor proximi*

6) *Gratitudo.*

7) *Iactantia.*

8) *Amor Dei*

nace Rege inventore dicunt, quod longioribus serratisque est foliis, radice odorata, quæ siccata cum flore vino gratiam facit. *Plin* l. 25. c. 4.

PANICVM tenui rubentique caule surgens, diversis postea surculis quandam arboris refert speciem, granis triangularibus plenum, ex quib. farina placentis ac panibus nonnunquam servit. (1) Eosdem cum Milio effectus habet In vino potum dysentericis prodest. In lacte caprino sistit tormina. Calefactum quoque impositumque alvo nervisque dolentibus medetur. *Plin.* l. 22. c. 25.

1) *Secundus*

PAPAVERIS sativi albi calyx teritur, & è vino bibitur somni causa, semen elephantiasi medetur. E nigro papavere, sub capite aut calice inciso fluens succus, parce exceptus somnifer, (2) imò copiosè etiam lethifer est. In re medica temperatus prodest. (3) Semen è lacte somnum quoque conciliat, cum rosaceo capitis tollit dolores, & auribus quoque instillatur. Cum lacte mulierum podagricis illinunt, itáque & foliis utuntur. Ad sacros quoque ignes & vulnera cum aceto fervit. Nigrum præterea cœliacis in vino datur. Silvestre papaver caule longius, capite minus, ad hæc omnia efficacius habetur. In siccis etiam locis, quàm humidis valentius est. (4) Opium, succus ex papavere collectus, qui densatus & in pastillos tritus, in umbra siccatur, vi pollens majore Plin. l. 20. c. 18.

2) *Somnolentus.*
3) *Moderata profunt.*
4) *Ebrietas nexta.*

XLVIII. *PARTHENIVM* aliud est idem cum *Helxine*, seu *urceolari* ac *sideriti* herba, quod urceis tergendis servit, nascitur juxta sepes, foliis hirsutis, cauliculis subrubentibus, asperis seminibus, quæ vestibus adhærescunt. (5) Hæc lanas inficit, sanat ignes sacros, tumores collectionesque omnes & adusta. Aliud *parietina* seu *perdicium* dicitur, eò, quòd à perdicibus ametur. Hoc in tegulis & parietinis nascitur, folio ocimi, quamvis nigriore, quo Pericles vernam ex æde S. lapsum, ope Minervæ sanasse fertur. (6) Est enim calefacto succo pota, contra ulcera, rupta; concussiones ex lapsu sanandas potens. vide *Plin.* l. 22. c. 17. Aliud flore albo, odore malo, sapore amaro, Leucanthemum à flore dictum,

5) *Paupertas voluntaria.*
6) *Vita rustica*

ctum, (1) quod cum melle & aceto potum, bilem atram detrahit, calculis, strumis, sacro igni, cum axungia inveterata, tilitum medetur. Plin. l. 21 c. 30. Quo tamen in superiori cap. malè perdicium, & in hoc muralem vocat, & applicat alienæ speciei, uti & in Helxine alibi à se dissentit. Unde ex Dioscoride & aliis emendandus est.

1) Paupertas involuntaria.

PASTINACA Staphylinos græcè dicta silvestris, sive agrestis, vel sativa. Illa virtute major, naturæ calidæ & Venerem stimulantis. (2) Semen tritum potumque in vino Ventris tumores doloresque tollit. (3) pane etiam, si libet, intrito, urinam promovet. Radix ex aqua mulsa lienis, lilii, lumborum, renum vitiis, dysentericis, hydropicis, pleuriticis, comitialibus, opisthotonicis, utilis. Negant lædi à serpentibus, qui antè gustaverint, aut secum ferant: percussis imponi cum axungia tradunt. Folia contra cruditates manduntur. Ad eadem sativa valet, sed minori efficacia. Hujus radice si dentes circumscalpas dolore liberabis (4) Plin. l. 20. c. 5. Similis huic *Gingidion*, seu *Busnaga* herba ex Syria ad dentrificium idonea *Ib.* Sed & *Hibiscum Molochen agriam* dictum, quod ulceribus cartilaginis & fractis ossibus, uti & vesparum apum crabronumque ictibus medetur. (5) Plin. l. 20 c. 4.

2) Caro.
3) Originis recordatio.
4) Detractionis fuga.
5) Patientia contumeliarum.

XLIX.

PENTHAPHYLLON quinquefolium fraga profert, à quinque foliculis sic dicta herba, effossa radix rubescit, siccata nigrescit, adversus serpentes illa in vino albo bibita prodest. (6)

6) Vulnerum Christi meditatio.

PEPO in genere cucumerum maximus, minori illo Melopepo est, quod pomo sit similis. Digestione durus est, (7) refrigerat in cibis, emollit alvum. Caro oculorum doloribus imponitur. Radix siccata, & tusa, contra vomitiones datur. Cortex tamen vomitionem movet. Plin. l. 20. c. 2.

7) Homo vanus.

PETROSELINVM vide *APIVM*.

PHRIXA herba rutæ similis, in septentrione nascitur, gelida nive frigidior, si tamen impudicis tangatur manibus, velut ignis exardescit. (8) Plutarch. in Tanai.

8) Castitatis amor.

PIPERITIS, quæ & *Siliquastrum* dicitur, lauri folio est, caule rubente, & oblongo, semine tenui albo, gustu piperis, (1) utilis gingivis, dentibus, oris suavitati & ructibus. *Plin.* l. 20. c. 17.

1) *Mortificatio gulæ.*

PLANTAGO Wegbreit, foliis alia angustioribus, linguæ boum similibus, in pratis viisque nascitur ad terram inclinata: altera foliis major, & septenis plerumque, unde & heptapleuron dicta, cubitali fere caule, humidioribus locis gaudens. (2) Vis in siccando densandoque corpore mira, ut cauterii vice ad fluxiones adhibeatur. ut *Plin.* l. 25. c. 8. ad omnes bestiarum morsus, tam illita, quam pota sanandos facit c. 10. Succus ejus instillatur lippientibus c. 12. Adversus lichenas, seu mentagram trita prodest l. 26. c. 4. Et sanguinem rejicientibus succus datur c. 5. Lateris & pectoris dolores in cibo sumpta, ut & stomacho, & dyspnœæ medetur, ac renibus c. 7 &c. de quibus (4) diversis locis *Plin.* consule. Hæc nostrum Panaces videtur.

2) *Humilitas.*

3) *Septem dolores B. V. M.*

4) *Omnibus omnia fieri.*

PORTVLACA eadem videtur quam Græci Andrachnen vocant, tam sativa, quàm silvestris est, Germani *Burtzelen* dicunt, frigida & humida est herba, magnæ in re medica virtutis. (5) Oculorum, capitis ulcerumque dolores in vino tusa impositaque mitigat. Mobiles dentes, orisque exulcerationes manducata cum melle corrigit. Stomachum in acetariis corroborat, semen cum melle sumptum suspiriosis prodest, vulneribus cum oleo imponitur. Vomitiones, dysenteriam, regios morbos, venerem sumpta infringit. &c. *Plin.* l. 20. c. 20. Ubi an rectè cum *Peplio* confundat, ambigitur. de *Andrachne* eundem consule l. 25. c. 13. in med.

5) *Pœnitentia.*

PVLEGIVM herba nota *Puleium* quoque à Cicerone dicta Germ. *Poley*. Capitis dolores non sola impositione, sed & olfacta mitigat. Quare illius olim coronæ rosaceis prælatæ sunt, vertiginosis inprimis utiles (6) Candidi florem coloris mas, purpurei habet femina, quæ creditur efficacior. Calculos, & interiores dolores omnes pectoris, ventris, stomachi, & intestinorum frangit. Vulvas corrigit, defunctos partus ejicit. Pulegii ramus ante febrim tertianam olfactu pro-

6) *Spes & fiducia in Deo.*

prodesse creditur. Silvestre præstat, & podagris mirè prodest. Hepaticis cum melle & sale bibendum datur. Pulmonibus quoque & lieni conducit. *Plinius* lib. 20. cap. 14.

RHAPHANVS in genere raporum acrior, Ger. *Rettig* vi medica pollet. (1) Nam decoctum illius manè ad tres sumptum cyathos comminuit & ejicit calculos. Jecori quoque lieni, & lumborum doloribus prodest. Intestinorum sanat ulcera cum melle. Hydropem & phthiriases curat. Semen tostum manducatumque iliacos cruciatus tollit. Succus instillatus aurium gravitatem emendat. Scorpiones impositio raphano moriuntur, eosque impunè tractat, qui succo manus illevit. Silvestris præclaro adversus venena est semine. Stomachum purgat & pituitam extenuat. *Plin.* l. 20. c. 4.

RHODODAPHNE seu rhododendron herba Sabina dicta, fronde sempiterna est, rosæ similitudine caulibus fruticosa, jumentis capris & ovibus venenum est, sed homini contra serpentium venena remedium. (2) *Plin.* l. 26. c. 20.

RORARIA ab herbis ad plantas accedit propius, cujus folia, quamvis ardentissimis solis æstibus exponatur æstate, roscido quodam humore complentur, quem cava, instar cochlearis, continent, pellucidis quibusdam guttulis ex lanugine suspensis. (3) *Rovil.* in hist. Plant.

RHVS Græcè Erythros Germ. *Sumach.* herba silvestris est foliis myrti, cauliculisque brevibus, quæ tineas & venena pellit. (4) sed & inter frutices subrutilo colore crassitie digitali, cubiti altitudine reperitur, cujus foliis aridis coria perficiuntur. (5) Medici contusis, ulcerosis, & cœliacis adhibent, tritam cum melle, & illitam cum aceto radicem. Semen vim habet adstringendi refrigerandique (6) Aspergitur pro sale obsoniis. Alvos solvit, omnesque carnes cum silphio suaviores facit, ulcera ad cicatricem celerrimè perducit. *Plin.* lib. 24. c. 11.

ROSA flos nobilissimus, seu colorem, seu odorem comamque spectes, in re medica etiam laudatissimus.

1) *Charitat.*

2) *Scriptura S.*

3) *Charitati junctæ gratiæ.*

4) *Humilis asperitas.*

5) *Superbia vilis hominis.*

6) *Vilitatis memoria.*

1) Nobilitat. mus (1) De illo Plin. l. 21. c. 19. *Usus succi ad aures, oris hulcera, gingivas, tonsillas, gargarizatus, stomachum vulvas, sedis vitia capitis dolores. In febre per se, vel cum aceto ad somnos, nauseas, fluxiones mulierum in posca potus, & sanguinis excreationes. Semen crocinum lentium dolori illinitur, urinam ciet, stomacho imponitur. Item igni sacro non veteri Naribus subductum caput purgat. Capita pota, ventrem & sanguinem sistunt* (2) &c. Idem c. 4. eam tam in rubo, quam sente, sed minus odoratam, foliatamque nasci tradit, cjusque in coronis unguentis mensisque usum memorat. (3) Genera ejus celebertima, prænestinam Campanam & Milesiam censet, & hujus quidem colorem optimum, tardius ceteris provenientem. Trachiniam minus rubentem huic proximam facit. Mox hac viliorem Alabandicam foliis albicantibus. Est centifolia, sed nec odore nec specie commendata, ideoque à coronis proscripta: uti & minima lychnis foliorum quinque, violis propior. (4) Humidis locis minus odoratæ sunt. Quam tardè proveniunt, tam flore suo celeriter perеunt. (5) quod tamen decore suo Regina florum sit, ideóque regno Angliæ pro insigni placuit, ut cum Gallis, lilia præferentibus, contenderet. Videtur & olim Carthagini placuisse. Unde P. Corn. Scipio ex Africa reversus victor. Octavæ legioni, quæ insignia hæc Punico Duci sustulerat, fasciculum Rosarum in triumpho atque in clypeo Rosas deinde pictas ferre jussit. (6) Sed & Pier. l. 55. c. 1. notat, Veteres quotannis Rosas celebrioribus monumentis defunctorum ornandis contulisse, idque à morientibus tabulis testamentariis nonnunquam decretum. (7) Silvestris rosæ, quæ Cynnorhodos dicitur, radix decocta sumptaque adversus rabidi canis morsum remedium est. (8) Si tamen cani quadragesimo à nativitate die, ultimus caudæ articulus, cum nervo, mordicus auferatur, negant rabiem unquam concipere, aut caudam ejus crescere, ut Plin. l. 8. c. 41.

2) Virtus.

3) Delicia.

4) Mediocritas optima.

5) Decus caducum.

6) Regnum.

7) Mortalium homo.

8) Novissimorum consideratio.

LII. *ROSMARINVM - VS* seu *Rosmaris* Græcis *Libanotis* (9) duplici potissimum celebratur genere, alterum folio fœnículi crassiore, quod in cacumine velut umbella

9) Amor & cultus Deip. Virg.

bella folia, & semen, profert, odore thuris, cachrys dictum. Radix viridis impositа vulnera sanat, sedis vitia, hæmorrhoidas, & condilomata. (1) Succus fruticis & radicis morbum regium sanat, oculosque exacuit. Semen podagri cum ervi farina utiliter illinitur. (2) In potu pectoris sanat vitia, tritum sumptumque venena & tormina discutit, ac movet sudorem, [illegible]c in vino potum auget, ad tussim cum melle facit. Herba strumis cum aceto illinitur. Decoctum cum foliis Senis & mane ac vespere per dies 14. egregiè à podagricis humoribus expurgat corpus, ut nisi inveterarum malum sit duobus tribusve corrigi annis possit. Alterum genus Rosmarini sterile est, quod neq; florem, neque semen habet. (3) In desertis ex petrosis locis subnascens. Præter hæc Rosmarinus coronarius frutex passim in hortis nascitur. Cujus usus stomacho utilis, quique cum virtute prioris participat (4) Vide *Plin.* l. 24. c. 11. l. 20 c. 16. &c.

1) *Humilitas.*

2) *Amor Dei.*

3) *Amor Mundi.*

4) *Amor proximi.*

RVBI rosa (5) alopecias cum axungia emendat. Mora capillum tingunt, cum omphacino oleo, flos candidus, mori pleuriticis ex vino potus prodest, item cœliacis. Radix ad tertiam partem decocta alvum sistit, & sanguinem, dentes collutos firmat, genitalium & sedis sanat ulcera. Idæus rubus, ceteris virtute præstat. Rubus alter, *Rhamnus* Græcis dictus, floret quoque inter ramos aculeis rectis surgentes, non aduncis, ut ceteri; foliis tamen majoribus. (6) in his candidior magis, quàm nigricans adstringit, collectionibus & vulneribus sanandis accomodus radice decocta, unde medicamentum fit, quod lycium appellant. Quod longè præstantius ex alia spina fit, quam *Pyxachanton* chironiam vocant, apud Indos nota, sensim ad mellis crassitiem decoctum, amaris etiam succis & felle bubulo mistum, (7) quo epiphoræ, psoræ, ulcera suppurationes putulentæ aures, tonsillæ, gingivæ ad sanitatem illinuntur, & fabæ magnitudine sumptum, tussim sanguinisque excreationes tollit. *Plin.* l. 24. c. 14.

LIV.

5) *Cœlitus inter adversa.*

6) *Superbia vilis personæ.*

7) *Adversitatis multos conservat.*

RVBIA Græcis Erythrodanus Germanis *Ferberwôt*, herba est radice rubra, tingendis lanis & corio idonea. (8) In medicina urinam cier, morbum regium ex aqua

8) *Verecundia*

ex aqua mulsa, vel ut alii, alligatus corpori tantum spectatusque curat. Ischiadicos & paralyticos sanat, si bibentes laventur quotidie. Radix semenque trahunt, & collectiones discutiunt, folia quoque capillum tingunt, *Plin.* l. 24.

RVSCVS vel *Ruscus* humilis frutex, foliis myrto amplioribus in cuspidem definentibus, rubris bacciis. (1) Germ. *Meusdron.* Radix decocta adversus calculos potens, vificæ & cruentis etiam urinis medetur. *Plin.* l. 21. c. 27.

1) *Verecundia.*

LV. *RVTA*, ut notissima, ita celeberrimæ virtutis in omni penè morborum, & exulcerationum genere. (2) illic pota hic illita ex decocto herba, nisi quod generationi parum favens, semen minuat, & gravidarum partus enecare feratur, ideóque his abstinendum sit. (3) Silvestris sativa efficacior est. Nimius tamen ejus succus pro veneno est, nisi contra venenum quodvis sumatur. Hoc enim foliis in vino decoctis expugnat. Contra si cicutæ succo manus tingas, rutæ succus non inflammabit. Mustela cum serpente pugnatura, ruta præmansa se munit. (4) Ita & aranearum, crabronum, scorpionum, &c. ictus, canisque rabidi morsus pota, aut foliis cum melle & sale trita, vel aceto & pice decocta & imposita, sanat. Sic epiphoras oculorum & genitalium, capitis dolores, vel pota cum vino, vel cum aceto & rosaceo illita frangit. Sumpta item è vino, pectoris dolores tussim, suspiria, pulmonum, renum, jecoris, lateris, lumborum vitia corrigit, hydropicis, comitialibus, phreneticis prodest. Lethargicis ex aceto olfacienda datur. Psoras etiam & lepras cum melle & alumine; verrucas, strumas, ac vitiligines cum strychno & adipe suillo ac taurino: ignem sacrum cum aceto & oleo imposita curat. (5) Radix sanguinem oculis suffusum maculasque toto corpore emendat. Semen tritum cum cera membra fracta adhibitum solidat. *Plinius* lib. 20. cap. 13.

2) *Timor Domini.*

3) *Desperati à timore abstrahendi.*

4) *Malo pervertere.*

5) *Salus multorum.*

LVI. *SALIVNCA* brevis herba, radici numerosæ velut gramen hærens, foliis multis densisque, ceu manu pressis, singularis tamen ab odore suavitatis. (6) ut *Plin.*

6) *Religiosus in vili habitu, multa continet.*

Plin. l. 21. c. 7 *Ruellius* cum nardo celtica confudit. Radix in vino cocta stomachum coroborat, & vomitus sistit *Plin.* lib. c. 20.

SALVIA Græcis ἐλελίσφακον Germ. *Salvey*, herba nota, menthæ simili, cana & odorata, quâ appositâ partus emortuos extrahunt, sanguinem è vulneribus continent, serpentium morsus sanat. (1) Ad tussim & lateris dolores, decocta & colata bibitur. Dysentericis cum absinthio datur. *Plin.* l. 22. c. 25. & l. 26. c. 6. Notus versus est.

1) *Charitas.*

Salvia cum rutâ faciunt tibi pocula tuta.

SARDONIA herba quam alii *Ranunculum* vocant, Germ. *Schmalzblum*. Frequens in Sardinia, comedentibus nervos oris contrahit, & rictu velut ridentium ora deducit, donec sensim intereant. (2) *Solin.* c. 6. *Plin.* de Ranunculi speciebus diversis ait l. 25. c. 13 in fine, omnium foliis si cruda imponantur vim inesse causticam, pustulasque urendo excitare Unde ad lepras, alopecias, psoras & stigmata abolenda adhiberi. Radicem quoq; strumis & panis mederi.

2) *Scurrilitas. Ficta latitia.*

SCANDIX silvestre olus, amarum & acre agrestium cibus, Germ. *Naldenkervel*. Cujus decoctum alvum sistit. Semen ex acero confestim singultus sedat. (3) Illinitur ambustis, urinas ciet. Succus stomacho prodest, renibus, ac vesicæ. *Plin.* l. 22. c. 22 in med.

3) *Abstinentia. Frugalitas.*

SCILLA, vel ut Varro *Squilla*, herba ex bulborum genere cepas tunicatas habens, Germanis *Meerzwibel*, alba masculus, nigra femina censetur, illa efficacior. In cado acerrimi aceti soli expositi suspensa, illi ad multa virtutem medicam tribuit, salutare oculis, & stomacho facit, (4) gingivas dentesque etiam succus illitus solidat, vermes in ventre enecat, ac pellit. Hydropicis, splenecticis, suspiriosis, tormina, regiosque morbos patientibus prodest Linguæ recens subjecta, hydropicis sitim tollit. Bulbi ex aceto ac sulphure vulneribus in facie medentur. Triti nervorum contractioni & porrigini ex vino medentur, ex melle canum morsibus Epiphoris in oculis & alibi medentur. Vulnera ex mulso imposita quinto die curant. Dysentericis cum

4) *Societas bona prodest*

vino

vino dantur. Nervis, luxationi & paralysi utiles: articulari morbo, si cum farina illinas. Flos (quem ver parturit) tritus, macula, igne factas emendat. *Plin.* l. 20. c. 9. sub finem.

SENECION Græcis ἡριγέρων, Germanis *Grindkraut*, foliis continuis, floribus luteis, qui celeriter in pappos, verum apillis deciduis, evanescunt, in tegulis ac muris cauliculis rubicundis surgunt. (1) Radix in vino data vesicæ malis, & cordis & jecoris & renum prodesse fertur. Utilissima cum oxymelite torminibus. *Plin.* l. 25. c. 13. ante finem.

1) Vanitas mundi.

LVIII. *SERPYLLVM* à serpendo sic dictum, quod per terram ramusculis serpat, ubique radicem figens. German. *Quendel* sativum tamen erectum ad palmi altitudinem surgit (2) adversus venenata facit, & serpentes succensum solo fugat odore. Decoctum in aceto temporibus illitum, aut fronti in rosacea capitis doloris sedat. Datur & contra tormina, difficultatem urinæ, anginas, vomitiones drachmis quatuor. Lieni ex aceto medetur, jecori ex aqua. Cruentas excreationes ex aceto & melle sistit. Phreneticis & letargicis prodest. *Plinius* lib. 20. c. 22.

2) Fuga honestis vani.

SESELI-LIS folio & semine fœniculi, majori tamen, & acri, Herbarii saxifragam majorem Germ. *Steinberg* vocant. Radix jucundi odoris est. (3) Cervæ ante partum hac se herbâ purgare feruntur, ut *Cic.* 2. de Nat. Deor. Quod partum facilitet. Tussi etiam ruptis convulsis, jecori, stranguriæ, torminibus semen in albo vino potum prodest. Concoctioni in cibo confert tam folio, quàm semine. *Plin.* l. 20. c. 5.

3) Cognitio Dei. Religio.

SILIGO pani usitato servit, cum tritico ad hunc usum magis selecto, Grana illius combusta, & in vino trita epiphoras illita sedant. (4) Panis ex aqua & oleo rosaceo collectiones, ex aqua mulsa duritias mollit, ex aceto adversus acutas pituitæ defluxiones, & ad percussa aut luxata datur, sic & callo pedum illinitur. Nauticus contusus iterumque coctus sistit alvum. Candidus ægris aqua madefactus, levissimum cibum præbet.

4) Voluntas Dei.

bet. Oculorum tumori & capitis pustulis ex vino imponitur. *Plin.* l. 22. c. 25. in med

LIX.

SILPHIVM lat *Laserpitium Meister Wuriz*, folio apii, radice ut nonnulli volunt, magna, ex cujus tuberculo inciso succus fluat laser dictus. Cetera ex caule alii hunc derivant. Herbâ, si pecora vescantur in Africa, purgantur primò deinde carne gratissima pinguescunt. (1) Quod i caule, post amissa folia, hominibus quoque evenire notatum, *Plin.* l. 18 c. 3. Succus laser egregia ad res medicas virtute præstat. Ab ægritudine in cibo efficaciter reficit, concoctioni plurimum confert. In tussi, uva, hydropisi raucitatibus confestim purgat fauces, & vocem reddit. Pleuriticis, anhelis, syntecticis, comitialibus in vino datur. Carbunculis cum melle illitum, ulceribus, plagis vulneribus, clavis pedum laxatis medetur, *Plin.* l. 22. c. 23.

1) *Cognitio sui*

SINAPI-PIS, vel pium in sativis facilè herbis eminet, ex minimo grano magnum, semine acerrimo, & ad cibos acrimonia condiendos idoneo. (2) Contra serpentum & scorpionum ictus ex aceto illinitur, fungorum venena discutit, contra pituitam in ore tenetur dum liquescat, aut gargarizatur cum aqua mulsa. Ad dentium dolorem manditur. Ad uvam gargarizatur cum aceto & melle, stomacho pulmonibusque utilissimum: Excreationes facilitat in cibo sumptum datur & suspiriosis, ac comitialibus tepidum, cum succo cucumerum. Caput purgat, alvum mollit, menstrua & urinam ciet. Hydropicis imponitur cum fico cucumere. Vulvarum conversione strangulatas, & lethargicos aceto misto per odorem excitat, his etiam cum fico & aceto illinitur. Uruntur ad alopecias, psoras, lepras, phthiriases, lithanicos. Opisthonicos cum rubrica. Scabras genas, caligantes oculos eodem ex melle tingunt. Ita & livoribus sugillatisque adhibetur. Lumborum, coxendicum, nervorumque rigores succus ex semine in oleo tincto expressoque tollit. Calculos ex aceto potum discutit. *Plin.* l. 20. c. 22.

2) *Verbum Dei Fides. Regnum Dei.*

LX.

SISER videtur esse Plinio l. 20. c. 5. herba radicibus vescis, & oblongis, diversi est generis, nam & albis radi-

radicibus pastinacæ est similis, & præterea flavis, qui in vulgarem cibum dantur, & dulcioribus, quos Germani *ZuckerWurtzlen* dicunt. (1) Stomachum excitare feruntur, & ciere urinam.

1) *Libri sacri*

Rzerzucha

SISYMBRIVM, vel aquaticum est, & nasturtio simile *Wasserkress* nobis dicitur, vel in sicco loco natum odoratumque, Serpyllo aut menthæ crispæ simile, quod *Krauser-Balsam*, *oder Wilder Quendel* dicimus, coronisque adhibitum est. (2) Utrumque capitis dolorem & epiphoras tollit, epinyctidas quoque & cutis vitia, noctu per vices quatuor impositum. Singultus, tormina, & dissolutiones stomachi componit, in cibo aut potu sumptum nisi quod gravidis vitandum, ne abortiant. *Plin.* l. 20. c. 22.

2) *Zelus gloria Dei.*

Powoy kolgey

SMILAX vel *campanula*, *Wildenkraut*, *Klockenblum* hederæ non dissimilis herba, alia tamen lævis & hortensis, alia magis acuta & pungens, quæ in opacis convallibus per arbores innititur. Illa tenuioribus foliis coronæ implexa capitis doloribus fertur mederi. (3) Flore tamen, quo alibi candido, alibi puniceo, alibi suppallido est coronari, funestum est habitum, quod Crocus in hanc mutatus fingeretur. Hæc acinis, quos in corymbis & siliquis parit, præstantissimo adversus venena remedio esse fertur, adeò ut infantibus hic sæpius instillatus succus, eos à veneno deinde immunes reddere existimetur. *Plin.* l. 24. c. 10.

3) *Imitatio bona.*

LXI.

Szaley wielki w wronie oko

SOLANVM Græcis *Strychnus* diversi generis: nam aliud granosis folliculis, acinis coccineis, halicacabum, sive vesicariam Germ. *Nachtschat* vocant, quod vesicæ & calculis prodest, frutici, quàm herbæ similius, (4) aliud foliis ocimi, quod potum insaniam creat, ac majori quantitate etiam mortem, (5) Unde de minus sapientibus dictum: *Strychnum bibit.* Vide *Plinium* l. 21. cap. 31.

4) *Fuga vana gloriæ.*

5) *Amor sui.*

mlecz

SONCHVS, *Cicerbita* aut *Lactucella*, Germ. *Hasenkol*, ex genere aculeatarum herba est, lactucæ similis folio, sed caule cubitali & cavo, qui fractus lacte manat. (6) Duplici est genere alba & nigra. Hæc cavenda, quod morbos creet: Alba lactucæ modo orthopnoicis & calculosis

6) *Intentio bona, vel mala.*

culosis salutaris est, manducata oris graveolentiam corrigit. Succus trium cyathorum in vino albo & oleo partus mirè facilitat. Caulis decoctus facit lactis abundantiam, coloremque infantium juvat. Contra scorpiones & serpentes bibitur, radix etiam illinitur. Auribus rectè instillatur. Radix quoque stranguriam sanat. *Plin.* l. 22. c. 22. post med.

SPARTVM, vel pro junco Hispanico ad nexus utili sumitur: vel potius genista, Germ. *Ginsteren*, quæ in hortis quidem cum foliis (1) (nam silvestris sine illis est) & floribus, apum gratissimo pabulo, nascitur, ramulis etiam ad vinciendum idoneis est. Semen hellebori vice purgat. Vide *Plin* l. 19. c. 2.

1) *Amicitia non fucata.*

SPINA alba ex carduis Germ. *Mariendistel*, semen habet scorpionibus adversum, corona ex ea capiti imposita dolores sedat. (2) *Spina* Arabica, inter herbas seu frutices odoratos, spissat stringitque distillationes omnes & sanguinis excreationes, mensiumque abundantiam. Vide *Plin.* l. 25. c. 12 &c.

2) *Disciplina bona.*

SPONDYLION, sive *Spondilion*, *Angelica* nobis est, caulibus fœniculi, foliis platani, locis gaudens palustribus Duplex est, flore candido graveolens, vel pallente, radice alba raphani *Plin.* l. 12. c. 25 ferulæ accenset. Capitis doloribus inveteratis, etiam phreneticis & lethargicis medetur (3) Cum oleo verere in morbo regio, comitiali, jecorisque vitiis bibitur. Ulceribus cum ruta illinitur, flos auribus purulentis efficaciter infunditur. Radix peruncto capite capillos crispat: in fistulas conjecta, earum callum erodit. *Plin.* l 24. c 6.

3) *Meditatio rerum divinarum.*

STAPHYS, seu Uva silvestris, vel herba pediculatis *Leuskraut* dicta, cauliculis nigris, & foliis labruscæ nascitur. (4) Folliculos potius, quàm acinos ciceri similes proferens, in quibus triangularis nucleus, qui phthiriasi caput, & reliquum corpus triti liberant. Decoctus in aceto dentium dolores, aurium vitia, rheumatismos, ulcera manantia, cicatrices sanat. Flos in vino contra serpentes bibitur, & morsibus illinitur. *Plin.* l. 22. c. 1. post exord.

4) *Cognitio sui.*

SYMPHYTON latini *Alum*, dicunt vel *Petræum*,

quòd in petris nascatur, foliis parvis, ramis tribus aut quatuor à radice, cacumine thymi, odoratum, gustu dulce, radice longa, utilissimum lieni, renibus, torminibus, pulmonibus sanguinem ejectantibus (1) Bibitur radix in vino trita, & aliquando illinitur Commanducata sitim sedat. Luxatis convulsisque imponitur, etiam ossa fracta solidans. Vulneribus adeò præsens, ut quoque carnes dum coquitur, conglutinet. Hæc *Plin.* l. 27 c. 6. Alii hoc nomen tribuunt *consolidæ majori* ut Herbarii vocant, quæ caule duorum cubitorum, & inani, ut sonchos, surgit, latis lanuginosisque per intervalla foliis vestitæ.

1) Ecclesia Christi.

THALIGTRVM, caule est papaveris, folia coriandri habet. Germ *Welsamen*. (2) Cujus semen ictericis prodest, folia cum melle ulceribus. *Plin.* Thalictrum l. 28 c. 13. appellat.

2) Voluntas nabilis.

THASPIA inter ferulas est, fœniculo simibis, radice alba, succo venenato, quæ etiam fodientibus nocet, si adversa affientur aura, corpore tumescente & facie sacro igne correpto. (3) Nero tamen succum cum thure ceraque mistum sanatis per unam noctem, acceptis inter grassandum in facie livoribus adhibuit. Lichenas enim & alopecias temperata abstergit. *Plin.* l. 13. c. 22. & alibi.

3) Amor sui. Æstimatio sui nimia.

LXIV.

THLAPE vel *PI.* Nasturtium tectorum, Germ. *Bisemkraut* dicitur, cauliculo semipedali, foliis oblongis & in cacumine divisis, semine lenticulæ specie incluso, quod asperum gustu, bilem ac pituitam extrahit. (4) Prodest & Ischiadicis admorum, dum sanguinem trahat. Menses ciet, ac partus necat. Alterum latioribus foliis, raphano majori simile, Persicum Sinapi quibusdam appellatur. Vide *Plin* l. 27. c. 13.

4) Considerationes pessimorum

THYMBRA à latinis *Cunilâ* vel *Satureia* dicta Ger. *Saturey*, quæ in hortis juxta apum alvearia seritur, illis pergrata. (5) agrestis sativâ in medicinis potentior est. *Cunila* quæ *bubula* dicitur semine pulegii manducato, tritoque & impositio vulnerib. & plagis etiam ex ictu serpentū medetur Testudines cū serpentib. pugnaturæ illo se muniunt, Sedat & tumores facilè tritis foliis. In omni usu ex vino congruens. Alia *Cunila Gallinacea*,

5) Satis habere Contentum vivere.

Græca

Græc. origanū Heracleoticum, Tussim quoq; & jecoris vitia, dolores que laterum cum farina oleo & aceto in sorbitionem temperata sedat. Tertium genus quod *Cunilago* seu *pulicaria* dicitur, quod pulices necet in aquis contrita, radice lignosa est, foliis alia asperis, quæ fœdi odoris est, alia mollioribus quæ libanotis quoque dicta thuris odorem refert. Utraque adversus serpentes potens, ut hi etiam hominem ejus succo perunctum fugiant, quæ montana est concoctionem mirè juvat & ad cibos aviditatem. *Plin* l. 20. c. 16

THEOMBROTION herbam juxta Choaspem in Persia nasci ferunt, varia colorum pictura, tanquam herbarum pavonem. (1) Qua Reges Persarum in cibo potuque adversus omnia corporis incommoda instabilitatémque mentis utantur. Alio nomine semnion à potentiæ majestate est dicta *Plin.* l, 24. c. 17.

1) *Regia dignitas.*

LXV

THYMVS-VM Welscher-Quendel. Tymchen oder immenkraut, cujus flore apes delectantur, (2) In flore autem colligendum, siccandumque in umbra. Duo ejus genera sunt, candidum radice lignosa in collibus nascens, alterum herba & flore nigrius, minus potens, (3) Oculorum claritati in cibis ac medicamentis prosunt. Tussim & excreationes cum sale & aceto leniunt. Præcordiis melle & aceto melancholicis suspiriosis & comitialibus prosunt, quos & olfactus thymi excitat. Ex vino impositum tumores quosvis collit. callum ex verrucas ex aceto. Articuiaribus morbis inspersum lanæ ex oleo imponitur. *Plin.* l. 21. c. 21

2) *Timor Dei*

3) *Timor filialis, aut servilis.*

TITHYMALVS lactuca marina *Wolfsmilch* à lacte dicta, purgationi, cum aqua mulsa, sale & aloe, servit. (4) Radix cum aceto decocta ad crassitiem mellis lepris illinitur, & capitis dolor sanatur oleo. Lacte si corpus, aut charta inscribatur, postquam siccatæ sunt literæ, aspersa cinere leguntur. Varia ejus genera, variis etiam morborum generibus prosunt. Vide *Plin.* lib. 26. c. 8 in med.

4) *Lacryma pœnitentiæ.*

TRAGONIS sive Tragion, in maritimis Cretæ insulis, Junipero per omnia similis, succus ejus lacteus, corpori impositus spicula extrahit. (5) Tunditur vel re-

5) *Sobrietati similis.*

cens cum vino, vel ficcatæ farinæ cum melle adhibetur. Lactis quoque abundantiam facit, & mammis singulariter medetur. *Plin.* l. c. 13.

LXVI. *TRAGOS* ab aliis *Scorpion*, fruticosa sine foliis, ramusculis rubentibus, semipede alta, in acumine grano tritici, (1) & ipsa in maritimis nascens, granis trita, ex vino cœliacis, dysentericis, & sanguinem excreantibus prodest. *Tragopogon* hirci herba, (2) foliis croci & radice dulci, usum certum non habet *Plin.* ib.

1) *Respiscentia.*
2) *Scurrilis homo.*

TRIFOLIVM herba nota à tribus foliis Germ. *Klee*: Triplicis differentiæ reperitur, quod majore folio est *Meniantes*, quod intra mensem adolescat, seu ab odore sulphureo *Asphaltion* Græci vocant: alterum à folii acrimonia *Oxytriphillon*: Tertium genus minimũ in pratis nascitur. In coronis olim adhiberi solitum. Inimicum Serpentibus, quos secum non patitur. (3) Ictibus quoque decoctum, vel semen in vino tritum potumque medetur. Menianthes contra omnia venena pugnat, Nisi tamen contra venenata sumatur, ipsum nocere creditur. *Plin.* l. 21. c. 9. & 21. Additque l. 18. c. 35. in fine: Tempestate imminente trifolium inhorrescere, foliaque contra illam surrigere.

3) *Theologicæ virtutes, fides, spes, Charitas.*

TRITICVM in frumentis celebertimum, granis suis ferro adustis, iis quæ frigus ussit præsentaneo remedio est. (4) Farina ex aceto cocta nervos laxat contractos, furfures cum rosacea & fico decocti tonsillis & faucibus gargarizando prosunt. Sext. Pomponius podagricus immersis in triticum tibiis sanatus est. Cados vini tritico immersos siccat. Paleæ tritici hordeique ramices corrigunt, si calidæ ex aqua imponuntur, ista etiam foveantur. *Amylon* quoque hoc est cremor ex macerato tritico pressus siccatusque, alvum sistit, & epiphoras, ulcera, pustulas & sanguinis fluxiones sanat; genas duras emollit. Datus cum ovo sanguinem rejicientibus. *Plin.* l. 22. c. 25.

4) *Eucharistia.*

LXVII. *TVSSILAGO*, quæ *Chamaleuce* vel *Bechion*, vulgò *ungula caballina Roßhüf* dicitur, foliis quinque aut septem, supernè pallidis, ad terram albis, tanquam majoris hederæ, sine caule, flore, ac semine, (5) radice tenui, cujus aridæ sumus per arundinem haustus, devo-

5) *Vitis & contemptus.*

devoratusque tussim inveteratam sanat. *Plinius* lib. 26. cap. 6.

VERBASCVM Græcis φλόμος, Ger. *Wulkraut*, duorum est generum; aliud candidum foliis brasicæ, sed magis hirsutis & candidis, cubitali & piloso caule, flore subalbo, nigro semine, quod feminam dicunt: Mari verò folia candidiora minus lata, sed longiora. Aliud nigrum est simile illi nisi quod latioribus minusque candidis foliis. Est & silvestre aliud virgis arboreis, orbibusque virgas cingentibus, flore luteo fulgore auri, salviæ foliis, (1) Præterea aliud ternis, aut quinis foliis, crassis & pinguibus, ad lumina lucernarum aptis. Unde & *Lychnitis* dicta (2) Vix eadem penè omnium adversus scorpionum venena, si ex aqua radix cum ruta bibatur. In feminæ foliis negant ficus putrescere. Vide *Plin.* l. 25 c. 10. *Verbasculum* alii *primulam veris* Germ. *Schlüsselblumen* appellant, (3) quæ & articularis, quod huic malo medeatur, dicta est.

1) *Vita aspera Religiosorum.*
2) *Devotio.*
3) *Fides Dei.*

VERBENACA Græcè περιστερεον, ab amatoribus columbis, vel *Hierabotane*, quod sacris olim adhibita sit, (4) à quibusdam & *Sagmen* dicta, German. *Eisenkraut*. *Verbena* minus aptè dicitur, cùm quælibet herbæ & frondes aris olim adhibitæ sic dicerentur. Foliis penè quernis, cubitalem & angulosum caulem, sed ramosum quoque cingit, flore purpureo ac gracili, plana & aquosa loca sectatur. Magi inquit *Plin.* lib. 25. c. 9. credebant se *hac perunctos, impetrare quæ vellent, febres abigere, amicitias conciliare, nulliq; non morbo mederi. Colligi circa canis ortum debere, ita ut ne luna, aut sol conspiciat. Circumscriptam ferro effodi sinistra manu, & in altum tolli. Aliuntque si aqua spargatur triclinium, quâ maduerit, lætiores convictus fieri.* (5) Interea febrib. verè medetur, utque *Plin.* notat l. 25. c. 11. tertianæ à tertio geniculo, quartanæ à quarto incisa, & decocta in aqua ad dimidium.

LXVIII.

4) *Sacrificium. Pietas.*
5) *Convictus lætus.*

VICIA facilè inter legumina seritur, siccitatem, amat, & in umbra provenit (6) non tamen arbusta quærit. Vitibus suum etiam succum præripit. *Plin.* l. 18. c. 1.

6) *Præposterus. Perversus.*

H
LXIX. *VINCA* quam Plinius l. 21. c. 11. & 27. *Vineampervineam* appellat Germ. *Singrün* malè tamen *Chamaedaphnon* (quæ *laureola*, seu humilis laurus in officinis *Pervinca* dicitur) nam topiaria est, humi serpens, perpetuóque virens, ac vicina quæque vinciens, (1) hydropicis, cochlearis mensura præbita, aquam detrahit, imposita quoque, in cinere, decocta & sparsa vino tumores sedat & cœliacis prodest. Vino turbato & impuro adhibita puritatem restituit.

1) Pacis & concordiæ studiis.

VIOLÆ flos humilis notusque, hæc cœrula, seu purpurea: *Mertzfiolen*: lutea seu flava *geele Neglein*, alba *Damaschblomen*, aut flammea *Freysam*. Singulisque suâ est virtus. (2) Purpureæ refrigerant, contiaque inflammationes stomacho & capiti illinuntur, Epiphoras & suppurationes sanant. Anginis & comitialibus suo flore potæ medentur. Coronis olim odore & lenitate gratæ. Semen etiam scorpionibus adversatur. Alba suppurationes aperit, purpurea sanat. Lutea & alba extenuat menstrua, & urinam cier. Radices luteæ podagram & lienem ex aceto mitigant &c. Vide *Plin.* lib. 21. cap. 19.

2) Fides, spes, charitas.

LXX. *VISCVM* herba seu frutex semper viridis est, in arboribus præcipuè quernis ex arborum ramis & stercore palumbis aut turdi subnasci solitum Germ. *Mistel*. quod per varios ramusculos explicatur & intricatur, acinosque candidos profert, qui si virides in autumno triti, per dies 14. in aqua putrescant, exempti ac rursum siliquis remotis tusi viscus avibus captandis præbent. (3) Porrò viscum quercinum, tritum in vino potumque epilepsiam puerorum fertur corrigere. Nonnulli & herbam collo alligant. Pulmones etiam & jecur putrescens corrigit. Et spasmum in vino, in aceto quoque calcatum friatum & vermes submovet. Antidotum contra pestem & lepram est manè in calido Zytho acceptum. (4) Dysenteriam, in vitello ovi sumptum tollit, ut & cruenta phlegmata. Quin & sanguinem manu tantum gestatum sistit *Linoe* part. 1. c. 116. *Plin.* l. 16. c. 44. in fine, contra omnia venena remedium esse tradit, & fecunditatem illo poto animalibus tribui. Summa autem

3) Cupiditas humana. Concupiscentia.

4) Concupiscentia ad res bonas pervertenda.

religio-

religione per Druides olim Sacerdotes, tanquam Dei donum, ex quercubus collectum.

VITEX Germ. *Schaaffmülle.* frutici propior juxta flumina foliis olivæ surgit, & alius quidem flore albo simul & purpureo; alius purpureo solum semine piperis Græci *Agnum* id est *Castum* vocant, quod Athenienſium mulieres castitatem servantes hunc sibi in Thesmophoriis substernerent, (1) Semen potum febres solvit, lassitudinem cum oleo inunctum dissolvit. Caput sumptum tentat vini modo, hydropi & lienibus salutare. Venerem cohibet, lac promovet, venena pellit. *Plin.* l. 24. c. 9.

1) Continentia Castitas.

LXXI.

VRTICA nota ab adustione herba est, (2) quâ tamen uvas in ore, procidentes vulvas, & infantium sedes reprimit, lethargicos tactis cruribus aut fronte expergisci facit, canis morsibus addito sale medetur. Trita radix, aut folium naribus inditum, sanguinem sistit, carcinomata & sordida ulcera cum sale, item luxata panos, parotidas, carnesque ab ossibus divulsas sanat. Uno obolo cum vino potum stomachum recreat. Stomachi inflammationibus cum sapa resistit, & intestina cum sale & hydromelite animalia pellit. Defluvia capillorum semine illito emendat. Articularibus morbis cum oleo vetere, aut cum ursino adipe trita folia, aut radix cum aceto prodest. Succus illitus fronti sanguinem cohibet, potus urinam ciet ac rumpit calculos. Silvestris etiam, quæ ut mitior, sic tamen ad omnia validior, lepras è facie submovet. Ad plurima mala, in cibis cocta conditaque, utilis. Radix silvestrium carnes secum coctas teneriores reddit. (3) Ipsas etiam pustulas suo contactu factas, oleo ex se presso, emendat. *Plin.* l. 22. c. 13. & 21. c. 15.

2) Correctio. Disciplina.

3) Emendatio morum.

Auctarium ex Plinio.

HActenus ordine literario de Herbis, quibus nunc quædam minus explorata, magis tamen admiranda subjicio ex *Plinio* lib. 24. c. 17.

A Pythagora, inquit *APROXIS* appellatur herba, cujus radix è longinquo concipiat ignes, ut naphtha.

1) *Aspectus turpis.* (1) Quod si qui morbi humano corpori acciderint florente Aproxi, hos quamvis sanatos, admonitionem

2) *Imago turpis recurrens* eorum sentire, quoties florere eam contigerit. (2) Et frumentum, & cicutam, & violam, similem conditionem habere. *ACHÆMENIDON* colore electri sine folio, nascitur in India, cujus radice in pastillos digesta, & potâ de die in vino, cogit noxios, per cruciatum, & irâ

3) *Confessio ex metu.* Numinum imaginatam, delicta sua confiteri (3) *ARIANIDES* in Arianis colore igneo reperitur, colligiturque dum sol in Leone est, quæ illius naturæ est, ut peruncta

4) *Forma inflammat.* oleo ligna suo contactu accendat. (4) *THERION ARCA* in Cappadocia & Mysia nascens, quascunque feras

5) *Terror Gehennæ.* tetigerit, facit torpescere, quæ nisi urina Hyænæ aspersæ, nequeant recreari (5) *OPHIVSA* in Æthiopia prodit livida ingrataque oculis, quâ potâ homini terror

LXXIII minæque serpentum adversantur, ut mortem eo sibi

6) *Conscientia metu turbata.* metu conscisant, ideóque sacrilegos ad eam bibendam cogi neque remedium, nisi à vino palmeo obtineri. (6) *THEANGELIS* in Libano & dicte montibus oritur, qua potâ Magi divinabant. (7) *GELOTOPHYLLIS* in

7) *S. Scriptura.* Bactris & juxta Borysthenem nata, & cum vino ac myrrha bibita varias homini ridiculasque species objicit, ut ridendi finem non faciat, nisi potis nucleis pineæ nucis, cum pipere & melle in vino palmeo. (8) *HELLANTHES* in montibus Ciciliæ folio myrri reperitur, cujus

8) *Amor mundi.* succo peruncti corpus, nitidum jucundumque aspectu

9) *Forma.* sortiuntur, ideóque à principibus viris appetitur. (9) *OENOTHERIS* quoque memoratur, quòd ejus è vino

10) *Lacryma pœnitentiæ.* aspersione feritas omnium animalium mitigetur. (10) *ÆSCHYNOMENE* (quam *Herbam vivam* plures appellant) folia, tangentis manu appropinquante, velut

11) *Virginitas.* sensum nacta, contrahit. (11) Cui addit hic *Dalecampius* in Notis, quòd similis planta in Insula Cimbubon reperta sit, cujus delapsa folia, tanquam animata, repant, moro similia, binis utrimque pedibus, cum tanguntur fugitivis. *ANACAMPSEROS* quoque celebratur,

bratur, quod ejus contactu amores, per odium depositi redeant, & concordia sanciatur. (1)

1) *Concordia.*

LXXIV.

MYRRHIS vulgo *Cicutaria* dicitur, quòd cicutæ simillima sit, caule foliisque & flore, minor tantùm & exilior, cibo non insuavis. (2) Ger[illegible]*le-Kerffel.* Ciet menstrua & partus cum vino, [illegible] quoque eandem in pestilentia potu sulutarem ei[illegible] Subvenit & phthisicis in sorbitione. Aviditatem cibi parit. Phalangiorum morsus restringit. Ulcera quoque in facie aut capite succus illius, triduo in aqua maceratæ, sanat, *Plin.* l. 24. c. 16.

2) *Agrestis vita jucunda & salutaris.*

ORCHIS sive *priapiscus*, aut *Testiculi canis*, quòd radicem his similem habeat, Germ. *Knabenkraut*, duplicis est generis, unum longioribus porri foliis, flore purpureo, caule digitorum quatuor; alterum quod & *Satyrion* dicitur, & juxta mare gignitur, cujus frutex ramosior, caule lævi, cubitali, nudo, foliis velut lilii, radice gemina cujus inferior & major bulbus maribus gignendis, superior minorque feminis faveat. Aliud ejus generis rubro cortice ideóque *Erythraicum* dictum, quod medullam dulcis saporis includit, diciturque etiam sola manu tractatum inflammare venerem, ut in vino sumptum assolet. (3) Cujus tamen vim rursum sedat aqua mulsa, aut sumpta lactuca. *Plinius* lib. 26. cap. 10.

3) *Lascivia luxuria.*

OXALIS vulgo *acetosa Saurampfer.* Vide Lapathum, cui ut affinis est ita & effectus participat.

PÆONIA à Pæone Medico inventore German. *Peonien oder Konigsblum*, quasi flos regius sit. Nascitur in opacis montibus, caule sesquipedali, ferente in acumine veluti Græcas nuces quatuor aut quinque, quæ dehiscunt, granis, ceu mali punici, aliquot purpureis, & in medio nigris conspicuæ. (4) Mas in his, & femina est, ille juglandis hæc smyrnii folijs distinguitur. Vulneribus mederi fertur, & ephialtem, seu incubum nocturnum, ex vitiosis humoribus natum, dissipare. *Plin.* lib. 25. c. 4.

4) *Ex humili origine magnus.*

LXXV.

PEPLOS vulgo *esula rotunda Teufelsmülch* dicta, tenui radice, foliis rutæ, sed paulò majoribus, semine sub

foliis rotundo. Inter vites ferè colligitur, siccaturque cum fructu suo, quo poto alvus solvitur, bilis & pituita detrahitur (1) *Plin.* l. 27. c. 12.

1) *Manifestum.*

PER[illegible]VIMENOS Lat. Caprifolium *Geisblat*, ex in[illegible] duo folia habet, subcandida & mollia, durum [illegible]r folia in apice semen. (2) In arvis sepibusque n[illegible]r quæsitis adminiculis, quibus innitatur. Semen siccatum tusumque, & in pastillis vino albo solutis sumptum, lienem tricenis diebus per alvum aut eruentam urinam ejecit, partus adjuvat, secundasque propellit. *Plin.* l. c.

2) *Victus durus roborat.*

POTERION spinosæ herbæ genus, Galeno *Neuras* dicitur, ramulis & floribus longioribus, acuto & odorato gustu, in collibus frequentius: oblongis duorum cubit. radicibus, iisque binis aut ternis. Autumno legitur, & præciso frutice dat succum gummi similem, qui vulneribus præcipuéq; nervis, & præcisis, illitus persanandis mire est efficax. Decoctum quoque cum melle potum nervorum infirmitates tollit. (3) *Plin.* l. c.

3) *Temperantia multos morbos curat.*

CAP.

CAPVT LXXXI.

IMAGINES LAPIDVM ET Gemmarum.

I.

QUamvis lapides gemmæque inter imagines, illo, quo sunt, splendore, virtuteque eminere nequæant; meritò tamen figuris accensetur: cum præcipua inter res inanimatas dignitate atque existimatione emineant. Ut iccirco nobilioribus Regum thesauris accenseatur. De Polycratis Sardonyche, & Pyrrhiachate alibi dictum, de quibus & *Plinius* l. 37. c. 1. qui c. 2. addit, Pompeium in triumpho tertio, de piratis, alveum lusorium ex duabus gemmis tres pedes latum circumtulisse, nunquam spectata Romæ gemmarum magnitudine. Vasa ex auro & gemmis abacorum novem, coronas ex margaritis 33. montem aureum quadratum, cum cervis & leonibus, & pomis omnis generis, circumdatum vite aurea, Museum ex margaritis: in cujus fastigio horologium erat. (1) Imago etiam Cn. Pompei ex margaritis fuit. (2) Major luxus Caii Principis, qui soccos è margaritis gessit, & Neronis, qui sceptra personas & cubicula vlatoria unionibus construebat. (3) Hæc *Plin.* Cui *Philostratus* l. 5. adiicit: quod Pygmalion, apud Gaditanos ditissimus, olivam ex auro artificiosissimè elaboratam habuerit, cujus fructus ex smaragdo fuerint lapide (4)

1) *Vanitas mundi.*
2) *Homo pretiosus.*
3) *Opes calcata.*
4) *Virgo Christum parens.*

II.

Melius aurum & lapillos divites collocarunt Justinianus & Henricus Imperator, Ille ut Credenus habet lib. 4. c. 30 Sacram mensam ex auro argentoque, tum ex maximè pretiosisque lapidibus ac liguis, quæ terra parit confecit, & in magnifico Sophiæ templo obtulit. (5) Cum inscriptione: *Tua de tuis donis offerimus servi tui, Christe. Iustin. & Theodora.*

5) *Missa sacrificium pretiosum.*

Henricus verò an. 10.13. ut *Baronius* ex Glabro refert, à Bene-

à Benedicto Pont. sibi occurrente pomum aureum, pretiosissimis ornatum gemmis & cruce, dono accepit, cujus pretium ornatumque miratus. Hoc, inquit, nullos magis, quàm qui mundo spretò, Christi sectantur crucem decere videtur, (1) simulque ad Cluniacense Monasterium transmisit, dignum Deo ornatum.

1) *Mundus crucifixus.*

Planè varia ac mira lapidum, cum origo, tum natura est. Succinum, crystallus, uniones ex aquis producuntur. Alii lapidum accendunt, & accenduntur: alii tanquam glacies refrigerant: In variis locis lapides reperies, ut in Gallobelgio in Scotia aliisque locis, qui pro lignis ad focum adhibiti, lento igne consumuntur. (2) Nigri sunt sectilesque, & carbones vocantur. Et gemma *Chrysolectrus* ex vicino igne celerrimè attracto inardescit, (3) ut *Isid.* l. 19. c. 14. qui 11. tradit, quod *Absicthos*, gemma nigra, ponderosa, venisq; rubentibus distincta, attractum semel ignem septem diebus foveat. De Asbesto postea agendum est. Par ad consumendum virtus lapidi Troidis penè est, qui iccirco ut *Plin.* l. 2 c. 96 *sarcophagus* dictus est, quod intra dies 40. hominis totum corpus, solis dentibus exceptis consumat. (4) Strigiles verò, & vestimenta, & calceos illatos in lapides vertit. (5) ut tradit ex *Mutiano Plin.* l. 36. c. 17.

2) *Damnati ad Inferos.*

III

3) *Concupiscentia.*

4) *Sepulturæ Vitium.*

5) *Superbia vestium in morte plexa.*

Quantum geminis tribuendum Deus olim in Rationali Sacerdotum ostendit, quarum 12. præcipuas gerebant in pectore. Quæ cum Deus Israelitis adversus hostes victoriam prænuntiatet, singulari fulgore emicabant. (6) ut Josep. l. 3. Antiq. c. 9. testatur. Quare operæ pretium erit suo præcipuos lapides ordine expendere.

6) *Exemplum Prælatorum.*

IV.

ACHATES tam varii est generis, ut penè omnem colorem induat. (7) Magnâ olim æstimatione, & nominibus discretus, qui arboris speciem in se exprimebat Dendrachates dictus est; Coralloachates, qui guttis aureis sapphiri modo distinctus erat, qualis in Creta frequens araneorum & scorpionum ictibus mederi fertur. (8) Sunt achates, qui species fluminum, nemorum, jumentorum esseda equorumque ornamenta referant. Spectasse oculis prodest. Sitim ori impositi sedant.

7) *Eloquentia*

8) *Charitas.*

A

sedant. Atlethæ qui unius coloris achatem ferebant, invicti credebantur. Erat & omen concordiæ; quòd cum pigmentis in oleo per duas horas coctus, eodem omnes minii colore sociaret. (1) Contra qui pellem hyænæ referebat, tanquam discordiæ autorem aversabantur. (2) *Plin.* l. 37. c. 10. Achates Pyrrhi Regis Musarum 9. cum Apolline imagines præferens, multorum est litteris celebratus. (3)

1) *Concordia.*

2) *Discordia.*

3) *Sapiens.*

ACOPIS gemma nitro similis est, pumicosa, aureis guttis stellata, cum qua oleum subfervefactum lassitudinem perunctis solvere putarunt. (4) *Plin.* lib 37. c 10.

4) *Quies diuturna.*

V.

ADAMAS in auro plerumque natus eruitur, nisi quod Indicus Crystallo propior, extra illud nascatur, adeò durus natura, ut malleos incudesque citius rumpat, quàm frangatur. (5) Si tamen dissiliat in minutissimas & vix spectabiles crustas abit, idque hircino sanguine, utpote calidissimo, emollitur, (6) cum tamen ignibus & ferro resistat. Solo potest adamante adamas poliri, nullam non duritiam ipse vincens. Magnetis virtuti obsistit, unde illum præsens ferrum trahere prohibet, & si traxerit cogit dimittere. (7) Venena etiam pellit, præsertim Cyprius, qui tamen naturâ mollior, & frangi potest, lymphationes quoque metusque à mente submovet. (8) *Plin.* l. 37. c. 4.

5) *Patientia invicta.*

6) *Pertinacia fracta, Christi sanguine.*

7) *Avaritia repressa.*

8) *Vitia correcta.*

ÆTITES, sic dictus ab Aquilis, quarum aliquæ ex hoc lapide nidum sternunt, adversus multa remedia utili. Prægnans semper hic lapis, velut nucleo, si quatias, intus sonante, reperitur, partus mulierum alligatus continet. (9) *Plin.* l. 36. c. 21.

9) *Propositum irritum.*

VI.

ALABASTRITES in Ægypto & Syria nasci tur, candore variis interstincto coloribus, hæc gemma cremata cum fossili sale & trita, gravitates oris & dentium affricta extenuare fertur. (10) *Plin.* l. 37. c. 10.

10) *Veritas.*

ALECTORIA in ventriculis gallorum reperta, crystalli specie, magnitudine fabæ, audaciam in pugna gestanti addere fertur. (11) Quâ usum. Milonem Crotoniaten in certaminibus invictum asserunt. *Plinius* ib.

11) *Animositas.*

AME-

AMETYSTVS ab & μεθύζω id est, *non inebrio*, dicta gemina, quod ebrietati credatur resistere, vel quod ex violaceo, purpureóve colore ad vini fulgorem
1) *Sobrietas.* deflectat, ipsa tamen non inebrians. (1) Indici ceteris
2) *Docilis.* præstant, felicis purpuræ colore radiantes, & aspectu blandi. Ad sculpturam quoque arte tractabiles. (2) *Plin.* l. 37. c. 9.

AMIANTHON similis alumini, & sciscilis lapis,
3) *Martyres in igne.* igne non consumitur, sed exemptus apparet nitidor, (3) uti & vestis ex eo confecta. ut Isidorus lib. 16. c. 4. habet, & D. *Basil.* Hom 30. de jejunio. In Cypio reperiri notat *Majolus* coll 18. contritumque malleo, veluti fila quædam, seu capillos relinquere, ex quibus tela fiat.

AMNOCHRYSVS lapis est, sic dictus, quòd ve-
4) *Homo ex corpore & anima.* lut ex avena & auro inter semistis, compactus sit. Vilis simul & pretiosus (4) *Isidorus* Orig. l. 14. c. 14.

VII. *ANDROD AMAS* tessellis similis, argenti nitorem habet, qui impetus & iracundiam hominum
5) *Mansuescendo.* à Magis olim creditus est vincere. (5) *Plinius* lib. 37. c. 10.

ANTIPATHES nigra gemma non tralucet;
6) *Duplex inter candidos.* cum lacte cocta, myrrhæ hoc simile efficit (6) contra effascinationes auxiliari credita. *Plin.* ib.

AROMATITES myrrhæ colorem odoremque
7) *Religiosa vita.* refert, ob hoc Reginis frequentata (7). *Plin.* ib.

ANTRACITES carbo & lapis ignitus, extra ignem aquis perfusus inardescit, in igne velut morruus
8) *Adversitas illustrat.* extinguitur (8) *Isidor.* l. 16. c. 13.

ASBESTOS ferrei coloris lapis, qui semel accensus extingui nequit, quem in montibus Arcadiæ nasci
9) *Ignis inferni.* tradunt. (9) Unde in templo quodam Veneris lucerna ex Asbesto incensa, & sub dio constituta, nullis tempestatibus extincta, vulgo præsentis Numinis religio-
10) *Amor Beatorum.* nem injecit (10) *Isidor.* l. 14 c. 4. & l. 16. c. 4.

VIII. *ASTERIA* gemma est, quæ pupillæ instar, lucem quandam inclusam continet, perque diversa loca fun-
11) *Gloria. Beatorum.* dit, & soli ipsi lucenti oggerit. (11)

BELLOCVLVS a forma dictus, quod albicans lapi-

lapis oculum, nigra pupilla, in medio aureum fulgorem emittente repræsentet, ideóque hæc Gemma Assyriorum Deo velut omnia videnti consecretur. (1) *Plin.* lib. 37. cap. 10.

1) *Deus omnia videt.*

BRONTIA capitibus testudinum similis, cum fulmine tamen adusta fertur restinguere. (2) *Plinius* ib

2) *Pœna emendans.*

CALLAIS Gemma Topazio affinis ex viridi pallens, in altissimis atque inaccessis nascens petris, funda dejicitur. Sectura formatur, aliàs fragilis, quæ smaragdino colore viret, antefertur, atque in auro, præ ceteris gemmis, eminet. (3) Pulchritudinem coloremque unguento, oleo, ac mero deperdunt. (4) *Plinius* lib. 37. cap. 8.

3) *Innocentia vita.*

4) *Luxus corrumpit.*

IX.

CARBVNCVLVS à similitudine ardentis ignis sic dictus, quo cum fulguret, ipse ac aliis ignibus nihil patitur, ideóque & apyrotus dictus est. (4) Varii apud *Plin.* c. 7 l. 37. generis censentur. Indici Æthiopicique minus probantur, licet magni illic in sexarii mensuram caventur. Minores præferuntur Carchedonii, & in his mares, qui velut succensæ intus stellæ lucent, cum feminæ extra se lumen profundant. Æthiopici aceto impositi fulgore suo tot mensibus acuuntur, quot diebus fuere impositi Carchedonius ad plenæ lunæ repercussæ fulgorem reperiri dicitur. *Ruellius* addit. Carbunculum aliis gemmis sui imaginem imprimere, nullius tamen recipere alterius. (5)

4) *Amor Dei, amorem mundi excludit.*

5) *Regis exemplum subditi sequuntur.*

CATOCHITES Corsicæ lapis est, qui impositam sibi manum tenaciter velut gummi adstrictam retinere fertur (6) *Plin.* l. 37. c. 10 *Solinus* c 8.

6) *Aurum animos rapit.*

CEPIONIDES in Æolide reperiuntur, colore diverso, nunc traculentes, nunc vitreæ aut crystallinæ, aliàs inspidæ; Sed & sordidis tantus est nitor, ut imagines speculorum instar reddant. (7) *Plin.* l 87 c. 10.

7) *Religiosi diversi.*

X

CERAVNIA in gemmis candidis fulgorem siderum rapit. Ipsa crystallina splendoris cærulei: vel ut alii, alba quæ intus stella coruscante fulguret (8) hebetatam, in aceto ad pristinum fulgorem revocant. *Plin.* l. 37. c. 9.

8) *Religiosa vita.*

9) *Mortificatio*

CHE-

C.

CHELONIA aut *Chelonites* indicæ testudinis oculus est quem fingunt, colluto melle ore, linguæ impositum futurorum divinationem præstare. (1) Tum illum qui aureis guttis conspergitur lapis, cum scarabæo in mare projectum tempestates sedare. (2) *Plin.* l. 37. c. 10. & *Isid.* l. 16. c. 14

1) *Sermo circumspectus.*

2) *Silentium opportunum.*

CHERNITES ebori simillimus, in quo Darius Rex conditus fertur, Hunc sine consumptione servare corpora, secus quam *Sarcophagus* facit, asserunt. (3) cui *Assius* lapis jungi potest, à quo omnia crurum vitia, quæ in lapicidinis, aut contrahi, aut augeri solent, podagræ & ulcera sanantur. (4) Strumas & panos discutit, solo etiam linctu phthisicis suffragatur. *Plin.* l. 36. c. 17.

3) *Innocentia.*

4) *Charitas Dei & proximi.*

XI.

CHRYSACONION lapis est, quo probatur aurum adulterinum, & nothum si illi atteratur, ostenditurque purum & immixtum. (5) *Chrysost.* ser. adversus hæreticos.

5) *Prudentia*

CHRYSOPRASIVS Æthiopicus est, quem lapidem lux celat, sed obscuritas ex fulgore in tenebris sparso prodit. (6) *Isidor.* l. 16 c. 13. *Prasio* inter virentes gemmas nobilior est, nam cum hic viridem colorem, vel sanguineis guttis, vel candidis distinguat virgulis, Chrysoprasus aureum intermiscet majori decore habitum. (7) Cui *Molochites* affinis est, à colore malvæ sic dictus lapis, qui amuletum pro infantibus est habitus, plerique ex Topaziorum genere. *Plinius* lib. 37. cap. 8.

6) *Humilitas.*

7) *Nobilis.*

CHRYSOLAMPIS in Æthiopia nascitur, pallidi coloris in die, noctu ignei. (8) *Plin.* l. 37. c. 10.

8) *Humilitas*

CINÆDIA lapis, qui in Cinædi piscis capite reperitur, quæ inguinum tumoribus alligata medetur, ut *Plin.* l. 29. c. 6. nubilo item aut candido colore, tempestatem aut serenitatem pernuntiare fertur. (9) ut tradit l. 37. c. 10.

9) *Conscientia bona aut mala.*

XII.

CHRYSOLITHVS ab aureo, quo tralucet, colore sic dictus. Minus in his probantur Arabici, suis maculis turbidi: optimi sunt, qui ex aureo in argenteum colorem grato candore devergunt (10) in Hispania 12. pondo repertus pro miraculo fuit. *Plin.* l. 37. c. 9.

10) *Probi dyscolis præferendi.*

CRY-

CRYSTALLVS vel ex aquis tenuissimis lucidissimis que vel ex nivibus frigore aquilonari cogente, & meridiano sole excoquente concressit, atque obdurescit sensim in lapidem. (1) Unde in alpibus, sed meridiē versus, in ætna etiam monte, hinc frigore, inde calore excoctum reperitur. Frigidæ admodum naturæ pro deliciis inter vini pocula adhibetur: ita tamen solis radios in se colligit, ut ex eo succendi arida ramenta possint. Medici etiam in adustione corporis pilâ crystallina rectè utantur. *Plin. l. 37. c. 2. Isid. l. 16. c. 13.*

1) Constantia inter prospera & adversa.

COCHLIDES, compressæ cochleæ similes, multis spiris flexuosæ, ponderosæ sazo inclusæ, admiranda in iis formandis naturæ solertia, quales in lapicidinis Lugduni reperiuntur. [2] In calabriæ marmoribus, cum secantur, abditæ. In Arabia è glebis erutæ per septendium in melle excoctæ (ut gemmæ purificandæ solent) sordibus expurgatæ enitescunt. *Plin.* l. 37. c. 12: Et in eius Notis.

2) Institutio bona.

CORALLIVM vide inter frutices, & in voce *Gorgonia.*

XIII.

DIONISIAS-VS lapis niger, rubentibus maculis distinctus, in aqua tritus saporem vini facit, [3) & ebrietati resistere creditur. *Plin.* l. 37. c. 10. *Solin.* c. 38.

3) Adversitate proficimus.

DRACONITES sive *Dracontia* è cerebro Draconum, si tamen caput viventibus abscindatur, in gemmam concrescit: [4) Nam mori se sentientium invidia perit. Unde saporifero medicamento captis dormientibusque caput amputant. Pelludico colore est, nec nisi recens potest efformari, *Plin.* l. c.

4) Panitentia.

ELECTRVM latinè *Succinum* in Insula maris septentrionalis juxta littus Prutenicum, ex scopulis allisione maris dilutis, fluit, sensimque ex liquido concrescit, atque ad litus ejicitur, aut etiā in oceano fluitans ab hominibus captatur, soli Principi debitum. (5) Unde haud modicus ipsi proventus accedit. Melleo ferè colore, & odore, si sensim aduratur, gratissimo, parvis magni pretii vasis & icunculis idoneum, pro globulis precatoriis apud locupletes etiam usurpatum. Formicæ & culices in eo liquido deprehensi, tanquā in gemmeo sepulchro, conduntùr. (6) *Plin.* l. 37. c. 3. Varia eius genera coloresque censet, & candida odoris vult

5) Vita honesto sine clausa.

6) Sepulchrum gloriosum.

esse præstantissimi, fulvis tamen majorem autoritatem, tingi etiam hædorum sebo & anchusæ radice, quin & conchylio infici. Attritu verò calefacta ad se paleas aridaque folia ac philyras rapere, ut magnes ferrum. (1) Ramenta illius in oleo dilucidus diutiusque, quã lini medullam flagitare. Infantibus pro amuleto adhibitu, & lymphaticis, atque urinæ difficultate pressis prodesse.

G

1) *Exemplum bonorum.*

XVI.

ENCARDIA, sive *Cardisce*, una est, quæ in se nigrans cordis effigiẽ exprimit, altera viridi colore cordis speciem repræsentat, tertia cor nigrum candido provisus colore circumdat. (2) *Plin* l 37. c. 10.

2) *Corimprobum resipiscens. conversũ.*

GAGATES nigri splendoris lapis est, penè sine pondere, qui aqua affusa ardet, oleo restringuitur, attritu calefactus, ut succinum trahit (3) *Solinus* c. 24.

3] *Advertitas prodest.*

GALACTITES sive *Galaxia*, sanguineis, aut candidis in nigro fulget. In vino tamen colore est lacteo [4] & trita lactis succo ac sapore notabilis, quæ & nutricibus lactis fecunditatem tribuere, & in ore sumpta liquescere, cum capitis & memoriæ turbatione fertur P*lin*. l. 37. c. 10.

4) *candor animi.*

GASIDANES floribus, velut colore sparsis, tincta, trimestri spatio aliam intra se gemmam fertur concipere, partumque concussa manifestare. [5] P*lin*. l. 37. c 10.

5) *Fecunda parens.*

XV.

GLOSSOPETRA linguæ humanæ similis, non in terra nasci, sed è luna deficiente cœlo decidere creditur, (6) ventique, illa obtenta, sedari. P*lin*. ib.

6) *Eloquẽtia sacra S. Spiritus.*

GONIA apud Carthaginem petra est, quæ æstate flammas fundit, hieme fluit aquis [7] *Aristotel*. de admir. c. 109.

7] *Spiritus S. ignem & aquam parit.*

GORGONIA corallium est, quod in duritiem lapidis versum, matris tempestates infringit, & resistit fulminibus (8) P*lin*. 37. c. 10.

8) *Perseverantia.*

HELIOTROPIVM gemma est coloris porracei, sanguineis venis distincta, quæ solis imaginem excipit, defectusque ac lunam subeuntem ostendit. (9) Magi olim senserunt, qui cum herba heliotropio illam ferret, reddi invisibilem, P*lin*. 37. c. 10.

9) *Resignatio.*

HE-

HEPHÆSTITES speculi naturam habet in reddendi imaginibus, quanquam rutilans. Ferventem aquam addita statim refrigerat : in sole posita aridam materiam accendit. (1) P*lin.* l. 37. c. 10.

HEXECONTALITHOS lapis apud Atlantes, tam diversis notis sparsus, ut sexaginta gemmarum colores in parvo ejus orbiculo deprehendātur. (2) *Isidorus* l. 16. Orig. c. 15. P*lin.* l. c.

HAMMONIS CORNV arietini cornu effigiem habens, colore aureo, divina gestanti somnia conciliare est creditum (4) P*lin.* l. c.

HYACINTHVS violacei coloris, ut Amethystus: cœli auræque in se mutationem sustinet; cum nubiloso die tristior, cum sereno amœniora (5) Sculpturæ resistit, adamantis tamen se fortioris scripturam patitur. *Solinus* c. 33.

HYÆNIA ex oculis Hyænæ, linguis hominum subjecta futurorum prædictionem præstare est credita. (6) P*lin.* l. c.

JASPIS pro amuleto olim gestatā, vario colore, nunc similis smaragdis, albâ intercurrente lineâ, quæ Grammatias, vel pluribus lincolis, quæ polygrammos dicta, utilis concionantibus est credita : nunc altera parte onychem referens, quæ Jasponyx dicta, nubem complexa, & imitata nives : nunc Cyano par colore cæruleō : nunc ut Sapphirus collucens cum punctis aureis. Cypriæ violaceo colore viliores sunt, Indicæ purpureo colore æstimandæ. Hanc, si Carbunculi fulgore temperetur, Veneris gemmam dixere, & resistere ebrietati, gratiam reconciliare apud Reges, grandinem & locustas avertere. Hæc aliaque P*lin.* l. 37. c. 9. Quibus addit *Rueius* l. 2. de Gemmis, Quod Galenus in digito Jaspidem tulerit, in qua species homīnis, fasciculum herbæ collo sustinentis, cujus virtute morbos discerneret, & sisteret sanguinem. (8) P*lin.* quoque l. c. Jaspidem quindecim unicarum repertam meminit effigiem Neronis formatam. Sed felicior, de qua *Vincentius* in Spec. Nat. viri clypeo obarmati, & serpentem pedibus conculcatis imaginem impressam tulisse. (9)

H

1) *Exemplum Prudentiæ.*

2) *Christus D Virgo. Caritas.*

XVI.

4) *S. Scriptura.*

5) *Pietas Gratia ante offensa Dei*

6) *Prudentia in silentio.*

7) *S. Scriptura.*

8) *Christus in Eucharistia.*

9) *Christus à Virgine conceptus.*

M XVII

ICTERI AS lurida gemma sed regio morbo oppositi. (1) alia viridior, penè sine ponderes; tertia venis nigrescens. Colore, non viribus, prima meliores, *Plin.* l. 37. c. 10.

1) *Paupertas.*

IRIS Crystallo affinis, quæ sub tecto pereussa sole, colores arcus cœlestis in parietes vicinos jaculatur, subinde murans, magnaque varietate admirationem concilians (2) *Plin.* l. 37. c. 9.

2) *Eloquentia Charitas.*

LIPARE seu *Liparia* traditur suffita omnes suo odore ciere bestias. (3) *Plin.* l. 37. c. 10. & *Isid.* 16. c. 14.

3) *Concupiscentia.*

LYNCURIUM electio similem gemmam, ex urina lyncis concrescere sentiunt, postquam fera, hanc velut invidens, terrâ cooperit. (4) è maribus fulvum & igneum, è feminis languidius & candidum prodire ferunt. Hanc non folia tantùm & stramenta, sed & æs ferrumq; ajunt trahere: potamq; ex vino frangere calculos & morbo regio mederi. (5) Gestatam quoque prodesse. *Plin.* l. 37. c. 2. & 3. Nec mirum, cùm & diversis animalibus lapides nascantur, ut *Pausylipus* in aranea Apuliæ, *Saurites* in ventre viridis lacerti, *Alectorius* in ventre galli, &c.

4) *Ignobilis origo.*

5) *Virtus nobilis.*

XVIII.

MAGNES inter gemmas nobilitatis præcipuæ, cujus virtutes Baptista a Porta integro libro complectitur, ab inventore Magnete pastore, cum in monte Ida, clavis ferreis crepidarū, illi adhæresceret, sic dictus. (6) Rufi nigriq; inter hos lapides sunt, & his ut feminis nullæ vires. Candidi quoque enerves, cæruleiq; meliores & Æthiopicis summa laus, qui & alium magnetē trahunt. Sanguinei coloris magnes est, qui *Hæmatites* dicitur. (7) Cumq; omnes oculorum medeantur malis, & adusta, cremati tritiq; sanent, singulariter tamen hæmatites suffusis cruore oculis prodest, sanguinisque rejectiones sistit, & mulierum profluvia. Vesicis etiam prodest. Contraq; serpentum ictus bibitur. In Æthiopia alius, haud procul ab altero, lapis paritur *Theamides* qui ferrum omne repuit (8) *Plin.* l. 36 c. 16. & 20. Idem l. 3. c. 14. addit quod ferrū à magnete vim tractivam communicet. (9) Quod ut testis oculatus D. *Augustin.* de Civit. Dei l. 21. c. 4. probat. dum uno annulo

6) *Spiritus & Virtus Concupiscentia.*

7) *Passio Christi*

8) *Virtus sine contrario non est.*

9) *Societas bona vel mala.*

nulo ex magnete suspenso alter alterum catenatim secutus est, & patina etiam argentea media magnes ferrũ circumduxerat, ut se teste certo audisse asserit. Magisque illud mirum quod c. 6. subjicit, simulacrum ferreum in templo, medio in aëre, inter supra infraq; positum magnetem hæsisse. (1) Quod Alexandriæ in Serapidis fano *Ruffinus* in histor. Eccl. ad Eusebium l. 11. c. 23. factum meminit. Et *Leander* tradit in Sardiniæ mediterraneis ad radices montium versus orientẽ magnetem inveniri, qui ferrum trahat, versus occidentem qui repellat. Unde navibus qui hac transeunt cavendum a ferro: quæ hinc adhærescunt, inde non admittuntur. (2)

1) *Ambiguus hærens.*

XIX.

2) *Affectus terreni.*

MARMOR, durissimus è montibus excisus, sitisque distinctus venulis, lapis est. (3) Alibi videmus candidum venulis discoloribus notatum, ut marmor Parium; alibi velut serpentibus insertis maculosum, ut Ophites: alibi nigrum candidis venis signatum, ut in Germania: alibi viride, ut Laconicum cunctis amœnius, alium purpureum, & Porphyreticum dicitur, ut in Gallobelgio. Est & ferrei coloris ac duritiei Basaltes, & candidi Albastrites dictum. [4) Vide *Plin.* l. 36. c. 7. Mirum quod pleraq; marmora pluente cœlo, & suis quasi guttis sensim depluant. (5)

3) *Obduratus.*

4) *Genius hominum ex cœlo diversus.*

5) *Pœnitens.*

MEDEA gem̃a sic ab inventrice dicta, venas aurei coloris habet, sudorem croci reddit, saporem vini. [5) *Plin* l. 37. c. 10.

5) *Discretio.*

XX.

MYNDAN lapis nivei candoris à se feras longè arcere dicitur, atque ab eorum morsibus hominem præstare tutum (6) *Leont. Byzant.* l. 5. de Fluviis.

6] *Virginitas dæmones arcet.*

MYRRHITES, myrrhæ colorem habet, parva gemma, sed unguenti odore, trita etiam nardi. (7) *Plin.* l. 37. cap. 10.

7) *Humilitas.*

NYMPHÆVS lapis, seu petra est, pluviis incidentibus accenditur. *Plin.* l. 2. c. 107. Similẽ in Mœonica regione *Arist* l. Admir. c. 39. esse dicit qui aquis inardescat (8) flabello extinguatur. Addit *Plin.* in Egnatia oppido Salentino saxum esse, cui si lignum imponatur, hoc continuo inflammetur, ideoque sacrum dictum esse.

8] *Adversitate proficere.*

P *Naphtha* bituminis flos huic similis, ad quam etiã conspectam ignes transiliunt Qua illitam Medea Jasonis pellicem, accedentem ad aram consumpsisse fertur. (1) *Plin.* ib. c. 105. Montem quoque chimæram ignibus flagrare asserunt, quos aqua magis accendat, terra & fœnum restinguat (2] c. 106.

1) *Concupiscentia.*

2) *Vilitatis consideratio.*

XXI. *OPALVS* præcipuarum gemmarum colores, ex India ortus, trahit. Nam ut *Plin.* l. 37. c. 6. est in eo carbunculi tenuior ignis, est amethysti fulgens purpura, est smaragdi virens mare, & cuncta pariter mistura incredibili lucentia (3) Propter hanc gemmam cum proscriptus ab Antonio Nonius senator esset, maluit desertis omnibus cum sola gemma abire, quam hac cedens retinere omnia (4) Vitro tamen ad similitudinem formato, adulteratur. Hæc ille.

3) *Deipara plena gratia.*

4] *Fides Catholica.*

5) *Imaginatio hominis.*

ONYX gemma Indica, plures habere varietates etiam fertur: ignea, nigra, cornea (5) candidis venis oculi modo cingentibus Arabica nigra esse dicitur, Zonis distincta candidis, *Plin.* l. 37. c. 6. Addit *Vinc.* l. 24. c. 93 Vas Onychinum Edvardo Regi Anglorum fuisse, in quo fluctuare segetes, gemmare vites, & hominum moveri imagines, tanquam in speculo, viderentur. In Germania deinde repertus hic lapis marmoris elegantioris loco est, aut ad vasa potatoria cavatus adhibetur.

PÆDEROS velut tralucens crystallus, in qua viridis suo modo aër, simulque purpura, & hâc coronatus quidam aureus, tanquam vini, nitor. Gemmarũ nulla liquidior, capiti jucunda, suavis & oculis. (6) *Plin.* l. 37. c. 9.

6) *Conscientia bona.*

XXII. *PÆANTIDES* gemmæ, quas alii *Gemonidas* vocant, prægnantes fieri, & parere dicuntur, mederique parturientibus, (7) specie aquæ glaciatæ. In macedonia juxta Tiresiæ sepulchrum reperiuntur. *Plinius* lib. 37. c 10.

7) *Propositum efficax.*

PANTARBA, ut *Philostratus*, in Apollon. l. 3. c. 14. lapis Indicus est, admirabili fulgore, tanquam ignis noctu etiam radians, qui in concavis terræ ad passus quatuor natus, terra intumescente aut scissa, se prodat.

Inqui-

Inquirentes tamen subterfugiat, nisi cautè occupetur, lapides circa sese omnes velut examen virtute singulari attrahat. (1)

PHENGITES lapis in Macedonia, duritia marmoris candidus & translucens, venis fulvis distinctus. Ex hoc Nero ædem Fortunæ Sejæ struxerat, in domo sua aurea, quæ opertis etiam ostiis claritate diurna fulgebat, inclusa velut luce non transmissa. (2) *Plin.* lib. 36. cap. 22. Addit *Sueton.* in Domitiano, c. 14. hunc Cæsarem ex illo lapide habuisse porticum, ut per imagines illic, quidquid à tergo fieret, observaret. (3)

PRASIUS vide Chrysoprasius.

PYRITES similitudine æris lapis est. In Cypro ex metallis, alius argenteo, alius aureo colore eruitur. [4) excocti à quibusdam melle lavantur, ut æs; & in medicinis exsiccant, extenuantque humores, tc duritias emolliunt, utuntur & tusis ad strumas, ac furunculos, *Pl.* l. 36. c. 19. *Isid.* l. 16. addit, quod in Persia hic lapis fulvus, non tantum scintillas emittat, sed tenentis etiã manum adurat. Reperiuntur & ferrugineo colore apud Germanos in agris, qui cum silice, aut ære, collisi scintillas eliciunt.

SAGDA lapis est marinus, qui cum discerni captarique in profundo nequeat, ipse ad naves transeuntes emergens adhærescit, atque in portum cum iisdem appellit, adeò firmè pertinaciterque iis affixus, ut avelli nisi parte ligni abrasâ, non possit. (5] *Solinus* c. 38. Isidor. l. 16. c. 7.

SAPPHIRUS gemma est aerii coloris, aureis punctis collucens. Cæruleæ plures sunt raroque cum purpura, nusquam pelludicæ. (6) scalpturæ inhabiles. Quæ Cyanei coloris sunt, mares habentur. Plin. l. 37. c. 9. Addit *S. Epiphanius.* l de 12. Gemmis, in Sapphiro visionem Moysis, & legẽ decalogi impressam fuisse. [1] In eadem gemma Carbunculus longè illa splendidior nasci creditur (8) *Ælianus* ait hist. l. 14. c. 34. quod summus

S

1) *Eloquẽtia.*

2) *Perseverantia felices facit.*

3) *Beati in Deo omnia vident.*

XXIII.

4) *Charitas Dei & proximi Zelus.*

5) *Concupiscentia mundi.*

6) *Spes divina.*

7) *Cordi lex Dei inscribẽda.*

8) *Christus ex Virgine.*

mus apud Ægyptios Judex & Sacerdos, ex hac imaXXIV. ginem tulerit, quæ dicta sit Veritas.

SARDONIX, quasi Sardæ onyx, colore subtus nigro, medio candido, superius minio, (1) tantæ quandoque magnitudinis, ut ex iis capulos facerent, ideoq; & viliores Indis: nunc æstimant, quod solæ gemmarum incisæ ceram non attrahant. *Plinius* l. 37. cap. 6. *Isidorus* lib. 16.

1) *Via ad perfectionē triplex.*

SELENITES ex candido translucet fulgore melleo, imaginem lunæ continens, redditque illam in dies singulos crescentis minuentisque specie, (1) nasciqué in Arabia fertur. *Plin.* l. 37. c. 10.

2) *Mulier ad ingenia Regis formantur.*

SIPHNIVS lapis in Comensi Italia est, qui excavatur tornaturque in vasa, coquendis cibis utilia. Naturâ hic mollissimus, sed calefactus, oleoque perfusus, quo emolliuntur cetera, nigrescit ac durescit. (2) *Plinius* lib. 36. cap. 22.

2) *Labor prodest. Otium nocet.*

SMARAGDVS, ob amœnissimâ viriditatem, gemma oculis gratissima, quos alibi spectando fatigatos, hæc nunquam non recreat. (3) aërem suo etiã circum colore imbuit, & nec sole, nec umbra mutatur. Reddunt & tanquam specula imagines. Unde in his Nero gladiatores maluit spectare, quam in seipsis spectare. In Media reperti imagines nativas, ut papaverum, avium, catulorum, &c. complectuntur. In vino & oleo minus virides exacuuntur. Magnitudine alicubi excellunt. Sic apud Ægyptos in templo Jovis è quatuor smaragdis obeliscus XL. cubitorum fuisse dicitur, & Tyrios in Herculis templo pilã ex smaragdo habuisse tradunt *Plin.* l. 37. c. 5. Addit Rueius l. 2. de Gem. hanc ita adversari Veneri, ut Reginæ Hungariæ cum marito consuescenti, è manibus in partes dissilierit (4)

3) *Amor proximi.*

4) *Castitas*

SPECVLARIS vel *RIVS* lapis mollis, ac natura fissilis, crystalli modo pellucidus & sub terra ex humore, ut XXV. videtur, glaciatus [5] qualis in Hispania reperitur. In Italia idem videtur esse, sed obscurior, & inaculosus. Quod si feræ in puteos, unde effossi sunt labantur, medullæ ex earum ossibus intra annum ejusdem lapidis naturam induunt. (6) Reperitur & alicubi niger,

5) *Constantia.*

6) *Societas*

niger, sed candido cum molitie constantior natura solis rigorisque patiendi. nec senescit, si modo absit injuria. [1] *Plin.* l. 6: c. 22.

1) *Constantia probitas.*

SPONGITES lapis est in spongiis repertus, qui ad vesicæ calculos infringendos valere fertur, idem qui *Tecolithos*.

SURDUM SAXUM in Scotia reperitur altitudine 12. amplitudine 33. cubitorum, ex cujus parte una quantumvis ingens clamor, fragor, sonitusque excitetur, non exauditur ab altera etiam ingentium bombardarum explosio, nisi remotissime à lapide discesseris. Ita *Ortellius* in Scotia.

2) *Conscientiæ in peccato obturata.*

SYNODITES Solem lunamque impressum refert, & hanc ad illius imaginem, varioisque solis aspectus crescentem ac decrescentem (3) *Damascius* in vita Isidori *Nonnus* in Dionys. ait juxta lunam cœlestem has mutationes fieri:

3) *Imitatio Matorum. Gratia Dei.*

SYRTITÆ in Syrtium litore, & in Lucania reperiuntur, croco refulgentes è colore melleo quæ intus stellas, quanquam languidiores, continent (4) *Plinius* l. 37. c. 10. XXVI.

4) *Nobilis origo.*

TECOLITHOS oleæ nucleo similis videtur, neque est illi gemmæ honos, lingentium tamen calculos frangit, pellitque. *Plin.* l. c, Hos ex spongiis colligi ferunt (5)

5) *Ignobilis origo.*

TELICARDIOS sic dictus lapis, quod colore cor exprimat, ideoque magnopere illo Persæ delectentur. (6) maculam tamen appellant. *Plin.* l. c.

6) *Excordebonum vel malum.*

TOPAZIUS inter virentes gemmas illustris, qui solus nobilium gemmarum limam patitur (7) Cum ceteræ pleræque cotibus poliantur Naxiis, Ex illo Arsinoæ Ptolomæi Philad uxoris erecta est statua quatuor cubitorum, in delubro aureo. (8) *Plin.* l. 37. c. 8.

7) *Indoles bona.*

8) *Honor virtutis.*

TRICHIUS ex Africa nigra lapis est, qui tres reddit colores, à radice niger, in medio sanguineus, in summo canditus (9) *Plin.* l. c.

9) *Via perfectionis.* XXVII.

TRIOPHTHALMOS cum onyche nascitur, tres hominis oculos exprimens (10) *Plinius* lib. 37. cap. 11.

10) *SS. Trinitas.*

TOPHUS Lapis scaber, quantò ceteris levior, tantò ceteris ad æternitatem in ædificijs durabilior. (1 Tritus coactusque calcis instar solidissimos parietes nullaque, ut lapides ceteri, aqua permeabiles reddens, ad rhenum frequens.

1) *Rustici longioris vita.*

UNIONES sic dicti, quod singulatim reperiantur, non juncti, seu *Margaritæ*, quas in fluminis ripis ciceris, vel fabæ, ut nonnunquam, magnitudine, piscantur urinatores sub aquis (2) aut etiam retibus margaritiferas conchas gregatim nantes captant, quæ, cum sub suo sint Rege illustrioris formæ. hoc capto, statim omnes, tanquam attonitæ sine rectore, hærent, (3) ut tradit *Ælianus* de Indis l. 14. c. 8. Sunt aut pellucidæ ex rore, & sole, aut igne cœlestis fulguris progenitæ. (4 Hæ orbe perfecto, lævore, pondere ac magnitudine probantur, ut *Plin.* l. 9. c. 35. additque duos maximos & inæstimabilis pretii uniones possedisse Cleopatram, quorum alterum in aceto (in quo solvuntur) liquefactum Antonio amasio præbibit. alter Romam delatus, sectusque & utrique Veneris auri appensus ducentis quinquaginta sestert. millibus æstimatus est. Ceterum in sicco durescunt, qui in aqua molles sunt. (5

2) *Deus ubique quærendus.*

3) *Ecclesia sub capite visibili.*

4) *Christus incarnatus.*

5) *Gratia Dei flectit.*

XXVIII

ZANTHENIS electri colore in media nasci dicitur, quem lapidem siquis in vino palmeo, & croco terat, lentescit ceræ modo, & magna odoris suavitate fragrat. (6) Plin. l. 37, c. 10.

6) *Educatio bona.*

Hæc de lapidibus gemmisque strictim adducta suffecerint, in quibus Regum Principumque thesauri præcipui, quæque in manibus olim atque etiamnum, tanquam singulare aut fidei aut nobilitatis argumentum adhibitæ videntur. [7) Nonnulli etiam virtutis medicæ, aut felicitatis causa usurparunt: ut de ipso quoque Salomone, *Pineda ex Arabico codice de rebus Salom.* refert. Asservisse scilicet chaldæos, quod Salomon loturus se in Jordane, cum in manibus mulierum gemmam cum annulo reliquisset: has, illo in aquas projecto, omnem ab eo sapientiam abstulisse. Contra *Platina memorat in vita Pauli II. Pontif.* frigidiorem gemmarum vim qua oblectabatur, mortem illi accelerasse.

7) *Nobilis.*

se. (1) uti Leoni IV: Constantinop. Imperatori nimia margaritarum circa caput vis, apoplexiam mortemque properasse creditur. Nullum igitur mortale bonum, quod, ut prodest, ita noxium esse non possit immoderatè utenti.

1] *Nimiū omne vitio ofum.*

CAP. LXXXII.

DE ASTRIS ET METEORIS.

DE cœlestibus sideribus & meteoris nonnulla quoque adjungenda videntur: ne hæc tam illustria imaginum signa præteriisse negligentia existimemur quanquam hincinde in symbolis præterita non fuerint.

I.

SOL siderum in cœlo princeps, (2) Dei optimi max. inprimis nobilissima imago est, ut multæ olim gentium hunc pro ipso Deo venerati sint. Est sol solus, est temporum distributor & arbiter, fons lucis, toto orbe diffusus, omnia in terra vegetans, pluvias ventosq; educens &c. Quid sol esset non satis assecuti olim sunt. Anaxagoras ferrum candefactum, Euripedes auream esse glebam sensit. Qui cum terram sua magnitudine, centies sexagies sexies contineat, tantæque celeritatis ex mathematicorum observatione sit, ut intra horam conficiat millionem unum, & 140 milliarium millia, plus administrationis meretur. Solus totum illustrat orbem, nonnunquam repercussa in nubibus imagine. (3 Pythagoras loqui vetuit vultu ad solem verso quod hoc esset quodammodo soli obloqui, hoc est veritati resistere. [4

2) *Deus Opt. Max.*

3) *SS. Trinitas.*

4) *Veritati resistere.*

Christus quoque in S. literis Sol oriens, ut D. Virgo aurora habetur, *Ecce vir oriens nomen ejus* (5] Zach. 6. *Quæ est ista, quæ progreditur tanquam aurora*, (6) Cant. 6. Ita & principes viros designat, quod nos alibi symbolum explicamus. (7) Sed & humanæ vitæ quædam idea est, ut per quam homo vegetatur. Sic Hippocrates

5) *Christus*

6) *Deipara.*

7) *Princeps.*

II.

crates Artem. l. 1. c. 36. illi cui sol in somnis obscurari visus est, præsagit mortem. (1) Pater etiam Mater que per solis & lunæ imaginem Josepho, Gen. 37 exhibentur. (2) Ægyptii etiam in solis orbe diviso stella inserta (ut quæ a sole lumen mutuatur) mulierem prægnantem signabant. (3) Effectus solis triplex illuminare, calefacere, fovere, qui divinæ gratiæ & Spiritus S. meritò tribuuntur. (4) Sed in cœlo stans Joh. 10. Est Christus in Ecclesia ad consummationem mundi subsistens, vel tempus gratiæ prorogatum. (5) retrogrediens decem lineis in horologio Achaz, est Dei Sapientia per 9. Angelorum ordines ad hominem transiens carnemque assumens. (6) Sol omnia illustrans sidera, est Charitas, reliquis virtutibus lucem tribuens, (7) ut D. Hier in ps 18. ut & mulier amicta soli, non tantum D. Virgo, sed & anima in gratia. Sol ceram mollientem, induratus lutum. Christus in ruinam & resurrectionem positus, fugans tenebras, Dæmones & ignorantiam pellens veritas (8) Sol obtenebratus Christus moriens, aut gratia sublata, vel etiam humana felicitas eversa. Sol adurens juxta Greg. in 1. Reg. 14. est concupiscentia (9) Vide plura in *Silva Laureti*.

1] *Mort.*

2] *Pater & Mater.*

3) *Prægnans.*

4) *Dei gratia Spiritus S.*

5) *Christus Ecclesiæ sua præsens.*

6) *Deus incarnatus.*

7) *Charitas.*

III.

8) *Christus nostra salus mortis est.*

9] *Concupiscentia.*

LVNA alterum cœleste sidus, à sole dependens suo in lumine, quo mutuato, orbem inter tenebras illustrat (10) Ecclesiæ respectu Christi, & animæ respectu Dei quædam imago; quarum utraque variis affectibus & mutationibus subjecta est. Habet se & natura humana respectu Dei, ut Luna respectu Solis, iisdem de causis. (11) Et ut Solis potissimum coloribus debet, quod sentiat ita Lunæ humoribus quod crescat. Unde illi in Veterum numis Alex. Severi inscriptum fecunditas. (12) Cumque ex defectu suo ad pristinum vigorem redire soleat, quandam illi æternitatis imaginem tribuerunt prisci gentiles. Quin & nonnulli primarias lunæ partes tribui in generatione rerum volentes, eam virili genere *Lunum* dixere, ut Tertullianus & apud Charilii Corn. Severus testitur. Certè Carreni Mesopotamiæ populi, ut Pierius l. 44. c. 17. refert, cum qui lunam muliebri sexu compellasset, mulierū servituti damnandum

10) *Ecclesia. Anima.*

11) *Natura humana*

IV.

12) *Fecunditas.*

secus

secus verò, qui marem dixisset, imperaturum illis credebant. Atcades, quod antiquissimam suæ gentis originem assuna ducerent, hac in calceorum fibula gestatâ nobilitatem generis ostentare visi sunt. (1) quos Romani deinde sunt imitati. Alii vetius inconstantiam & stultitiam hominis hoc symbolo prodidere, juxta Eccles. c. 27 *Sapiens sicut sol permanet, insipiens autem sicut luna mutatur.* (2) Luna sub pedibus mulieris. (3) sunt affectus mundam suppressi crescens. (4) est profectus in virtute & gratia. Decrescens est vita seu gratia deficiens. (5) illuminans noctem est Vetus Testam. illuminans Synagogam, Clare splendens ex bono opere fama & exemplum est. Obscurata est Ecclesia hæreticorum. Vide *Pier & Lauretum.*

1) *Nobilitas.*

2) *Inconstantia.*

3) *Affectus suppressi.*

4) *Profectus in virtute.*

5) *Gratia seu vita deficiens.*

V.

STELLA astrum cœleste fulgens est, quod vel in orbibus inferioribus, vel in ipso firmamento lucet inter tenebras, magnitudinis & celeritatis admirandæ. (6) Stellæ supremæ firmamenti altissimo loco sunt, cum hoc à terra 80 millionibus, & medio milliari distet, tantaque hoc ipsum spissitudine sit, ut par spatium à concavo firmamenti ad cœlum beatorum censeatur. Unde si quis bis mille annis viveret, indiesque conficeret milliaria centum, nondum tamen supremum cœlorum attingeret. Stellæ istæ firmamenti in 6. gradus magnitudinis à Mathematicis separantur, quarum quæ majores sunt, terram centies ac septies, quæ verò minores reliquis decies & octies superant. Ex ceteris planetarum stellis, aliæ quidem vincunt, aliæ magnitudine terræ vincuntur. Ordine omnes (sed rotundo tantùm numero) ex *Clavio in Sphæra* censeo. Saturnus terræ magnitudinem continet. 91 Jupiter 95. Mars semel. Sol 166. Contra, terra continet magnitudinem Veneris 73. Mercurij 219. Lunæ 39. Quantula igitur res terra est, si vel cum una firmamenti stella comparetur. (7) E supremo cœlo spectanti atomus & punctum videretur! Plures in cœlo stellæ signa illa sive sidera cœlestia, ut Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Ursa, &c. sunt, conficiunt. Stellæ autem priscis divinam providentiam, & quasi Dei oculos omnia in terris videntes & pro-

6) *Angeli cœlestes.*

7) *Mundi vanitas.*

& providentes ac dirigentes significabant. [1)ita in numo Pertinacis simulacrum complectens manu stellam inscribitur, *Provid. Deor. Cos.* 11. Quo etiam spectare videtur, quod Pan Deus, per quem naturam rerum omnium significabant, indutus pelle, variis pectus stellis ornatum ferret, quod consilium & providentiam in mundi anima, hoc est, Deo sentirent esse. [2]. Quanquam & microcosmo homini applicari possit. (3) Fatum quoque, seu Decretum immutabile Deorum in stellis cuique homini propriis designari credebant, ideoque ex illa sub qua quisque natus esset, de illius felicitate, aut infortunio divinabant. (4) Sed & defuncti jam hominis animam per aliquam stellarum Ægyptii designabant, quod illius sedem cœlum facerent. (5 Custodes etiam Genios intellexisse per easdem videntur. Sic in numo, cui inscriptum *Vrbs Roma* duobus infantibus à Lupa lactatis stellas geminas velut custodes apposuêre. (6) In mari vero stellæ geminæ malo aut velis navium insidentes tranquillitatem ex tempestate portendebant, easque Castoris ac Pollucis ferebant esse. Quod si solitarium navi sidus incumberet, id Helenæ dicebant esse & plerumque fatale in tempestate succubituris (8) *Plin.* l, 2. hist. nat. c. 3. Nunc D. Nicolai, Helenæ & Claræ hæc sidera vocantur, quandoque simul, non malo omine, apparentia. Quod flatus, quibus succensi hi ignes sunt, residere secum indicent. Ceterùm licet stella, in S. litetis, Christum natum indicet, in lucem gentium, ex Jacob ortum, (9) Num. 24. Mat. 2. Et stella matutina gloriam Christi, quæ datur vincentibus, 10] Apoc. 2. Angelos quoque, uti Draco tertiam partem stellarum traxisse fertur, usitatius tamen Ecclesiæ Sanctos Doctores, & Prælatos significant, qui dum exemplo prælucent, & peccatoribus veritatem annuntiant, tenebras noctis dispellunt. (11) Dan. 9. & 12. Luc. 21. 1. Cor. 15 41. Stellæ 11. Josephum venerantes sunt Apostoli, Juda dempto, observantes Christum, Gen. 37 Sic & 12. in corona Mulieris Apoc 12. iidem Apostoli, Matthia juncto, in Ecclesia (12] Stellæ, quæ obscurantur, Job. 3. sunt Sacerdotes, Scribæ, & Pharisæi excæ-

1) *Providentia Dei* VI.

2] *Consiliũ & providentia in Deo est.*

3] *Homo prudens*

4) *Fatum*

5) *Beati mortui.*

6) *Custodes Angeli.*

7] *Tranquillitas.*

8) *Tempestas exitialis.* VII.

9) *Christus natus.*

10) *Gloria BB.*

11] *Doctores. Pastores. Sancti.*

12) *Apostoli.*

excæcati, vel alii in Ecclesia fide aut gratiâ deficientes.

COMETÆ, stellæ quædam, seu potius ignes sublunares, in modum stellarum coacti syrma & caudam trahentes, qui plerumque bellum, pestilentiam, aut aliam Dei iram mortalibus denuntiant, (1) ut anno hujus seculi 18. bellum Septentrionale designatum est. Visuntur & nonnunquam aliæ stellæ candentes, quæ sunt exhalationes densæ accensæque, & quod nobis propinquæ sint, dum transvolant, aut cadunt celerrimo ferri motu videntur, & ignes latè spargere, qui nobis quandam speciem exhibent hypocriticè sanctorum (2) quales olim pharisæi erant. 1) *Bellum. Pestis.* 2) *Hypocrita.*

FULMEN à *fulgore* distinguitur, quòd hoc sit coruscatio tantùm ignis in nubibus splendentis, illud è nubibus exhalatione ignea prægnantibus, atque inter se collisis, cum telo in terram evibretur. Gestare & jacere fulmen proprium Dei offensi est. [3] Unde Apelles Alexandrum M. Dei nomen affectantem pinxit cum fulmine, quam imaginem 20. talentis comparatam in templo Ephesinæ Dianæ statuit. Sed Lipsius statuarius adulationem, hanc detestatus hastam illi attribuit. Poterat tamen Apelles excusari; quòd, ut fulminis ictus, vel celeritatem, (4) vel longè exauditus famam latè propagatam signat, ita alterutrum vel utrumque Alexandro tribuent. (5) Sic L. Papyrio, qui à celeritate, *cursor* dictus est, in numo, hinc capreæ spolium cum fulmine, inde cum pegaso sagitta tributa est, omnia celeritatis argumenta. Eloquentiæ etiam in Pericle aliisque vis, tonitru & fulmina spargere dicta est. (6) sic forte & à Davide auditum *vox tonitrui tui in rota*. Quin & fortitudo in bello aptè fulmine tonitruque adumbratur: ita vates canit: *Duo fulmina belli Scipiada* (7) Sunt qui depositum è manibus clementiæ & miserationis fecerint. (8) Uti gestum indignationis & vindictæ. Sic in numis Antonini Pij cernere fulmen in toto collocatum Deut. 32. v. 41. & 2. Reg. 22. vers. 14. &c. *Facit* autem Deus *fulgura in pluviam* (9) cum territos ad pœnitentiam convertit ps. 34. 3) [*Deus vindex.* 4) *Celeritas.* 5) *Fama dispersa.* 6) *Eloquentia.* VIII. IX. 7) [*Bellicos fus* 8) *Clementia.* 9) *Pœnitentia.*

Cetcrum

Ceterùm micare fulgura Deus voluit adventum suum in montem Sinai DEUS significans Exod. 19. v.16. Et Christus, suum suæque doctrinæ adventum contra Antichristum comparat fulguri, quod exit ab oriente, & paret in occidente. (1) quo toti sese orbi manifestandum designat. Sic & miracula per se suosque prædicatores facta fulguri æquantur: psal. 17. 76. 96. Et damnati cum Satana, ut fulgur cadent. (2) Luc. 10. v.18.

1) *Doctrina Christi.*

2) *Damnati.*

X.

IGNIS supremum, naturaque calidum & siccum, & maximè activum elementum, quod alia quoq; elementa & corpora illuminat, calefacit, exsiccat, excoquit aut consumit, dura emollit, mollia indurat, metalla purificat, quæq; unius naturæ sunt soeiat, quæ diversæ segregat: nonnunquam & diversa, in tertiam quandam speciem conflat. In diversas ipse corporibus occultus & veluti sepultus latet, vitali colore multa fovens, nec tamen patens oculis, nisi attritu corporum sese prodat, & emicet. Quorum plurima ut Deo congruunt, ita per ignem Deus quoque variis attributis suis figuratur (3) In igne descendit in montem Exod. 19. ut lucem radiosque divinæ majestatis declararet, seque ostenderet illuminatorem esse bonorum & vindicem malorum. (4) flamma in rubo est divinitas in humanitate (5) Exod. 3. Ignis in columna. Exod. 15. est juxta Clem. Alex. I. Strom Originem in Ezech. hom. 1. &c. Christus fidelibus illucescens, Duxque ille, qui est *via, veritas, & vita.* (6)

3) *Dei attributa varia.*

4) *Deus illuminator & vindex.*

5] *Deus incarnatus.*

6) *Christus via, &c.*

Est & Spiritus S. *ignis* quem Christus *misit terram,* (7) Luc 12. v. 49. Hoc igne assandæ erant carnes agni commedendi, Exod. 12. v. 9. ne commederent crudum quicquam, sed tantùm assum igne, ut esset, *vita bonis.* Hic est ignis vorans lapides & aquam. 3. Reg: 18. 38. cum ipso holocausto, id est peccatores in baptismo & pœnitentia convertens. Hic calefacit & expellit omne frigus peccati, decoquit crudos affectus, conflat diversarum gentium corda, ut sint cor unum & anima una, (8) ut Paulus ausit dicere, quis nos separabit à charitate? 9) Adeò permutat, ut è piscatoribus faciat Doctores gentium.

7) *Spiritus S. eiusq; operationes.*

8) *Concordia.*

Idem

Idem ignis præclaram charitatis divinæ imaginem exhibet, (1) ut Ambrosius in ps. 118. ser. 10 8. 25 5. & alii. Talem ignem portabat Abram, dum iret ad immolandum filium Gen. 22. talem semper vult ardere in altari cordis nostri Lev. 6. hunc Ezechiel c. 1. vidit in rotis. Hoc consumptum est sacrificium Gedeonis percussione virgæ elicito Jud. 6. Hic ignis Nazaræorum crines, hoc est vanas cogitationes consumit. 1) Charitatis vis.

Et ignis illuminans fides est, (2) psal. 104. uti etiam juxta *Gregor.* 6. Moral. 27. cum Dominus Exod. 19 in igne & fumo apparuit, humilibus clarus, superbis in caligine sola videtur. Et eloquium Domini sive doctrina Christi vehementer ignita est, (3) ps. 38. Talis erat gladius Jeremiæ c. 5. flammeus gladius. Gen. 3. Et eloquium Domini inflammavit Joseph ps. 104. Flamma non consumens rubum, ut *Beda* in Exod. 3. & Lex Judæorum peccata non auferens. Jam vero ignis in caudis vulpium Jud. 15. quid nisi argumenta fidelium hæreticos revincentia atque eorum condemnatio Deus enim ministros suos facit ignem urentem ps. 103. 2) Fides. 3] Doctrina Christi mira vis. XII. 4) Tribulationes.

Ignis vero examinans argentum. designat, juxta Hilar. & Aug. in psal. 65. tribulationes justorum. (4) Et per ignem & aquam transit, qui varias patitur adversitates Jer. 6, Sic ignita tela maligni sunt tentationes Eph. 6. Sed & affectus cupiditatesq; nostræ ignis sunt, (5) ut amor, cupiditas, ira, invidia, ps. 10. 56. 77. 78. &c. Et ignis accendens Moab, est incentivum libidinis. Num. 21. quem quisque sibi accendit Prov. 6. Mat. 17. Ignitæ habenæ, & clypeus Nah. 2. Diabolum cum suis tentationibus repræsentat. [6] 5] Cupiditates humanæ. 6] Tentationes Diaboli.

Ignis comburens spinas & tribulos Isa. 31. Juxta Orig. in Ezech. hom. 1. est pœnitentia. Hic ignis compunctionis (7) exardescit à facie Dei ps. 17. Ignis comburens spinas (8] Zelum indiscretum potent adumbrare Exod. 28. 7) Compunctio. 8] Zelus indiscretus.

Denique ignis judicium sententiamque divinam significat, ut Orig. in Cant. hom. 4. Sic ignis transiens inter divisiones animalium Gen. 15. sententiam separantem bonos à malis (9) Et flamma ignis intercisa ps. 28. 9) Sententia judicii.

XIII. crit ignis judicii comburens malos & illuminans bonos. Ignis procedens de ore Sanctorum Apoc. 11. sententia condemnationis. In igne Deus legē tradidit; Exod. 20. ut scirent prævaricatores sese igne puniendos. Hic ignis est qui nunquam dicit, sufficit: Prov. 30. ut in cupiditatibus, sic & in pœnis.

1) *Cupiditates accensa.*

Sunt & ignis fatui, atque errantes, ex humidis pinguibusq; locis per exhalationes a sole educti, & antiperistasin inflamati, [1] varia specie, nunc in ima nunc in media aëris regione discurrentes. Ad quos & illi, quos vocant, lanceam seu jaculum, capram saltantē, Draconem volantē &c. à similitudine aliqua sic dictos, reduximus. His certè ignibus hominum diversæ affectiones & cupiditates jure adumbrantur, quid enim lancea seu jaculum, (2) nisi iratum & vindicantem, capra saltans, (3) nisi libidinosum, Draco volans (4) nisi seductorem? universè quid fatui in nocte ignes, (5) nisi hæretici in tenebris oberrantes, aut peccatores infatuati sunt? Sed his aliisque sat notis non lubet immorari.

2) *Iratus vindex.*
3) *Libidinosus.*
4) *Seductor*
5) *Hæretici*

XIV. *NVBES* & vapor humidus, vi caloris rarefactus, elevatusque qui coactus in aëre densatusque, prævalente denique humoris collecti gravitate in aquam pluviam resolvitur. Quæ si cum impetu ruptæ aquam simul præcipitent, *cataractæ cœli* dicuntur. Si rara sit, lucis plerumque ut capax ita eandem solet transmittere. A solis ardore nos protegunt nubes: ut Christus vel S. Spiritus aut etiam Sancti, qui velut mediatores inter Dei iram & nos interpositi, illam à nobis avertunt. (6) In nube humanitatis Christi (7) de Ægypto omnes educti sumus ps. 77. Chrys in ps. 96. & ps. 118. ser. 5. Est & nubes levis super quam Is. 19. ascendit Dominus (8) Deipara Virgo. Ipsa etiam divina gratia, & protectio, tum verò & munificentia ac benignitas per nubē, terram à colore nimio protegentē, & pluvia cœlesti irrigantem intelligitur, (9) ut Orig. in lib. Num. hom. 7. Hier. in Isa. 18. Nubes quoque caliginosa & procellosa iram Dei & tempus judicii. (10) Veniet enim tunc in nubibus filius hominis Dan. 7. Sic nubes media inter Hebræos & Ægyptios Exod. 14. erit Judex malos à bonis

6) *Christus & Sancti mediatores apud Deū.*
7) *Humanitas Christi*
8) *Deipara*
9) *Protectio & benignitas Dei.*
10) *Deus Judex.*

nis separans. Nubes quoque inter posita est caligo & cæcitas, (1) quam homo per peccatum incurrit Ezech. 12. talis sæpe opposita est, ne transeant orationes nostræ ad Deum. Thren. 3. Quin & ipsum peccatum ut nubes deleri dicitur Is. 44. Nubes tamen leves ac lucidæ, sunt homines sancti in corpore mortali. (2) Hi sunt isti, qui ut nubes volant Isa. 60. qui rore concrescunt Prov. 3. Est & nubes sine pluviis, (3) vir jactabundus & elatus promissa non implens Prov. 25. Ut nubes quoque (4) gloria malorum transire dicitur Job. 7. & Judæ v. 12. Ipsa tamen Dei divinitas, quæ posuit, ut nubes latibulum suum psal. 17. per nubem in rebus fidei indicatur, (5) in qua & Moysi apparuit. *Nebulæ* verò eadem penè significata conveniunt.

1) Cæcitas peccatorum.

2) Sancti in corpore.

3) In promissis vanus.

4) Gloria improborum.

5] Divinitas occulta

XVI.

IRIS, sive Arcus diversi color, in nubibus non æqualiter densis rarisve, per incidentes solis radios, varie ob diversam densitatem reflexos, émicans, tribus ferè coloribus, cæruleo, viridi & flavo. (6) Hic cum pluvias denuntiet, à Deo tamen serenitatis venturæ signum, in fœdere *Gen.* 9. exhibetur, Christi Dei nobis misericordiam denuntiantis figura (7) qui sagittas ab hoc arcu sustulit, atque in se eas converti passus est, ipse ex justitiæ rigore satis faciens. (8) In arcu hoc colores duo præcipui cæruleus & igneus, utrumque Dei iudicium olim in aqua, postea igne mundum punientis designat. (9) Rursum aquam & ignem purgantem homines Christianos in baptismo videlicet, ac spiritus S. gratia repræsentat. (10) Quare voluit & Deus in circuitu sedis suæ Apoc. 4. fulgere iridem, quod in misericordia & æquitate sit judicaturus. Nec inconvenienter Beda ad Gen. 9. Arcum Dei in nubibus, ait, esse gloriam ipsius in prophetis & S. Scripturis. [11] Iris autem in capite Angeli Apoc. 10. juxta Glossam Ord. significat nuntium reconciliationis divinæ cum militante Ecclesia.

6) Deus unus & trinus.

7) Deus placatus.

8) Justitia Dei in Christo passo.

9) Deus Iudex & vindex

10) Baptismus Spiritus S.

11) Gloria Dei in S. Scripturis.

CAP. LXXXIII.

IMAGINES AB IISDEM REBUS diversæ deducuntur.

I. *Imagines rei eiusdē variæ.*

OStendimus viam rationemque, à diversis rebus, vel ad eadem, vel diversa significata symbolicè emblematiceque transeundi. Requiretur fotrè, ut ab iisdem etiam rebus, vel ad diversa, vel eadem studiosum lectorem præeamus. Quod licet opere ipso in principio libri factum sit; brevi tamen methodo hic aliud exemplum percurram.

Ut in protasi symbolorum atque emblematum duo sunt, res, & inscripta rebus sententia: ita modò res, modò sententiæ rebus diversis adhiberi poterunt, totamq; imaginis naturam ac vim significandi mutare. e.g. hoc Lemma. *Non omnia possumus omnes*: alibi clavibus, alibi organo, alibi diversi agris, in aëre volucribus cum aquila certantibus, in terra asino ad stivam, aut bovi in hippodromo, &c. neque tamen eandem ubique significationem proximam retinebit: nam in clavibus vim sese insinuandi atq; ad secreta penetrandi: in organo vim persuadendi, placendive: in agris vim proficiendi in virtute, aut opibus: in volucribus vim eminendi in honore ac viribus: in asino vim sese ad quælibet aptandi: in bove pro victoria, aut præmio contendendi significat: Neque enim, ut alibi docuimus, vi solius lemmatis, sed rei etiam cum lemmate conjunctæ, emblema ac symbolum ultimò in certa significandi ratione absolvitur.

II. Quemadmodum lemma idem variis rebus, ita res eadem variis etiam lemmatis circumscribi atque ad alium aliamque repræsentandi vim inflecti poterit. Speculo v. g. inscribere licebit, *omnibus omnia*, quod viris Apostolicis repræsentādis serviet, vel *non adulatur* aut *non fallit*: ut candidi animi virum exprimes. Vel *objecta refert*: ut vel animum amoremque nostrum, vel etiam juventuris indolem exhibeas, vel *Reddit cuiq. suum*: ad æquitatis imaginem proponendam, vel *Turpibus ingra-*

tum:

tum: ut solet conscientia, vel *omnibus idem* ut affectum boni parentis erga liberos æqualem adumbret, vel *Reddit, quod accipit*: ut significetur, bona illa opera, quæ ad Dei honorem facimus, in nostrum redundare, vel *refundit*, scil. acceptos solis radios, ut sancti gratiam à Deo acceptam ad ejus honorem impendunt, ac refundunt, vel *Alter ego*: quia refert imaginem vultus, sic amicus, qui animi nostri imaginem refert. Amor enim facit, aut invenit pares. Vel *Pro cæcis non est*. Uti Evangelium, quod est speculum vitæ Christianæ, pro hæreticis non est. Vel *Et fœda & pulchra revelat*. Talis erit conscientia nostra in extremo præsertim Judicii die. vel *Formæ vitrum est*. ad humanæ formæ fragilitatem indicandã. Vel *Non tot, quin plura*. scilicet, referre possit, Tale speculum & mens nostra in cognoscendo, & animus in appetendo. Ego verò, cum neque tot dederim, de speculo lemmata, quin plura dari possint, alterius quoque ingenio aliquid relinquam.

III. *Ex una simplicia, re, ad rem eandem ducta imagines symbolica.*

Latiori campo symbolographus excurret, si rem eandem aliis atq; aliis adjunctis variatam proponet. Ita aliquando Solem bono Principi adhibuimus. hoc modo.

Solus

Sol in orbe dominatur, in urbe Princeps.

Omnibus idem

Sol terrigenis, subditis bonus Princeps.

Sine labe micat

Sol clarus in cœlo, Princeps bonus in terra.

Orbem illuminat

Sol radiis, virtutibus Princeps.

Omnes fovet unus

Sol calore, favore Princeps.

Tenebris illustrior

Sol noctis exit, adversitatum Princeps.

Nubila vincit

Sol tempestatis, invidiæ Princeps.

Tenebras aufert

Sol orbis, Princeps urbis. (1)

1) *Principi boni qualitates.*

Sol anima mundi est, Princeps populi:

Ad hujus, & illius vultum,

Spirant ac sperant omnia.

Sol in terra aurum radiis benignis educat:
Princeps bonus in animis subditorum alit amorem.
Sol nulli lucem nisi tantùm cæcis subtrahit:
Princeps bonus nulli favorem, nisi abutenti.
Sol quantumvis sublimis, non aversatur humiles:
Princeps bonus, quamvis excelsus, imos non despicit.
Sol indefessus, nec ceteris quidem quiescentibus, quiescit:
Princeps bonus pro dormientibus etiam vigilat.
Sol duram emollit ceram, molle indurat lutum:
Princeps bonus duri pectoris homines ad humanitatem emollit.
Molles in adversis ad patientiam indurat.
Sol ex alienis sordibus nihil labis contrahit:
Princeps bonus ex alienis vitiis nihil mali.
Ille tamen mundi oculus & siderum sidus,
Illud orbis decus & dispensator luminis.

Sol.

Quamvis sine nævo micet, sine noxa prosit,
Non placet omnibus.
Nævo noxaque non caret, etiam dum caret.
Hebetes noctuarum oculi,
Et obtusa Vespertilionum lumina lumen non ferunt.
Quis credat Solem
Qui omnibus diem adfert, his noctem parere?
Leones & aquilæ.
Excelsa amantium decora, forti pectore,
Visuque nil detorto solem hauriunt.
Neque amittunt in die diem.
Sed quid symbolis ludimus?
In sole Principem, aut in Principe solem habes.
Alii hunc vident simul & invident:
Atque ex luce contrahunt tenebras.
Alii inglorii æmulantur gloriam.
Imbelles hic sol oculos plerumque hebetat,
Fortes recreat,
Quod campus absque sole, plebs absque Principe est,
Languet, sterilescit, inutilis est.
Sol noxios consumit humores, affundit utiles.
Princeps vitiorum materiam tollit, virtutum subiicit.

Sol

Sol herbis vigorem, apibus rorem suppeditat.
Vigor subditorum, Principum est favor,
Ros prompta liberalitas est,
Sine Principe tanquam sole Respublicæ
Neque florere cum vere,
Neque fervere cum æstate,
Neque ferre adversa cum hieme,
diu poterunt,
A sole totus dependet annus & orbis,
Temporibus sæpe homines, at soli aptantur tempora.
Reliqua mutantur, sol vultum non mutat.
Beneficia expendit multa, nulla recipit,
Imago Principis
A quo vulgus dependeat necesse est, ne sit sine capite.
Aptandum vulgus Principi, non vulgo Princeps.
Immutatus cetera mutet, semper suus.
Turbata componat nunquam turbatus,
Beneficia gratis expendat etiam ingratis.
Amaro ex mari sol dulces aquas:
Princeps
Amaro ex pectore dulces affectus elicit.
Sol montibus primum affulget maximus:
Princeps magnis primum mentibus,
Huic tamen pro radiis gratia est,
Pro luce decus,
Hic, & ille ad laborem oritur,
Sed tantum vigilantibus.
Sol, & Princeps
Oriuntur, ut occidant:
Occidunt, ut rursum oriantur.
Ille, à cœlo in terram transmittat radios.
Hic, ut à terra in cœlum.
Ita ortus propter occasum, occasus propter ortum est,
Hic orbis rerum in orbe est.

Ex quod una in re ad rem eandem comparationes ductæ tu symbola, si placeat, collige, simulq; observa non contemnenda orationi figurarũ decora adornari.

Ita res quasq; in rerum natura illustriores symbolicâ usurpatione ad mores traducere poteris, & suavitare IV.

orationis, & voluptate legentium singulari. Si Apes v. g. *Reip.* alicui *Monarchicæ* præsertim adumbrandæ adhibere volueris, si *militiæ*, si *studiosæ iuventuti*, si denique, *religiosæ familiæ* aptare placuerit, quot suppetunt argumenta! Paucis ego ac perfunctorie Religiosæ familiæ activam contemplationi vitã sociantem, applico.

¶ Religiosa familia bene instituta.

Sub uno capite moventur, ac quiescunt. (1)
Religiosorum & apum Societas.
Utraque
Et pascit, & pascitur: hæc floribus: illa virtutibus.
Agit simul, & agitur;
Hæc ventorum injuriæ; illa hostium exposita.
Pondus, quo sustinentur, illi lapis; huic Dei amor est.
Mel Apis ex flore & rore; ex pietate colligit Religio.
Utrisque tamen & felle tinctus aculeus est;
Ne irasci improbis nequeant, & offendi malitiæ.
Neque labor, neque ars, neque profectus deest,
Sive Apibus, sive Religionibus.
Illæ Musis consecratæ profanis; hæ sacris.
Illæ per prata sese fructu colligendo explicant;
His pratum latissimum orbis, fructus pietas,
His pratum latissimum orbis, fructus pietas,
Utraque nunquam otiosa, nisi ad necessitatem.
Nunquam occupata, nisi ad utilitatem.
Nullã voluptatẽ neq; Apis, neq; Religiosus sectatur,
Nisi illa in melle sit, aut pietate.
Sine Venere sunt, nisi quam illa ex pratorum deliciis,
Hic & orationis succo colligit.
Non procul, aut Apis, aut Religiosus domo evolat,
Nisi migrandum fuerit,
Comitati, & exeunt, & redeunt,
Etiam, dum solitudinem incolunt, non sunt soli.
Seu domi, seu foris laborandum, arte sit & ordine.
Moventur, & movent; aguntur, & agunt,
Alterius imperio, suã industriã.
Sed nihil asperum,
Cum & Moderatori aculeus desit, & operatio tædium.
Temporibus quietem partiuntur & studium.
Arma, nisi lacessiti, non promunt.
Defensioni, non offensioni, servit aculeus.

Quan-

Quanquam in impudicos ultro etiam fæviant,
Turbas ignorat;
Nisi cum illas ignium, hos arrogantiæ fumus dissipat.
Colliguntur ad æris sonitum.
Apes religiosæ, & Religiosi apes.
Sine prole non sunt, quamvis absque libidine.
Ore utrique concipiunt, & pariunt,
Absque voluptate, etiam cum voluptate.
Illæ rore; hi eloquio fecundi; utrique amore casto.
Conceptus, partus, educatio est
Ex favore aut favo.
Quid ni igitur suavissima?

En quot in uno Apum symbolo, de eadem re, symbola, quanquam libaverim multa, non exhauserim. A rebus naturalibus ad artefacta, non infecunda etiam commentatione, transibis. Navim v. g. expende. Et diversarum hæc rerum imago est, etiam *familiæ religiosæ. Reip. Ecclesiæ.* Nos minus vulgatâ usurpatione hominis imaginem faciamus.

V.
1] *Hominis in mundo conditio.*

Quod navi oceanus, hoc mundus Homini. (1)
Impelluntur & impellunt, exagitantur & exagitant.
Tempestas illic ventorum, hic regnat affectuum.
Illam diversi & fecundi flatus; hunc spes metusque concutiunt.
Neutri quies, nisi in sua inquietudine.
Fluctus hinc navim; illic carnem impetunt.
Nisi quod hic ira dominetur pro Neptuno,
Pro Amphitrite superbia, pro Sirene Voluptas imperet.
Utrobique Venus reperiatur in concha.
In navi navarchus præsidet, in carne humana ratio.
Illi in malacia & procellis, in sereno providendum & nubilo.
Ne, vel in vorticibus subsidat; vel allidatur in scopulis,
Vel in sicco navis hæreat.
Huic pro malacia pax, pro tempestate bellum,
Pro sereno res prosperæ, pro nubilo adversæ,
Pro vortice opes, pro scopulo occasio,
Pro sicco rerum indigentiâ est.

Rationi, pro gubernaculo, intentio est.
Pro acu nautica consilium, pro bolide experientia,
Pro velo voluntas, pro malo generosus animus sufficit.
Pro remigibus executrices sunt potentiæ.
Pro funibus leges.
Animum, tanquã Navis malum, cõtra malum firmant.
Pro anchora spes,
Ancipiti in re ac salute, præstat auxilium.
Nec sua huic Navi deest sentina, malorum omnium concupiscentia,
Quam, cum mare, mundus, implet, exhaurit pœnitẽtia.
Vela ventus secundus promovet, adversus dejicit;
Voluntatem hominis
Divinus amor promovet, humanus dejicit;
Fracto malo in Navi, & animo in Homine,
Nec Navis, nec Homo progreditur.
Nisi quo hunc & illam casus defert.
Navarchus, ut Navim servet, in portũ cursum dirigit
Quem Homo in cœlo, Navarchus in littore occupat,
Uterque infelix etsi aliquando attigerit,

Par in horologio ad hominem applicando discursus poterit formari, in quo rotæ, velut *potentiæ diversæ*, põdere regantur *affectuum*(1) Oppositus rotarum cursus, utrumque *appetitum, rationalem & sensilem, mutuò sibi adversantem*, repræsentet. Libramentum mobile *vitæ in corde, conscientiæq; in animo motum*, signatæ horarũ notæ *vitæ tempora in morte, velut nocte, absolvendæ* denotet. index deniq; in horologio, *quod in homine linguæ*. latentem illic motum hic *sensum mentemq; prodat* Sed nos cum Navi ad portum festinamus, calamo jam animoq; fatigato. Quare ubi Vitis exemplo, in materia quam hactenus minus attingimus, hanc etiam in reliquis imaginibus parari copiam posse ostendermus, jactâ in litore anchorâ, vela submittemus.

VI. *Et una reducta imagines hieographicæ & anigmaticæ.*

Distinctius paulò fusiusq;. Non symbola tantum & emblemata, verùm & hieroglyphica atque ænigmata ex eadem diversa erui possunt, ut in Vite expendendo intelligemus. In hac enim, ut hieroglyphicis inprimis oppor

opportuna reperias, veterũ scripta, & ritus expende, ut

1. Legimus vite olim apud Romanos militem plexũ esse, quæ pœna Romanis impensa civibus minus infamis censebatur, ut Petrus Trinit. de honesta discip. l. 22. c. 2. En *honestæ pœnæ* typum *quo suos Deus filios castigat.* 1 *Pœna.*

2. Vitis centurionibus olim præferri solita, hieroglyphicè *dignitatem* illius, cui præfertur, indicabit. 2 *Dignitas.*

3. Zeuxidis vitis, cum uvis, aptissimè in tabula repræsentatis, avesque veri specie alectas fallentibus; instructæ *deceptionis sub veri specie, signum* erunt. 3 *Fallacia.*

4. Exustæ vites aut suciſæ; ut à Romanis olim Principibus factum meminit Baldus in legibus 12. tab. l. 12. *castigati luxus & intemperantiæ imago* eruut. 4 *Luxus castigatus.*

5. Asinus vites arrodens apud Nauphienses, signum est *rustici negligiq; hominis varii aliquod facinus* ad multorum utilitatem aggrediendis, putandæ enim vitis apud illos principium inde ductum; quòd præmorsas ab asino vites largiori fructu pullulare cernerent. 5 *Labor utilis.*

VII.

6. Vitis salici infrugiferæ sociata, parum (ut ferunt) fructuum proferens, signum est *ex vitiosa societate aliorum, noxam facilè contrahi.* 6 *Societas mala vitanda.*

7. Vitis *Christus*, palmites *Christiani*, ut est Joa. 15. Ego sum vitis vera, vos palmites. Palmes resectus est *reprobus.* ibid. Mittetur foras, sicut palmes & ardescet. Vitis inutilis ad opus, sunt *Doctores mali* Ezech 15. Vitis frondosa, quæ sine fructu est, sunt Doctores quibus *oratio ornata, fructus nullus virentis* Oseæ 10. Vinea est, vel *Ecclesia* ut ps. 89. dicitur, Vineam de Ægypto transtulisti, vel *anima peccatrix* ut Hier. 2. Et Prov. 24. Vineam stulti totam repleverunt urticæ. Uvæ *fructus justitiæ* sunt, ut labruscæ *iniquitatis* Isai. 5. Exspectavi ut faceret uvam, & fecit labruscas, quæ vitis agrestis fructus sunt, Flos vitis, *Ecclesiæ virtutes & gratiæ*, hinc de illa legitur: Quasi vitis fructificavi suavitatẽ odoris, & flores mei *fructus honoris & honestatis.* Hæc ex S. literis, quæ suâ authoritate figuris vim hieroglyphici tribuunt 7 *Christus & Christiani.*

8. Vitis quoque *libertatem in loquendo* designat, tanquam effectum à vino productum. unde Bacchus Græcis Lyæus à solvendo, latinis liber dictus est. 8 *Libertas.*

9. Vi-

9) *Virginitatis hostis*

9. Vitis *hostem virginitatis* denotat. Unde & Luna in signo Virginis existente vitē plantandā esse negant.

10) *Abundantia.*

10. Vitis cum racemis liberorum *copiam sive fertilitatem* denotat; quod nulla planta eâ feracior reperiatur. Apud Pythagoreos tamen hæc palmitum luxuries, *sordes superfluas, & peccata fructus virtutum impedientia* designat. Unde lex illorum, *Diis non esse libandum de vitibus non putatis.*

VIII. *Imagines ænigmaticæ;*

Ænigmata de eadem vite, aut ex antiquorum monumentis colliges, aut tuopte ingenio compones. Fabulantur olim, ænigmatico conceptu, Noë vitis plantatorem illam sanguine mactati capri, porci, & apri, nescio an ovis, intrigasse: ut ostenderent succum vitis, seu vinum in homine, *libidinem, ebrietatem*, ac *ferociam*, aut etiam *ovillam simplicitatem* causare (1) quæ ænigmatica tantum veritas fuit.

1) *Vini potus homini noxius.*

Sic ferè Anacharsis tres in vite uvas reperiri asserebat, primam *voluptatis*, secundam *ebrietatis*; tertiam *molestiæ*. Quæ, ut exprimantur, prima à Cupidine, altera à Sileno, tertia à Furiâ aliqua decerpenda erit, nisi sine his personis hieroglyphicè malis proponere.

Ænigma etiam fuit, quod Pincernæ Pharaonis de vite per somnium oblatum est: cum exurgere vitem cerneret atq; in tres discedere propagines, se verò, maturas ex illa uvas in calicem Pharaonis exprimere, cum *tres* propagines totidem dies, uvarum expressio *Pincernæ à vino ministerium Regi præstandū* designaret. (2

1) *Ministerium Regi præstandum.*

Sed & illa Num. 13. vitis cum palmite in vecte, ex terra Chanaam, à Caleb & Josue deportatio, ænigmatica *Christi in Cruce* exhibendi figura fuit.

Et illa Asinæ ejusque pulli ad vitem alligatio, ut est Gen. 49. juxta Clement. Alex. lib. 1 c. 5. Pædag. est ænigmatica figura *hominum rudium & simplicium ad Christum eius q; prædicationem, pra reliquis huius mundi sapientibus, convertendorum* (3)

3) *Rudes ad Christū conversi*

Vitem quam Astyages de filiæ ventre per somnum vidit subsurgere, atq; totam latè inumbrare Asiam, ænigmatica erat, ad Cyri ex ea nascituri *felicitatem atq; imperium* totius Asiæ figurandum. (4)

4) *Imperiū amplum.*

Illa

Illa denique vinea Evangelica, in qua laborantibus diversis & sua occupatio, & præmium ex Domini arbitrio distribuitur; ænigmatica *Ecclesiæ & Christi fidelium laboris nostri ac mercedis æternæ magna est*[1)] 1) *Gloria cœlestis post laborem.*

Quod si ænigma aliquod à vite tibi lubeat desumere, illudque ex primo fonte proportionatorum haurire velis Vitis naturam & adjuncta, ortum etiã progressumq; fructum ac commoda expende. Ut, quod in montibus ad cæteras fruges inutilibus ipsa proveniat, tenui ligno abjectoque, sed fructu eximio: quòd pastinanda, putanda, liganda, humo nonnunquam defodienda, &c. tum occurrere poterit, quæ fructuũ, seu colligendorũ, seu tractantorum ratio: quæ vis, & præstantia: &c. Hæc qui expenderit, ex plurium, quæ se offerent, vel symbolorum, vel etiam emblematum compositione facilè sententiam aliquam, aut sapiens pronuntiatum figuratè concipiet. E.g. ad religiosæ familiæ statum naturamq; explicandam. In colle vites spineo sepimento undique vallatas propone. In hac vinea, horrida ciliciumque in veste, alii herbas inutiles vellant, alii pastinent. (2) deinde alii seminudi aridos figant palos, vitem alii præputent, alii vinculis adstringant, solis radiis è cœlo affulgentibus. Hoc ænigma ex propositione ductum, hac expositione illucescet. Vitis in colle est *religiosus, alteriori supra reliquos mortales loco & vivendi conditione eminens.* Aridum ille quidem despectumque lignum, sed *fructu & æstimatione virtutis magnum.* Spinosa sæpe à molli sæculatium hominum vita distinctus. Ille *Pœnitentiã præterita peccata*, tanquam malas herbas, *vellit & affectus* parvos, tanquam radices, pastinatione *ad virtutis fructũ subigit.* Palo arido, tanquam *loco sterili, perpetuã castitate sociatur. Vinculis obediẽtiæ adstringitur superfluã opũ*, velut palmitũ. *luxuriæ per paupertatẽ amputatã* Ut verò in montes elatos, sol primum radios eosq; ardentiores, & diuturniores conjicit; *sic in religiosam familiã, ita Deo adstrictam, gratia de cœlo uberior affluit* En ænigma ex sola rerum proportione ductum. IX. *Ænigma per fontes 4. expositũ.* 2) *Religiosorum labores.*

Quod si idem deinde, aut simile, ab oppositione ornare voles, contraria earum aut similium proprietatum X.

expen-

expende, & simul cum oppositis adhibe. Ut aliam juxta in valle vineam propono: quæ nec sepe adversus fures bestiasque satis munita sit, lolio abundet, stipitibus neglecta per terram serpat, palmite luxuriante! Sed fructu destituatur, per silvas tamen arboresque effusa non ingratam ludentibus umbram præbeat. (1) Habebis, opinor, non ineptam *hominum mundanorum imaginem*, cui illam suprà propositam vineam, eâ lege, sociare poteris; ut Amores illic divini laborent: hic profani per otium ludumque vagentur.

1) *Mundanorum negligentia.*

XI. Quod si ex alienatorum fonte ducere ænigma lubeat. Illa quæ ab usu vulgi magis remota sunt consideres. Ut quod vitis cum oliva societur, uti fecit Alciatus; quod in alia arbore ejus palmites plantentur, aut ejus radice planta alia; quod humi tempore hiberno defodiantur: quòd frigore adustæ resecentur, eodem quandoque anno fructum suum daturæ: quod uvas proferant humanam magnitudinem æquantes, ut in Mauritania Sabel. l. 5. En. 1 factum refert: quòd mediâ hieme convivis ante ora vitis, uvarum fertilis, pendeat, ut à Doctore Fausto magicâ arte factum memorant. Religiosis vitis si quid aptum cupias ab alienatione ductum, Vites in valle, atque aliarum arborum umbra, omni curâ educes, pastines, impingues, legantur ab eâdem vite fructus, atque illati torculari mustum spument; sed acerbum potatu, quodque. Amor divinus libatum ore vultuque; aversetur. (3) Ænigmaticum hoc *schema* erit, *religiosorum hominum sese negotijs curisque secularibus admiscentium.* Hi nimirum in umbra aliarum arborum solem divinæ gratiæ non admittunt, luxuriant palmitibus, id est, cultis politicisque verbis & moribus; sed fructus non faciunt, nisi acerbos. Quos denique morte pressos, Deus mensâ suâ gustuque non dignatur: his frustra curam laboremque corrigendis impendas; nisi ab umbra illos, & aliorum societate, à pinguiori valle, ubi ventri & carni servitur, ad sterilem asperumque religiosæ solitudinis collem reduxeris.

3) *Religiosi à seculi curu remoti sint.*

XII. Denique si ab allusionum fonte tibi aquas deprome te visum fuerit. Fortè nō multa hic opportuna tua pro posite

posito reperies. Alibi monuimus, parentem, filio ænigmaticam hanc picturam misisse, *vites, & pocula*. Quibus cùm ille sibi facultatem usumque eorum ad potum liberalem concedi existimaret, intellexit denique mandatum hoc prorsus oppositum. *Vites pocula*. Est tamen in *vite* etiam, quod cum *vitâ* non inamœno lusu comparari possit. Sic & *propago* ambiguâ tibi cum generis, tum vitis significatione serviet. *Vitium* etiam, quod vitium liquore alitur, occasionem ludendi faciet. Verbo: ingenio perspicaci, his præceptis exemplisque ducto, copia nunquam in hac facultate defutura est: tenuioribus etiam mentibus, tantum facilitatis affluet, quantum ad laborem his studiis impensum digno fructu munerandum sufficiet.

XIII. Pro conclusione illud animadvertendum censui, quod hæc imaginum notitia & copia suppeditata, non tantum ad profanam, sed sacram etiam doctrinam locupletandam & illustrandam plurimum valeat, & hæ tanquam gemmæ in ornatu & apparatu sacræ eloquentiæ non emineant solum, verùm etiam in oculos animosque audientium singulari vi influant, altissimeque mentibus insideant, ac velut mnemosynon quoddam reliquantur. Paucis illud ex D. Augustino exemplis jubet probare, ac si institutam materiam absolvere.

Vis c.g. homine, ad patientiam rerum adversarum excitare, id ex D. Augustino in psal. 61, per fornacem aurifabri in qua aurum liquatur, poteris. Sic enim habet, *Nunquid lucet aurum in fornace aurificis? In monili lucebit, in ornamento lucebit; patiatur tamen fornacem, ut purgatum à sordibus veniat ad lucem.* (1)

Eidem altera adhibeti ex eodem inscripto poterit. *Reliquis consumptis permanet aurum.* Nam sic inquit. *In fornace ardet palea, & purgatur aurum: illâ in cineres vertitur, à sordibus illud exuitur. Fornax mundus, palea iniqui. aurũ justi, ignis tribulatio, aurifex Deus.* (2

Formite seu face domus incendatur. Lemma sit. *Perditur ut perdat.* In homines malos, qui alios conantur perdere. Ex D. August. in Psal. 34. *Sic enim esse putate malitiã, quomodo ignẽ: incendere vis aliquid aliud: illud quod admoves priùs ardet: nisi ardeat, non incendit.* (3)

1) *Patientia.*

2) *Perseverantia.*

3) *Exempla malorum.*

Piscis

Piscis escam hamatam avide glutiens. Lem. *Brevis*
XIV. *voluptas, longus dolor.* Ex August. in ps. 57.

Ad præsens Deus habenas laxat, sed post astringet. Noli gaudere ad piscem, qui in esca sua exultat: nondum traxit hamum piscator: nam iam ille habet hamum in fau-
1) *Voluptas brevis.* *cibus, & quod tibi videtur longum, breve est.* [1]

Luna & stellæ in nocte. Lem. *Luci nox addit honorem.* Sic sceleratorum vita, proborum illustrat.

Sicut stellas in cœlo non extinguit nox: sic mentes fi-
2) *Fides constans* *delium inhærentes firmamento scriptura Dei, non vincit iniquitas* (2. August. in ps. 93.

Tuba ductilis jam sub fabri malleo pene absoluta. Lem. *Modulis ita dulcibus aptor.* Sic per tribulationem justus perficitur laudemque Deo concinit.

Ductiles tubæ, æreæ sunt, tundendo producuntur. Si tundendo, ergo vapulando, eritis tubæ ductiles, ad laudem Dei productæ, si cum tribulamini proficiatis, tribulatio tunsio, profectus productio est. Tuba ductilis erat Iob, quando repente percussus, [3] *&c.* D. August. 97. ps.
3) *Tribulatio perficit.* Fluvius in agros exundans, Lem. *Currendo currere cessat.* Sic vivendo vitam absolvimus.

Sicut torrens pluvialibus aquis colligitur, redundat, perstrepit, currit, & currendo decurrit, id est, cursum finit: sic est omnis iste cursus mortalitatis. Nascuntur homines, vivunt, moriuntur, & aliis morientibus alii na-
4) *Vivendo moriuntur.* *scuntur, succedunt, accedunt, decedunt.* (4) D. August. in psal. 109.

Quod ut mihi omnibusque lectoribus meis feliciter ceuat, omnibus votis exopto.

FINIS.

Lada

INDEX MORALI

INDEX MORALIS,

Qui rerum naturalium, tanquam imaginum, significata complectitur.

NOTET LECTOR,

Per numerum primum caput, per alterum marginalem numerum designari. Sed cum per errorem in Cap. LVIII. bis numerus marginalis repetatur semel à pag. 680. & iterum à pag 698. primum notavimus signo *a.* alterum signo *b.*

A.

ABjectio muliebris c. 15. n. 6.

Abjectus animo c. 71. n. 6.

Abstemius c. 73. n. 60. c. 74. n. 25. n 44.

Absterritus c. 38. n. 33. *a.*

Abstinentia c. 32. n 7. c. 41. n 2. c. 60. n. 9. c. 69. n. 6. n. 16. c 71. nu. 3. c. 79 nu. 15. c. 72. nu. 22. c. 80. n 56. in cibo & potu n. 2. Dæmones fuga ibid. gulosis pro remedio est ib. utilis, c. 72 n 11 nu. 18. n 28 roborat c. 70. nu. 10. vocem purgat, ca. 73 nu. 25. vitam & charitatē Dei fovet c. 79. n. 15.

Absolutio, c. 78. n. 40.

Absurda ex uno plura, c. 76. n. 20.

Abundantia c. 32 nu. 7. c. 77. n. 23. n. 63. c. 83. n. 7. malitiæ fons c. 24. nu. 29 salubris c. 69. nu. 25.

Acies militaris c. 78. n 30.

Actorum recognitio & emendatio c. 40. n. 70.

Adam lapsus c. 64. nu. 5 per Christum erectus c. 23. n 2.

Adolescens generosa sectatur, c. 17 nu. 4. formosus c. 82. nu. 19. frugi c. 80. nu. 46. in virtute aut scientia radicatus ib.

Adolescentia c. 80. n. 2.

Adversarius excitat virtutem c. 80 n. 15. sine adversario nemo vivit c. 26. n. 20.

Adversa pati fortiter c. 73. n 75 c. 42 n. 20. n 62. n. 93. superare n. 34. n. 59 & n 102. vincere gloriosum

sum nu. 43, adversis obniti nu. 35 & 41. c. 74, nu. 3. inter adversa vigere ib. & nu. 55. prosperis præferenda c. 50, nu. 17. adversa cedendo aut durando vincere c. 42, nu. 101, extollunt nu. 3. erigunt c. 49 nu. 8, & 15, amorem accendunt c. 50, nu. 13, excitant c. 76, nu. 6, virtutem juvant c. 51, nu. 3, c. 55, nu. 8 purgant ib id. prosunt nu. 4, c. 55 nu. 15, c. 80, n 1, c. 68, nu. 8 à mundo avocant c. 55, nu, 10. meritum augent num. 15. oculos multis aperiunt c. 80, num. 1. roborant c. 68, nu. 4, ferendo mitiganda n. 19 docent nu. 21, prosperis jungenda c. 77, nu. 54, adversis proficere, secundis deficere c. 75. nu. 15. c. 42 n. 50, n. 95, c. 50. n. 16, defendi c. 50 n. 14, non frangi c. 42, n. 102. fortis illustratur ibid. cedere vinci est c. 51, nu 13, in adversis constans c. 77, nu. 53, c. 1, n. 8. c. 49, nu. 8, Deo adhærerere nu. 13, felix c. 73, nu. 34 acquiescere c. 42, nu. 89. lætari c. 55, nu. 15, latere c. 75, n. 17, & c. 75 nu. 17, elucescere, c. 76, n. 17, Deo nitendum c 79, n. 20, virtus probatur c. 79, n. 13

Adversitas c. 58, n. 22, *b* superabilis c. 42, n 4, insperata n. 99, ferendo fit lenior c. 75, n. 17, felix c. 64, n. 6, servat c. 80, n. 54, illustrat c. 81, num. 7, prodest n. 14, adversitatis fugiens, c. 69, n. 36, impatiens, c. 74, nu. 26. tolerantia c. 73 nu. 45. c 80. nu. 32, & 42, adversitate proficere, c. 29, nu. 40, c. 81. n. 13. n. 20.

Adulari c. 78. n. 45.

Adulatione captus c. 58, n. 37. *b*

Adulatio c. 78, nu. 45, impudens c. 56, n. 3, noxia c 77, n. 32

Adulator, c 5, nu 6, c. 10. n. 7. c 40, nu. 3. c. 58, n. 34, *b* c. 72, n. 17. c 73, n. 35, c. 77, n. 31, c. 80, n. 34, politicus c. 69, n. 36, Aulicus c. 50, nu. 8 in scelere, c. 51. nu. 11. tollendus à Principe c 42, nu. 3, à Rege plectendus c. 71, nu 4, inconstans nu 9, nu. 11, noxius c 70, nu. 16, non syncerus c. 75, num. 7, fictus c. 79 nu. 10. Adulatoris laus, c. 75. n. 17 cibi, c. 78. nu. 60, adulatori non credendum c. 60, n 21.

Adulter c. 64, n. 5, c. 71, n. 1, c. 73 n. 42, adulteræ vir ib. adulterium punitū c. 73, n. 29, & 30, c 70, n. 7.

Ædificare in aere c. 79, nu. 34 ædificans, c. 58, n. 42, *a* ædificatio utilis c, 76, n. 1

Ædituus c. 58, n. 13, *a*

Ægritudinis fuga c. 73, n. 3, æger spe prædæ invisitur c. 26, n. 25

Ægyptus c. 58, n. 9. victa *a* ca. 30, n 25, c. 75, nu. 11, ægypti Rex c. 77, n. 26

Æmulus c. 40, nu. 66. æmuli dispares c, 68, n. 11

Ænigma c. 24, n. 30

Æqualitas c. 58, n. 15

Æquus c. 58, n. 42, *a*.

Æquitas aperitur c. 42, n. 66

Æquinoctium c. 58. n. 7. *b*

Æquinoctia & solstitia duo c. 22, n. 16

Aer c. 73, nu. 5, terræ vicinus c. 22, num. 13, plus igne ad rerum generationem confert c. 23, nu. 4. aliis partibus corrumpitur: aliis instauratur c. 24, nu. 3, variè mutatur

tatur & mutat affectus ibid. non est uni loco includendus ibidem calefactus ignem procreat ib. igni connexus infra aquæ & terræ miscetur & deprimitur nu. 4. nubilis humidus in nubes & aquam vertitur, unde fulmina ib. bonus mites creat herbas num. 34 inter aquam & terram pressus c. 77. nu. 49.

Aeris summa regio n. 3. ex aëris temperie rerum copia ibid. aeriæ naturæ homines bello apti ib.

Æstimatio justa sui c. 70. n. 13.

Æstimatione sua magnus sæpe in minimis est c. 25. n. 7.

Æstas c. 38, n. 9. c. 58, n. 26, *b* c. 77. num. 30.

Æstivum tempus c. 23. n. 1

Æstus solaris c. 23, n. 33

Ætas matura c. 70. nu. 8. mutat judicium c. 71. num. 20. innocens c. 80. ætates hominis tres velut formæ c. 76, n. 15, ætatis primæ cœcitas c. 69, n. 21.

Æternitas c. 38. n. 15. *b*. c. 77. nu. 2. nu. 14. c. 32. nu. 6. c. 79, num. 30. num. 28

Æternitate dignus c. 23. nu. 32.

Æternitati laborare c. 78, n. 7.

Ævum c. 58. n. 1. *a*.

Affectatio ingrata c. 78, n. 67.

Affectio animi vi vel sapientia frangitur c. 23. n. 20.

Affectus c. 78. n. 45. ætate formantur c. 68, n. 26

Affectus animi stringendi c. 78. num. 69.

Affectus naturales c. 73. nu. 65. terreni c. 81. n. 19, c. 67. nu. 10

Affectus diversi n 57. c. 78, nu. 45, affectuum moderatio nu. 58 incitatio c. 77, nu. 56, suppressio c. 82, nu. 4. affectus & vox moderata c. 77, n. 32.

Afflictus spe sustinetur c. 42. nu. 47, nu. 97, Afflictio corporis c 79, nu. 5, afflictione proficimus c. 42, n. 104.

Agitando agitamur c. 50. n. 17

Agnitio suorum c. 69. n. 20.

Aggredi c. 58, n. 40, *b* caute c. 73. n. 19, circumspecte c. 73, n. 58

Agricola c. 24, n. 2. tardus c. 40, n. 3, Deo devotus c. 73, nu 6.

Agricultura c. 30, n. 3, nu. 11, c. 77, n. 7, Ejus fructus n. 33.

Agrorum vastitas c. 8, n. 5

Alacritas c. 58, n. 28, *b*

Aliena & se majora aggrediens propriis excidit c. 25. nu. 13, c 26, n. 39, & num. 41, non crede illi tua, qui sua perdit c. 40, n. 29

Alimenta à Deo c. 10. n. 14

Alpheus fluvius subterraneus c. 13, n. 30

Afflictio utilis c. 64, num. 9 *Vide adversitas.*

Amara dulcibus mixta c. 14. n. 15, prosunt ca. 73, nu. 33, dulcia post amara c. 72. n. 25

Amans amati aspectu vivit c. 42, nu. 98. amans quasi amens c. 23, n. 7, cœcus n. 28, sui c. 75, n. 12 amanti nil grave c. 51. nu. 3. nil amarum n. 4, omnia pulchra c. 70 n. 18. amantium rixæ, c. 77. nu. 11. amare cum jactura opum c. 42. nu. 97. amare noxia n. 109

Ambidexter c.69.num.24.
Ambigua c.72.num. 9. nu. 75
ambiguus, c.73. nu. 79.c.81.n.18
mente,n.23.
Ambire ardua,c.73.n.17.b.
Ambitio,c 58.nu. 16.c. 78.nu.
41,c.79,n.36,c.67,nu.3,n.5,n.19
c.80,nu.20, multos præcipitat,c.
12,num.9,stulta c.73,n.17,tollit
ut obruat c. 26,nu. 24. semper
crescit c.78,n. 46, ejus fuga c.60
nu.9,perdit c.67,n.19,ambitio &
superbia c.14,n.31,superatu difficilis c. 23,n.21.
Amens c.58,n.15,a
Amicum habere c.60,num. 18
amicus usque ad aras c.23,nu.22
c.69,nu. 25, non deserendus qui
aliquando offendit c.26, nu.19
humilis non negligendus ca. 60
n.20,fidus c.73,nu.32,n.4,minus
offendit c.69,nu. 34, amicis fidus
n.35,ollaris c.26, n. 30,c.40,nu.5
c. 68,nu.5, amici defensio contra
hostes c.5,n.5.
Amicitia ex utilitate c.55,nu.8
indissolubilis c.23,nu.22,colenda
cum bonis c.60,nu. 11. disparium
c.71,n.3,simulata c.73, n. 27, non
fucata c.80,n 61.
Amissa recipere c. 24.num.21
magis æstimantur c.42,n. 85.
Amor c.32.n.13,c.58,n.22.b.c.
77,n.6,c.79,n.22,n.23,n.34,c.74
n.14,c 77,n.50, n. 58,c. 74,n.13,
c.79,num.23.Amor Dei c. 10, n.
33,c.22,nu.6,c.79,n.41 sursum c.
49,n.13,n.58,c.77,n.4.n. 53,c.80
n.47.n.53,erga creaturas,& creaturarum erga Deum c.23, nu.7,
creaturarū amor c.74.n.26. divinus superbiam opprimit c.22.nu.
13. mundi amorem oppugnat c.
23.nu 7.& c.24.nu.14 premit &
humanum c.51.n. 5. penetrat n.
terreno jungendus c.42.n.87. ce-
dit terrenus divino nu. 86. cœle-
sti debet esse minor cap.30. nu.2
mundi amorem excludit c.31.n.
amor in Dominum c. 5. nu. 4.
70.nu. 12. amor fidesque anima
debita c.14.n.14.
Amor sui noxius ca. 23. nu.
c.55,n.1.c.72.n.19. c.78.nu.31.
80.nu.43.n.61.n.63.Amor mun
dica.10.nu. 13. nobis insitus c.4
n.58.decipit c.51.n 7.
Amor mutuus c.58 n 17.b nesc
moras c.42.n.108. sit inter par
c.11.n.13.omnia vincit c.22 n.
c.23.nu.11,ca.29.nu.12. naturæ
conservat ibid. ex abundantia
inopia nascitur c.23.nu. 7.rece
fervet maximè ib. rebus blan
nutritur nu.8. apertus & profu
sus ib.non videt pericula ibid.b
manus,levis & celer ib. consta
ibid.omnia aperit nu. 9.omniu
officia & personas suscipit ib
omnem habitum & affectum
duit ibid. ferocissimos subigit
Deum inflectit ibidem fortu
conciliatur numero 10. fortitu
ne eloquentiæ junctâ,ib. pulch
tudine & Musicâ c.24. n. 14 f
mâ,eloquio & lepiditate n. 15.
rit occulta c.79,n. 23. fœcun
ib.industrius c.72.num.25.va
deserendus nu 18 ejus remedi
pulvis funebris c.71. num.15.
cel

ebræ c.77.nu.58, vetus in omni fortuna inter absentes etiam constat c.23.nu.11. crescit c. 42. n. 115 adversa fert. & dissipat c. 50.nu.5 semper viget c.24.nu.15. augetur absentia c. 51,nu. 2,acerba vincit n.8. pericula spernit c.69.n.4,la borem minuit nu.9,fallax c,40.n. 4.impellit c.41.n.8, cum fortuna instabilis c,23.n.10. vehementissimus, præsentes ardore, absentes desiderio vulnerat nu.8, ingeniosus c.78.nu. 60, perpetuus c. 77,nu,5.constans c,73.nu. 49. delusus ibid.omnia penetrat nu.69. amor ira inflammatus metuendus c,24.n.16.

Amor impurus c.79.nu.19.n. 36.nocet c.47,n.3. ex æstu carnis nu.7.conscientiam vulnerat nu.8 c.23.chimæra est,n. 26. tormentū est n.35. in amore dolor c. 50.n.11 vehemens & ferox à luxuria ferè orditur, contentione finitur c.63, n.6.consumit c.68,n.14.ejus principiis resistendum n.24, neglectu facilius vincitur ib. amor utriusq; sexus c.24.nu.16.amor loci naturalis c.73.n.32.amor conjūgalis c.3 n.3.c.42.n.92.c.58.n.36.*b* c.73.n. 6.n.32.c.73.n.77. amor posteritatis c.71.nu. 22. amoris affectio c.80.nu. 18,amore pasci c. 42.nu. 28.capi & perire c.74. nu.36.sociari c.77.n.31. excœcari c.78 nu. 56.perdere c.78.nu. 26. amore illicito abstinere c.23.n.19.

Amuletum c.58.n.9.*a*.
Anceps res c.58.n.29.*b*.
Androgyni c.58.n.6.*a*.

Angelus bonus c.24.n.24. Angelus bonus vel malus c. 23.nu.5 Angeli supremi c.22.nu.38.c.82 nu.5.hominibus familiares c.23 nu.5.Angeli custodes c. 82.nu.6 Angi animo c.12.n.4.

Anima c.58.n.3.n.11.n.19.*a*.n.21. *b*.c.82.n.3. in corpore c.78. nu.37 corpori adfixa c.73.nu.75. à Deo condita c.22.nu.29. devota c.73 num.34.anima in corpore supra corpus c.68.nu.4, bona morientium ad cœlum transit c. 14.n.9 cœlestis origine est c.22.n.38.rationalis tres potentiæ ad vitia superanda ducunt c.23.num.24.adversis non frangitur c. 24.nu.7. ad cœlum elata c.40.n.16. animæ & corporis dissidium c.11,n.25.in hoc abdita c.62.n.12.

Animosus c.73.nu.24,c.81.n. 6.c.73.n.2.n.77.n.19. c.80.nu.44

Animus c,58,n. 8.*a* c.73.n.5.c 77.nu.57.excelsus c.30. nu. 18.in corpore niger c.42.nu. 43.corpore major c.11,nu.13.supra vires c. 42,nu.85,magnus semper meliorum apperens nu. 99. generosus non segnescit nu.102. infractus c. 46.nu.4.aversus à mundo ad Deū c.51.nu.6,animi fortitudo c.80.n. 30.& 32.candor c.81.num.14.

Annona c.76.n.2

Annonæ cura nu.18.conservatio nu.2.caritas c.12.n.3.copia ib. c.30.nu.24.c.9.n.8.provisio.c.70 n.16.c.21.n.17.

Annus c.22.n.40. nu. 42.c.77 nu.57.nu.14.n.16.c.58. nu.1. nu.5. vertens n.2.*a*.duodecim mensium

est c.22,n.35. dies 365. complectitur ibid. ex vere in æstatem ex hac in hyemem versus c. 23. num.4, Ejus duodecim menses c. 22, nu. 33. c.79, nu.20, frugifer ca. 62. nu. 12. quatuor partes c.18. nu.3 c.22 nu.31, nu.34. principium & finis c.22.n.34. annorum numerus c.58 n.12.b. Anni ab annis interimuntur c.24,n.31, Anni, menses, dies redeunt in orbem c.22,n.1. Dies omnes occidunt c.62,n.10

Antichristus c.72, nu. 2. ex homine c.75.n.5. reges lubiget n. 13.

Animotum c.69.n.24. c. 78.n.4.n.28.c.73,n.33.n.36.

antidoto munuli c.42.n.89

Antiqua probantur c. 78,n.61.

Antiquitas c.78.n.2

Antistites improbi sacris abutentes c.57.n.3

Apertum c.18.n.10

Apostoli c.10.nu.11.c.58. num. 33.b c.78.n.24.n.59.c.71. nu.4.c. 69,num.13,c.73.n.34.c.82. nu.7. duodecim c.13 num.31.c.62.n.9. Martyres c.58.n.8.b.cum Christo se aliis impenderunt c. 52. nu.6. Duodecim Apostoli orbis Christiani columnæ c.66.n.5

Apparatus frugalis c.22.nu.8.

Appetens multa excidit multis c.26.n.36

Appetitus aversio c.5.nu.3.appetitus intellectualis & sensibilis est c.22.n.34.c.24. nu. 30. rei cupitæ imagine delectatur c.23. nu.15.de nobis in morte judicans n.35. appetitus triplex, rationalis, irascibilis, & concupiscens c.59 num 3.rationalis c.75.nu.6 bestialis ib. appetitui bestiali obsequens c.22,n.40

Applausus c.74,n.13

Apprehensio noxia c.73.n.36

Aptari cuivis c.68,n.18

Aqua ad quinque corporum compositionem concurrit.c.22.n. 7. Aquæ potus salubris n.8

Aquilæ senecta c.73.nu.17.

Aquilonares, candidi pectoris c.79.n.7

Arbitrium liberum c.25.n.6

Arcanum c.77.num. 5. Arcana non fidenda c.60,nu. 7, tegenda c. 74,n.34, Arcanorum revelatio c. 11.n.2,c.73,n.24. communicatio nu.33

Ardua sensim absolvenda c. 42,n.80,subeunda c. 71,n.5, in arduis Dei voluntas explorandæ & sequenda c.11,n. 6, facilius consilium damus,quam exequimur c. 26,n.23

Argumentatio c.3,n.2

Aristocratia c.66,n.18

Aristoteles c.59,n.11

Arma c.76,n.9,c.76,n.9,excidio c.9, nu. 26, non temerè inter hostes deponenda c.26.n.7,omissa 76.nu.9.c.76,n.9, lædenti subtrahenda c.15,n.11,noxia c.59,n.15,c. 71,n.14,occulta ib.c.79,n.24,prompta n.12,inutilia c.74,n.24,innoxia.n.40,metuenda n.45,manu requiunt ib.hosti erepta n.44,animos faciunt n.28. in promptu c. 75,nu.1. deponere & sumere opportunè ib. stultorum c. 72, n. 12. abiicere c.76,n.23, Armis occultis petere c. 73, nu.19, opprimi ca. 42,nu.29, defendi n.16,in armis

decus & tutela c.42.n. 95. sapientia regendi c.77. n.18. armorum præparatio c 72.nu.4. armatura sufficiens c.69.nu.7. duplex c.74. nu.45.fortis c.80.n.40.armatus c. 72.n.4.providè c.70.n.23

Arrogans c.74.n.33. c.80.n.23 ejus fœlicitas brevis c.60.nu. 19. mors c.67.n.20.

Arrogantia c.29, num. 11.c.69. n.10.c.77.n.43.n mia inflatos rũpit c.69.n.2.inflexa c.78.n 17.

Ars liberalis tara c.5. nu.8.illiberali potior c.22.n.7.& 31. fovet alias artes nu. 12. Mercurius inventor n 22.non fallit, nec deserit hominem c.22.nu. 23.optimè alit suos cultores c.26. nu. 28.à Deo & ratione est c.24. nu. 12. Martem juvat c.30.nu 17.omnia format c.69.nu.11. excellit natura n.26.Juvat nu.31. ars deluditur arte nu.31.c.70.nu.16.ejus docilitas n 7.præstantia c. 68. nu. 20. artem juvat ingenium c.69.n.11. arte vis pressa c.75. nu, 9.capta c. 78.n.54.victa nu.56.jvis delusa c. 42.nu.69.ca.74. nu.11. arte potius quàm fortuna nitimur c.24. num.22. per artes cum igne repertas homines sibi noxii c.22. nu.39. Artes venerari c.78. nu.5. artium & scientiarum imagines vide ca.9. Artium aliquot illiberalium imagines vide ib. studium liberaliũ attiũ c.73.n.60.c.77.n 2.

Ars silandi & texendi c.76.n.12.

Artifex tarus c.76.n.24

Arx à Deo nulla tuta c.10. nu. 14. arces nobilium facilius expugnantur c.73.n.31.

Aspectus c.58,num.5. 4 noxius c.72,n.2 turpis c.89,n.72.

Asperitas utilis c.74,n.38

Assentati c.40,n.19

Astrologus c.23,n.1.n.11.n.23 c.58,n.13.4.n.38.a.c.71,n.23

Astrologia c.23,n.15

Astutia c.72,n.29, fallendi c. 73,n.64,simpliciũ c.69,n.8,Astutos cadere & perdere c.42,n.30. Astutus c 69 p 30, Asturus fortem vincit c.72,n.19, astutum fallere difficile c.78,n 7

Atheus c.23 n.1 atheus & Epicureus c.40,n 28

Attentio c.73,n.12.c.80 n.28

Attentus in omni opere ca 11. n.22

Attonitus c.69.n.24

Attocitas c.78.n.29

Avarus c.55 n 11.n,15.c.60.n.11 c.76.n 23.c.71,n.10.c.73 n.26.n. 38.sibi suisque inutilis c.57.nu.4. semper eget c.50.n,10.c.68. n.20. plerumque prodigos fortitur hæredes c.24. n.26. licet abunder, eget,c 23.n.36.aliena petens sua non raro amittit c.40. n. 4. inops c. 23. num.29. thesaurum defodiens ca.76.nu.22 avari cœcitas c. 26.n.15 ca.73.nu.15.ca. 77. nu. 46.attentio ib.c.77 n 46. ejus cupes nullæ c.68 n 4 b

Avaritia c.58.n.31 b.c. 77.n.50 avaritia & libido expleri inequeũt c.56 n.5.domita c 23,n.10. solers & audax c.76 n.19. delusa c.63. nu.4.bona perdit c 80, nu. 38 repressa c.81.n.5.avaritiæ obniti ca. 77.n 64.

Auceps c.75.n.7.n.2,nu.12.c.71. n.21.

Auctoratus c.78.n.69.

Audacia c.42.n.9.c.71. nu.2. nu.12.c.72 nu.19.c.73.n.72,c.69. nu.20. cum successu c.42.nu.74. viribus major c.40,nu.15.c.78.n. 62. victrix ca.77.num.22.dat vires c.69.num.31.juvat ingenium ibid.ad pugnandum c.70.num 23 salubris c.72.nu.24. Juvat c.73. num.52.

Audax in fugaces & contra c. 75.nu.10.Audendum, ut possis c. 49.num.12.

Audiens c.58.nu.11.nu. 31.audiendi promptus c.69.num.32

Auditor contemptus c.73.n.21

Auditus c.58.n.14. sacer c. 69. num.5.

Aversio c.58.n. 22. a naturalis c.69.num.9.

Augurii contemptus c. 9.n.30. augurium significatio nu.9.augurari de futuris n.16.

Aula regia c.76.n.4.

Aula magna sumptus magni c.52.nu. 5. potentium vitanda c. 26.nu 5. Aulæ servitus, onus leve c.67.nu.3 opprimit n.4. lauta vix cauta nu.7. non patet cuivis ibid. non emendat nu.8.dolosa num.9 fœda tegit num.11.causa boni & mali ibi.stultis nocet n.12, spe fallit,vana est n.13. periculosa & inquieta nu.15.excœcat n. 12.nu.16. premit num.19. exaltat cum alterius depressione nu.4.n.19. Principum favorem requirit n.4.

Aulæ Regum sis vicinus, non præsens c.50.n.8.

Aulæ casus c.56.n.4. c.67.nu. 7.nu.4.sors dubia n.5.n. 21.vitia aulæ magna nu.8. honor res anceps enecat ibid.species fallit n.11. nu.21.decus aulæ clades subditorum est ib.vita aulica c.40.n.22.

Aulam fugit virtus c.67.n.11

Aulicus c.32.n.19.c.51.nu.7.inconstans c.74.n.28.11

Aulici amant laudem ca. 67 nu.5.n.5.multi quam virtute magis spectabiles ib. minus prudentes magis elati. Subsunt ut præsint, principis sui exemplo formantur,donis capiuntur nu.6.inexplebiles nu.7.15. favorem Regis exspectant nu.8.arrogantes n. 10. plaudunt dominis n.11. victitant alieno, spe lucri ad infima se submittunt nu.12.politici nu.13, dura perferunt ibid.à morte spreti nu.14. facilè evanescunt n.16. variabiles damnandi sæpè alios damnant nu. 17. multi simulant virtutem n.18.superbi n.19.ad regis ingenium flectuntur c.81.nu. 24.Dona amant c.67.n.13

Aulicorum vita minus tuta quam privata c.67.n. 10. fortuna vitrea est n.12.mors grata n.17.

Aurora labori favet c.77.n.47.

Aurum agris colendis impenditur c.23.n.2. auri vis magna c. 14 n.13.auri fulgore capi c.74.nu. 35.Auro conciliatur amor c.22.n. 6.animus rapitur c.81.n.9.

Auspicandum cum Diis c.30. n.8.n.23.

Auspicatum c.58.n.16. b c.73. num.4.n.80.

Autumnus c. 22. n. 18. c. 38. n. 9. Autumni initium & hyemis c. 24. n. 20.

Auxilium c. 58. n. 31. b. c. 73. n. 47. n. 50. c. 80. n. 29 in adversis c. 24. n. 35. insperatum c. 23 n. 21. c. 74. n 14. mutuum c. 30. n. 9. c. 40. n. 21. c. 52. n. 4. c. 68 n. 3. c. 71. n. 16. n 8 c. 73. n. 40. n. 43. c. 78. n. 1. c. 69. n. 31. n. 34. c. 79. n. 10. c. 70. n 9. facile c. 80. n. 41. noxium c. 73 n 66. improbi n. 4. & 6. ab iusiurmiore 72.

B.

BAcchus vini & ficuum repertor c. 22. n. 18. per Bacchum Noë indicatur n. 19.

Baccho & Venere cor induratur ad bonum c. 19. n 9.

Bajulus c. 71 n 16.

Baptismus c. 42. n. 57. c. 12. n. 18. c. 52 nu. 16. confert puritatem & gratiam c. 8. n. 1. nulli ad interitum c. 10. n 9. mundat c. 23. nu. 30. Dæmonem premit cap. 65. n. 16

Barba viros decet c 11. n. 15.

D. Bartholomæus c. 52. n. 6.

Beatorum amor c. 81. n. 7. gloria n. 8 c. 82.

Bellica sapientia c. 77. n. 41.

Bellica virtus honorata c. 14. num 2.

Bellum c. 1. n. 3. c. 8. n. 5. c. 12. n. 6. c. 22. n. 35. c. 78. n. 52. n. 58. c. 77 n. 6. c. 79. n. 34. c. 82. nu 7.

Bellum, fames, mors c. 70. num. 15.

Bellum indictum c. 58. n. 19. b. exitiale c. 8. n. 5. transmarinum ibid. infelix c. 9. n 5. & n. 7. felix n. 8. à Deo c. 10. num. 14. imparium c. 11. num. 13. inter Pontifices & Reges Christian. n. 24 laboriosum, inspectati eventus n. 26. ex regnorum & opum cupiditate c. 22 n. 15. defensivum c. 30 n. 13. inauspicatum c 31. n. 6. paratum pacis similitudine c. 33. n. 15. instans c. 78. n. 17. geritur prudentiâ & celeritate n. 46. rei rusticæ exitiale c. 79. n. 13. aliis utile, aliis noxium nu. 34. tardè auspicandum c. 50 n 17.

Belli & cladis Deus autor c. 8. num. 6. prosper eventus c 9. n. 5. mors imminens n 7 exitium nu. 12. translati fortuna n 25. omina n 29. Princeps belli custodiendus c 30. n. 17. alea dubia c. 35. n. 18. fortuna anceps c. 73. n. 13. initium c. 77. n. 40. æstus dubius num. 25.

Bello idoneus c. 58. n. 32. b. ex bello quies c. 41. n. 106. Ex bello pax nata c. 11. n. 7. bello castigata scelera c. 11. n. 24. non tollenda Agricultura c. 30. n. 23. litem decernere c. 42. n. 17. subditi gravanturn. 68. Bello paceque clarus n 98. bello quæsitus honor n. 71. c. 33. n. 17. in bello neutrius partis utrique ingratus cap. 26. nu. 4. Venus & ferocia dominantur c 78. nu. 47. mortuus c. 77. n. 19. laborandum num. 35. ad bellum vel pacem promptus c. 31. n. 6. c. 30. nu. 25. c. 42. n. 8. n. 87.

Bella intestina per hostes externos

ternos impediuntur c.50. num.3.
bella periculosa c.73. nu.12. bella Germaniæ c.11.n.28. septentrionalia ib. bellator c.77. nu.20. animosus c.78.nu.19. inexspectatus c.69.n.9.

Bellicosus c.12.nu.14.c.31.nu.9.ca.23.nu.5.nu.14.c.42.n.68. nu.76.n.108.n.110.c.77.nu. 35.nu.50. c.79.n.13.n.18.c.82.n.9

Benefacere c.77. nu.44. in retenui c.80.n.26. auferendo c. 73. n.11. sine jactura c.74.n.2

Beneficus c.31.nu.8. in malefactorem c.42.n.78.

Beneficium mutuũ c. 11. nu. 2. gratũ c.15.n.1. conciliat c.75. nu.4. beneficii dator obliviſci. acceptor refundere debet c.24. nu. 19. beneficium unius alterius quandoque offensio est c.80.nu.26. beneficiorum memoria c.79. nu.9. c.73.nu.61.c.78 nu.26. à Deo acceptorum memoria c.23. nu. 24. vis c.71.nu. 3. beneficiis fideles obligandi c.42.nu.84. beneficiis præoccupare c.80.nu. 35. benefactorem tueri c.71.nu.3

Benedictio parentum vel sacerdotum c.80.n.28.

Benevolentia c.32.n.17

Benignus aliis, non sibi c.60. num.9

Bibacitas c.3.n.3

Blandus suis, ferox alienis c. 58. num.12.b

Blanditiæ perdunt c.58. n. 31.a

Bojorum fortitudo c.28.nu.5

Bonus inter malos c.52. num.7

Bonum sui diffusivum c.26. n.18. sublatum æstimatur c. 51.nu. 6. propositum c.80.n.7. exitiale c. 71.nu.20. bonum in una persona triplex ca.22.nu. 21. boni custodia ca.30. nu. 15. bono opprimitur malum c.22 nu. 2. bono insistendum ca.60. nu. 15. Ad bonum & malum indifferens c. 80. nu.45. perseverantia in bono ca. 80.nu.29. bona improbis mala c.51. nu.1. à malis secernere ca. 31. n. 10. ut bona opereris a vitiis purgandus es ca. 76. num. 15. bonorum exemplum c. 80. n.40. c.81.nu.13. bonorum divisio æqua ca.76.num.5. incrementum à Deo 42.num.42. Bonis non abutendum c.68.n.27

Brutalis homo c.11.n.23.

C.

Cædes c.9.nu.8. ca. 15. num.7 c.58. nu. 23. ex legitimo imperio æqua c.22. nu. 22. cædes humana c 1. nu. 5. à Deo multis imminens c.8.nu.5.c. 9. num.17. militum n.2.n.4. navalis n.20

Cælebs c.73.n.35

Cæsar c.73.n.11

Calamitas c.9.nu.12. futura nu. 1. hostilis n.8

Calamitatis extremæ imago c. 15.num.5

Calida frigidis temperanda c. 22.n.17

Calix Eucharisticus c. 78.n.10 fatalis n.12

Calliditas delusa c.49.n.6

Calor & humor duo principia

pia rerum conservantium c. 22. num 30

Calumnia c. 60. n. 16. c. 71. nu. 20. calumnia non maculat virtutem c. 23. nu. 18. ex calumnia honor c. 52. n. 8

Calumniator c. 69. nu. 4. c. 75. nu. 14. ca. 69. nu 29. nu. 38. ca. 68. num. 5. punitus ca 72. nu. 14. malè calumniis refutatur c. 40. nu 24 Dæmoni servit ca. 23, nu. 5. dum lædit læditur c. 68. nu. 7, repressus nu. 10

Calumniatorum libri & sermones c. 74. n. 37. ca 73. nu. 32. animi n. 43. c. 79 n. 14. c. 58. n. 37. b

Canonicorum mors & luctus aliorum gaudium c. 74. nu. 6.

Cantica facia c. 78. n. 52

Caput hominis sapientiarum & scientiarum sedes c. 24. nu. 9

Caput infirmum c 72 nu 22 sine cerebro c. 73. nn. 23. homo capitis obdurati c 73. nu. 70. capiti providendum c. 69. n. 7

Captivitas c. 67. n. 50. c. 78. n. 15.

Captivus c. 71. nu 23. c. 31. nu. 10. c. 78. nu. 15. captivus elabens c. 69. nu. 7 sibi vim inferens c 75. nu. 18. captivo rebelli parcere c. 42. nu. 78 captivorum redemptio c. 74. n. 6

Carnales 69. n. 14.

Caro c. 65. n. 2. c. 80. n. 48

